











[redacted]

STEPHANUS

BYZANTINUS

CUM ANNOTATIONIBUS

L. HOLSTENII, A. BERKELII
ET TH. DE PINEDO.

VOL. III.

CUM TABULA AENEA.

LIPSIAE
IN LIBRARIA KUEHNIANA
MDCCCXXV.

ANNOTATIONES

IN

STEPHANUM.



[redacted]

BERKELII

ANNOTATIONES.

Στεφάνου Βυζαντίου περὶ πόλεων καὶ Δήμων.] Eodem prorsus 1
modo haec Inscriptio in tribus editionibus legitur; verum an hanc a
Aldus et Xylander invenerint in MSS. vehementer dubito; si invenerint, eam non Epitomator, sed recentiores quidam librarii, Stephani Epitomen transscribentes, ita conceperunt: nam minime respondet Inscriptionibus codicum manu exaratorum: neque tali titulo haec epitome Eustathio et eius aevi scriptoribus fuit cognita et commemorata. Incomparabilis Salmasius, procul dubio vulgatam Inscriptionem non inveniens, ex Palatinae Bibliothecae MSS. multis in locis sui codicis eam ad hunc modum formare studuit: *Στεφάνου Βυζαντίου περὶ ἐθνικῶν καὶ τοπικῶν*. Elegantissimi MS. codicis Vossiani ἐπιγραφὴ ita se habet: *Ἐκ τῶν ἐθνικῶν Στεφάνου κατὰ ἐπιτομὴν ἀρχὴ τοῦ Α.* Nuper Amstelodami ex Bibliotheca Segueriana fragmentum genuini operis a Stephano compositi prodiit, in quo haec inscriptio ad calcem reperitur: *Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετωνομασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων.* Haec profecto prima fronte valde placebat, imo eam genuinam et accuratissimam habui; quia non tantum de *urbibus et populis*, sed etiam de *insulis et regionibus*, item de *homonymia et transnominatione ipsarum, et productis inde nominibus gentilitiis, localibus et possessivis* tractat: sed plurima, re deinde bene pensitata, in eo desiderari animadverti; nam nulla in hoc titulo fit mentio de *Fluviis*, de *Montibus*, de *Demis*, et de rebus

alìis hac epitome contentis, adeoque eum, ad calcem membranarum repertum, et forte ab imperito librario confictum, minime genuinum existimo. Nam nullus Graecus auctor tot vocibus indicem sui scripti concepit. Historici plerumque una voce libri inscriptionem faciebant. Ita Sunius et Uranius scripserunt *Ἀραβικά*: Rhianus, *Ἀχαϊκά*: Eratosthenes, *Γαλατικά*: Demosthenes et Arrianus, *Βιθυνιακά*: Theopompus, *Ἑλληνικά*: Apollonius,
1 *Καρικά*: Xenion, *Κρητικά*: Alexander, *Λυκιακά*: Hellanicus,
b *Περσικά*: Philistus, *Σικελικά*, et alii alia. Cum itaque Historicis
id unum suffecerit, licet non tantum urbes Arabiae vel Achaïae, vel Galatiae etc. sed et populos, et si ad singularem gentem venirent, eius mores, oppida, tribus, loca pagosque describerent; quid ni Stephano satis fuerit suum opus inscribere *Ἐθνικά*, cum praecipuus eius scopus esset tradere appellationes ab urbibus, et aliis gentium per orbem dissipatarum locis procedentes? Quare recipiendum puto titulum praecedentium saeculorum scriptoribus allegatum, quique passim ab Eustathio in Homeri Boeotiam, et alios eiusdem poëtae libros, atque etiam saepissime in Dionysium de situ orbis, sub tali plerumque periphrasi citatur, *ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας· ὁ γράψας τὴν τῶν ἐθνικῶν ἐπιτομήν*. Et *ὁ τὰ Ἐθνικὰ ἐπιτέμνων*. Verum hoc mihi puto palmarium, quod apud Eustathium nomen Stephani memoratum, et negatum Xylandro, cum adiuncto libri titulo reperi: ita enim ille ad Iliad. Z. *Ἰστέον ὅτι διαφόρους γραφὰς ἀποφέρεται, τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττειον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσιν ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς*. Verum cum certum sit, uti multis probat Xylander ex Suida, Hermolaum quendam Stephani *Ἐθνικὰ* in compendium redegisse, cum ipso huic epitomae eiusmodi titulum adsignarem: *Ἑρμολάου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως Ἐπιτομὴ τῶν Ἐθνικῶν Στεφάνου Γραμματικοῦ*. Sed enim cum animo revolvo, magis ad ignominiam quam ad decus vergere, praestantissimi alicuius scriptoris opus in compendium redigere, valde dubito an nomen suum huic epitomae Hermolaus, egregius alioquin Grammaticus, praefixerit et ex alienis plumis gloriam quaesiverit. Quapropter ego coniecturam meam dissimulare nolens, hanc genuinam huius Onomastici Geographici breviarii inscriptionem esse existimo, nempe, *Ἐκ τῶν Ἐθνικῶν κατὰ Στεφάνου ἐπιτομὴν ἀρχὴ τοῦ Α*, quam nobis Vossianus codex suppeditavit.

Ἄβαι, πόλις Φωκική.] Promiscue ab auctoribus vox *Ἄβαι* signatur, nunc oxytonως, nunc paroxytonως. Ipse Stephanus si-
2 bi non constat; nam in voce *Τέγυρα* ex Callisthene scriptore an-
a tiquissimo citat, *ἐν Ἀβαῖς*; et ita quoque apud Pausaniam circa
finem libri quarti *τὰ ἐν Ἀβαῖς* reperitur; cum tamen eb eodem

[redacted]

constanter lib. x. et aliis locis accentu in penultima notetur, et ita quoque ab Hesychio, Lycophrone aliisque: verum Strabo lib. ix. et Sophocles in Oedipo Tyran. accentum in ultima collocarunt. Enimvero quemadmodum in accentu, ita etiam in voce ipsa inconstans declinationis forma invenitur: nam a Pausania et Strabone alibi singulari numero *Ἄβα* et alibi plurali numero *Ἄβαι* exprimitur. Sed pluralis in eo nomine flexio usitatior est: nam apud Pausaniam semel tantum lib. x. circa initium singulariter flectitur: *Τότε δὲ κατεσκάφησαν αἱ κατειλεγμέναι, καὶ ἐς κώμας πλὴν Ἄβας ᾠκίσθησαν αἱ ἄλλαι.* Hoc est: *Omnes quas percensuimus deletae, et ad formam vicorum redactae, praeter Abam.* Ita quoque Strabo lib. x. *ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς*, *ex Aba Phocidis*, dixit; cum praecedenti libro eandem vocem pluraliter formaverit. Oppidi situm, conditorem, et in eo maxime memorabilia refert idem Pausanias libro eodem: atque antiquissima etiam eius memoria exstat apud Diodorum Siculum lib. xvii.

— *Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἰταλίας.*] Nemo quod sciam Geographorum, aut alius quispiam, qui nobis Italiae Chorographiam exhibuit, oppidi Abae meminit. A Ptolemaeo *Ἥβα* pro mediterraneo Tuscorum oppido habetur, collocaturque inter *Volscos* et *Saturnianam Coloniam:* verum differunt hae voces *Ἄβα* et *Ἥβα*, nisi quis dicat *α* longum Ionica dialecto in *η* versum esse. Sed quia Stephanus accuratissimam situs descriptionem non tradidit, dubitandi occasionem reliquit, an *Aba* idem sit illud oppidum, quod a Ptolemaeo *Eba* appellatur.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαῖος, καὶ τὸ κτητικόν.*] Ita ex Vossiano cod. reposuimus, pro *Τὸ κτητικὸν, Ἀβαῖος, καὶ τὸ ἐθνικὸν*, quemadmodum Aldus et Xylander ediderant. Sed vulgatam lectionem probare non possumus, quia Stephanus aut eius breviarii conditor derivationem Gentilium ante derivationem Possessivorum passim instituere solet.

— *Μηδεὶς γάρ.*] MSS. *μηδεὶς δέ.*

— *Τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβίτης.*] Ita perperam habent MSS. et Vulgatae editiones. Lege, *τὸ δὲ ἐθνικὸν, Δερβήτης*; uti erit manifestum sequentia cum hac voce conferenti: *ὡς Σιδήτης καὶ Πυλήτης*. Sed vide etiam in *Δέρβη*.

— *Ὡς καὶ Ἄλβα.*] In codice Vossiano, *ὡς καὶ Ἀλβή*. Ast eodem res redit, ut ipse Stephanus testatur in voce *Ἄλβα*, cum inquit: *λέγεται καὶ Ἀλβή*. Apud Auctores tamen Graecos *Ἄλβα* usitatior est.

— *Οὗ θηλυκὸν Ἀλυβηῒς, καὶ Ἀλυβήϊος τὸ κτητικόν.*] Male in Vossiano legimus: *οὗ θηλυκὸν Ἀλυβηῒς καὶ Ἀλυβή. καὶ τὸ κτητικὸν ὡς βασιλήϊος.* Nam unde secundum illud foemininum dedu-

catur, mihi non constat. Ast hanc coniecturam facio, exscriptorem tres ultimas literas, scilicet, *ιος*, in *καὶ* mutasse, quas si
2 cum praecedentibus, nempe *Ἀλυβῆ*, coniungas, possessivum
b *Ἀλυβῆῖος* formabis, quod in praedicto codice non exstat.

— *Ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες. καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτακῖος, οὐκ Ἀρτακαῖος.*] Ita optime habet praestantissimus codex Vossianus. Pessime vero legitur in omnibus vulgatis: *Ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες, καὶ Ἀρτάβη. καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτακῖος* etc. Nam haec oratio omni prorsus sensu est destituta, et cuius imperitia hae voces, *καὶ Ἀρτάβη*, in vulgatum textum irrepserint, non facile divinare possum. Illas tanquam otiosas ac inutiles prorsus expunxi. Primo quidem, quia in MSS. non reperiuntur: deinde, quia *Ἀρτάβη* non significat urbem aut gentem aliquam, unde aliquod gentile derivari potest. Apud Herodotum lib. I. sumitur pro mensura quadam Persica: et apud Aegyptios *Artaba* facit modios viginti, uti testatur divus Hieronymus in cap. V. Esaiae: sed apud Polyaenum lib. IV. legimus: *Artabam* Atticum modium apud Medos confecisse: *ἡ δὲ ἀρτάβη ἡ Μηδικὴ μέδιμνος ἐστὶν Ἀττικός.* Vide etiam Etymol. magnum, Hesychium, Phavorinum atque alios. Verum pro vulgata lectione haec dici possent. Locum esse mutilum et foede corruptum, legi debere: *Ἀλλὰ καὶ Ἄλυβες. Καὶ Ἀρβάκη, τὸ ἐθνικὸν Ἀρβακαῖος. Ἀρτάκη δὲ Ἀρτακῖος, οὐκ Ἀρτακαῖος.* Nempe ut probet Stephanus nominum gentilium appositionem ob illorum dissimilitudinem, in tractatu hoc valde necessariam esse.

— *Καὶ Ἀρτάκη, Ἀρτακῖος·*] Ita MSS. codices et vulgati. Stephanus tamen in voce *Ἀρτάκη*, tria oppidi gentilia enumerans, non habet *Ἀρτακῖος*, sed *Ἀρτάκιος*, quod Demosthenis auctoritate confirmat, cuius versiculus ibidem legi potest.

— *Πόλις Φωκεῦσιν.*] Male in Florentina editione: *πόλις Φοκεῦσιν.* MSS. *τοῖς Φωκεῦσιν.* Sed censeo legendum: *αἱ δὲ Ἄβαι πόλις Φωκέων.*

— *Ἔνθα ἱερὸν Ἀπόλλωνος.*] Celeberrimi huius Apollinis templi atque oraculi meminit Herodotus lib. prim. et VIII. Strabo lib. IX. Pausanias in Phocicis. Eustathius ad Iliad. *B.* Et Sophocles in Oedipo Tyranno hisce verbis.

Οὐκέτι τὸν ἄθικτον εἶμι
Γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων,
Οὐδ' εἰς τὸν Ἀβαῖσι ναόν. Hoc est:

Non est ut ad sanctum posthac eam
Terrae umbilicum religionis causa,
Neque ad delubrum quod est Abis.

Ad haec verba Scholia antiqua: *Ἄβαι πόλις Λυκίας, ἔνθα ἱερόν ἐστιν Ἀπόλλωνος.* Et Demetrius Triclinius foedissimo huic errori

[redacted]

patrocinans, templum illud in Lycia fuisse inquit: *οὐδὲ εἰς τὸν Ἀπόλλωνος ναὸν, τὸν ἐν Ἀβαῖσι καὶ ἐν Λυκίᾳ. Ἀβαὶ γὰρ τόπος Λυκίας.* Sed hunc errorem Hesychius refutavit, qui eundem Sophoclis locum citat in voce *Ἄβαι. περὶ τὴν Φωκίδα τόπος. οὗ μαντεῖον Ἀπόλλωνος Σαβαίου. Σοφοκλῆς.* Hoc est: *Abae locus circa Phocidem; ubi oraculum Apollinis Abaei, quemadmodum Sophocles perhibet.* Alii ante me dixerunt pro *Σαβαίου* hoc loco *Ἀβαίου* legendum esse. Itaque contra omnium historicorum et Geographorum fidem, oraculum illud Abis, in Lyciae oppido fuisse, perhibent Scholia et Triclinius. Non tamen negamus Apollinem in Lycia religiosissime cultum esse: nam constat, eum apud Pataram civitatem, unde Patareus Apollo dicebatur, sex mensibus hiemalibus quotannis responsa dedisse. Virgilius hoc IV. Aeneid. innuere videtur:

Qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

— *Ἔστι δὲ ἄλλη Ἄβα πόλις Καρίας.*] Illam Cariae civitatem, ingenue profiteri cogor, quaerendo invenire non potui. Si quis mihi Historicum aut Geographum, qui de illa mentionem facit, indicaverit, ei maximas gratias habebo. A Ptolemaeo in sinu Messenaico *Ἄβεα* collocatur; et Plinius lib. v. cap XXIV montis *Abae* meminit, ex quo secundum Domitium Corbulonem Euphrates oritur.

— *Ἀβακαῖνον.*] Plerumque Graeci oppidorum et regionum etymologias a Deorum Heroumque nominibus deducunt, sed de hac urbe nullum apud ipsos vestigium reperies. Eruditissimus Bochartus illud, quia in edito et undiquaque praerupto monte situm est Poenorum lingua אבכין *Abacin* dictum putavit, apud quos אבכ *Abac extollere* significat. Exstat Es. IX. 18. in coniugatione Hithphael. Apud omnes auctores Graecos *Ἀβακαῖνον*, et solum Ptolemaeum *Ἀβάκαινα* legitur. De situ huius oppidi habes in lib. XIX. Diodori Siculi, qui illud Mylis, Messanensium castello conterminum facit. Apud eundem tamen lib. XIV. legitur: *Καὶ χωρίον τὶ παρὰ θάλατταν δοὺς τῆς Ἀβακηνῆς χώρας ἀπετέμετο.* Hoc est: *Alium quendam Abacaenae regionis locum iuxta mare illis attribuit.* Sed Cluverius hunc locum corruptum censet probatque. Quare igitur pari iure non liceret nobis Ptolemaei vocem *Ἀβάκαινα* mendosam suspicari? Nisi quis dicat apud ipsum plurali numero expressam esse. Sed videant illi, an tunc ratione accentus etiam bene sit constituta?

— *Ὁ οὐκ ἀηθὴς Σικελῶν.*] Gentilia sua Siculi, quantum ex Stephano coniicere potui, quatuor modis ipsis propriis, formare solebant: in *ινος*, uti hic loci *Ἀβακαινῖνος*: in *αιος*, uti

[redacted]

probatur ex voce *Ἀγάθυρσα*, et addit insuper Stephanus: *οὐ γὰρ ἀήθης ὁ τύπος τοῖς τὴν Σικελίαν οἰκοῦσι: Qui loquendi modus Siciliam colentibus non est insolens.* Praeterea in *ηνος*, quod apparet ex vocabulo *Ὀμφάκη*, a quo quidem derivatur gentile *Ὀμφακαῖος*, sed debet esse *Ὀμφακηνὸς* propter formationem regioni usitatam, quemadmodum ibidem a Stephano perhibetur. Et per hanc regulam *Ἐρύκη* non tantum gentile *Ἐρυκαῖος*, sed et *Ἐρυκηνὸς* habet, uti in voce *Παλική* liquet. Denique a *Ταρχία* deducitur *Ταρχιάτης* et *Ταρχιανὸς* forma regioni solita. Si aliae gentilium formae a Siculorum urbibus derivatae apud auctores reperiantur et occurrant, istae non Siciliae, sed aliarum regio-
S num incolis propriae et genuinae sunt censendae. Sic a voce *Ταυ-*
b *ρομένιον*, Siciliae oppidum, oppidanus *Ταυρομένιος* dicitur *κοινῷ χαρακτῆρι* (id est communi dicendi modo, uti videre est in voce *Τέλχις*) et *Ταυρομενίτης*; tali autem forma apud Athenaeum lib. II. et IV. reperitur, *Τιμαῖος ὁ Ταυρομενίτης*, *Timaeus Tauromenita*: sed haec non Siculis, verum Aegyptiis et Libyae populis propria videtur: imo tam raro eiusmodi formationes occurrunt, ut multo plures de Siculorum oppidis legisse non meminerim.

— *Μεταποντῖνος*, *Λεοντῖνος* etc.] Stephanus, vel breviarii conditor omnibus istis nominibus gentilitiis praecedentem canonem, nempe, *ὃ οὐκ ἀηθὲς Σικελῶν*, probare conatur: sed miror ipsum ad eius probationem gentilia pura puta Sicula non adduxisse: nam *Μεταποντῖνος* a voce *Μεταπόντιον*, *Βρεντησῖνος* (ita legendum, si Stephanum nostrum sequamur) a *Βρεντήσιον*, et *Ἀῤῥητῖνος* ab *Ἀῤῥήτιον*, quae Italiae civitates sunt, quarum gentilia etiam in *ινος* desinunt. Verum quod Stephanus Italicarum urbium nomina ponit, cum de *τύπῳ* Siculorum praefatus fuisset, videtur esse ratio, quod Siculi ante Aborigines ipsum Latium tenuerunt; deinde ab Aboriginibus et Pelasgis debellati ad fretum, deinde in Siciliam habitatum concesserunt, uti multis tradit Dionys. Halicarnasseus lib. primo Antiq. cap. 9. 16. 18. 20. et 21.

— *Τερεντῖνος*.] Haec vox mendosa videtur; vel scribendum est *Ταραντῖνος*, quod gentile est a voce *Τάρας*, Italiae oppidum; vel *Τερβητῖνος* a *Τερβητία*, Siciliae civitas, quod verisimilius videtur, quia de Siculorum Gentilibus loquitur: nam Terentini nec in Italia nec in Sicilia inveniuntur.

Ἀβάντις, *ἡ Εὔβοια*.] Vox *Ἀβάντις* hic in penultima acuitur: apud Pausaniam, Strabonem et alios accentu in ultima notatur. Qua occasione Euboea Abantis dicta sit, habes apud Strabonem circa principium libri decimi. Miram vocis etymologiam refert Bochartus in Geographia sacra pag. 435. parte secund. De aliis huius insulae nominibus in voce *Εὔβοια* agemus.

[redacted]

— Ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμὶ δευτέρῳ.] Ita ex codice Vossiano reposuimus, pro ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγι ** δευτέρῳ, uti constanter habent vulgatae editiones omnes. Henr. Stephanus Αἰγίδος voluisse videtur: scribens sequentes Hesiodi versus ab auctore nostro ex Aegide afferri. Magnus Salmasius non tantum hic ad oram, sed etiam alio loco sui codicis contendit esse legendum, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ δευτέρῳ· quam in rem et alia ex Stephano et Apollonii Rhodii Scholiaste loca producit, quae, vix video, quod ad rem faciant. Nec praetereunda non minus illustris Dan. Heinsii etiam speciosior coniectura ἐν Αἰγίνης δευτέρῳ: quaeque nuper et doctissimum virum in editione Hesiodea subscriptorem invenit. Mihi tamen et sic haerebat aqua, donec amicissimus noster Iacobus Gronovius, iuvenis eruditione et iudicio praestans, cum in familiari sermone scriptam huius loci lectionem cum eo communicassem, brevi post significavit corrigendum: ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμίου δευτέρῳ. Versatum enim olim antiquorum manibus 4 poëma inscriptum Αἰγίμιος, incerti auctoris, quem tamen Hesiodum esse nonnulli existimaverunt. Athenaeus lib. xi. p. 503. Καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας, εἴθ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. *Auctor Aegimii, sive est Hesiodus, sive Cercops Milesius.* Ubi Casaubonus alium insuper locum dat ex Apollonii Scholiasta. Cui sententiae cari capitis astipulari prae omnibus aliis necesse habeo, praesertim quum animadverterim ex Diogene Laertio Cercopem hunc Hesiodo aequalem et obtrectatorem fuisse. Ita enim ille in Socrate: Τούτῳ τὶς καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντίλοχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρᾳ Κύδων καὶ Ὀνάτας, καὶ Σάγαρις Ὁμήρῳ ζῶντι, ἀποθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, καὶ Κέρκωψ Ἡσιόδῳ ζῶντι, τελευτήσαντι δὲ ὁ προειρημένος. Hoc est: *Huic, ut Aristoteles in tertio de Poetica tradit, Antilochus quidam Lemnius, et Antiphon prodigiorum interpres, obtrectatores fuerunt, quemadmodum Pythagorae Cydon et Onatas, et Sagaris Homero viventi, mortuo Xenophanes Colophonius, et Hesiodo viventi Cercops, mortuo vero supra dictus Xenophanes.*

— Κίκλησκον.] Variis modis verbum illud a Poëtis formatur: hinc aliquando vulgatae edit. cum MSS. non consentiunt. Aldina habet male κίσκλησκον: MSS. κίκλησκον: et in Florentina, uti etiam Basil. κίκλησκον, quam imitati sumus.

— Ὡς Ἀριστοκράτης.] Operis nomen non additur: fortassis idem auctor est, cuius quartus Laconicorum ab Athenaeo lib. iii. adducitur. Eustathius ad Iliad *B.* eadem haec ex Arriano quodam refert.

— Τὸ δὲ Τευκρὸς διήλλαξεν.] Cum vox Τευκρὸς accentum

acutum habet in ultima, pro gentili habetur, cum vero in penultima circumflectitur, pro nomine proprio herois sumitur. Lege Stephanum in voce *Αἱμονία*, ubi inquit: τὸ Τεῦκρος ὡς τριγενὲς ὠξύνθη.

— *Οὐ τόπου τινὸς Ἀβαντίου.*] Salmasius in recentiore MS. invenit: οὐ τόπου τινὸς Ἀβαντίας: et in alio, οὐ τόπου τινὸς Ἀβαντίου, quod vulgatis respondet.

— *Τὸ δὲ Ὑάντιος ἐθνικόν.*] Optime vir summus Gronovius nobis indicavit huic loco aliquid deesse, et forte posse restitui, si ita legatur: Τὸ δὲ Ἀβάντιος, ὡς Ὑάντιος ἐθνικὸν συνέστειλεν Ἀπολλώνιος. *Sed vox Abantius corripitur, uti Apollonius gentile Hyantius corripuit.* Et ita hunc locum emendari debere aperte
4 satis innuit Eustathius ad Dionysium pag. 106. Ἰστέον δὲ ὅτι ὥσ-
b περ τὸ Βυζάντιον δοκεῖ παραλόγως διὰ τοῦ ι γράφεσθαι, οὕτω καὶ παρὰ Ἀπολλωνίῳ τὸ Ὑάντιος Ὀγχηστός, ἡ τοῦ Ὕαντος πόλις. οὕτω δὲ καὶ τὸ Ἄβας Ἄβαντος, Ἀβάντιον, ἐξ οὗ καὶ τὸ Ἀβαντιὰς Μάκρις. *Sed sciendum est, quemadmodum Byzantium videtur praeter rationem cum I scribi, simili modo etiam apud Apollonium scribi Hyanthius Onchestus, quae Hyantis est oppidum: verum neque aliter fit cum voce Abas Abantis, Abantium, unde factum est Abantias, quae Macris dicitur.*

— *Συνέστειλεν Ἀπολλώνιος.*] Intelligitur Apollonius Rhodius, et verba quae Stephanus ex ipso citat exstant lib. III. versu 1241. Ut autem a lectore percipiantur, verba Scholiastae adscribam: Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο, τοῦ Εὐβοϊκοῦ. Ὕαντες γὰρ τὸ πρὶν ᾤκουν τὴν Βοιωτίαν. Ὀγχηστὸς δὲ, πόλις τῆς Βοιωτίας, ἱερὰ Ποσειδῶνος. Ὑάντιον δὲ, ἀντὶ τοῦ Βοιώτιον. Ὕαντες γὰρ Βοιωτίας ἔθνος βάρβαρον. *Hyantii Onchesti: id est Euboïci. Hyantes enim olim Boeotiam incolebant. Onchestus vero oppidum est Boeotiae, Neptuno sacrum. Per Hyantium autem Boeotium intelligitur, Hyantes enim barbari Boeotiae populi sunt.*

— *Ἢ παρὰ λόγον, aut praeter rationem.*] Id est praeter solitum derivandi morem, ut *Poeantius.* Stephanus simili modo loquitur in voce *Γάζα.* ὁ πολίτης, Γαζαῖος. λέγονται καὶ Γαζηνοὶ παραλόγως. *Oppidanus dicitur Gazaeus. Et vocantur etiam Gazeni praeter rationem*, id est praeter solitum derivandi morem: nam Arabum gentilia plerumque in ηνος exeunt, de quibus vide in Ἀβασηνοὶ et aliis locis. Sed ut tanto accuratius Stephani locus intelligatur, non pigebit hic adscribere Eustathii verba, quae leguntur ad versum Dionysii 804. pag. 106 Ἀληθῶς δὲ παράλογα, Αἰπρότιον παρὰ τύμβον, καὶ τὸ, Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν, ταῦτα γὰρ, κτητικὰ ὄντα κυρίων ὀνομάτων τοῦ Αἰπρότου καὶ τοῦ Ποίαντος, καὶ ὀφείλοντα δίφθογγον ἔχειν τὴν παραλήγουσαν, ὅμως

[redacted]

διὰ μέτρου ἀνάγκην μονοφθόγγῳ παραλήγεται. Hoc est: *Revera haec, nempe Aeprotium iuxta tumulum, et Poeantium splendidum filium, praeter solitam derivandi formam derivantur: haec enim cum sint possessiva a nominibus propriis, scilicet Aeproto et Poeante, deducta, necessario in penultima deberent habere diphthongum, sed nihilominus tamen eorum penultimae necessitate metri in vocalem simplicem desinunt.*

— *Ποιάντιον ἀγλαὸν υἱόν.*] In MSS. et insuper in Florentina et Aldina editione legitur *Πυάντιον.* Sed male. Sunt verba Homeri quae exstant Odyss. *Γ.* versu 188.

— *Ὡς ἀπὸ τοῦ Λέσβος Λεσβὶς Λεσβιάς.*] Stephanus hoc 5 exemplo et aliis praecedentibus probare conatur, patronymica a feminina duobus modis formari. Et ita formari posse etiam Apollonii Rhodii Scholiastes testatur ad hunc versum: qui exstat lib. I.

—— *Ἠδ' ἅμα παισὶ Θοαντιὰς Ὑψιπύλεια,*
Ac inter eos Hypsipylea Thoantis filia.

Δύο τύποι εἰσὶ τῶν θηλυκῶν πατρωνυμικῶν. ὁ μὲν εἰς ας, οἷον Πηλιάς. ὁ δὲ εἰς ις, οἷον Πελοπίς. Hoc est: *Patronymica foeminina duas habent formas; altera quidem in ας, uti Pelias; altera vero in ις desinit, uti Pelopis.*

— *Ἀχαιϊάδων ἐϋπέπλων.*] Haec Homeri verba exstant Iliad. *E.* versu 430, et Odyss. *Φ.* versu 160.

— *Κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ.*] *Βαρβαρικὴν τροπὴν* vocat *Latinam.* Latini enim B in M mutabant, ut *proboscis promoscis* vel *promuscis, turba turma, globus glomus* et similia: ita Salmasius ad oram sui codicis annotaverat, qui hanc etiam materiam tractat in Plinianis exercitationibus pag. 400. et 1308. Hinc apud Hesychium, qui hanc *τροπὴν* sequitur in hac voce, legimus: *Ἄμαντοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν.* Insigne etiam huius rei testimonium exstat apud Etymologici mag. auctorem, *Ἄμαντες, οἱ περὶ Ἐλαφήνορα μετὰ Τροΐας ἅλωσιν διέβησαν εἰς τὴν ἤπειρον, καὶ ᾤκησαν παρὰ τὰ Κεραύνια ὄρη. ἔκτισαν δὲ Εὔβοιαν, ὅθεν Ἄβαντες ἐκλήθησαν, ἐν ὑπομνήμασι Λυκόφρονος, καὶ μετὰ μεταφορὰν, Ἄμαντες.* Hoc est: *Amantes circa Elaphenorem post captam Troiam in Epirum transiverunt, atque circa montes Ceraunios habitarunt. Condiderunt vero Euboeam; qua de causa Abantes in Commentariis Lycophronis, et mutata litera, Amantes dicti sunt.*

— *Ἐκλήθη.*] In Vossiano Codice, *ἐλέχθη.*

— *Παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακ.* etc. Vide Vossium de Historicis Graecis lib. primo.

— *Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντίνην.*] Licet Salmasius in duobus MSS. *Μαντίνην* invenerit, et nos eodem modo in Vossiano, et

Florentina Aldinaque editione, non tamen Xylandri lectio est emendanda; nam praeterquam quod Callimachi versus *Ἀμαντίνην* habeat, etiam omnes vulgatae et MSS. in voce *Ἀμαντία* constanter haec exhibent: *Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτήν φησιν*. Itaque nihil ad rem facit Salmasium ad marginem sui libri hunc Hesychii locum scripsisse: *Μαντινέη, πόλις Ἀρκαδίας*.

— *Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκησαν,*] Ut versus constet, lege, *Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκεσαν Ὠρικίην*: uti optime monuit incomparabilis I. F. Gronovius. In hodiernis Callimachi hymnis et epigrammatibus hic locus non exstat; neque etiam inter fragmenta reperitur.

Ἄβαρνος.] Tali etiam forma reperitur apud Hesychium, *Ἄβαρνος, πόλις Φωκέων*.

5 — *Ἡρόδοτος δὲ ἐν τετάρτῃ.*] Hic Herodoti locus lib. IV. non
b exstat, et aliis libris nulla huius oppidi memoria reperitur. Credo Stephanum in mendosum Herodoti codicem incidisse, atque haec verba lib. IV. hoc modo legisse: *Τὸν γὰρ περὶ Ἀβαρνίδος λόγον, τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβορέω, οὐ λέγω.* Cum legendum sit et hodie legatur: *τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον, τοῦ* etc. Hoc est: *Nam de tabula Abaris, qui fertur esse Hyperboreus, nihil dico.*

— *Ἀλὸς Ἀλεῖς.*] Ita ex codicibus Palatinis Salmasius, et nos ex Vossiano pro *Ἀλιεῖς* reposuimus, quod perperam vulgatae editiones exhibent. Vide Stephanum in voce *Ἄλος*, (ibi accentu in penultima signatur) qui gentile fecit *Ἀλεύς*, inde plurale *Ἀλεῖς*, quod hic habes.

— *Τοιοῦτο ἐθνικόν.*] Ita optime MSS. et Xylander quem sequimur: sed corruptissime in Aldina et Florentina legitur, *Τοιοῦτον ἐθνικόν*.

— *Τὰ γὰρ εἰς η φιληδεῖ τῷ ιτης τύπῳ, ὡς Μέμφη Μεμφίτης.*] Corruptissime ita vulgatae editiones, et male etiam MSS. Vossianus codex habet: *Τὰ γὰρ φιληδεῖ τῷ εἰς ιτης τύπῳ, ὡς Μέμφης Μεμφίτης*; sed hinc sensus commodus non potest elici. Quantum igitur valeo coniectura assequi, videtur Stephanum velle probare thesin antecedentem, scilicet: *Τὸ δὲ Ἀβαρνὶς οὐ δύναται ἔχειν τοιοῦτο ἐθνικόν.* Nam si sequentia ista verba, *τὰ γὰρ εἰς η, φιληδεῖ τῷ ιτης τύπῳ* etc. prioribus applicentur, ac ita sumantur quemadmodum impressa sunt, nihil ad rem pertinere a quoquam iudicabuntur; siquidem inter nomina quae in *ις*, et quae in *η* desinunt, nulla omnino convenientia existit. Procul omni dubio itaque hic locus non Stephani ignorantia, sed transscriptorum vecordia insigni mendo laborat, quod tamen medica manu auferri potest. Scripserat enim Stephanus: *Τὰ γὰρ εἰς ις φιληδεῖ τῷ εἰς ιτης τύπῳ, ὡς Μέμφις Μεμφίτης.* Vestigia huius rectae lectionis etiamnum hodie in Vossiano MS. remanserunt. Sed quis un-

[redacted]

quam vel ex Latino vel Graeco auctore legit, *Memphin* Aegypti olim metropolin, in nominativo *Μέμφη* vel *Μέμφης* habuisse? Longe aliter ipse Stephanus *Μέμφις*, inquit, *ἡ διασημότατη Αἰγύπτου μητρόπολις*. Verumenimvero, ut nostra coniectura minime dubiis argumentis confirmetur, lectorem hinc ablegamus ad vocem *Ἄζιλις*, ubi ex mutilis Stephani verbis, quae emendata hic adscripturi sumus, colligi potest, gentilia Libyca et Aegyptia, a primitivis in *ις* exeuntibus derivata, Libyco et Aegyptio loquendi modo in *ιτης* terminari. Ita autem iste Stephani locus est legendus: *Ὅτε τὸ πρωτότυπον εἰς ις, τὸ παρηγμένον τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι καὶ Αἰγυπτίῳ εἰς ιτης λήγει.' ὡς Κράμβουτις, Κραμβουτίτης.* Hoc est: *Quando primitivum exit in ις, derivativum Libyco et Aegyptio idiomate in ιτης desinit; uti Crambutis Crambutites.* Hunc canonem etiam in voce *Ὠφθὶς* exhibet.

— *Καὶ Χαλκιεύς.*] Salmasius in Palatinis, et nos in Vossiano *Χαλκριεὺς* invenimus: sed mendose. Depravatam hanc lectionem etiam Aldina et Florentina exhibent. Vide in voce *Ἄβοτις*: ibi enim a genitivo *Χάλκιος Χαλκιεὺς* deducitur: et a genitivo *Χαλκίδος Χαλκιδεὺς* formatur, ut manifeste liquet in voce *Χαλκὶς, πόλις Εὐβοίας.*

— *Ἑκαταῖος δ' ὁ Μιλήσιος.*] Scriptor satis notus, quique passim a Stephano citatur. Vide Vossium de Historicis Graecis lib. primo pag. 58.

— *Λαμψάκου ἄκρην εἶναι.*] In hac opinione etiam fuit Xenophon, qui libro secundo Hellenicor. ita scribit: *ἐπὶ τὴν Ἀβαρνίδα τὴν Λαμψάκου ἄκραν. Iuxta Abarnidem Lampsaci promontorium.*

— *Ἔφορος δ' ἐν τῇ πέμπτῃ.*] Huius scriptoris Stephanus multis in locis meminit. Vide Vossium de Historicis Graec. lib. primo cap. VII.

— *Ὑπὸ Φωκέων τὴν Λάμψακον κτιζόντων.*] Ita habent MSS. et omnes vulgati codices: sed lege, *ὑπὸ Φωκέων τὴν Λάμψακον κτιζόντων*. Vide in voce *Λάμψακος*. Mela lib. primo cap. XIX. *Lampsacum Phocaeis appellantibus nomen ex eo traxit, quod consulentibus in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, ubi primum fulsisset, ibi sedem capesserent.*

— *Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ* etc.] Optime ita restituit Xylander pro *Περκότην*, nam aliter versus non constaret, MSS. et vulgati codices etiam perperam *Περκότην* exhibent. Haec Stephanus desumsit ex lib. primo Apollonii Rhodii.

— *Τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων.*] Sophocles hic fuit unus ex commentatoribus in Apollonium Rhodium. L. Gyraldus de Poetarum historia Dialogo tertio ita refert: *Leguntur in ipsius*

Apollonii Argonautica commentaria brevia illa quidem, sed erudita, et alicubi copiosa et varia, quaeque nostris Grammaticis usui esse possunt, quae collecta et concinnata esse creduntur ex Lucillo Tarrhaeo, Sophocle et Theone, clarissimis Graecis scriptoribus.

— *Τὴν Ἀφροδίτην ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον* etc.] Quia Apollonii Scholiastes hanc fabulam omnibus suis circumstantiis refert, integram eandem hic adscribere libet. *Ἡ Ἄβαρνίς, πόλις τῆς Λαμψάκου. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ αἰτίας τοιαύτης. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη ἐμίγη αὐτῷ. καὶ ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ εἰς τὴν Ἰνδικὴν, ἐμίγη τῷ Ἀδώνιδι. ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα ὑπήντησεν αὐτῷ. καὶ στέψασα αὐτὸν ἀκολουθῆσαι μὲν ᾐδεῖτο, διὰ τὸ ἤδη γεγαμῆσθαι. εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα, τὸ ἐξ αὐτῆς* [Lege, *τὸ ἐξ αὐτοῦ.*] *κυοφορούμενον ἐβούλετο τεκεῖν* [Lege, *ἀνελεῖν*; uti habet Etymologicum magnum in voce *Ἀβαρνίς*. Vel lege *κτενεῖν*, quod mendoso vocabulo magis respondet, uti observavit vir summus Gronovius] *Ἥρα δὲ ζηλοτυποῦσα, μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς, καὶ ἐποίησε τεκεῖν παῖδα τά τε ἄλλα δύσμορφον, καὶ αἰδοῖον ἔχοντα ὑπέρμεγα. ὃν Πρίαπον προσαγορευθῆναι. ἰδοῦσα δὲ ἡ Ἀφροδίτη, οὐκ ἠξίωσεν ἀναλαβέσθαι, τά τε ἄλλα μισήσασα τὸν παῖδα, καὶ διὰ τὸ ἀπρεπὲς τοῦ αἰδοίου. διὰ οὖν τὸ τὴν Ἀφροδίτην ἀπαρ-*
6 *νηθῆναι τὸν παῖδα ἐκεῖ, Ἀπαρνὶς ἡ πόλις ἐκλήθη. ὕστερον δὲ κα-*
b *τὰ μετάθεσιν τοῦ στοιχείου Ἀβαρνίς.* Hoc est: *Abarnis, urbs Lampsaci, quae tali de causa ita appellata est. Venus Bacchi amore capta, cum ipso rem habuit. Cum autem in Indiam se contulisset, cum Adonide rem habuit: sed Bacchus cum rediisset, et illa coronam confecisset, ei honoris gratia obviam ivit: cumque ipsum coronasset eum sequi verecundabatur, propterea quod iam alteri esset nupta. Clanculum ergo Lampsacum illa secedens, quod utero gestabat ex eo conceptum interimere conabatur: sed zelo incensa Iuno venefica manu ventrem illius attigit, eaque re effecit, ut eniteretur puerum, sed deformem, et praegrandi pudendo instructum, Priapum appellatum. Ast Venus eodem viso, non dignata est ipsum suscipere, sed contra infantem odio propter pudendi deformitatem, prosecuta est. Quia igitur Venus eo loco puerum abnegavit, oppidum* Aparnis: *postea vero mutata litera* Abarnis *appellatum est.* Sed quia Etymologici magni auctor hanc fabulam iisdem ferme verbis mendose in voce *Ἀβαρνίς* retulit, eandem emendatam subiungere non abs re iudicamus. *Ἀβαρνίς, πόλις Λαμψάκου. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διονύσου ἐρασθεῖσα Ἀφροδίτη, ἐμίγη αὐτῷ. Ἀναχωρήσαντος δὲ τούτου εἰς τὴν Μηδικὴν,* [Lege *εἰς τὴν Ἰνδικὴν*, uti habet Apollonii Scholiastes:

[redacted]

nam Dionysum in Indiam profectum fuisse, eandemque debellasse, constat ex Diodoro, Arriano, Strabone aliisque.] ἐγαμήθη Ἀδώνιδι. ὡς δὲ ἦλθεν ὁ Διόνυσος, στέφανον ποιήσασα, ἀπήντησεν αὐτῷ. ἤδειτο δὲ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, διὰ τὸ γεγαμῆσθαι. εἰς δὲ Λάμψακον ἀναχωρήσασα, τὸν ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον: [Lege τὸ ἐξ αὐτοῦ κυοφορούμενον: nam quod conceptum et nondum productum est, saepissime neutro genere effertur, quemadmodum etiam fit a Spiritu Sancto Matth. I. 20. ubi de Maria loquitur: τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου: *quod enim in ipsa genitum est ex Spiritu Sancto est.*] ἐβούλετο ἀνελεῖν, ἡ δὲ Ἥρα ζηλοτυπήσασα, μεμαγευμένῃ τῇ χειρὶ ἐφήψατο τῆς γαστρὸς αὐτῆς. καὶ ἐποίησε αὐτὴν τεκεῖν παῖδα, ὃν Πρίηπον ὀνομασθῆναι, ἄσχημον, καὶ βαθυαιδοῖον. [Rarissime ultima vox occurrit: sed quia perperam apud Lycophronis Scholiast. reperitur, locum producam, exstat pag. 134. edit. Paul. Stephani. Ἄδωνις δὲ ὁ Κύπριος κατά τινας, Κινύρου παῖς ἦν τοῦ Κυπρίων βασιλέως, καὶ οὐ Θείαντος. Scribe Θόαντος, ἐξ οὗ Ἀφροδίτη γεννᾷ Πρίαπον δυσειδῆ καὶ βαθυαίδιον. Sed lege βαθυαιδοῖον.] καὶ τοῦτον ἀπαρνήσασθαι αὐτὴν τὴν Ἀφροδίτην. καὶ ἀπὸ τούτου, Ἀπαρνίδην κληθῆναι. κατὰ δὲ ἐναλλαγὴν τοῦ στοιχείου, Ἀβαρνίδην. οὕτως Ὧρος ὁ Θηβαῖος ἐτυμόλογος. Qua ratione auctor bis accusativum Ἀβαρνίδην et Ἀπαρνίδην formaverit, non video, praesertim cum ipse dicat oppidi nomen esse Ἀβαρνὶς, unde accusativus Ἀπαρνίδα vel mutata litera Ἀβαρνίδα, quo etiam utitur Apollonius.

— Ἔστι δὲ καὶ πόλις, καὶ etc.] Haec et sequentia videntur parum confusa et transposita. Si mei arbitrii res foret, hunc locum ita legerem: Εὕρηται καὶ διὰ τοῦ π, ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ γεωγράφῳ. ἔστι δὲ καὶ πόλις, καὶ χώρα, καὶ ἄκρα. τὸ ἐθνικὸν, et sic porro.

— Ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ γεωγράφῳ.] Salmasius in recentiori MS. invenit: ὡς παρὰ Ἀρτεμιδώρῳ τῷ χωρογράφῳ. 7 Passim hic scriptor a Stephano allegatur; de eo vide Vossium de a Historicis Graecis lib. pr. cap. XXII.

Ἀβασηνοὶ, ἔθνος Ἀραβίας.] Optime hunc locum Xylander procul dubio codicum MSS. ope restituit. Nam in Aldina ac Florentina editione hic de Abasenis locus praecedenti hoc modo, nullaque facta distinctione annectitur. Καὶ θηλυκὸν, Ἀβαρναίη. Ἀραβίας. Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ. μετὰ τοὺς Ἀβαίους, Χατραμῶνται Ἀβασηνοί. καὶ πάλιν ἡ χώρη τῶν Βασηνῶν σμύρνην φέρει etc. Eodem ferme modo in Vossiano legitur, neque aliter Salmasius in Palatinis invenit. Abasenorum regio a Pausania lib. VI. circa finem *Abasa* appellatur: Καὶ ὅσοι τὰς προσεχεῖς αὐτῇ νέμονται νήσους, Ἄβασαν καὶ Σακαίαν. *Et quotquot insulas huic*

proximas Abasan et Sacaeam incolunt. Vide Sylburgium ad hunc locum, cui, dum dubitat, facile permiserim *Σαβαίαν* pro *Σακαίαν* hic restitui.

— *Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ.*] Scripsit Uranius Arabica, et Stephano primus, secundus, tertius, et quartus liber citatur. Eiusdem operis tertium citat Ioh. Tzetzes Chil. VII. Hist. CXLIV. Uranii quoque meminit Eustathius ad versum Dionysii de situ orbis XXXVIII.

— *Ἡ χώρη τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ ὅσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπαθον.*] Inter mortales quondam doctissimi, Salmasius in suis ad Solinum commentariis pag. 453. et Bochartus lib. II. Geog. Sac. cap. XVIII. hunc Stephani locum sollicitarunt, sed ambo fatentur *ὅσσον* et *κέρπαθον* ignota esse aromata aliisque innominata: addens insuper Salmasius: fuit cum legerem, *σμύρνην φέρει καὶ κίσσου θυμίαμα*, quasi *κίσσου θυμίαμα* pro Ladano dixisset Stephanus. Sed aliter Bochartus: *ὅσσον* forte est הצם vel חצם, aroma quod in certi unguenti confectione cum musco et ben, id est balano myrepsica misceri aiunt Arabum Lexicographi: et *κέρπαθον* est קרפה *Kerphath ξυλοκιννάμωμον.* Ita appellat Avincenna lib. II. voce a Graecis mutuata, qui *κάρφη* vocant fistucas Cinnamomi, et adfert locum ex Herod. lib. III. ubi dicit: *τὰ δὲ κάρφεα ταῦτα ἃ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες καλέομεν κιννάμωμον, fistucas illas quas nos a Phoenicibus edocti cinnamomum appellamus.* Sed liceat mihi a tantis viris, nunquam a me sine honore nominandis, dissentire: semper enim de fide huius loci dubitavi, atque suspicatus sum textum vitio exscriptorum fuisse vitiatum, ac proinde legi debere, *ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ κησσὸν, καὶ θυμίαμα καὶ λάκαφθον.* Apud Hesychium legitur *κησσὸν, εὔοδμον;* quod profecto non ita ac *ὅσσον* ignotum est; nam nemo antiquorum illud nominavit, et incertum est qualis inter aromata species fuerit; cum contra *κησσὸν* ab Hesychio speciebus odoriferis annumeretur. Quod ad *λάκαφθον* attinet, de eo legimus apud Paul. Aeginetam lib. VII. cap. 22. (alio loco illud *νάσκαφθον* appellans) esse genus quoddam odoramenti, corticosum natura, et putaminibus arboris mori simile, quod ex Arabia deportatur et suffitibus admiscetur. Vide
7 quoque Dioscoridem lib. primo, cap. 22. qui illud *νάρκαφθον* ap-
b pellat. Certiora si quis attulerit, ea libentissime amplectar.

— *Καὶ θυμίαμα.*] Quia nemo melius aut doctius dixit quid sit *θυμίαμα*, quam Salmasius, eius verba quae exstant in Plinianis exercitationibus, exscribere non pigebit. *Θῦος* Graece idem quod *Θυμίαμα.* Inde Latinum *Thus,* ut *πῦον* pus: *γλοιὸς* vel *γλυὸς* *glus.* Veteres Graeci *θύειν* non pro sacrificare, sed *ἀντὶ θυμιᾷν*

[redacted]

ponebant. Aeolicum φύω, unde Latinum *fuo* et *fio*, et compositum *suffio* et *suffimen*. A θύω θυμὸς, Aeolice φυμὸς, unde *fumus* Latinum, et *fumigare*, ut a Graeco θυμιᾷν. Hesychius: θυμὸς, πνοή, ἀήρ. Sic θύος et θυμίαμα idem. Sed κατ' ἐξοχὴν Graeci *thus* dixerunt θυμίαμα. Uranius in Arabicis apud Stephanum: ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν σμύρνην φέρει, καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα: ubi θυμίαμα pro *thure* posuit. Recentiores Latinitatis auctores *incensum* appellavere, hoc est θυμίαμα. Glossae θυμίαμα *incensum*. Inde vox nostra qua *thus* hodie appellamus.

— Γεωργοῦσι δὲ καὶ πορφυρῆν ποίην εἰκέλην αἵματι Τυρίου κοχλιέω.] Insigniter sane erraret, qui haec sumeret de Purpura ex conchyliorum genere, quod intrinsecus animatam continebat carnem, et candidissimam mediis in faucibus venam habebat, qua exsecta pretiosissimus ille cruor promanabat, quo olim lana et sericum, ad vestes inde contexendas, tingebatur, de quo Plinius lib. IX. cap. XXXVI. Aristoteles in historia Animalium lib. V. cap. XV. et Athenaeus lib. III. Nam veterum scriptorum testimoniis certissimum est, etiam diversis in regionibus purpuram factam fuisse ex floribus, herbis et radicibus, quae in terra nascuntur; quod seriatim possemus probare nisi longum nimis foret. Hinc apud Petronium legimus:

Quaesitus tellure nitor certaverat ostro.

De Creta Theophrastus testatur lib. IV. cap. VII. Καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ φύεται τὸ φύκος πρὸς τῇ γῇ ἐπὶ τῶν πετρῶν πλεῖστον καὶ κάλλιστον, ᾧ βάπτουσιν οὐ μόνον τὰς ταινίας, ἀλλὰ καὶ ἔρια, καὶ ἱμάτια, καὶ ἕως ἂν ᾖ πρόσφατος ἡ βαφὴ, πολὺ καλλίων ἡ χρόα τῆς πορφύρας. *Etenim in Creta iuxta terram super saxa nascitur alga plurima et pulcherrima, qua non solum vittas, sed et lanas vestesque inficiunt: et quamdiu recens est tinctura, color purpura longe praestat.* De Gallia Plinius lib. XXII. cap. II. *Iam vero infici vestes scimus admirabili fuco. Atque ut sileamus, Galatiae, Africae, Lusitaniae granis, coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, Transalpina Gallia herbis Tyrium atque Conchylium tingit, omnesque alios colores, nec quaerit in profundis murices.* Et lib. XVI. cap. XVIII. *Est et in Apenni frutex, qui vocatur cotinus, ad lineamenta modo, conchylii colore insignis.* Et ita etiam alii scriptores de aliis regionibus.

— Τυρίου κοχλίεω.] Ope codicis Salmasiani ita pro Τυρίου κοχλίεο ex Palatinis reposuimus.

— Ἀδρινηνοί.] Perperam ita libri scripti et vulgati. Lege indubitanter Ἀδαρηνοὶ, a voce Ἄδαρα, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης.

— Ὡς Ἀπολλώνιος.] Vide Suidam, qui inter alios libros ab Apollonio conscriptos etiam hunc de Derivativis citat.

8 Ἄβδηρα. ἡ μὲν Θράκης.] De tempore quo civitas fuerit a condita legendus Salmasius ad Solinum pag. 160. et 161. et incomparabilis I. Vossius contra Salmasium in observationibus ad P. Melam. De conditoribus non conveniunt auctores. Solinus eam a Diomedis sorore conditam esse ait: *Inde non procul Abdera, quam Diomedis soror condidit, et a se sic vocavit.* Ioh. Tzetzes ab Hercule:

Ἐφ' ᾧ πόλιν Ἄβδηρα ὁ Ἡράκλης ἑδράσας
Πρὸς Εὐρυσθέα τὸ λοιπὸν ἐκόμισε τὰς ἵππους.

— Ἀπὸ Ἀβδηρίτου τοῦ υἱοῦ Ἡρίμου.] Licet in omnibus manu exaratis et vulgatis codicibus constanter ita legatur, tamen hic locus ita est refingendus: ἀπὸ Ἀβδήρου τοῦ υἱοῦ Ἡρίμου, uti liquet ex libro sec. Apollod. Bibliothecae. *Τῶν δὲ Βιστόνων σὺν ὅπλοις ἐπιβοηθούντων, τὰς μὲν ἵππους παρέδωκεν Ἀβδήρῳ φυλάσσειν. οὗτος δὲ ἦν Ἐρίμου παῖς, Λοκρὸς ἐξ Ὀποῦντος, Ἡρακλέους ἐρώμενος, ὃν αἱ ἵπποι διέφθειραν ἐπισπασάμεναι. πρὸς δὲ τοὺς Βίστονας διαγωνισάμενος, καὶ Διομήδην ἀποκτείνας, τοὺς λοιποὺς ἠνάγκαζε φεύγειν. καὶ κτίσας πόλιν Ἄβδηρον, παρὰ τὸν τάφον τοῦ διαφθαρέντος Ἀβδήρου, τοὺς ἵππους* [Lege τὰς ἵππους] *κομίσας Εὐρυσθεῖ ἔδωκε. Inter haec Bistonibus sumptis armis ad opem ferendam accurrentibus, equas Abdero custodiendas commisit. Hic autem Erimi fuisse filius dicitur, genere Locrus ab Opunte, Herculis amasius, quem equae discerptum interemerunt. Hercules devictis Bistonibus, atque occiso Diomede, reliquos in fugam abire compulit. Inde Abdera urbe ad Abderi perempti sepulchrum condita, abactas equas Eurystheo tradidit.* Idem etiam apparet ex Hygini fabula xxx. *Diomedem regem Thraciae et equos quatuor eius, qui carne humana vescebantur, cum Abdero famulo interfecit.* Adeo ut pro Ἀβδηρίτου hic indubitanter Ἀβδήρου legendum sit.

— Αἱ Διομήδους ἵπποι.] Intellige equas, non vero equos, quemadmodum ex Apollodoro mox citato, et Palaephato est manifestum, qui fabulae significationem explicans, per equas Diomedis filias intelligit. Non tamen in mendo cubat Hygini locus, ubi equarum nomina enumerat hisce verbis: *Equorum autem nomina Podarius, Lampon, Xanthus, Dinus:* nam vocabulum *equus* saepissime generaliter sumitur. Vide etiam Melam lib. II. cap. 2.

— Ὡς Ἑλλάνικος.] Auctor satis notis, quique passim a Stephano citatur. De eo videndus omnino Vossius de Historicis Graecis.

[redacted]

— *'Ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Δημόκριτός ἐστιν.*] Nonnulli tamen ipsum Milesium fuisse perhibent, teste Diogene Laertio, qui libro nono ita refert: *Δημόκριτος Ἡγησιστράτου. οἱ δὲ Ἀθηνοκρίτου. τινὲς Δαμασίππου. Ἀβδηρίτης, ἢ (ὥς ἔνιοι) Μιλήσιος. Democritus Hegesistrati filius, quidam Athenocriti, alii Damasippi aiunt, Abderita fuit, vel ut nonnulli malunt, Milesius.* Sed communior est sententia Abderitam fuisse, quod etiam ex Hippocratis Epistolis multis in locis colligi potest. Vide quoque apud A. Gellium Laberii versus lib. x. cap. xvii.

— *Ἡ δὲ δευτέρα πόλις τῆς Ἰβηρίας, πρὸς τοῖς Γαδείροις.*] Ita ex Vossiano codice reposuimus, ubi vulgati habebant, *πρὸς γὰρ τοῖς Γαδείροις.* Vir summus Vossius in observationibus suis 8
ad Melam oppidum illud inde longissime abesse scribit. Vide Strabonem lib. iii. qui illud a Phoenicibus conditum asserit: Plinium lib. iii. cap. i. et Melam lib. ii. cap. vi. b

— *Δίολκος, τὸ Διολκίτης.*] Eaedem hae voces quoque in voce *Δῶρος* et *'Ωρεὸς* citantur. Diolcus significat Tractum per spatium inter duo littora, notante Hen. Stephano ex Budaeo. Apud Hesychium pro nomine proprio sumi videtur: *Διολκὸς, ὁ ἀπὸ Λεχαίου ἕως Κεγχρεῶν τόπος. Diolcus, sive Isthmus, est locus a Lechaeo usque ad Cenchreas.* Vide Strabonem lib. viii. et Casaubonum ad illum locum. *Διολκίτης* igitur istiusmodi loci incolam significat. *Δίολκος* proprie *traductio*, quod inter Amstelaedamum et Harlemum dicimus **Overtoom.** Iul. Higinus in Helvii Cinnae propemptico apud Charisium Sosipatrum: *Ab Actio navigantes stadia* xl. *veniunt ad Isthmum Leucadiensium: ibi solent iteris minuendi causa remulco, quem Graeci πάκτωνα vocant, navem traducere.* Idem in eodem opere: *Quaerunt etiam nonnulli quamobrem eius cura iubent Actio navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis.* Potest tamen usus significationem vocis ad quemvis Isthmum transtulisse et produxisse, et quod *προσηγορικὸν* erat *κύριον* effecisse. Quae cum ab incomparabili Gronovio accepissem, non indigna, quod adiicerem putavi.

— *'Οξόρυγχος 'Οξορυγχίτης.*] Ita quoque MSS. sed lege *'Οξύρυγχος 'Οξυρυγχίτης,* uti ex auctore nostro liquet, ubi de hac voce agitur.

— *"Ἔφορος.*] Passim citatur ab auctore nostro scriptor satis notus, et etiam ab aliis. De eius patria et scriptis lege Strabonem lib. xiii.

— *Πόλιν "Ἄβδηρον φησίν.*] Ita etiam Apollodorus lib. ii. urbem nominat, quem mox citavimus: *Καὶ κτίσας πόλιν "Ἄβδηρον.* Sed locus mihi non videtur satis sanus.

— *Τὰ "Ἄβδηρα.*] Apud Thucydidem lib. ii. haec vox etiam

plurali numero exstat. *Ἀπὸ Ἀβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον. Ab urbe Abderis ad Euxinum pontum.* Simili quoque modo apud Plutarchum in Laconicis: *πρὸς δὲ τὸν ἐκ τῶν Ἀβδήρων πρεσβευτὴν ἔφη.* id est: *Legato ex Abderis respondit.*

— *Καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α.*] Hic quoque aliquid excidisse videtur. Nimirum: *καὶ τὸ ιτης καὶ ἀπὸ τῶν εἰς α οὐδετέρων εὑρίσκεται.* Duas enim reddit rationes analogiae in *τῷ Ἀβδηρίτης*. Prior est posse dici ab *Ἄβδηρος* tum ut *Δίολκος*: et posterior etiam a desinentibus in *α* neutrum plurale talia gentilia formare, ut Gabala Gabalites. Sed et *τὸ ιτης* a neutris in *α* finientibus reperitur. Hanc observationem Clarissimo I. F. Gronovio debemus.

— *Εὔδοξος ἐν τετάρτῃ περιόδων.*] Quis et qualis fuerit Eudoxus apud Suidam in Eudoxo, et Diogenem Laertium lib. VIII. legere licet. Miror Stephanum hunc librum plurali numero citare, cum in *Ἀζανία, Ἀρμενία* et aliis in locis, eum singulari numero citet. Quapropter hic etiam, si mei arbitrii res foret, scriberem,
9 *Εὔδοξος ἐν τετάρτῃ γῆς περιόδου.* Plutarchus in libello, quo pro-
a bat *ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicuri decreta*, etiam Eudoxi librum citat hisce verbis: *ἢ τὰς περιόδους Εὔδοξος.* quae verba ita vertuntur ab interprete: *aut Eudoxus de conversionibus orbium caelestium.* Sed errat vir doctus; nam liber, quem in Astrologia composuerat Eudoxus, inscribebatur *Ἀστρολογούμενα* secundum Laertium, sive *Φαινόμενα*, uti scriptor Anonymus in vita Arati testatur. Illud Eudoxi opus *de ambitu sive circuitione terrae* multis constabat libris, nam octavum citat Harpocration in *Λιπάρα*.

— *Καὶ Παυσανίας Περιηγήσεως*] Ita in vulgatis, nec aliter in Vossiano cod. Quis non animadvertit, hic libri numerum deesse? quem Salmasius corruptum invenit in Palatinis, in quibus legebat, *καὶ Πανσανίας καὶ Περιηγήσεως.*

— *Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ*] Apud Herodotum lib. VIII. aliquoties de hac voce fit mentio.

— *Πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται*] Plurimos eruditione insignes haec urbs viros dedit, ut non immerito incomparabilis I. Vossius dixerit: Cum in omnibus illustrium virorum catalogis crebri passim sint Abderitae, nescio quare Iuvenalis hanc vervecum vocet patriam. Nam quod multi apud Abderitas insani nascerentur aut fierent, quis hoc stupori tribuat; cum insania non hebetes et stupidos, qui nihil habent quod perdant, sed maxima plerumque invadat ingenia? Quamvis autem Hippocrates lib. III. de morbis vulgaribus complurium Abderitarum meminerit, quorum febres coniunctae fuerint cum delirio, non tamen ex tam inamoeno morbo natum esse puto pro-

[redacted]

verbium illud de malo Abderitico; sed potius ex affectu iucundissimo, qui ipsorum febribus succedere solebat, ut testatur Lucianus, scripto de conscribenda historia. Omnes namque Musicae et Poëticae studebant, carmina poëtarum recitantes sibi invicem, et passim in plateis histrioniam agentes. Tam elegans insania non cadit in crassos et pituitosos, nedum in vervecea capita, quae, si verum est paradoxum Stoïcum, semper delirant.

— *Νικαίνετος ἐποποιός*] Huius poëtae etiam meminit Athenaeus lib. XIII. Sed dubitat an Samius, an vero Abderita fuerit. Haec sunt eius verba: *ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου, ἢ Ἀβδηρίτου.* Sed qualis fuerit poëta docet lib. XIV. *Καὶ Νικαίνετος ὁ ἐποποιὸς ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν ποιητὴς ὑπάρχων ἐπιχώριος, καὶ τὴν ἐπιχώριον ἱστορίαν ἠγαπηκὼς ἐν πλείοσι. Nicaenetus versuum scriptor, poëta indigena, et gentilitiam historiam ut plurimum secutus.*

— *Καὶ Πρωταγόρας*] Eius vitam descripsit Diog. Laertius, qui etiam eius scripta enumerat. Plurimi antiquorum ipsum *Abderitam* fuisse testantur. Cicero lib. prim. de Natura Deorum, Fabius III. 1. Gellius V. cap. III. Sextus Empiricus adversus Mathematicos, Philostratus in eius vita, Minutius Felix, aliique. Sed Eupolis, citante Laertio, in Assentatoribus ipsum *Teïum* fuisse perhibet. ait enim:

Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος.
Intus quidem est Protagoras Teïus.

Hinc apud Suidam legitur: *Τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ Τήϊον ἔγραψαν.* 9
Quidam vero ipsum Teïum esse scripserunt. Stephanus ipse b
sibi non constat hic Abderitam, et in voce *Τέως, Τήϊον*, Teïum fuisse scribit. Primus omnium mercede docuit, atque hanc ob causam plures pecunias cumulavit, uti Plato in Theaeteto testificatur. Discipulum Euathlum in ius vocavit, quia promissam mercedem non persolverat, uti Gellius lib. V. cap. X. et Apuleius in Floridis tradiderunt.

— *Τὸν ἥσσω καὶ κρείσσω λόγον πεποιηκέναι*] Licet Mss. et vulgati codices constanter ita habeant, inductus auctoritate Diog. Laertii et Auli Gellii, haec ita scriberem: *Τὸν ἥσσω λόγον κρείσσω πεποιηκέναι*; nam nullibi haec verba cum coniunctione *καὶ* copulantur. Apud Laertium lib. II. de Socrate legitur: *Καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν κωμῳδεῖ, ὡς τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιοῦντα: Aristophanes* (nempe in *Νεφέλαις*) *maledictis quoque illum vexat, quasi peiorem causam dicendo meliorem faceret.* Et in Noct. Atticis lib. V. cap. III. ubi graphice Protagorae mores et ingenium describuntur. *Is tamen Protagoras insincerus quidem Philosophus, sed acerrimus Sophistarum fuit: pecuniam quippe*

ingentem quum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior; quam rem Graece ita dicebat: τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Praestat igitur haec verba absque καὶ protulisse. Sed Laertius de Protagora hunc sensum aliis verbis concepit. Ita enim scribit lib. IX. Πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους ἀλλήλοις. Id est: *Primus de omni re duos esse sermones oppositos dixit.* Consimili modo etiam Clemens Stromat. VI. loquitur. Καὶ ἐπειδὴ Ἕλληνές φασι, Πρωταγόρου προκατάρξαντος, παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικείμενον παρασκευάσασθαι. Ita iste locus est legendus, ubi male legitur: λόγον ἀντικεῖσθαι.

Ἄβιλη, πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδ.] Quia perperam in Vossiano codice Ἄφιλα legitur, dubito an non sit Ἄβιλα hic reponendum: nam a Ptolemaeo etiam vocatur Ἄβιλα, ἐπικληθεῖσα Λυσανίου: *Abila cognominata Lysaniae*: non vero Lysanii, uti perperam habet Ptolemaei interpres. In quem errorem etiam incurrit Ortelius in Thesauro Geographico. Verum a Iosepho lib. XX. cap. V. dicitur Ἄβελλα, si locus mendo careat. Δωρεῖται τὸν Ἀγρίππαν τῇ Φιλίππου τετραρχίᾳ, καὶ Βαταναίᾳ, προσθεὶς αὐτῷ τὴν τραχωνῖτιν σὺν Ἀβέλλᾳ· *Agrippam donavit Philippi Tetrarchia et Batanaea, adiuncta his Trachonitide cum Abella.* Et apud Lucam in Euang. cap. III. versu 1. etiam exstat memoria Λυσανίου Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος, quod profecto ab *Abila* et non ab *Abella* deducitur. Et ita quoque apud Anonymum in Anagraphe Olympiadum, pag. 382.

— Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοιν. Ἀβ. ἐξ ἧς ἦν Διογ.] Totidem verbis hic locus apud Suidam in voce Ἄβιλα exstat. Quique ibidem de Patria Diogenis eadem testatur.

— Οὐδετέρως δὲ ἡ πόλις.] Ita etiam a Iosepho ex Polybii libro XVI. haec vox usurpatur, uti liquet ex Antiq. Iud. lib. XII. cap. III. Et apud Polybium lib. V. etiamnum hodie legitur: Κύριος
10 γίνεται Ἀβίλων, καὶ τῶν εἰς αὐτὸ παραβεβοηθηκότων: *eaque po-*
a *titus Abila in potestatem redegit, et simul omnes, qui pro ferenda ope eo occurrerant.*

Ἄβιοι, ἔθνος Σκυθικόν.] Gentem esse Scythicam animadverti licet ex Strabone lib. VII. Ex Arriano circa initium lib. IV. ex Curtio libro VII, et multis aliis. Nemo tamen scriptorum proprio nomine Abiorum regionem appellavit, quod alibi factum videtur a Stephano: Ὑλέα, χώρα Ποντική, Ἀβική λεγομένη. *Hylea, regio Pontica, quae Abica dicitur.*

— Γλακτοφάγων Ἀβίων.] Aldina et Florentina male habent, γαλακτοφάγων Ἀβίων, nam sic versus non constat, et aliter re-

peritur apud Homerum Iliad. *N.* circa principium. Quam insulse interpretes hunc Homeri versum transtulerunt, iam aliis dictum est.

— *Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Εὐξ. ποντ.*] De Alexandro et omnibus eius scriptis videndus Vossius de Histor. Graec. lib. I. cap. XXII.

— *Ὡς Διόφαντος.*] Huius scriptoris opus Geographicum citatur ab Agatharcide de mari rubro cap. XXXI. Ex quo procul dubio quae a Stephano ex Alexandro de Abiis referuntur, ipse Alexander transcripsit. Idem Diophantus teste Fulgentio lib. primo scripsit XIV. Antiquitatum libros, ubi male pro Diophantus Diophantes legitur. A Stephano in *Λιβυφοίνικες*, *Διόφαντος ἐν Πολιτικοῖς* citatur. Adfert Theodoretus lib. IV. Therapeutices Diophantum Syracusanum. Et exstat hodie Diophantus Alexandrinus, qui Arithmeticam conscripsit.

— *Ἢ ὅτι βίῳ ἑδραίῳ οὐ χρῶνται, οὕτω λέγονται, διὰ τὸ ἐφ' ἁμαξ. φερ.*] Hic locus non caret mendo, lege confidenter: *ἢ ὅτι βίῳ ἑδραίῳ οὐ χρῶνται, Ἁμαξόβιοι λέγονται, διὰ τὸ ἐφ' ἁμαξῶν φέρεσθαι.* Id est: *vel quod vita stabili non fruantur Hamaxobii dicuntur, quia curribus vehuntur.* Ita eos appellavit Mela lib. secundo, cap. primo. *Huius fluxum Buces amnis secat, Agathyrsi et Sauromatae ambiunt: quia pro sedibus plaustra habent, dicti Hamaxobii.* Et in genere Iustinus libro secundo Scythas ita depingit. *Uxores liberosque secum in plaustris vehunt, quibus, coriis, imbrium hiemisque causa tectis, pro domibus utuntur.* Sed relictis aliis, ipse Stephanus in voce *Βουδινοὶ* illorum meminit, quam gentem Scythicam nominatam ait *παρὰ τὸ δινεύειν ἐπάνω ἁμαξῶν, ὑπὸ βοῶν ἐλαυνομένων. Ἁμαξόβιοι γὰρ οἱ Σκύθαι.* Vide etiam Plinium lib. IV. cap. XII.

— *Δίδυμος δὲ Θρᾴκιον ἔθνος.*] Intelligit procul dubio Commentatorem in Homerum, cuius versum paulo ante citaverat. Sed in Mss. et Aldina Florentinaque editione vox *ἔθνος* non reperitur, sed lacuna, quam Xylander hac voce supplevit. 10 b

— *Ἐν Λυομένῳ Προμηθεῖ.*] Non exstat haec Aeschyli fabula. Eius etiam meminit Hesychius in voce *εἰσαφάσματα.*

— *Ἔπειτα δ' ἥξει* etc.] Hosce versus Thomas Stanleus suis numeris ita restituit. Vide Londinensem Aeschyli editionem p. 643.

Ἔπειτα δ' ἥξει δῆμον ἐνδικώτατον
Θνητῶν ἁπάντων καὶ φιλοξενώτατον
Γαβίους, ἵν' οὔτ' ἄροτρον, οὔτε γατόμος
Τέμνει δίκελλ' ἄρουραν, ἀλλ' αὐτοσπόροι
Γύαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

— *Ἐνδικώτατον.*] Haec vera est lectio quam nos in Vos-

[redacted]

siano codice, et Salmasius in Palatinis invenit: male in vulgatis legitur ἐνδικαιότατον. Non possum quin hic locum Curtii adscribam, qui libro VII. legitur. *Legati deinde Abiorum Scytharum superveniunt, liberi, ex quo discesserat Cyrus, tum imperata facturi: Iustissimos barbarorum constabat. Armis abstinebant, nisi lacessiti. Libertatis modico et aequali usu principibus humiliores pares fecerunt.*

— *Φιλοξενότατον.*] Perperam ita Mss. et vulgati codices. Lege, *καὶ φιλοξενώτατον*, uti etiam Stanleus animadvertit.

— *Τέμνει δικέλλῃ.*] Ita in vulgatis: verum in Mss. *δικέλλης*. Dativus et Genitivus huic loco non conveniunt: legerem *οὔτε γατόμος τέμνει δικέλλῃ*. ut sit nominativus cum *γατόμος* respondens: vel *δίκελλ'*, uti habet Stanleus, ut versus constet.

— *Φιλοστέφανος.*] Semper ab auctore nostro sine cognomine citatur. Hinc difficile est indicare qualis fuerit et quaenam scripserit. Vide de Philostephano Vossium de Histor. Graec. lib. primo, cap. XV.

— *'Επίθετα φασὶ τῶν 'Αγαβῶν.*] Ita constanter habent scripti et vulgati codices; verum rescribendum est: *ἐπίθετα φασὶ τῶν 'Αγαυῶν*. Sunt enim *'Αγαυοὶ* populi Scythiae. Hesychius: *'Αγαυοὶ, λαμπροί. φωτεινοί. ἔνδοξοι. ἐπιφανεῖς. ἔστι δὲ καὶ ἔθνος Σκυθικὸν 'Αγαυοὶ οὕτω καλούμενον, ὡς ὅταν λέγῃ ὁ ποιητὴς, καὶ 'Αγαυῶν ἱππημολγῶν*. Respicit Hesychius locum Homeri, qui exstat Iliad. *N.* circa initium,

Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων, καὶ 'Αγαυῶν 'Ιππημολγῶν.
Mysorumque cominus pugnantium, et illustrium Hippemolgorum.

Mirum est profecto omnes Homeri interpretes hanc vocem tam
11 insulse pro epitheto et non pro gente accepisse: in quem erro-
a rem etiam I. Casaubonum virum incomparabilem prolapsum fuisse manifestissime liquet ex Strabonis versione ad lib. VII. ubi eundem hunc poëtae locum ineptissime transtulit: cum expresse Hesychius hos Homeri *'Αγαυοὺς* pro gente Scythica sumserit. Horum etiam meminit Dionysius de situ Orbis:

Τῶν δ' ὕπερ ἐκτέταται πολυΐππων φῦλον 'Αγαυῶν,
"Ενθα Μελάγχλαινοί τε καὶ ἀνέρες ἱππημολγοί. Hoc est:
Supra hos autem porrecta est equis abundantium gens Agauorum:
Ubi Melanchlaenique et homines qui equos mulgent.

In vulgatis Dionysii codicibus hodie *'Αλανῶν* pro *'Αγαυῶν* reperitur. Sed praeter H. Stephanum, etiam ὁ *πάνυ* Salmasius in optimis Dionysii MSS. olim *'Αγαυῶν* legebat.

— *Τοξόται γὰρ οἱ αὐτοί.*] Scythae semper optimi arquites

[redacted]

fuere; unde et Scytharum appellatio producta videtur: nam septentrionalibus uti et Germaniae populis **Schießen**, est sagittam arcu emittere. Praestantissimi in hac arte fuerunt Sacae, de quibus ita canit Dionysius:

Τὸν μέτ', ἐπὶ προχοῇσιν Ἰαξάρταο νέμονται
Τόξα Σάκαι φορέοντες, ἃ μηκέτις ἄλλος ἐλέγχοι
Τοξευτής· οὐ γάρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάλλειν. Hoc est:
Quem post, ad fluenta Iaxartae degunt
Arcus Sacae gestantes, quos nemo alius improbaverit
Sagittarius. Non enim ipsis fas est incassum iaculari.

Ἄβολλα, πόλις Σικελίας.] Cum nemo veterum de hac urbe mentionem faciat, merito a Geographis inter loca incertae positionis collocatur.

— *Ὡς Ἀγίλλα.*] Perperam ita habent MSS. et vulgati codices. Lege confidenter, *ὡς Ἀγύλλα*, cuius gentile etiam est *Ἀγυλλαῖος*, quod respondet gentili *Ἀβολλαῖος*.

Ἀβοριγῖνες ἔθνος Ἰταλικόν.] Nolumus actum agere. Qui hanc gentem accurate ex antiquis descriptam cupit, Cluverium consulat. Nullibi hoc nomen cum ω scribitur, nisi apud Suidam.

— *Ὡς Ἰόβας.*] Idem historicus etiam citatur in voce *Ὡτία*, et sine libri nomine in *Ἀρβάκη*. De aliis eius scriptis lege Vossium de Historicis Graecis lib. II. cap. 4.

— *Μέχρις οὖν.*] Lege ex Vossiano codice: *Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου.*

— *Τὴν ἀρχαίαν Ἀβοριγίνην διέσωζον.*] Ineptissima haec est Xylandri et aliorum lectio: nam nusquam reperitur, huius gentis regionem *Ἀβοριγίνην* dictam fuisse. Et cum nihil iuvent MSS. 11
coniectura tamen hic locus curari posset. Scribe itaque ut est b
apud Dionysium Halicarnasseum lib. I. unde haec transcripta videntur: *Μέχρι μὲν οὖν τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου τὴν ἀρχαίαν τῶν Ἀβοριγίνων ὀνομασίαν διέσωζον.*

— *Λατίνου δὲ βασιλεύσαντος.*] Vide Livium lib. I. Salustii bellum Catilinarium, Dionys. Halicar. lib. I. atque alios.

— *Τὰ αὐτὰ καὶ Χάραξ.*] Vide Vossium de Historicis Graecis lib. III. Multis in locis hic Scriptor a Stephano allegatur.

— *Εἰκὸς οἴεσθαι τινὰς τούτου τὴν κλίσιν ἀπὸ τῆς Ἀβοριγῖνος εὐθείας, ὡς Λεοντῖνος.*] Legerem cum Porto: *εἰκὸς οἴεσθαι τινὰς τούτου τοῦ ὀνόματος τὴν κλίσιν ἀπὸ τῆς Ἀβοριγῖνος εὐθείας γίνεσθαι, ὡς Λεοντῖνος*, et ita porro.

— *Ἣν αὐτὸς παρατίθησι.*] Videlicet Dionys. Halicarnassensis, et oraculum illud, cuius infra meminit Stephanus, libro I. legitur.

— *Ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ ναῦται ναυτέων, οὕτως Ἀβοριγῖναι Ἀβοριγινέων.*] Scribe potius: *ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ* v. v., *οὕτως ἀπὸ τοῦ Ἀβορι-*

γῖναι Ἀβοριγινέων. Genitivus pluralis primae declinationis nominum simplicium κοινῶς in ῶν circumflexum desinit; sed Ionice in έων cum accentu in penultima. Verum eiusmodi nomina non necessario ad primam declinationem pertinent: nam in genitivo plurali quintae declinationis saepius eadem terminatio observatur: Iones enim dicunt ἀνδρέων pro ἀνδρῶν ab ἄνδρες *viri*: item χηνέων pro χηνῶν a χῆνες *anseres*: et similiter in multis aliis. Itaque a casu recto Ἀβοριγῖνες communiter Ἀβοριγίνων, et Ionice Ἀβοριγινέων formari posset. Praeterea etiam Stephanus supra inquit, non esse absurdum, si quis existimet Ἀβοριγίνων ab Ἀβοριγῖνος deduci posse. Nam tali forma Lycophronem vocem Βορείγονος pro Ἀβοριγῖνος usurpasse certum est:

Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων.

Ad quae verba Isacius Tzetzes ita commentatur. *Πάντα τολμητὰ βατὰ καὶ γραπτὰ τῷ Λυκόφρονι· οἱ Ἰταλοὶ πρῶτον Ἀβορήγινες* [scriberem Ἀβοριγῖνες.] *ἐκαλοῦντο καὶ ἕτερα μυρία ἀπὸ τῶν οἰκησάντων αὐτὰ ἐθνῶν. οὗτος δὲ Βορειγόνους λέγει τοὺς Ἀβορειγόνους.*

— *Ἔχει δὲ ὁ χρησμὸς οὕτω.*] Oraculum illud etiam exstat apud Macrobium libro primo Saturnaliorum cap. VII.

— *Μαιόμενοι.*] Optime ita Xylander reposuit pro μαινόμενοι, quod Aldina et Florentina perperam exhibent: neque etiam aliter Salmasius in scriptis Bibliothecae Palatinae codicibus invenit. In Vossiano multa huius oraculi desunt.

12 — *Ἐκπέμψατε Φοίβῳ.*] Ita reposuimus pro ἐκπέμψατε Φοί-
a βῳ, uti legitur in Xylandri editione. Sed videtur esse typothetarum σφάλμα. Perperam etiam legitur in aliis ἐπέμψατε Φοίβῳ.

— *Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ.*] Hunc versum nec Dionysii Halicarnassei interpres nec Opsopaeus probe perceperunt, eius sensum hisce verbis exprimentes;

Atque Iovi capita: et transmittite lumina Patri.

Virgilii exemplum si imitati fuissent, qui Plutonem Iovem Stygium appellat, in errorem non incidissent; ait enim ille lib. IV. Aeneid.

Sacra Iovi Stygio quae rite incepta paravi
Perficere est animus. Et Ovidius;
Saepe tibi est Stygii regia visa Iovis.

Κρονίδης patronymicum masculinum a Κρόνος *Saturnus* absolute positum Saturni filium denotat, omnibusque eius filiis, Iovi, Neptuno, et Plutoni aequaliter convenit: sed hi optime a Poëtis distinguuntur, cum patronymico praenomen adscribitur. Ita apud Homerum legimus Iliad. *I.*

Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε,
Ὄφρα Διῒ Κρονίδῃ ἀρησόμεθ', αἴκ' ἐλεήσῃ.

[redacted]

Et simili etiam modo aliis in locis apud eundem ac alios poëtas. Quisnam filiorum Saturni in hoc oraculo intelligi debeat non facile divinassem, nisi mihi lux affulsisset ex Macrobii libro I. Saturnal. cap. VII. qui idem oraculum in medium producens loco Κρονίδῃ scripsit Ἄδῃ, hoc est, Diti sive Plutoni, qui aeque ac Iupiter et Neptunus Saturni filius fuit, uti aperte testantur scriptores Mythologici. Hi tres cum rerum imperium inter se essent partiti, Iovi coeli regnum, Neptuno maris, et Plutoni inferorum loca obtigerunt. Hinc Cicero in secundo de Nat. Deorum: *Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est: qui Dives ut apud Graecos Πλούτων, quod recidant omnia in terras et oriantur e terris.* E terris originem ducunt omnes fructus, et omnia metallorum genera: imo et humana corpora Diti debentur, utpote terrena, quaeque post mortem a terra recipiuntur. Hinc Horatius Carm. lib. I. Od. IV, sepulchrum domum Plutoniam nominavit.

Iam te premet nox, fabulaeque manes,
Et domus exilis Plutonia.

Et sic quoque saepissime apud Homerum: e multis unum adducam exemplum, quod exstat Iliad. Γ.

Τὸν δὸς ἀποφθίμενον δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω.

Si igitur humana cadavera Plutoni debeantur, genuinus Oraculi sensus in eo consistet, ut per Saturni filium non Iupiter, sed Pluto intelligatur. Sed non magnopere miror supra dictos viros ad oraculi sensum non penetrasse, cum ipse Eusebius in eundem scopulum impegerit, per Κρονίδην etiam Δία intelligens, ita enim ille in Constantini oratione: ὁ δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς συγγραφεὺς Διονύσιος, ὀνομαστὶ αὐτὸν τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλωνα αἰτῆσαι ἀντ 12
ἀνθρωποθυσίας ἐν Ἰταλίᾳ παρὰ τῶν καλουμένων Ἀβοργηνῶν. Hic b
obiter adhuc notandum est Ἀβοργηνῶν pro Ἀβοριγίνων scriptum esse.

— *Ἐχρήσατο κινήσεσιν.*] Ita invenit magnus Salmasius in Palatinis et nos in Vossiano codice: sed ad marginem sui codicis annotavit, hanc vocem tali significatione apud Graecos non occurrere, pro *κινήσεσιν* legendum esse *κλίσεσιν*.

Ἄβοτις, πόλις Αἰγυπτία.] Veteres de hac urbe nullam faciunt mentionem: solus Suidas eius meminit notante Ortelio in Thesauro Geographico. Apud Plinium libro VI. cap. XXIX. legimus: *Oppida eorum expugnavit, quae sola invenerit, quo dicemus ordine: Phelcin, Primin, Aboccin etc.* Ubi forte pro *Aboccin Abotin* est rescribendum.

— *Ὁ πολίτης κατὰ μὲν τὸ ἐπιχώριον, Ἀβοτίτης, ὡς νῦν Κλαυτίτης καὶ Ναυκρατίτης.*] Locus hic foedissime est corrup-

tus, nam nullum, quod sciam, oppidum reperitur, a quo gentile *Κλαυτίτης* deducitur. Veram lectionem nobis Voss. cod. exhibuit. *Ὁ πολίτης κατὰ μὲν τὸ ἐπιχώριον, Ἀβοτίτης, ὡς Ναύκρατις, Ναυκρατίτης.* Hanc in versione nostra secuti sumus.

— *Χάλκις Χάλκιος Χαλκιεύς*] Salmasius ex Palatinae bibliothecae codicibus nititur reponere, *Χαλκὶς Χαλκίδος Χαλκιδεύς*, quam lectionem etiam in Vossiano MS. invenientes non probamus: nam non convenit cum *Ἄβοτις Ἀβότιος Ἀβοτιεύς*. Ex Stephano est manifestum, hanc vocem gemino gentili gaudere: nempe *Χαλκὶς Χαλκίδος*, inde *Χαλκιδεύς*: et praeterea *Χάλκις Χάλκιος* et inde *Χαλκιεύς*, quod non duntaxat hic legitur, sed etiam in voce *Ἄβαρνος* pag. 6.

Ἀβρεττίνη, χώρα Μυσίας.] Male habet Aldina et Florentina, *Ἀβροττίνη*. Hic scribendum esse *Ἀβρεττήνη* satis innuit gentile inde deductum, quod est *Ἀβρεττηνός*. Simili etiam modo apud Strabonem lib. XII. (quem Stephanus plerumque sequitur.) *Ἱερεὺς μὲν ὢν τοῦ Ἀβρεττηνοῦ Διὸς Μυσίου θεοῦ. μέρος δ' ἔχων ὑπήκοον τῆς Μωρηνῆς. Μυσία δέ ἐστι καὶ αὕτη καθάπερ ἡ Ἀβρεττήνη.* Et sic quoque apud Suidam legerem, ubi nunc exaratum est: *Ἀβρεττάνη, χώρα ἡ λεγομένη Μυσία, ἀπὸ Βρεττίας νύμφης.*

— *Ὡς Ἀριανός φησιν.*] Scribe *ὡς Ἀῤῥιανός φησιν*: ita enim Salmasius in MSS. invenit.

Ἀρβινάται. Ὁ δὲ Τεχνικός φησι.] Suidas, et Stephanus in *Ἀβασηνοί*, aliisque locis, Apollonii Technici meminerunt. Sed praeter hunc Apollonium etiam reperi mentionem Eustathio factam de Herodiano Technico, qui forte, uti nos docet Suidas, Apollonii filius fuit. Ita enim ille ad Iliad. *B.* 368. *ἡ δὲ γραφὴ τῆς παραληγούσης τῶν φθειρῶν τούτων, διάφορος κατὰ τὸν Χοιροβοσκόν. οἱ μὲν γὰρ πλείους διὰ διφθόγγου γράφουσιν αὐτό. ὁ δὲ Τεχνικός φησι, διὰ τοῦ Ι. Τεχνικὸν λέγων τὸν Ἡρωδιανόν.* Sed uter horum *Τεχνικῶν* sive Grammaticorum hic intelligi debeat non coniecerim facillime, quia proprium nomen non exprimitur.

13 a *Ἄβροι, ἔθνος.*] Perperam in Vossiano: *Ἄβρος, ἔθνος.* Quod etiam Aldina et Florentina exhibent.

— *Πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ Ταλαντίνων.*] Sic habent editiones omnes et scripti codices: Salmasius et alii legendum censent: *πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ Ταυλαντίνων.*

— *Προσεχὲς τοῖς Χελιδονίοις.*] Optime ita rescripsit Xylander pro, *προσεχὲς τῷ Χελιδονίοις.* quod Salmasius in Palatinis codd. et nos in Vossiano invenimus: neque ab eo dissentiunt aliae editiones vulgatae.

— *Οὓς τινὲς φασι Κιμμερίους.*] Ita Graeci eos appellant

[redacted]

teste Strabone lib. VII. *Καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαντο στρατείαν. ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθεὶς βόσπορος, οἷον Κιμβρικὸς, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων.* hoc est, *Idem non inepta coniectura colligit Cimbros homines fuisse praedones ac vagos, armisque ad Maeotin usque lacum progressos: et fuisse ab iis Cimmerium Bosporum denominatum, quasi Cimbricum, cum Graeci Cimbros Cimmeriorum nomine afficiant.* Consule etiam Plutarchum in vita Marii.

— *Σκόμβροι, καὶ οὗτοι ἔθνος, ὡς Σοφοκλῆς.*] Monstrum haec est lectio, nec facile dictu est, quid sit reponendum: nemo Geographorum *Scombros* agnoscit. Suspicor esse legendum: *βαρύνεται δὲ, ὡς Κίμβροι, οὓς τινές φασιν Κιμμερίους. Στράβων. Κιμμέριοι καὶ οὗτοι ἔθνος, ὡς Σοφοκλῆς.* Nam Sophoclem quendam de Cimmeriis scripsisse auctoritate Etymologici magni comprobatur. *Κιμμερίους*] *φησὶν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ὑποκάτω τοῦ Πόντου εἶναι. γράφεται καὶ Κερβερίων. καὶ ἔοικε καὶ Σοφοκλῆς περιπεπτωκέναι τῇ τοιαύτῃ γραφῇ. ὁμοίως καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. οἷον, Ἡ Κερβερίους λέγω.*

Ἀβρότονον. Λύκος ὁ Ῥηγῖνος.] Vide Vossium de Historicis Graecis lib. I. cap. XII.

— *Στράβων δὲ ἐν ἑκκαιδεκάτῳ βιβλίῳ.*] Strabonis locus ita sonat. *Εἶτ' ἄλλη λίμνη πολὺ ἐλάττων. καὶ μετὰ ταύτην Ἀβρότονον πόλις, καὶ ἄλλαι τινες. Hinc est alius lacus longe minor, post quem est Abrotonum urbs, et aliquot aliae.*

— *Πόλις δὲ Λιβυφοινίκων.*] Ad hanc urbem etiam sunt referenda quae refert Scylax Caryandensis pag. 46. De situ huius oppidi lege iudicium viri incomparabilis I. Vossii in suis ad Melam observationibus.

— *Ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς.*] Lege ex MSS. *Καὶ γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς.*

— *Λευκωνιεύς.*] Male in scriptis codd. *Λευκωνοεύς.* Vide- 13
tur esse gentile deductum a voce *Λευκώνιον* Aeolidis oppidum, b
de quo Thucydides lib. VIII. *Καὶ ἐν Φαναῖς αὖθις ἄλλῃ μάχῃ ἐνίκησαν, καὶ τρίτῃ ἐν Λευκωνίῳ. Et ad Phanas rursus altero praelio et tertio ad Leuconiam vicerunt.*

— *Ὅτε τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ηνος ἔχει.*] In codice Vossiano haec absque *ἔχει* leguntur. Rescribendum videtur: *ὅτι τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ηνος λήγει.*

— *Δυνατὸν δὲ καὶ ἐξ Ἀβροτόνου φᾶναι τὸ ἐθνικόν.*] Manu exarati codd. cum vulgatis conveniunt: sed pro *φᾶναι* rescribendum est *φάναι.* Nam *φᾶναι* pro *φῆναι* dictum, est infinitivus

Aorist. I. act. a. φαίνω appareo. Et φάναι est infinit. praes. a. φημὶ dico.

— Πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, μάλιστα ἐν τοῖς δήμοις etc.] Paulo ante Stephanus dixerat gentile nomen huius urbis non esse in usu, sed artem tamen innuere, quo pacto secundum aliorum oppidorum formam Ἀβροτονεὺς fingi posset: hoc si cuiquam non placeat, licebit dicere ἐξ Ἀβροτόνου, quandoquidem apud Graecos multa tali forma gentilia reperiantur: non enim expedit ab unoquoque oppidi vocabulo gentile nomen deducere, quemadmodum auctor noster luculenter in voce Βάτη affirmat, cuius verba, quia hunc locum egregie illustrant, huc transferam: Οὐ γὰρ δεῖ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ἐπιῤῥήματι χρῆσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν δήμων, ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως, ἢ τῷ ἀναλόγῳ, ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας. *Non enim oportet in omnibus gentile quaerere, sed vel adverbio uti, quemadmodum in Demis: vel genitivo cum pronomine: vel analogia: vel regionis consuetudine.* Primo itaque Stephanus secundum analogiam Ἀβροτονεὺς, et deinde adverbio cum praepositione utens, ἐξ Ἀβροτόνου fecerat. Neque aliter se res habet cum lingua nostra Belgica, in qua nobis etiam non licet a quovis oppido et pago gentilia deducere: a **Leyden** quidem fit **Leydenaar**, ab **Haarlem Haarlemer**, **Middelburg Middelburger** et sic porro: verum a voce **Utrecht** non **Utrechtenaar** sive **Utrechter**, neque a **Deventer Deventenaar**: illa enim non sunt in usu, quanquam ad analogiam et formam aliarum urbium facta videantur. Itaque, cum per necessitatem gentili utendum sit, illud Graecorum more formamus: ut enim illis ἐξ Ἀβροτόνου, ita et nobis **van Utrecht**, et **van Deventer** dicere licebit.

— Ὡς ἐξ οἷον δημότης, καὶ ἐκ κηδῶν, ὡς δειχθήσεται.]
14 Mendo non caret hic locus, nam commodus ex hisce verbis sen-
a sus non potest elici: ita essent reddenda: *sicut ex quali [Demo vel tribu] Popularis, et ex affinitatibus, quemadmodum demonstrabitur.* Fortasse legendum est: Ὡς ἐξ οἷον δήμου δημότης, ὡς δειχθήσεται; quorum verborum versionem exhibemus. Hoc si non arrideat, lege: Ὡς ἐξ οἷον δημότης, καὶ ἐκ φυλῶν, ὡς δειχθήσεται: *Sicut ex quali demo Popularis, et ex quibusnam tribubus [originem ducat:] quemadmodum demonstrabitur.*

Ἄβυδοι. Ἡ καθ' Ἑλλήσποντον τῶν Μιλησίων ἄποικος.] Eosdem urbis conditores et situm agnoscit Thucyd. lib. VIII. Δερκυλλίδας ἀνὴρ Σπαρτιάτης, στρατιὰν ἔχων οὐ πολλὴν παρεπέμφθη πεζῇ ἐφ' Ἑλλήσποντον, Ἄβυδον ἀποστήσων, εἰσὶ δὲ Μιλησίων ἄποικοι. *Dercylidas vir Spartanus, cum non magna militum manu itinere pedestri in Hellespontum missus fuit, ut Aby-*

[redacted]

dum ad defectionem sollicitaret. Sunt autem Milesiorum coloni. Strabo eam vel a Milesiis vel Cyzicenis aedificatam refert, ita enim ille lib. xiii. *Πρίαπος δ' ἐστὶ πόλις ἐπὶ θαλάττῃ καὶ λιμήν. κτίσμα δ' οἱ μὲν Μιλησίων φασὶν, οἵπερ καὶ Ἄβυδον καὶ Προκόννησον συνῴκισαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, οἱ δὲ Κυζικηνῶν. Priapus urbs est maritima cum portu: quidam a Milesiis conditam aiunt, eodem quo Abydum et Proconnesum tempore: alii a Cyzicenis.* Marcianus Heracleota ab utroque dissentit, cum eam vult ab Aeolibus conditam esse.

Ἔπειτα Σηστὸς καὶ Ἄβυδος αἱ κείμεναι
Ἐπὶ τοῦ στενοτάτου Αἰολέων οὖσαι κτίσεις.

De situs opportunitate et peculiari huius loci natura nemo antiquorum accuratius scripsit quam Polybius Historiarum lib. xvi, ubi refert obsidionem a Philippo factam, et obsessorum generositatem, ac supra quam dici queat excelsum animum, qui tandem urbe capta, se ipsos, uxores et liberos vario mortis genere occiderunt. Vide et Liv. xxx. cap. xvii.

— *Ὡς Διονύσιος.*] Scriptor hic satis notus passim citatur a Stephano: estque versus 516. qui ab auctore nostro producitur.

— *Καὶ ἡ κατ' Αἴγυπτον.*] Ptolemaeus libro iv. tradit urbem esse mediterraneam; cum eo convenit Plinius qui ita inquit lib. v. cap. ix. *Infra quod Abydus Memnonis regia, et Osiris templo inclytum,* vii. M. ccccc. *pass. in Libyam remotum a flumine.* De Abydo ita scribit Strabo lib. xvii. *Ἐν δὲ τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ᾠδὸν, οὔτε αὐλητὴν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. Abydi Osiris colitur, in eius templo non licet nec cantori, nec tibicini, nec citharoedo sacrificium auspicari, quemadmodum mos est aliis Deis.* Et Aelianus de animalibus lib. x. cap. xxviii. *Σάλπιγγος ἦχον βδελύττονται Βουσιρῖται, καὶ Ἄβυ ἡ Αἰγυπτία, καὶ Λύκων πόλις.* Pro *Ἄβυ* hic non est scribendum *Ἀβιδὸς* uti editor ad marginem collocavit, sed *Ἄβυδος ἡ Αἰγυπτία. Busiritae et Abydus Aegyptia et Lycopolis tubae sonitum detestantur.* Oppidi huius etiam meminit Athenaeus lib. xv, cuius locum, quia in mendo cubat, producam. *Δημήτριος* 14
δ' ἐν τῷ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον, περὶ Ἄβυλον πόλιν τὰς ἀκάνθας b
ταύτας εἶναί φησι. Demetrius in libris rerum Aegyptiarum scribit eiusmodi spinas circa oppidum Abylon etiam nasci. Cum nemo veterum de oppido Aegyptio quod Abylon dicitur, mentionem faciat, hic *Ἄβυδον* esse legendum unicuique est manifestum.

— *Καὶ ἡ κατὰ τὴν Ἰαπυγίαν, ἡ Ἰταλίαν.*] Codex Voss. *Καὶ ἡ κατὰ Ἰαπυγίαν ἡ Ἰταλίαν.* Si mei arbitrii res foret, scriberem: *καὶ ἡ κατὰ Ἰαπυγίαν τῆς Ἰταλίας.* Nam Italia Iapygiam continet.

— Ὡς Φιλέας.] Consule Vossium de Hist. Graec. lib. iii.

— Ἔστι δὲ Ἰαπυγίας πολισμάτιον ἐν Πευκετίοις.] Hic locus procul dubio in mendo cubat, nam Salmasius post ἔστι δὲ in Palatinis codd. lacunam invenit. Cluverius qui nobis accuratissimam Italiae antiquae descriptionem reliquit nullam de hoc oppido facit mentionem: et quandoquidem is illud non cognoverit, mihi ad investigandum tempus esse terendum non videtur magnopere necessarium. Vide Eustathium cuius verba infra a nobis producuntur.

— Εἰ μὴ δ' εἰκῇ τὴν Ἄβυδον πατεῖν.] Pessime in Florentina editione: Εἰ μὴ δ' εἰκεῖ τὴν Ἄβυδον πατεῖν. Vide Erasmum de hoc adagio.

— Οἱ δὲ τὴν ἐν Μιλήτῳ Ἄβυδον οἰκοῦντες.] Hic locus librariorum inscitia miserrime est depravatus, licet in scriptis et vulgatis codd. constanter ita legatur. Magnus ille Erasmus mendum hoc non est odoratus, qui in Adagio: *Ne temere Abydum*, insignem suam in Geographia imperitiam ostendit, ubi expressis verbis affirmat *in Mileto insula Abydum* fuisse. Procul dubio Stephanus olim ita scripserat: οἱ δὲ Μιλήσιοι τὴν Ἄβυδον οἰκοῦντες, *Milesii autem Abydum incolentes.* Et ita esse legendum manifeste apparet ex Eustathio ad Dionysium de situ orbis, qui totum hunc Stephani locum transcripsit. Ἰστέον ὅτι κατὰ τὸν γράψαντα τὰ ἐθνικὰ, καὶ Ἰταλικὴ πόλις τις λέγεται οὐδετέρως τὸ Ἄβυδον, καὶ ὅτι ἐπὶ συκοφαντίᾳ καὶ μαλακίᾳ διεβάλλοντο οἱ Μιλήσιοι Ἀβυδηνοὶ οὗτοι [quod idem est profecto ac si dixisset οἱ Μιλήσιοι τὴν Ἄβυδον οἰκοῦντες.] Ὅθεν καὶ παροιμία, μηδ' εἰκῇ τὴν Ἄβυδον πατεῖν, ἤγουν μὴ θαῤῥούντως αὐτῆς ἐπιβαίνειν. ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ ἑτέρα παροιμία ἐπὶ τῶν ἀηδῶν, τὸ, Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Abydenorum luxuriam et vitam solutiorem graphice etiam depingit Athenaeus lib. xii.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀβυδηνός.] Hoc gentilitio etiam Latini utuntur. Ovidius lib. i. Trist.

Quoque per angustas male vectae virginis undas
Seston Abydena *separat urbe fretum.*

Livius lib. xxxi. cap. xvii. Abydeni *primo tormentis per muros dispositis, non terra modo adeuntes aditu arcebant: sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant.*

— Λέγεται δὲ καὶ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, ἐπὶ τῶν ἀηδῶν.] De hoc adagio et eius sensu lege Erasmum ad titulum, Abydena Illatio. Athenaeum lib. xiv. et Casaubonum ad hunc locum.

15 — Ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον.] Constat enim Geographorum
a testimoniis Cyzicum non longe ab Abydo abesse. Vide Plinium lib. v. cap. xxxii. Ptolem. lib. v. cap. ii. Et Strabonem lib. xiii.

[redacted]

Ἀβυδών.] Hic locus iisdem verbis apud Suidam legitur: Ἀβυδών. Ἀβυδῶνος. χωρίον Μακεδονίας. ὡς Στράβων. Τηλόθεν ἐξ Ἀβυδῶνος ἀπ' Ἀξίου εὐρὺ ῥέοντος.

— Ὡς Στράβων.] Nulla apud Strabonem de hoc loco fit mentio, nisi in excerptis libri VII, ubi haec leguntur: ἐπίκειται δὲ τῷ Ἀξιῷ ποταμῷ χωρίον, ὅπερ Ὅμηρος Ἀμυδῶνα καλεῖ, καὶ φησὶν τοὺς Παίονας ἐντεῦθεν εἰς Τροίαν ἐπικούρους ἐλθεῖν.

Τηλόθεν ἐξ Ἀμυδῶνος ἀπ' Ἀξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος.

Vide locum apud Homerum Iliad. *B.* et Eustathii commentaria ad hunc locum. Hoc apud Scriptores non est insolens *B* in *M* mutari. Vide nostras observationes pag. 5.

Ἄβυλλοι, ἔθνος.] Huius gentis meminit Athenaeus lib. XV. notante Ortelio.

— Ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περιηγήσεως.] In Vossiano, περὶ γῆς. Salmasius haec ad oram sui codicis annotavit. Mendose in Vet. MS. legitur περὶ γῆς: recentior habet δευτέρῳ περιηγήσεως. Ad me quod attinet cum Vossio existimarem, idem esse Apollodori opus, quod nunc Περιήγησις, et alias ut in voce Γαυγάμηλα, περὶ γῆς inscribitur.

Ἀβώνου τεῖχος.] Hoc oppidum a Ptolemaeo lib. V. cap. VI. Galatiae annumeratur, et ab Arriano in periplo. Huius quoque oppidi aliquoties meminit Lucianus in Pseudomante. Vide et Strabonem lib. XII.

— Ὁ πολίτης Ἀβωνοτειχίτης.] Ita Lucianus Alexandrum quendam impostorem sceleratissimum appellat in principio tractatus, qui Pseudomantis inscribitur. Sed pro τοῦ Γορδίου τεῖχος, legendum videtur ἀπὸ τοῦ Γορδίου τείχους.

Ἀγάθεια.] Nulla de hoc oppido apud antiquos fit mentio.

— Ὡς Ἑλλάνικος πρώτῳ Δευκαλιωνείας.] Huius auctoris et libri Stephanus etiam meminit in Ἄσπενδος et aliis locis: sed pro Δευκαλιωνείας alibi Δευκαλιωνίας scribitur. De Hellanico et eius 15 scriptis vide doctissimum Voss. de Hist. Graec. lib. IV. b

— Ὁ πολίτης Ἀγαθεύς.] Nemo existimet hoc gentile non posse formari ab Ἀγάθεια. Rationem quare ab Ἀγάθεια deducatur Ἀγαθεὺς et non Ἀγαθειεὺς, leges in voce Σχοινοῦς.

Ἀγάθη, πόλις Λιγύων, ἢ Κελτῶν.] Liguria et Ligures olim ad Rhodanum usque pertigerunt: nec ad Rhodanum tantum, sed ad Iberum usque flumen: quamobrem Ἴβηρες καὶ Λίγυες μιγάδες appellabantur. Qua de causa hanc urbem etiam vel Liguriae vel Celtogalatiae adscripsit Stephanus. Strabo lib. IV. Plinius lib. III. cap. IV. Pomponius Mela lib. II. cap. V. et Ptolemaeus lib. II. cap. V. eam Narbonensi Galliae annumerant.

— Σκύμνος δὲ Φωκαιέων αὐτήν φησιν.] Videtur hic aliquid

excidisse; rescriberem: *Σκύμνος δὲ Φωκαέων κτίσμα αὐτὴν εἶναι φησιν.* Non dubito quin hunc Scymni Chii locum respexerit Stephanus, quem ab incomparabili I. Vossio emendatum hic adscribam.

> —— *Μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν*
> *Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς*
> *Κατὰ βαρβάρους πρὸς Ῥοδανὸν ἔκτισαν πόλεις,*
> *Ἀγάθην Ῥοδανουσίαν τε.*

Verum a Scymno videtur differre Strabo, qui urbem a Massiliensibus conditam affirmat, ita enim ille lib. IV. *Τούτων ἐφ' οὗ μὲν Βιλτέρα πόλις ἀσφαλὴς ἵδρυται, πλησίον τῆς Ναρβῶνος. ἐφ' οὗ δὲ Ἀγάθη, κτίσμα Μασσαλιωτῶν. Supra illum sita est Biltera, urbs bene munita, Narboni vicina: ad hunc Agatha, a Massiliensibus condita.* sed extructa a Phocaeensibus Massilia, Massilienses conditores dicti sunt, qui posterioribus temporibus fortitudine sua freti, circumiacentes quosdam campos in potestatem suam redegerunt, in quibus munimenta et oppida condiderunt, quaedam contra Hispanos et Rhodanusiam atque Agatham contra barbaros Rhodanum accolentes.

— *Τιμοσθένης δὲ ἐν τῷ σταδιασμῷ.*] De hoc scriptore lege Vossium de Hist. Graec. lib. V. cap. XVII.

16 — *Ὡς τὸ Ἡραῖον τεῖχος, καὶ Ἥραιον* etc.] Observavimus
a Stephanum ita etiam distinxisse in voce *Ἡραῖον.*

— *Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις, ὡς Φίλων, Λιγυστίων ἀπὸ λίμνης Λιγυστίας.*] In Vossiano codice inveni: *ἔστι δὲ καὶ ἄλλη πόλις, ὡς Φίλων, Λυστίων, ἀπὸ λίμνης Λυστίας.* Idem quoque exhibuit Salmasio vetus et codex recentior. Totus hic locus ἔλκεσι βρύων, partim est mutilus et partim corruptus: nam pro *Λιγυστίων* sine dubio *Λιγυστίνων* rescribendum est. Deinde post illa verba *ἀπὸ λίμνης Λιγυστίας* (vel ut habent MSS. *Λυστίας*) prorsus pendet sententiae sensus, et talia videntur deesse verba, quibus urbis distantia ab hoc lacu, cuius nomen etiam in mendo cubat, terminabatur. Attamen duas fuisse *Agathas* in vel circa Narbonensem Galliam Ptolemaei testimonio est manifestum. Illius situm, de qua supra mentionem fecimus, hoc modo descripsit.

Μετὰ τὸ ἀφροδίσιον	*κ γ*	*μ β γ*
Ἰλλέριος ποτ. ἐκβολαί	*κ α*	*μ β γ ο*
Ῥουσκίωνος ποτ. ἐκβολαί	*κ α δ*	*μ β L δ*
Ἄταγος ποτ. ἐκβολαί	*κ α L*	*μ β L δ*
Ὀρόβιος ποτ. ἐκβολαί	*κ α L δ*	*μ β L γ.*
Ἀραυρίου ποτ. ἐκβολαί	*κ β*	*μ β L γ.*
Ἀγάθη πόλις	*κ β δ*	*μ β L γ.*
Σήτιον ὄρος	*κ β L*	*μ β L*

[redacted]

De altera Agatha, quam ait esse insulam cum urbe eiusdem nominis, ita scribit, eodem libro et capite supra citato: *Νῆσοι δὲ ὑπόκεινται τῇ Ναρβωνησίᾳ, Ἀγάθη μὲν κατὰ τὴν ὁμώνυμον πόλιν, ἧς θέσις κ β ∠, μ β ς.*

— *Ὡς Εὐδόξιος.*] Xylander in auctorum a Stephano allegatorum catalogo putat hic forte rescribendum esse, *ὡς Εὔδοξος.* Salmasius ad oram sui codicis quaerendum existimat, quisnam hic sit, atque cum illo amplius deliberandum censeo: nam non invenio Eudoxum, qui ad grammaticam aut prosodiam pertinentia conscripsit. Marcianus Heracleota equidem meminit alicuius Eudoxii Rhodii in sectiuncula epitomes undecim librorum Artemidori Ephesii, sed locus est corruptus et ita legendus. *ἔτι μὲν Ἀπελλᾶς ὁ Κυρηναῖος, καὶ Εὐθυμάνης ὁ Μασσαλιώτης, καὶ Φιλέας ὁ Ἀθηναῖος, καὶ Ἀνδρασθένης ὁ Ἰάσιος, καὶ Κλέων ὁ Σικελιώτης, Εὔδοξός τε ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἄννων ὁ Καρχηδόνιος.* 16 b

— *Βαρύνεται δὲ τὸ ἐθνικόν.*] Sic habent scripti et vulgati codd. In Vossiano legitur: *βαρύνεται τὸ ἐθνικὸν, Ἀγαθῖνος.*

— *Ἄβρων γὰρ ἐν τῷ περὶ παρωνύμων*] Producitur hic auctor a Stephano etiam aliis locis. Vide Voss. de Hist. Graec. lib. III.

— *Καὶ Λύκαιος.*] Variant codices scripti et editi. Xylandrum sequimur, qui ex *Αἴκαιος*, quod exhibent Aldina Florentinaque editiones, *Λύκαιος* fecit. Salmasius in veteri MS. et nos in Vossiano *Αἴξος* invenimus, quae vera est lectio: *Αἴξος* enim est nomen fluvii, oppidi et oppidani. *Αἴγξ, ποταμὸς Μαυριτανίας, καὶ πόλις. τινὲς δὲ Αἶξον γράφουσι, καὶ Αἴξους τοὺς πολίτας.*

— *Ἐκλίθη.*] Ex codd. Palatinis et Vossiano *ἐκλήθη* reponimus.

— *Τὸν οἰκήτορα λέξομεν Ἀγαθαῖον τῷ κοινῷ λόγῳ.*] Suspicor legendum esse: *Τὸν οἰκήτορα λέξομεν Ἀγαθίνιον τῷ κοινῷ λόγῳ.* Nam Siculorum est *τύπος*, cum gentilia in *αιος* desinunt, uti fusius demonstravimus pag. 3. a. Et *κοινῷ λόγῳ* sive *χαρακτῆρι* formantur cum in *ιος* exeunt, uti liquet ex voce *Τελμὶς* et aliis locis.

— *Σινταρεύς.*] Corrupta, sine dubio, lectio: sed qualem veteres et scripti et editi exhibent. Fortasse *Σιδακεὺς* legendum est.

— *Ἐπεὶ καὶ Ἀγάθεια τῆς Ἀγάθης εὑρίσκεται παραγωγή.*] Et hic etiam aliquid excidisse videtur. Legerem: *ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀγάθεια τῆς Ἀγάθης εὑρίσκεται παραγωγή.* Hanc figuram, qua ab *Ἀγάθεια Ἀγάθη* deducitur, infra in voce *Ἀγάμεια* Ste-

phanus συναλοιφὴν appellavit. Vide nostras observationes ad illum locum.

— Ὡς Βερενίκεια καὶ Θεσσαλονίκεια.] Nam ex illis vocibus etiam fit Βερενίκη, et Θεσσαλονίκη.

— Ἔστι καὶ νῆσος Ἀγάθη Λυκίας.] Quaenam haec sit Lyciae insula ex antiquis mihi hactenus non est compertum.

— Ἡ γὰρ χώρα τῷ εἰς ευς τύπῳ χαίρει.] Hunc canonem etiam legimus in Σιδάκῃ, πόλις Λυκίας, et aliis locis.

17 a Ἀγάθυρσα, πόλις Σικελίας, ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ.] Variis modis huius oppidi vocabulum apud auctores Graecos ac Latinos depravatum reperitur. Apud Strabonem lib. VI. Ἀγάθυρνον: apud Plinium alias *Agathyrnum* et interdum *Agathyrsum*: apud Ptolemaeum Ἀγαθύριον: in Antonini Itinerario *Agatinnum*, et apud Stephanum nostrum et Suidam Ἀγάθυρσα. Sed quia apud Livium Polybii compilatorem lib. XXVII. *Agatirna* legitur, a Polybio procul dubio scriptum fuit, uti censet Cluverius, Ἀγάθυρνα, quandoquidem apud omnes pariter Graecos in tertia syllaba est Υ. quod facillime librariorum lapsu depravari potuit voci σ addendo, quia continuo apud Stephanum sequitur vocabulum Ἀγάθυρσοι. De conditore et vetustate huius urbis lege Diodorum Siculum lib. IV.

Ἀγάθυρσοι, ἔθνος ἐνδοτέρω τοῦ Αἵμου.] Suidas hunc Stephani locum iisdem verbis transscripsit. Salmasio huius loci lectio suspecta videtur, qui potius reponeret: Ἀγάθυρσοι, ἔθνος νοτιώτερον τοῦ Αἵμου. Verum in scriptis et vulgatis codd. nullam variationem reperi. De huius gentis sede mire dissentiunt geographi: a quibusdam in Thracia ad Haemum montem collocantur, inter quos et Stephanus: plures vero in Sarmatia Europaea ut Ptolemaeus lib. III. cap. V.: et Marcianus Heracleota in Sarmatiae periplo. Ἑξῆς ἐστιν ὠκεανὸς συνάπτων τῇ ὑπερβορείῳ καὶ ἀγνώστῳ γῇ. παροικοῦσι τὸν Χέσυνον ποταμὸν οἱ Ἀγαθοσοὶ [lege Ἀγάθυρσοι.] τὸ ἔθνος τῆς ἐν Εὐρώπῃ Σαρματίας ὄντες. De *Agathyrsorum* moribus et institutis lege Herodot. lib. IV. in Melpomene.

— Κέκληνται δὲ ἢ ἀπ' Ἀγαθύρσου τοῦ Ἡρακλέους.] Refert Herodotus lib. IV. Herculem Geryonis vaccas agentem, tandem in terram, quae dicitur Hylaea, devenisse: ibique in antro quandam invenisse virginem ancipitis naturae, humanae ac serpentinae, quae ex eo tres filios concepit, nempe Agathyrsum, Gelonum, et Scytham: ab hoc igitur Herculis filio *Agathyrsi* nomen sortiti sunt.

— Ὡς Πείσανδρος.] Ubicunque a Stephano hic auctor allegatur, operis nomen reticetur. Quae hic producuntur Hercu-

[redacted]

lem spectat, de quo Pisandrum scripsisse Athenaei testimonio evincitur: ita enim ille lib. xi. *Πείσανδρος ἐν δευτέρῳ Ἡρακλείας τὸ δέπας ἐν ᾧ διέπλευσεν ὁ Ἡρακλῆς τὸν ὠκεανόν. Pisander libro secundo historiae Herculis pateram esse tradit, qua vectus Hercules oceanum traiecit.*

— *Ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου.*] Eustathius ad versum 310. Dionysii de situ orbis totum hunc Epitomatoris locum transcripsit. *ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας οὕτω φησὶ, Γελωνοὶ πόλις Σαρματίας* etc. mox haec sequuntur: *περὶ δὲ τῶν Ἀγαθύρσων ὁ αὐτὸς λέγει, ὅτι ἢ ἀπὸ Ἀγαθύρσου υἱοῦ Ἡρακλέους οὕτω λέγονται, ἢ ἀπὸ τῶν θύρσων τοῦ Διονύσου. κλάδοι δέ εἰσιν οἱ θύρσοι, οὓς ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς φέρουσιν.* Hoc est: *Qui de gentilibus scripsit, ita refert: Geloni oppidum Sarmatiae etc. Idem de Agathyrsis perhibet, ita denominari ab Agathyrso Herculis filio, sive a Bacchi Thyrsis: Thyrsi autem sunt rami, quos in Bacchi festis gestant.* 17 b

— *Τὰ εἰς ος, ὑπὲρ δύο συλ.* etc.] Legerem: *Τὰ εἰς σος, ὑπὲρ δύο συλλαβὰς* etc. Nam non producuntur alia exempla quam quae in *σος* terminantur.

— *Μέγαρσος, πόλις Σικελίας,*] Haec corrupta sunt in scriptis et vulgatis libris: lege confidenter: *Μάγαρσος, πόλις Κιλικίας.* Ipse Stephanus: *Μάγαρσος, μέγιστος ὄχθος ἐν Κιλικίᾳ.* Imperiti librarii pro *Κιλικία* saepenumero *Σικελία*, et pro *Σικελία* vice versa *Κιλικία* scripserunt; quod diligens lector non tantum apud Stephanum nostrum, sed etiam apud alios auctores observabit. Invenitur tamen et per *ε* in prima syllaba scriptum apud Lycophronem versu 443.

Αἰπὺς δ' ἀλιβρὸς ὄχμος ἐν μεταιχμίῳ,
Μέγαρσος ἁγνῶν ἠρίων σταθήσεται.

Id est:

Altus autem excelsusque tumulus, Megarsus
In medio sacrorum stabit sepulchrorum.

Plura producam, cum ad vocem ipsam pervenerimus.

— *Μαίμαρσος, πόλις Ἴστρου.*] Salmasius in optimo Palatino codice invenit, *Μαίμαρσος πόλις Ἴστρων.* Probam hanc lectionem et nobis Vossianus cod. suppeditavit. Suspicor vocem *Μαίμαρσος* esse corruptam, nam nemo veterum de hoc Istrorum oppido mentionem facit: commodissime hic posset restitui *Μύκαρσος*, si Istrorum esset civitas.

— *Ἀπὸ δὲ τοῦ Καβακησὸς, οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν Καβασσός. πόλις* etc.] Quomodo haec verba cum praecedentibus cohaereant non video, ac proinde ante vocabulum *ἀπὸ* asteriscum collocarem, quandoquidem multa ibidem exciderunt. Per-

git auctor; *πόλις δὲ αὕτη Ὀθρυονέως.* Et haec verba luxata sunt et confusa, ad quae intelligenda et illustranda omnino facit locus nostri Epitomatoris in *Καβησσὸς*, ex quo coniecturam facimus totum hunc locum ita esse legendum: *Ἀπὸ δὲ τοῦ Καβακησὸς, οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν τοῦ Καβασσός. πόλις δὲ αὕτη Καππαδοκίας, πατρὶς Ὀθρυονέως.*

— *Δειχθήσεται δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ, τοῦτο ψεῦδος*]. Reiicit nos Epitomator in alium locum, quem legimus atque relegimus, nihil prorsus eorum quae hic promittuntur invenientes, unde apertissime liquet, nos duntaxat Stephani epitomen habere.

Ἀγαμήδη τόπος περὶ Πύῤῥαν τῆς Λέσβου.] Plinius lib. v. cap. xxxi. circa Pyrrham oppidum hoc nomine collocat, sed quod suo tempore omnino interierat.

18 — *Ἀπὸ Ἀγαμήδης τῆς Μακαρίας.*] Fortasse Agamedes patrem Eustathius commemorat ad Odyss. *Λ.* p. 1416. *Ὅθεν καὶ ἡ τοῦ Αὐγέου θυγάτηρ φασὶ τοῦ βασιλέως τῶν Ἐπειῶν, ἡ ἐν Ἰλιάδι κειμένη Ἀγαμήδη, φαρμακὶς ἦν.* Et Hercules habuit filiam *Macariam* teste Plutarcho, nam is ita in Pelopida. *ὧν οἱ μὲν οὐκ εἴων παραμέλειν οὐδ' ἀπειθεῖν, τῶν μὲν παλαιῶν παραφέροντες Μενοικέα τὸν Κρέοντος, καὶ Μακαρίαν τὴν Ἡρακλέους.* Vide etiam Pausaniam in Atticis.

— *Τῆς καὶ Πύῤῥας ἐπικληθείσης.*] Male in Vossiano cod. *τῆς καὶ Πύῤῥας ἐπίκλησιν.* Salmasius eandem lectionem in optimo Palatino invenisse testificatur.

— *Ὡς Νικόλαος ἐννάτῳ.*] Licet a Stephano passim hic auctor sine cognomine producatur, haud tamen alius erit intelligendus quam *Nicolaus Damascenus*; de cuius scriptis et tempore quo vixerit lege Vossium de Hist. Graec, lib. ii. cap. iv.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀγαμήδεια, κατὰ τέχνην, ὡς Νικομήδεια.*] Vel caecus, vel mente captus, qui non perciperet hunc locum in foedissimo mendo cubare. Salmasius ad marginem sui codicis ita conatur emendare: *τὸ ἐθνικὸν Ἀγαμήδειος, κατὰ τέχνην, ὡς Νικομήδειος:* sed non satis felici coniectura; nam a *Νικομήδεια* non fit gentile *Νικομήδειος*, sed *Νικομηδεύς*, ut ipse Stephanus perhibet, Legerem itaque: *Τὸ ἐθνικὸν Ἀγαμηδεὺς, κατα τέχνην, ὡς Νικομηδεύς,* Nam a vocibus *Ἀγάθη, Θεσσαλονίκη, Βερενίκη,* et similibus, *Ἀγαθεὺς, Θεσσαλονικεὺς* et *Βερενικεὺς* Epitomator noster solet deducere.

Ἀγάμεια ἄκρα καὶ λιμήν.] Hesychii locus de mendo mihi est suspectus, cum inquit *Ἀγαμίας, ἔνθα αἱ παρθένοι ἐξετίθεντο τῷ κήτει τινὲς, οἱ δὲ, πολίχνην.*

— *Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἄγαμον τὴν Ἡσιόνην ὑπ' αὐτοῦ πα-*

ῥαδοθῆναι τῷ κήτει.] Hanc fabulam omnibus cum suis circumstantiis reliquit nobis Apollodorus lib. II. Vide etiam Hyginum Fab. LXXXIX. et Lycophronis Scholiastam pag. 83. et pag. 154.

— *Λέγεται δὲ καὶ Ἀγάμη, ὡς πρέσβεια πρέσβη, καὶ τὸ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη.*] Quid sit *συναλοιφὴ* norunt probe Grammaticorum filii: nimirum esse unionem sive commixtionem duarum syllabarum, quantum ad vocales, in unam. Vide Quintilianum lib. I. cap. IV. Sed rem ipsam magis illustrabimus, 18
si eandem aliis exemplis ex Stephano productis demonstremus, b
ita enim ille in voce *Ψυττάλεια. Ἡρωδιανὸς μὲν Ψυττάλην αὐτὴν καλεῖ. ἔοικε δὲ τὸ Ψυττάλεια πρωτότυπον εἶναι, ὡς Ἀπάμεια, Μαντίνεια, Ἐρύθεια, Ζέλεια, ἀφ᾽ ὧν κατὰ συναλοιφὴν ἐγένετο Ἀπάμη, Μαντίνη, Ζέλη, Ἐρύθη, περὶ ὧν κατὰ τοὺς οἰκείους εἰρήκαμεν τόπους.* Vide eandem synaloepham in voce *Ἐρύθεια.* Hanc materiam etiam tractat Eustathius ad Dionysium pag. 25. et Salmasius in Plinianis exercit. pag. 698.

— *Ὡς Σελείτης*] Ita habent libri scripti et editi, sed male. Lege *Ζελείτης.*

Ἀγαμὸς, πόλις περὶ Ἡράκλειαν.] In Vossiano: *Ἀγάμη, πόλις περὶ Ἡράκλειαν.*] Verum vocabulum urbis ibi corruptum videtur, nam iustam literarum seriem non sequitur.

— *Ἡ στέρξασα παρθένον καὶ κυνηγὸν * αὐτήν.*] Haec loci lectio prorsus est luxata et confusa aeque in scriptis atque editis codicibus. In Vossiano pro *παρθένον* invenimus *παρθένος*, et ita etiam exhibuit Salmasio optimus codex Palatinus: et pro *αὐτὴν* in alio MS. *αὐτὸν* reperit, unde suspicabatur hanc veram fuisse loci lectionem; *ἡ στέρξασα παρθένος τὸν κυνηγὸν αὐτόν.* Sed doctissimi viri sententiae non possum astipulari: sensus enim foret planior et melior, si legeretur: *ἡ στέρξασα παρθένος τὸν κυνηγὸν ἄγαμον.* Haec mihi probissima videtur loci lectio, et quae proxime ad etymologiam oppidi accedit.

Ἀγβάτανα, πολίχνιον Συρίας.] Actum agerem si post Scaligerum et Bochartum, viros profundissimae eruditionis, de origine huius vocis aliquid tentarem proferre. Speciosa sunt quae habet Bochartus in suo Phaleg. lib. III. cap. XIV.: sed speciosiora mihi videntur quae refert Scaliger in suis ad Eusebium animadversionibus. Fatemur Herodot. lib. I. commemorare, Deiocem urbis conditorem ita constituisse moenia, ut singuli ambitus, qui numero erant septem, alteris gradatim essent sublimiores, solisque pinnis prominerent. Singulae autem pinnae suis distinctis fulgebant coloribus. Nam primi ambitus pinnae colore erant albicanti, secundi nigro, tertii purpureo, quarti caesio, quinti sandaricino; postremi vero duo, alter argenteas, et alter deauratas habebant pinnas. Sed

[redacted]

19 a sciendum est hoc de magna Mediae civitate narrari. Unde igitur oppidum Syriae nomen accepit? Nemo certe auderet statuere, duas diversas urbes, licet eodem gaudeant nomine, moenia habuisse simili prorsus modo extructa et forma distincta. Ac proinde, si Ecbatanorum, quae sunt in Syria, nominis originem derivare non possumus a colorum varietate, qua Medorum Ecbatanorum moenia interstinguebantur, praestabit mea quidem sententia utriusque urbis etymon cum Scaligero deducere a nomine ביתן *Bethan* aut Baithan, quod *regiam* sive *palatium* denotat: in quo teste Strabone lib. XI. Parthi aestate, et Persae hieme degebant, unde ab eodem speciali nomine *Χειμάδιον Hibernaculum* appellatur.

— *Οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν αὐτὴν καλοῦσι.*] In Vossiano codice legitur: *οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν καλοῦσι.* Apud Isidorum Characenum: *πόλις δὲ Βάπτανα, ἐπ' ὄρους κειμένη*, quod ibi perperam pro *Βάτανα* scriptum videtur: nam paulo post sequitur: *εἶτα εἰς ἀδραπάναντα βασίλεια τῶν ἐν Βατάνοις.*

— *Τὰ μὲν τῆς Μηδείας, τὰ δὲ τῆς Συρίας.*] Nihil mutat Salmasius, et constanter ita habent vulgatae editiones. Codex Vossianus: *τὰ μὲν τῆς Μηδίας, τὰ δὲ τῆς Συρίας*: sic a Stephano olim scriptum fuisse apparet eo loco, ubi de hac voce agit: *Μηδία, χώρα ταῖς Κασπίαις παρακειμένη πύλαις.* A Strabone quoque passim *Μηδία* non *Μηδεία* scribitur, et ab Herodoto *Μηδική*, quique lib. III. eandem distinctionem inter Syriae et Mediae Ecbatana adhibet, quem locum quia Stephanus respicit hic producemus. *ὁ μὲν δὴ ἐν τοῖσι Μηδικοῖσι Ἐκβατάνοισι ἐδόκει τελευτήσειν γηραιὸς, ἐν τοῖσί οἱ ἦν πάντα τὰ πρήγματα, τὸ δὲ χρηστήριον τοῖσι ἐν Συρίῃ Ἐκβατάνοισι ἔλεγε ἄρα.*

— *Κτησίας δὲ πανταχοῦ τῶν Περσικῶν, τὰ παρὰ Μήδοις Ἀγβάτανα διὰ τοῦ α γράφει.*]Nullum tamen in Ctesiae excerptis huius rei vestigium invenimus. Passim *Ἐκβάτανα*, non vero *Ἀγβάτανα* ibi legitur.

— *Διὰ τὸ ε, τὸ Περσικόν.*] Magnus Salmasius ad marginem sui codicis ingenue profitetur, se nescire, qui Stephanus sibi hisce verbis velit. Proinde et nos manum de tabula. Fortasse scribendum *τὰ Περσικὰ* et referendum ad *Ἀγβάτανα*, in quibus Persae hieme degebant, uti mox diximus. Verum si mavis vulgatam retinere, tum subintelligerem *πολίχνιον*, uti nostra exhibet versio: et hinc mea confirmatur coniectura, quod Charax idem illud oppidulum cum ε scripserit.

19 b — *Ἡρωδιανὸς δ' ἐν τῷ περὶ συντάξεως στοιχείων.*] Libri scripti et editi inter se non conveniunt: Xylandri lectionem exhibemus, quam etiam magnus Salmasius in vetere codice reperit. Al-

[redacted]

dina Florentinaque editiones habent: *Ἡρωδιανὸς δ' ἐν τῷ περὶ συντάξεως στοιχείῳ*: et sic idem Salm. in recentiore MS. invenit.

— *Ἐν οἷς ὑποτέτακται ἐν τῷ λάγβᾳ, τὰ ὅρκια.*] Constanter ita legunt editiones omnes, et in manu exaratis codicibus nihil est opis: imo omnia circa hunc locum adeo sunt turbata et male sana, ut verear me operam perditurum omnem, si coniectura rem velim exsequi. Incomparabilis Salmasius hunc locum sollicitavit, et fortasse correxit; verum sui codicis margines assidua lectione et vetustate adeo sunt detritae et lacerae, ut ex iis commodum sensum percipere nequeam. Ac proinde, si mei arbitrii res foret, legerem foedissimum Herodiani locum hoc modo: *μή τι ἄρα παρακινδυνεύει τὸ κ ὑποτετάχθαι τῷ γ, ἐν οἷς ὑποτέτακται, ὡς ἐν τῷ Ἀκβάτανα Συρίας.* Longissime quidem haec a vulgata lectione abeunt, sed si quis clariora et certiora produxerit, ea lubentissime amplectar.

— *Καὶ Ἑλλάδιος ἐν τῷ α στοιχείῳ παρέθετο τὸ ἐθνικόν.*] Et hic locus mihi de mendo est suspectus: legendum fortassis: *καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῷ α στοιχείῳ* etc. Vel *Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ στοιχείῳ*, ita Salmasius in veteri codice numeri notam vocabulo expressam invenit, et nos in Vossiano qui ut plurimum cum antiquo Salmasii convenit. Sed quod pro *Ἑλλάδιος* reponendum puto *Ἑλλάνικος*, haec est causa, quod nullum inveniam Helladium qui de gentilibus scripsit: de Hellanico mentionem facit Athenaeus lib. XI. hisce verbis: *οἶδα δὲ καὶ Ἑλλάνικον ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις λέγοντα, ὅτι Λιβύων τῶν Νομάδων τινὲς οὐδὲν ἄλλο κέκτηνται ἢ κύλικα καὶ μάχαιραν καὶ ὑδρεῖαν.* *Hellanicum de Gentium nomenclaturis scripsisse novi, Libycorum Nomadum quibusdam, nihil aliud in bonis esse, quam poculum, gladium et aquale.* Et illud Hellanici opus haud prorsus absimile fuisse nostri auctoris operi hinc sufficienter potest colligi.

— *Λέγουσι γὰρ Καμβησηνούς.*] Ita habent vulgati codices: scribe: *λέγουσι γὰρ Καμβυσηνούς*, ut MSS. exhibent.

— *Παραιταμηνούς.*] Ita perperam exhibent omnes editiones: lege unica mutata littera, *παραιτακηνούς*.

— *Καθ' Ἕλληνας δὲ, Ἀγβατεύς*] Mendosa haec est lectio, sed qualem scripti et editi libri exhibent, lege indubitanter: *καθ' Ἕλληνας δὲ Ἀγβατανεύς.*

Ἀγγελή, δῆμος τῆς Πανδ. φυλῆς.] Eadem apud Hesy- 20
chium legimus. Verum postea scripsit cum simplici *Γ. Ἀγελή*, a
δῆμος Ἀττικῆς.

— *Χάρης Κλεοχάρους Ἀγγελῆθεν.*] Fortasse hic fuit ille Atheniensium dux, qui quidvis cuivis benigne pollicebatur,

sed nihil praestabat. Unde natum proverbium, αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις *Charetis pollicitationes*, de quo vide Suidam.

— *Καὶ ὅτι τὰ τοῦ ελη*, etc.] Scriberem, καὶ ὡς τὰ τοῦ ελη. Similem canonem exhibet Etymologici magni auctor in voce Νέφος. *Καὶ τὰ διὰ τοῦ ελη θηλυκὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεται, ἑνὶ φωνήεντι παραληγόμενα, Σεμέλη. Nomina substantiva feminini generis quae in ελη exeunt, plures quam duas syllabas habentia, in penultima accentu notantur, si ibidem sit vocalis simplex, ut Semele.*

Ἀγησσός. Τὸ ἐθνικὸν Ἀγήσσιος.] Goltzius ex Gordiani nummo *ΑΓΕΣΣΙΩΝ* meminit: adeo ut hic scribendum videatur, τὸ ἐθνικὸν Ἀγέσσιος, et urbis nomen Ἀγεσσὸς, quod etiam Alphabetico ordini, quo Epitomator utitur, non repugnat.

— *Ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ περὶ* *] Sic habent libri scripti et editi. Hanc lacunam hoc modo supplerem: ὡς δειχθήσεται ἐν τῷ περὶ τούτων λόγῳ.

— *Ὡς Ὁδησσίτης.*] In omnibus libris constanter haec vox cum aspiratione legitur, cum tamen apud Epitomatorem nostrum et alios Ὀδησσὸς cum spiritu leni inveniatur.

Ἄγιον, τόπος Σκυθίας.] In voce Ψευδαρτάκη Stephanus mentionem facit de monte *Hagio* sive sacro. Ψευδαρτάκη λόφος ἐν Σκυθίᾳ μετὰ τὸ λεγόμενον ὄρος Ἅγιον.

Ἄγκαρα, πόλις Ἰταλίας.] Enumerat Cluverius quinque modos, quibus apud Stephanum hoc oppidi nomen formatur. *Ἄνθεια, πόλις Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον, ἥτις καὶ Ἄντιον μετωνομάσθη*. Paullo post: *Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας, Κουάδρατος ἐν δευτέρᾳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος*. Deinde: *Ἄντεια, πόλις Ἰταλίας, ὑπήκοος Ῥωμαίων*; et in eodem tmemate: *ἔστι καὶ Ἄντιον πόλις οὐδετέρως*. Et hoc loco habemus *Ἄγκαρα, πόλις Ἰταλίας, ὡς Ἄντια, Ἀδρία*. Verum urbis nomen si non sit corruptum, illud,
20 b cum quo comparatur, mendo laborat, quia nullam cerno convenientiam inter *Ἄγκαρα* et *Ἄντια*: quam vocem Salmasius in MS. mendosam invenit, legebatque ὡς *Ἄντινα*. Si Stephanus tot oppida, quot quidem vocabulorum formas fecerit, se ipsum Geographiae imperitissimum prodidit. Sed vehementer adhuc ambigo, an *Ἄγκαρα* non sit oppidum diversum ab *Ἄνθεια*, quod a Stephano etiam *Ἄντιον* et *Ἄνθιον* appellatur; praesertim quum animadverterim, Nonium apud Lucilium gentile *Ancarius* formasse, et Fabium de *Ancariana familia* mentionem fecisse.

Ἄγκυρα, πόλις Γαλατίας.] De situ huius urbis Gallograeciae, quae Asiae minoris regio est, legere licet Ptolemaeum lib. v. cap. vi. et Plinium lib. v. cap. xxxii. Anonymi Ἐξήγησις ὅλου τοῦ κόσμου haec habet: *Γαλατία ἔχει πόλιν μεγίστην, ἣ καλεῖται*

[redacted]

"Ἄγκυρα. Θεῖον ἄρτον καὶ ἐξοχώτατον ἐσθίειν λέγεται. *Urbem Galatia habet maximam, quae dicitur Ancyra. Fertur divinum et praestantissimum panem comedere.* Vide et Strab. lib. XII.

— Οἱ δὲ Φρυγίας αὐτὴν ἀναγράφουσι.] Plinius et Ptolemaeus etiam *Ancyram* in Phrygia maiori collocant: et aliam Livius cap. XLIII. circa Macedoniam aut Illyricum. Illa de qua Stephanus nunc loquitur unanimiter Galatiae adscribitur. Arrianus lib. II. αὐτὸς δὲ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπ' Ἀγκύρας τῆς Γαλατικῆς ἐστέλλετο. *Alexander postridie Ancyram Galatiae profectus est.* Ita quoque Libanius orat. XXVI. Ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ πρώτῃ καὶ μεγίστῃ Γαλατῶν πόλει.

— Ἔοικε δ' εἶναι Φρυγίας διὰ τὸ ἀμφοτέρων εἶναι.] Non satis sana est haec lectio, licet ita in omnibus codd. legatur. Vir summus Gronovius pro ultimo εἶναι rescriberet ἔχεσθαι, quod interdum significat *finitimum esse*, unde et οἱ ἐχόμενοι *proximi* et *continuati:* vel legeret totum locum hoc modo: ἔοικε δ' εἶναι καὶ Φρυγίας, διὰ τὸ ἀμφοτέρων ἔχεσθαι.

— Οἱ γὰρ ἀπὸ Κελτικῶν Γαλάται.] Locus est depravatus, quem ex Vossiano cod. hoc modo emendamus: οἱ γὰρ ἀπὸ Κελτικῆς Γαλάται. Sed postea vidi Florentinam editionem hanc lectionem exhibere.

— Ὡς Στράβων φησὶ δωδεκάτῳ.] Quia haec de Gallograecis 21 historia Stephanum mirum in modum illustrat, Strabonis verba a transcribam: Πρὸς νότον τοίνυν εἰσὶ τοῖς Παφλαγόσι Γαλάται. τούτων δ' ἐστὶν ἔθνη τρία. δύο μὲν τῶν ἡγεμόνων ἐπώνυμα Τρόκμοι, καὶ Τολιστοβῶγοι. τὸ τρίτον δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν Κελτικῇ ἔθνους Τεκτοσάγες. κατέσχον δὲ τὴν χώραν ταύτην οἱ Γαλάται πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταδραμόντες τὴν ὑπὸ τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι χώραν, καὶ τοῖς Βιθυνοῖς, ἕως παρ' ἑκόντων ἔλαβον τὴν νῦν Βιθυνίαν, καὶ Γαλλογραικίαν λεγομένην. Ἀρχηγὸς δὲ μάλιστα δοκεῖ τῆς περαιώσεως τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν γενέσθαι Λεονόριος. Τριῶν δὲ ὄντων ἐθνῶν ὁμογλώττων, καὶ κατ' ἄλλο οὐδὲν ἐξηλλαγμένων, ἕκαστα διελόντες εἰς τέτταρας μερίδας, τετραρχίαν ἑκάστην ἐκάλεσαν, τετράρχην ἔχουσαν ἴδιον, καὶ δικαστὴν etc. Hoc est: *Galatae ergo Paphlagonibus versus meridiem sunt. Tria Galatarum habentur genera, quorum duo a ducibus nomen habent, Trocmi et Tolistobogi, tertium a Celtica gente Tectosages. Hanc regionem Galatae occupaverunt, cum diu vagati incursionibus Attalicorum regum Bithynorumque ditionem vexassent, tandem ab iis volentibus acceperunt eam terram, quae nunc Bithynia et Gallograecia dicitur. Princeps traiectionis horum praecipue existimatur fuisse Leonorius. Cum autem sint tres gentes eadem utentes lingua, et aliis quoque in rebus nihil differentes, quamvis earum in quatuor diviserunt partes, et Tetrarchiam nominarunt, quae*

suum haberet tetrarcham et iudicem unum etc. De hac Celtarum commigratione, et qua occasione alias sibi sedes quaesiverint, legi potest alius Strabonis locus, qui exstat lib. IV. Iustini lib. XXIV. cap. IV. et Suidae in voce *Γαλάται*.

— *Τριμερεῖς τε γενόμενοι, εἰς τοσαύτας μοίρας διενείμαντο τὴν χώραν.* id est, *Tripartito agmine, vel quod tres eiusdem nationis forent gentes, in totidem partes regionem diviserunt*] nempe partem illam Bithyniae, quam a Bithynorum regibus acceperant. Si hunc Stephani locum accurate cum illo Strabonis, quem praecedenti tmemate produximus, conferamus, magnam differentiam deprehendemus: Strabo in quatuor partes, noster vero in tres regionem divisam affirmat. Et Livius libro XXXVIII. cap. XVI. habita etiam ratione trium gentium, in totidem partes regionem partitam fuisse testatur: ita enim ille: *Postremo cum tres essent gentes, Tolistoboii, Trocmi, Tectosagi: in tres partes, qua cuique populorum suorum vectigalis Asia esset, diviserunt.* Consimili modo etiam apud Memnonem factum legimus: *οὗτοι δὲ πολλὴν ἐπελθόντες χώραν, αὖθις ἀνεχώρησαν. καὶ τῆς αἱρεθείσης αὐτοῖς ἀπετέμοντο τὴν νῦν Γαλατίαν καλουμένην, εἰς τρεῖς μοίρας ταύτην διανείμαντες, καὶ τοὺς μὲν Τρογμοὺς ὀνομάσαντες, τοὺς δὲ Τολοστοβογίους, τοὺς δὲ Τεκτοσάγας. Qui,* nempe Galatae, *cum in multum terrae procurrissent, redeuntes tandem, eam quam sibi prae aliis selegerant, Galatiam nunc dictam, in tres partes divisere. hos Trogmos, hos Tolostobogios, hos Tectosages vocantes.* Sed cum hisce auctoribus non pugnat Strabo, qui postea addidit, *quondam* Galatiam ita fuisse constitutam.

— *Μιθριδάτην καὶ Ἀριοβαρζάνην νεήλυδας τοῖς Γαλάταις συμμαχήσαντες.*] Ita constanter habent codices scripti et editi: verum miserrime hic locus librariorum vecordia est depravatus,
21 vel ipse Stephanus historiam non cognovit, quod non est proba-
b bile. Incomparabilis Gronovius, cui plurimum debemus, cum quo hunc locum communicavi, mihi indicavit corrigendum esse: *Μιθριδάτῃ καὶ Ἀριοβαρζάνῃ νεήλυδας τοὺς Γαλάτας συμμαχήσαντας.* Hi duo pater et filius Ponti reges fuere: meminit utriusque Memnon Heracleotes. Sed si hi reges Gallorum auxiliarii pepulerunt Ptolemaicos, cur Galli potissimum victoriae *μισθὸν* tulerunt, cur item hi reges *νεήλυδες*? Non fuerunt Gallorum auxiliarii hi reges, sed Galli regibus istis mercede militabant, ut testatur Iustinus, et recens erant in Asiam advecti, ita enim refert lib. XXV. c. II. *Denique neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt: neque pulsi regno ad alios quam ad Gallos confugerunt.* Et paulo post. *Itaque in auxilium a Bithyniae*

[redacted]

rege invocati regnum cum eo parta victoria diviserunt, eamque regionem Gallograeciam cognominarunt. Vide et Livium lib. xxxviii. cap. xvi. et Polyaenum lib. iv. in Antigono, stratagemate xvii.

— Ὑπὸ Πτολεμαίου.] Multi fuerunt Ptolemaei. Vir summus Gronovius suspicatur hic debere intelligi Ptolemaeum Cerauni e Macedonia aut Chersoneso Thraciae, non Philadelphi ex Aegypto. Itaque non nisi pauci hos inter erant Aegyptii exsulem sequuti; potior pars erant reliquiae exercitus Lysimachi.

— Εἰς πολισμὸν λαβόντας.] Ita habent scripti et vulgati libri, sed corrigebam, εἰς πόλισμα λαβόντας: magis tamen placet coniectura clarissimi Gronovii: εἰς κορισμὸν λαβόντας, quam in versione sequuti sumus.

— Τὴν δὲ, ἀπὸ Πισσινοῦντος τοῦ ἄρχοντος.] Neque hic locus se bene habet, videtur enim urbis nomen deesse: legerem: τὴν δὲ Πεσσινοῦντα ἀπὸ Πεσσινοῦντος ἄρχοντος. Ptol. l. v. c. iv. Strabo l. xii. Plutarchus et alii primam vocis syllabam cum ε legunt: sed Iulianus in epistola ad Callixenem cum ι: et perperam apud Memnonem Πισιννοῦς reperitur. Nugari videtur Epitomator, qui ducem *Pessinuntem* facit, a quo urbi nomen esset inditum: alii, quodque exactius Graecorum fabulis respondet, ei nominis originem tribuunt a *Pessinunte* sive *Pessinuntia Dea*, cuius simulacrum, quod bello Punico secundo per Scipionem Nasicam Romam est translatum, in illum Galatiae locum caelitus delapsum fuisse existimant; adeo ut urbi ibi exstructae, *a casu*, ἀπὸ τοῦ πεσεῖν nomen datum fuerit. Herodianus lib. i. cap. xi. αὐτὸ μὲν τὸ ἄγαλμα διοπετὲς, ὥς λέγουσι. οὔτε δὲ τὴν ὕλην, οὔτε τεχνητῶν ὅστις ἐποίησεν ἐγνωσμένον, οὐδὲ ψαυστὸν χειρὸς ἀνθρωπίνης. τοῦτο δὲ πάλαι μὲν ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι λόγος εἴς τινα τῆς Φρυγίας χῶρον. Πεσσινοῦς δὲ ὄνομα αὐτῷ. τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὸν τόπον ἐκ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος ἐξ οὐρανοῦ. Hoc est: *Ipsum igitur simulacrum coelitus, ut aiunt, demissum, neque qua sit materia, nec a quo fabricatum artifice, satis constat: neque plane manibus hominum creditur factum. Hoc igitur coelitus decidisse ferunt in quendam Phrygiae agrum, cui nomen Pessinunti, a casu eius simulacri, factum putant.*

— Τὴν δὲ Ταυίαν.] Diversimode oppidi nomen ab auctoribus exprimitur. Ptolemaeus lib. v. cap. iv. Ταούϊον, et Strabo lib. xii. Ταούϊον exhibet, ubi scripti, notante Casaubono, τὰ Οὔϊα habent. Magnus Salmasius ad marginem sui cod. annotavit omnino hoc 22
loco legendum esse, τὴν δὲ Ταουΐαν. Ergo Memnon in mendo a
cubat, in cuius fragmento Ταβίαν legitur: ἐδείμαντο δὲ πόλεις, Τρογμοὶ μὲν Ἄγκυραν, Τολιστοβόγιοι δὲ Ταβίαν, ubi Ταουΐαν vel Ταουΐον reponendum est: sed obiter notandum, Memnonem Τα-

ovіov Tolistobogiis annumerare contra auctoritatem Strabonis, Ptolemaei et aliorum, qui illud Trocmis annumerant. In Chronico Alexandrino etiam perperam legitur, *Πισσινοῦντα καὶ Ταύνιον*, quem locum vide.

— *Τὰ εἰς νος ἐθνικὰ, ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου γίνοιτο* etc.] Haec verba non sunt satis sana, videtur mihi legendum: *τὰ εἰς ανος ἐθνικὰ, ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου* et sic porro. Haec ita esse restituenda sole meridiano clarius apparet ex Eustathio ad Dionysium de situ orbis pag. 43. ubi canonem Stephani nostri prorsus similem allegat, qui sic se habet: *ὅτι τὰ διὰ τοῦ ανος ἐθνικὰ ὀνόματα ἐκτείνει παρὰ τῷ Διονυσίῳ τὴν παραλήγουσαν, οἷον Βρετανὸς, Γερμανὸς, Ἀλανὸς, Καρμανὸς, Λευκανός. τὸ Ἠριδανὸς οὐκ ἔθνους ὄνομα. ποταμὸς γάρ· διὸ συστέλλει τὴν παραλήγουσαν, ὡς καὶ τὸ Ὠκεανός.* Quibus verbis summus ille grammaticus innuit, nomina gentilia in *ανος* desinentia penultimam producere, et ab hoc canone excipi *Eridanus*, uti et *Oceanus*, quia non sunt gentilia. Attamen multo accuratius Epitomator, qui praeterquam quod debeant terminari in *anus*, insuper quasdam conditiones requirit, quae hic recensentur et legi possunt: nempe si a genitivo primitivi puro formentur, etc.

— *Οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου.*] Diu me torsit hic locus, nam phrasis est insueta et sensus obscurus. Doctissimus et nunquam sine laude memorandus Gronovius, cum quo hunc locum communicavi, eum ita verteret, *utique si non reflectatur* (id est, contrahatur aut brevior fiat) *vox*; addens, aut legendum esse *ἀνασυστέλλοντος τοῦ λόγου*, aut *τὸ ἀναστρέφοντος* eo sensu accipiendum: quodque illustrare nititur simillimis verbis, quae infra a Stephano producuntur: *Πρόσκειται, οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου*, id est, *apponitur* (*in superiori canone*) *modo ne contrahatur vox*: et hanc sententiam ei videntur exempla subiecta confirmare: quandoquidem ab *Hispania τετρασυλλάβως* fit *Hispanus τρισύλλαβον*; sic a *Carmania Carmanus*, *Campania Campanus*, etc. Habes lector viri incomparabilis et eximii sententiam, cui contradicere summum nefas ducerem: meam tibi nolo obtrudere, licet eam, cum sua venia, super hoc loco sim producturus: nam hic locus est, si quis alius, in quo Stephani mentem investigare est difficillimum, quamque fortassis assequi non potero, licet id tentare aggrediar. Totum hunc canonem ita transtulimus. *Gentilia in ανος, si a genitivo primitivi puro formentur, habent in penultima A longum, et una syllaba genitivum superant, non reciprocante tamen in omnibus ratione*, vel non revertente ratione, id est, cum ratio in omnibus gentilitiis, quae tali modo formantur

et in ανος desinunt, non ubique sit eadem: cuius rei deinde reddit rationem, cum inquit: *non enim omnia quaecunque in penultima habent A a femininis producuntur:* nam similia etiam formantur a nominibus alio genere gaudentibus, ut deinde probat aliis exemplis, nempe *Παρίου, Βοσπορίου*, etc. a quibus aeque atque a femininis gentilia in ανος, sicuti *Παριανὸς, Βοσποριανὸς*, 22
etc. deducuntur. Atque hunc sensum hic delitescere manifestissime apparet in voce *Θούριοι*, ubi prorsus eadem haec proponuntur: b
τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως Θούριοι, καὶ Θουριακοί. καὶ Θουρῖνος οἶνος, ὡς Στράβων. καὶ ὤφειλε δὲ παρὰ τὸ Θούριος Θουριανὸς, ὡς Ὀλβιανὸς, ὡς Πάριον Παριανὸς, ἢ παρὰ τὴν Θουρίαν. Priora gentilia, imo et solitam Italis formam reiicit, et nititur talia inducere quae iuxta hunc canonem vel a *Θούριος* vel a *Θουρία* descendunt. Adeo ut pro *οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου* rescribendum putarem, *οὐκ ἀντιστρέφοντος τοῦ λόγου*, qui terminus Dialecticis Graecis est familiarissimus. Cum autem noster Epitomator infra inquit, *πρόσκειται, οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου, διὰ τὸ Ἱσπανὸς, Καρμανὸς*, etc. (ubi similiter legendum) eo nihil aliud voluit indicare, quam supradictis exemplis contra superiorem canonem formatis, insuper adhuc posse addi Hispanus, Carmanus, quae etiam in penultima habent A longum, licet ratio formandi non sit eadem: quandoquidem tali modo deducta gentilia genitivos primitivorum una syllaba non superant: nam a τετρασυλλάβῳ *Ἱσπανία τῆς Ἱσπανίας* fit *τρισύλλαβον, Ἱσπανὸς*, et ita etiam in sequentibus. Haec sunt quae me nutantem et fluctuantem impulerunt ut a doctissimi et incomparabilis viri opinione paululum discesserim, de quibus iudicabit aequus lector: mea enim sententia etiam mera coniectura est, neque peto ut eam approbes, multo minus ut applausum largiaris: nam ideo haec apposuimus, ut in re valde dubia atque incertissima habeas quod eligas.

— *Πάριον, Παριανὸς, Βόσπορον, Βοσποριανός.*] Salmasius in Palatinis codd. nihil invenit, quo corruptissimum hunc locum emendet, qua de causa ad oram sui codicis ultimum gentile *Βοσποριανὸς* delendum putavit. In Vossiano cod. reperi *Πάριον Παρίου, Παριανὸς, Βοσπόριον Βοσποριανός.* Profecto si attente legeris hunc locum integrum, ex praecedentibus et consequentibus deprehendes, eum non esse integrum, et ante *τὸ Πάριον* excidisse, *τοῦ δὲ δευτέρου παραδείγματος* aut simile quid, uti antea dixerat Epitomator, *τοῦ μὲν προτέρου παραδείγματος*: nam illa de quibus nunc sermonem instituit gentilia, non a femininis producuntur. Deinde, post *Βοσπόριον* videtur deesse *Βοσπορίου*, quemadmodum in Vossiano MS. *Παρίου* post *Πάριον* legitur: adeo ut totum hunc locum sic constituerem: *Τοῦ δὲ δευ-*

τέρου παραδείγματος. Πάριον Παρίου Παριανός. Βοσπόριον Βοσπορίου Βοσποριανός. Atque hanc verissimam esse lectionem non ambigo.

— Ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἐθνικόν.] Sic habent vulgati omnes. Perperam in Vossiano cod. Ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἐθνικός. Sed ex male exarata scriptura probam colligo: ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν, ἐθνικά: nam ultimum α facili librariorum lapsu in ος mutari potuit. Hoc autem fit quam saepissime, ut a gentili aliud gentile formetur, vide in voce Πάριον et aliis locis: ita enim ibi inquit Stephanus: τὸ ἐθνικὸν Πάριος. ὁ πολίτης Παριανός.

— Καρίου Καριανός· Σηλυμβρίου Σηλυμβριανός.] Haec etiam videntur esse gentilia a gentilibus deducta, nam a vocibus Καρία et Σηλυμβρία non flectitur Καρίου aut Σηλυμβρίου, sed a Κάριος et Σηλύμβριος, et licet Epitomator suis locis nihil de eiusmodi gentilibus affirmet, tamen ita posse formari ex ipso praecedenti tmemate probavimus.

23 — Ἡμάρτηται τὸ Βοτρυηνός.] Verum est hoc gentile praeter solitum derivandi morem esse formatum: ita enim Stephanus
a in voce Βότρυς· ὁ πολίτης, Βοτρυηνός, ὡς Πανσανίας, παραλόγως. ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ η ἔχει πρὸ τέλους, ὀφείλον τὸ α, ὡς Ὀλβιανὸς, Καρδιανός.

— Ἐντεῦθεν δὲ ὁ τύπος μιᾷ περιττεύει.] Haec cum Gronovio non praecise accipio de uno Βοτρυηνὸς, sed praeposita τελείᾳ στιγμῇ, de omnibus exemplis supra positis.

— Ἅπερ ἀπὸ τοῦ Σκορπίου.] Salmasius vidit ulcus, et sanavit, nam ad oram sui cod. contendit debere legi, ἅπερ ἀπὸ τοῦ Σκόρπου, aut Σκόρπων: et ultimum ipsi vera lectio videtur, ut et mihi.

— Ζυγίων.] Stephanus in voce Ζύγοι non affirmat illos etiam Ζυγίους appellari: attamen a rei veritate non aberrat; nam Ζύγοι etiam Ζύγιοι dicuntur Dionysio Alexandrino:

Τοῖς δ' ἐπινασσάουσι ὁμούριον αἶαν ἔχοντες.
Ἡνίοχοι, Ζύγιοί τε Πελασγίδος ἔκγονοι αἴης.

Hoc est:

Post hos autem habitant vicinam terram tenentes
Heniochi, Zygiique e Pelasgica oriundi terra.

Et idem de reliquis erit statuendum, quod nempe Σκόρπιοι et Ταύριοι dicantur, licet exempla ad probandum iam non occurrant. Verum alio loco refert Stephanus eiusmodi gentilia per pleonasmum literae α formari: ita enim inquit in Ταῦρος, τὸ ἐθνικὸν Ταυριανὸς, πλεονασμῷ τοῦ α, ὡς Ζυγιανός.

— Πρόσκειται οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου, διὰ τὸ ἱππανός.] Legerem, uti iam monui: πρόσκειται, οὐκ ἀντιστρέφοντος

τοῦ λόγου, διὰ τὰ Ἰσσανὸς etc. Satis fuse de hoc loco pag. 22 disseruimus, illuc te remittimus lector, ne repetita crambe tibi nauseam pariat.

— Ῥητανὸς, Ἀφρικανὸς, Ὀλβανός.] Haec tria non novi, imo aliena sunt: fortasse legendum, Ὠρητανὸς, Ἀρσανὸς, Ἀλβανός. Latinis *Africanus* est in usu: sed Graeci eo vocabulo non utuntur.

— Οὐδὲν γὰρ τούτων ἀπὸ γενικῆς καθαρευούσης.] Coniecturam meam pag. 22 memoratam non parum haec verba confirmant: nam manifestissime hisce verbis Stephanus demonstrat, gentilia in ανος non eodem semper modo, sive ratione ubique reciprocante, a suis primitivis derivari, quae nunc enumeravit, a genitivo puro non formantur: tum enim necessario hac forma procederent, et loco *Hispanus* dicendum foret *Hispanianus*, *Oretianus*, *Campanianus*, *Germanianus*, etc. quod sane usus et rei ratio non admittunt. 23 b

— Ὁ δὲ Ὧρος τὰ μέν τοι καθαρεύοντα.] Florentinam editionem sequimur: perperam habent editiones Veneta et Basileensis: ὁ δὲ Ὧρός τὰ μέν τοι μὴ καθαρεύοντα. Orus fuit Grammaticus Alexandrinus, qui Constantinopoli docuit, multis in locis ab Epitomatore producitur. De eo vide Suidam et alios.

— Σωρανὸς, Βοστρανός.] Primum gentile deductum est a Σώρα ad caput Liris fluminis sita. Livius et urbis et gentilitii meminit lib. IX. cap. XXIV. *Ad Soram inde reditum, novique COSS. M. Petilius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt.* Et paulo inferius: *Soranus transfuga clam ex oppido profectus.* Sed Stephanus hoc gentile ab oppido Phoeniciae deduxit. Vide in voce Σοῦρα. Dubito an pro Βοστρανὸς non sit reponendum Βοστρηνός.

— Ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Γάγγρα, ὡς Πολυΐστωρ φησὶν, αἴπολον φάναι etc.] Oratio haec claudicat et est imperfecta; lege indubitanter: Ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς λέγεται ἡ Γάγγρα. οὕτως δὲ κέκληται, ὡς Πολυΐστωρ φησὶν, ἀπὸ τοῦ αἴπολον φᾶναι. Omnes editiones habent φάναι, sed multum differt a φᾶναι, uti docuimus pag. 13. b. Integra haec fabula cum omnibus suis circumstantiis a Stephano in voce Γάγγρα narratur.

Ἀγκύριον, πόλις Ἰταλίας.] Haec civitas prorsum est ignota Italiae Chorographis. In excerptis legationum e Diodori Sic. lib. XXXVI. legitur de aliqua Ἀγκυλίων regione in Sicilia: verum *Ancylienses* (et *Ancyrienses* sive *Ancyriani*, uti habet Epitomator) in tota Italia sunt incogniti. Adeoque hinc non levis oritur suspicio totum hunc locum valde esse confusum, et Epitomatorem hunc 24 a

Siciliae locum in alienam regionem transportasse, et quam penitus fuerit Suidas Geographiae vel inde apparet, quod totum hunc de Ἀγκυρίῳ locum transcripserit, indeque eadem gentilia formaverit.

— Ἰταλοὶ γὰρ μάλιστα etc.] Non tantum Itali, sed etiam Siculi hac forma gaudent, uti fusius demonstravimus pag. 8.

Ἀγκυρῶν, πόλις Αἰγύπτου.] Si hoc oppidum nomen habeat ab anchoris lapideis quae ibi ex lapidicinis excindebantur, levis mendi suspicionem recipit locus Ptolemaei, qui exstat lib. IV. cap. V. ubi nunc legitur: εἶτα ὁμοίως ἀπὸ ἀνατολῶν τῆς νήσου, Ἀγγυρῶν πόλις ξβ γ κθ γ. Sed rescribendum videtur, Ἀγκυρῶν πόλις.

— Ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τρισκαιδεκάτῳ Αἰγυπτιακῶν.] Vide Vossium de Historicis Graecis lib. I. cap. XXII.

— Ἐπειδὴ λιθίνας ἐκεῖ ἔτεμνον, αἷς κατεχρῶντο, ἀγκύρας.] Olim apud veteres anchoras lapideas in usu fuisse manifestissime liquet ex Apoll. Rhodio, qui lib. primo ita canit:

Κεῖσε καὶ εὐναίης ὀλίγον λίθον ἑλκύσαντες
Τίφυος ἐννεσίῃσιν ὑπὸ κρήνῃ ἐλίποντο,
Κρήνῃ ὑπ' Ἀρτακίῃ. ἕτερον δ' ἕλον ὅστις ἀρήρει
Βριθύν.

Hoc est, vertente Hoelzlino:

Hic etiam minusculum lapidem, qui pro anchora fuerat,
Extractum de consilio Typhi exposuerunt ad fontem,
Ad fontem Artacium, aliumque legerunt, qui iustioris esset
Momenti.

Quia haec explicatione indigent, Scholiastae verba producam. *Κεῖσε καὶ εὐναίης. λείπει ἡ ἀντὶ πρόθεσις, ἵν' ᾖ, τὸν ἀντὶ εὐναίας καὶ ἀγκύρας λίθον, διὰ τὸ βεβρῶσθαι ἐκ τῆς θαλάσσης, ἀπολύσαντες, ἕτερον ἔλαβον. ἐκεῖνον δὲ κατέλιπον ἐν τῇ Ἀρτακίῃ κρήνῃ. Μιλήσιοι δὲ ἐνοικήσαντες, κατὰ χρησμὸν Ἀπόλλωνος ἄραντες τὴν ἄγκυραν, ἀνιέρωσαν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἰασονίας Ἀθηνᾶς.* Ex hisce doctissimi Scholiastae verbis liquet, Argonautas, lapide quem pro anchora usurpabant aqua marina eroso et deperdito, alium accepisse. Verum hac occasione mihi videtur operae pretium ut expendamus locum Homeri, qui legitur Odyss. *N.*

—— *πεῖσμα δ' ἔλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο,*
Funem autem solverunt a pertuso lapide.

Ex hisce poëtae verbis nuper vir doctus et amicus in familiari colloquio usum anchorarum lapidearum mihi demonstrare conabatur cuius ego opinioni nequaquam accedere poteram. Nam ob-

[redacted]

servandum est, naves in intimum portus recessum appulsas (por- 24
tum hic non sumo pro flumine, aut quodam maris sinu) rarissi- b
me a nostratibus et aliis anchoris alligari, sed quidem palo in terram defixo, aut annulo quodam ferreo. Deinde funis ab anchora nunquam solvitur, sed ingruente necessitate quidem abscinditur, et in fundo relinquitur. Quid multis opus est? Ipse Hesychius, qui haec Homeri verba eruditissimo commentario illustrat, ibi de nullo anchorarum lapidearum usu mentionem facit, ita enim ille: *Τρητοῖο λίθοιο, εἰώθασιν ἐπὶ τῶν λιμένων τρυπᾷν λίθους, ἵνα ἐξ αὐτῶν τὰ ἀπόγεια σχοινία ἐξάπτωσιν οἱ ναῦται. Consueverunt in portubus perforare lapides, ut iisdem nautae retinacula adiungant.* Adeo ut pertusi sive perforati isti lapides in portubus pro palis sive annulis ferreis fuerint.

— *Τὸ ἐθνικὸν ἡ τέχνη ἐκ τοῦ Αἰγυπτίων ἔθους.*] Consimili modo etiam loquitur Stephanus in voce *Ἀβρότονον. τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος.* Et sic etiam aliis in locis. Per *artem* vero sive *τέχνην* nihil aliud intelligimus quam Grammaticam: nam veteres illa vocabula ita usurpasse certissimum est; Servio praesertim admodum familiare fuit, ita enim ille ad lib. I. Aeneid. *Non ut quidam putant pro curru posuit, nec est apocope: sed ratio artis antiquae, quia omnis nominativus pluralis regit genitivum singularem.*

Ἀγκὼν, πόλις Πικεντίνων.] A rei argumento urbs nomen accepit; egregie hoc demonstrat Procopius rer. Gothicar. lib. II. hisce verbis: *ὁ δὲ Ἀγκὼν οὗτος πέτρα τίς ἐστιν ἐγγώνιος. ἀφ' οὗ καὶ τὴν προσηγορίαν εἴληφε ταύτην. ἀγκῶνι γὰρ ἐπιπλεῖστον ἐμφερής ἐστιν. Ancon iste rupes quaedam est angulosa: unde etiam nomen ei quaesitum: quippe inflexo cubito quam simillima est.* Vide etiam Plinium lib III. cap. XIII. et Melam lib. II. cap. IV. Verum pro Graeco vocabulo Latini deinde formarunt *Ancona*, quemadmodum *Δερτὼν Dertona*, *Κρεμὼν Cremona*, et multa alia quae istius sunt generis. Urbs Syracusanos conditores habuit, teste Strabone lib. V. et cum eo convenit Solinus cap. VIII. inquiens, *Notum est Anconam a Siculis constitutam.*

— *Ὡς Ἀντρώνιος ὄνος.*] De hoc proverbio agemus in voce *Ἄντρων, Θετταλίας πόλις.*

Ἀγνοῦς. Τινὲς δὲ τῆς Ἀκαμαντίδος.] Inter illos fuit Harpocration: *Ἀγνοῦς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ἧς ὁ φυλέτης, Ἀγνούσιος: Populus tribus Acamantidis, cuius tribulis Agnusius dicitur.* Apud Hesychium est *τῆς Αἰολίδος φυλῆς δῆμος.* Sed Aeolidem tribum nemo antiquorum nominavit, uti bene annotavit Meursius in tractatu de Populis Atticis, qui hunc Hesychii locum emendavit.

25 a — Ὡς Φρύνιχος, τῆς Ἀτταλίας.] Apud Phrynichum in Ecloga Atticorum nominum et verborum nulla, quod sciam, de hac re fit mentio. Salmasius in Vet. MS. mendose, ut opinatur, invenit τῆς Ἀττικῆς, non vero Ἀτταλίας. Videbat vir doctissimus hic latere ulcus, ast non sanavit: exigua mutatione legendum erat, τῆς Ἀτταλίδος.

— Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ φυομένης ἄγνου.] Nomen igitur accepit a frutice quodam in arborem assurgente, qui Latinis *vitex* dicitur. Aristoteles lib. IX. de natura animalium refert hoc plantae genus apibus, quorum ingens apud Atticos semper fuit copia, esse gratissimum. Unde hic frutex nomen habeat lege apud Dioscorid. lib. I. Nicandri Scholiast. et de eo etiam Theophrast. lib. I. histor. plant.

— Οἷον Σχολνοῦς, Κυλλοῦς, Πιτυωδοῦς etc.] Omnia sic legebat vir summus Gronovius: οἷον Σκολυμοῦς, Σκιλλοῦς, Πιτυοῦς, Δαφνοῦς, Ῥαμνοῦς, Ἐρικοῦς. Satis placet haec ita legi; sed pro Σχολνοῦς etiam legi posset Σχοινοῦς, qui locus Arcadiae a iuncis ibi crescentibus nomen accepit: de quo etiam vide Lycophronis Scholiast. pag. 109.

— Ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις φυομένων.] Videtur hic aliquid excidisse. si mei arbitrii res foret, rescriberem: ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς τόποις φυομένων φυτῶν. Hunc locum non parum illustrabunt verba Eustathii, quae refert ad Dionysium pag. 65. ὅτι δὲ πολλοὶ τόποι ἀπὸ φυτῶν ἔσχον τὰς κλήσεις, ὡς καὶ ἡ ῥηθεῖσα αὕτη Κοτινοῦσα, δῆλον. οὕτω γὰρ καὶ ἡ Ἐρεικοῦσα λέγεται, διὰ τὰς ἐν αὐτῇ ἐρείκας. καὶ ἡ Μίλητος Πιτυοῦσα ποτὲ, διὰ τὰς πίτυς, ἐκλήθη. Καὶ ἐν Ἀθήναις δὲ πολλοὶ τόποι ἐντεῦθεν ἐκλήθησαν, ὡς ἡ Ῥαμνοῦς, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ ῥάμνων. καὶ ἡ Ποντικὴ δὲ Κερασοῦς, ἀπὸ τῶν φυτῶν τῶν κεράσων κέκληται. καὶ ἀπὸ τῶν Μυῤῥινῶν οἱ Μυῤῥινούσιοι. *Manifestum est multos locos suas denominationes sortiri a plantis, uti iam dicta Cotinusa. Ita quoque Ericussa appellatur, propterea quod ibi ericae nascantur. Et Miletus quondam Pityussa dicta fuit a pinibus. Atque apud Athenienses multi loci hinc nomen acceperunt, uti Rhamnus a rhamno illic crescente, et Pontica Cerasus a cerasis, et Myrrhinusii a myrtis.* Sed unde Atheniensium Demi habeant suum nomen, nemo accuratius dixit, quam Etymologici magni auctor in voce Ἐλεεῖς. οἱ γὰρ δῆμοι τῶν Ἀθηναίων, ἢ ἀπὸ τῶν τόπων, ἢ ἀπὸ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φυτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς χειροτεχνῶν, ἢ ἀπὸ τῶν οἰκησάντων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν.

— Κατὰ τὸν ἐν Ἀθήνῃσι δῆμον. τινὲς Ἀχερδοῦς, etc.] Observavit Salmasius hic ulcus latere, et indubitanter legendum esse: καὶ τῶν ἐν Ἀθήνῃσι δήμων τινές: optime quidem: ast si

[redacted]

mei arbitrii res foret, scriberem: *καὶ τῶν ἐν Ἀθήνῃσι δήμων τινὲς, ὡς Ἀχερδοῦς, Φηγοῦς,* etc. Nihil ad rem facit Salmasium in eadem ora sui cod. scripsisse, hic rescribendum esse, *κατὰ τοὺς ἐν Ἀθήνῃσι δήμους τινάς.*

— Ὁ *δημότης Ἀγνούσιος,*] Plutarchus in Theseo: *ἐκ τούτου φασὶ τῷ Παλληναίων δήμῳ πρὸς τῶν Ἀγνουσίων ἐπιγαμίαν μὴ εἶναι. Inde aiunt Pallenaeorum populo cum Agnusiis connubium non esse.* Et paulo ante: *ἦν δὲ κήρυξ μετ' αὐτῶν ἀνὴρ Ἀγνούσιος. Erat in illorum coetu caduceator Agnusius.*

— *Ἀπὸ τῆς γενικῆς, προσόδῳ τοῦ ιτος, τοῦ τ φυλασσομένου, ὡς ἐν τῷ Σεμνοῦντιος,* etc.] Nullus in toto Stephano est locus 25 corruptior: miserrime enim librariorum transcriptionibus est b depravatus: ut nunc partim sit mutilus, et partim confusus. Magnum Salmasium satis vexavit, qui veram lectionem vix invenit, ita enim ipsum nutantem ac fluctuantem deprehendo. In MS. veteri erat exaratum: *ἀπὸ τῆς γενικῆς προσόδῳ τοῦ ι τούτου φυλασσομένου*: sed haec, uti affirmat, non est indubitata loci lectio: licet codex Vossianus eandem et mihi exhibuerit. Quae sequuntur ita invenit in MSS. *τρεπομένου δὲ εἰς σ, καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ν ὑφαιρουμένου*: addens, ita hunc locum concepisse et emendasse, antequam scriptos codices nactus fuisset. Posteriora laudamus, sed antecedentia paulo aliter constituerem; totum proinde locum ita lege: *ἀπὸ τῆς γενικῆς προσόδῳ τοῦ ἰῶτα, τοῦ τ οὐ φυλασσομένου, ὡς ἐν τῷ Σιμοῦντιος, Ἱεριχοῦντιος, τρεπομένου δὲ εἰς σ, καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ν ὑφαιρουμένου, ὡς Ἀλιμούσιος, Φηγούσιος.* Hanc verissimam huius loci lectionem esse, nemo ambigere potest.

— *Προσόδῳ τοῦ ιτος.*] Legendum est uti iam diximus: *προσόδῳ τοῦ ἰῶτα*, id est, *addendo iota.* Quia haec vocis significatio rarius occurrit, exemplum unum atque alterum subiiciam ex Etymologici Magni auctore. ita enim ille in voce *Ἀγηγέρατο, ἐκ τοῦ ἀγείρω ὁ μέλλων, ἀγερῶ. ὁ παρακείμενος, ἤγερκα. ὁ παθητικὸς, ἤγερμαι. τὸ τρίτον ἤγερται. καὶ ἀττικῶς, ἀγήγερται. καὶ Ἰωνικῇ προσόδῳ τοῦ α, ἀγηγέραται.* Id est, Ionica accessione literae α dicitur *ἀγηγέραται.* Neque absimili modo in vocabulo *Ἀφιᾶσιν. ταῦτα δὲ τὰ τρίτα πρόσωπα τῶν εἰς μι πληθυντικῶν οἱ Ἴωνες προσόδῳ τοῦ α, καὶ συστολῇ τῆς παραληγούσης, προφέρουσιν, ἀφιᾶσι, τιθέασι,* etc.

— *Διακρίνεται ἡ τροπὴ τῷ ἀδιαιρέτῳ,* etc.] Verborum interpretationem quidem exhibemus, sed planior esset sensus, si licitum esset illa ita reddere: *Differentia haec inde oritur quod alterum venit a primitivo contracto, quo Attici gaudent.*

— *Παρ' αὐτοῖς γὰρ λέγεται Ἀγνόεις* etc.] Attici gaudent

contractionibus, atque ideo non Ἀγνόεις sed Ἀγνοῦς efferunt. Canonem huic non absimilem legimus apud Etymologici Mag. auctorem in voce Πλακοῦς. πλάκας ἐκάλουν πάντα τὰ εἰς πλάτος ἐκτεταμένα, ὅθεν πλακόεις. καὶ Ἀττικῇ συναιρέσει, πλακοῦς. Et ita etiam Ἀγνόεις, pro quo Attici dicunt Ἀγνοῦς, et sic in multis aliis.

— Ὅθεν οὐδὲ διὰ τοῦ x λέγεται Σιμοῦντιος.] Locus hic est corruptissimus, licet enim ita habeant MSS. et Vulgati codd. rescribendum est: ὅθεν οὐδὲ διὰ τοῦ τ λέγεται Ἀγνούσιος, et tunc sequentia, quibus hanc editionem ex MSS. auctiorem reddimus, antecedentibus respondebunt, nempe: ἀλλὰ διὰ τοῦ σ μετὰ τῆς ὑφέσεως τοῦ ν.

— Ἀλλὰ διὰ τὸ σ μετὰ τῆς etc.] Haec et sequentia verba, usque ad illa, οὐ γὰρ Ἀττικὰ ταῦτα. in vulgatis editionibus non exstant, quibus hic locus ita legebatur: οὐδὲ διὰ τὸ τ λέγεται, Σιμοῦντος. οὐ γὰρ Ἀττικὰ ταῦτα. Hisce verbis codex Vossianus erat auctior, quae optimus Palatinae bibliothecae manu exaratus liber etiam Salmasio exhibuit.

26 — Μετὰ τῆς ὑφέσεως.] Ita Salmasius ex optimo codice. In
a Vossiano inveni, μετὰ τῆς ὑφάλεως, sed perperam. non levia oritur suspicio legendum esse: μετὰ τῆς ὑφαιρέσεως. Et illam lectionem puto esse veram.

— Τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι, κυριώτερα καθέστηκεν.] Sic legebat Salmasius: sed lego ex Vossiano cod. τὰ δοκοῦντα διαιρεῖσθαι σ κυριώτερα καθέστηκεν. Sed Salmasianam praefero: et pro κυριώτερα forte κοινότερα est rescribendum.

— Καὶ ἐν τόπῳ, Ἀγνοῦντι. ἐν τοῖς Ἄξοσιν. Ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ.] Ita hunc locum distinximus, qui pessima interpunctione antea laborabat. Vulgati et scripti codices exhibebant: Καὶ ἐν τόπῳ, Ἀγνοῦντι ἐν τοῖς Ἄξοσιν, ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ. Mala haec interpunctio tantas mihi turbas excitavit, ut Lugdunense nostrum oraculum I. F. Gronov. consulere necesse habuerim, qui me admonebat, haec verba ita esse distinguenda, uti haec habet editio.

— Ἐν τοῖς Ἄξοσι. In Axibus.] Axes dicuntur Atheniensibus tabulae ligneae in quibus Solonis leges incisae erant. Illustre huius rei testimonium exstat apud A. Gellium lib. II. cap. XII.
b quod sic incipit. *In legibus Solonis illis antiquissimis, quae Athenis axibus ligneis incisae sunt quasque latas ab eo Athenienses, ut sempiternae manerent, poenis et religionibus sanxerant, legem esse Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiam*, etc. Suidas: Ἄξονες. οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθηναῖοι τοὺς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐγγραφῆναι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσι. ἦσαν δὲ τετράγωνοι τὸ σχῆ-

[redacted]

μαι· μέμνηται τῆς λέξεως Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. *Axes. Athenienses sic appellarunt Solonis leges, quod illae in ligneis tabulis essent inscriptae. Fuerunt autem figura quadrata. Huius vocis meminit Demosthenes in oratione contra Aristocratem.* Vide Plutarchum in Solone et in Numa qui de hisce Axibus etiam mentionem facit, atque etiam Suidam, qui totum Harpocrationis locum transcripsit. Ex hisce igitur Axibus sive ligneis tabulis in quibus Solonis leges erant incisae, producit Stephanus sequentia verba, nempe : ἐπειδὴ Ἀγνοῦντι θυσία ἐστὶ τῷ λεῷ. Omnes testantur tabulas fuisse ligneas Polluce excepto, qui eas aereas testificatur.

Ἀγνώνεια, Ἄγνωνος κτίσμα, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων.] Quia multi fuerunt Agnones, difficulter divinassem, quisnam hoc loco esset intelligendus, nisi Stephanus dixisset Atheniensium ducem fuisse, de quo apud Thucyd. lib. II. Τοῦ 26
δ' αὐτοῦ θέρους, Ἄγνων ὁ Νικίου, καὶ Κλεόπομπος ὁ Κλεινίου, b
ξυστράτηγοι ὄντες Περικλέους. *Eadem aestate Agnon Niciae, et Cleopompus Cliniae filius, Periclis in praetura collegae.* Vide et Plutarchum in Pericle et in Nicia. Alius est de quo mentionem facit in Alexandro, qui sibi volebat comparare Crobylum celebris apud Corinthios nominis puerum; quique Athenaeo teste lib. XII. tanto luxu vitam degebat, ut crepidas clavis aureis confixas gestaret.

— Καὶ Καννωνείτης, τοῦ Καννώνεια.] Sic habent scripti et editi : sed vitiosa est scriptura : sine dubio scribendum, καὶ Καυκωνείτης, ἐκ τοῦ Καυκώνεια.

Ἀγνῶντες, ἔθνος Κελτικῆς.] Fortassis hi iidem sunt populi, qui a Plinio lib. III. cap. XIX. Anagnutes appellantur.

Ἀγορά, πόλις ἐν Χεῤῥονήσῳ.] Huius oppidi etiam meminit Herodot. lib. VII. quique ei eundem situm assignat.

Ἀγοραῖον τεῖχος.] Valde ambigo, ut et alii viri docti, an non sit idem oppidum quod a Stephano modo Ἀγορὰ appellatum sit.

Ἄγρα καὶ Ἄγραι, χωρίον, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς· ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς etc.] Hic locus mihi nonnihil videtur confusus, quem ita constituerem : Ἄγρα καὶ Ἄγραι, ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς, χωρίον ἔστι τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως etc. Antiquissima Agrarum memoria exstat apud Pausaniam in Atticis: Διαβᾶσι καὶ τὸν Εἰλισσὸν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσι, ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου. καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον. *Ubi Ilissum traieceris, locum offendes, qui Agrae dicitur, et venatricis Dianae aedem : ibi enim primum, cum ex Delo venis-*

[redacted]

set, venationibus operam dedisse Dianam ferunt, ob eamque causam eius simulacro arcus additur.

— Ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς.] Idem testificatur Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 361. ἔτι δὲ καὶ ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ. ᾧ κλῆσις Ἄγραι καὶ Ἄγρα. Id est: *Praeterea autem Diana Agrotera, uti etiam comicus indicat, apud Platonem secundum Pausaniam Agraea dicitur, a regione qua-
27 dam iuxta Ilissum, cui nomen est Agrae et Agra.* Apud Pau-
a saniam quem modo produximus plurali numero, et apud Strabonem lib. IX. singulari numero usurpatur. Etymologici Mag. auctor: Ἄγρα, Δήμητρος ἱερὸν λέγεται. καὶ ἡ θήρα. λέγονται δὲ πληθυντικῶς καὶ οἱ τόποι.

— Πρὸ τῆς πόλεως.] Neque aliter Hesychius: Ἄγραι, χωρίον Ἀττικὸν ἔξω τῆς πόλεως. ἱερὸν Δήμητρος. Omnis ager extra urbem, et fundus, et villa, et praedium Graecis ἀγρὸς dicitur, unde hic locus in Attica extra Athenas nomen forte sortitus est. Etymologi Mag. auctor: Ἀγρὸς, ὁ ἔξω τῆς πόλεως χῶρος.

— Ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται.] Vide Meursii Graeciam feriatam pag. 8.

Ἀγραῖοι, ἔθνος Ἀράβιον.] Ptolemaeo lib. v. cap. XIX. et Dionysio Alexandrino etiam Ἀγραῖοι dicuntur, et Hebraeis חגרים vel הגריאים primo Chron. 5, 10. 19, 20. et Psalm. 83. v. 7. Nomen habent ab Hagare, uti testatur Aben Esra in commentariis ad Psalmum modo citatum: *Sunt isti Hagareni, quos genuit Hagar ex viro alio, non Abrahamo.* Sed contra Gabriel Sionita in Arabiae descriptione cap. I. *Arabia* inquit *non ab Arabo Apollinis et Babyloniae filio, ut Latinorum plerique asserunt, sed ab Araba, plaga non longe a Medina sita, nomen sortita est, quam incoluit Ismaël, Abrahami et Hagar filius, a quo etiam Ismaelitae, et Hagareni dicuntur.* Eratosthenes apud Strabonem lib. XVI. dicit, felici Arabiae ab Heroum urbe Babylonem usque adiacere Nabathaeos, Chaulotaeos et Agraeos: et Dionysius pag. 122. eosdem populos a monte Libano usque ad mare Persicum simili ordine collocat: sed Ἀγραῖοι ab ipso appellantur Ἀγρέες forte metri gratia: et ad hunc locum Eustathius ipsum citat Stephanum: Χαβλάσιοι καὶ Ἀγρέες, οὓς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας Ἀγραίους λέγει.

— Ἐν ἑκκαιδεκάτῳ.] Male in MSS. ϛ, id est sexto: a librariis iota praetermissum videtur.

— Ὡς Θουκυδίδης ἐν τρίτῃ.] Forte Epitomator hunc locum respexit: καὶ ἐπέβησαν τῶν Ἀγραίων οὐκέτι Ἀκαρνανίας, φιλίας δὲ σφίσι. *Ingressi sunt in Agraeorum agrum, qui non Acarnaniae*

iam, sed ipsis finitimus erat. Idem eodem libro et aliis locis de hisce populis mentionem facit. Vide quoque Livium lib. XXXII. cap. XXXIV.

— Θηλυκὸν ἐπὶ τῆς χώρας, Ἀγραία.] Non solum Agraea, sed et Ἀγραῒς dicitur a Thucydide lib. III. οἱ δ' ἄλλοι διέφυγον ἐς τὴν Ἀγραΐδα, ὅμορον οὖσαν. *Caeteri vero in Agraïdem, quae finitima erat, diffugerunt.*

Ἀγραυλή. Τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς.] Ita etiam Suidas, Harpocration, et Phavorinus: alii tamen ad alium tribum referunt, inter quos est Hesychius, qui Demi nomen etiam sine α effert: Ἀγρυλή, δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς καὶ τῆς Ἀτταλίδος. Sed Stephanus hanc Hesychii scriptionem improbat: θέλει δὲ τὸ Α.

— Τρεῖς δὲ ἦσαν.] Recte Apollodorus lib. III. Κέκροψ δὲ γήμας τὴν Ἀκταίου κόρην Ἄγραυλον, παῖδας μὲν ἔσχεν [lege: παῖδα μὲν ἔσχεν] Ἐρυσίχθονα, ὃς ἄτεκνος μετήλλαξε. Θυγατέρας δὲ Ἄγραυλον, Ἕρσην, Πάνδροσον.

— Ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρποὺς ὠνομάσμεναι.] Nullis profecto rebus magis augentur fructus quam talibus quae vim habent calefaciendi et refrigerandi. A calore sive igne nomen 27
habet Ἄγραυλος, teste Hesychio: Ἄγραυλον, ὕπαιθρον καὶ ἔρη- b
μον, ἢ ἐν ἀγρῷ αὐλιζόμενον, ἢ καπυρόν. Hoc est: *calore solis ferventem*: tali enim significatu haec vox καπυρὸν sumitur a Theocriti Scholiasta ad hunc versum, qui legitur Idyl. sexto:

Ὡς ἀπ' ἀκάνθας ταὶ καπυραὶ χαῖται,

hoc est:

Quemadmodum a cinara defluunt torridae comae.

Ubi Scholiast. Καπυραὶ, αἱ κεκαυμέναι ὑπὸ τοῦ ἡλίου διὰ τὴν θερμότητα. Componitur autem illa vox, ut annotavit Eustathius ad Iliad. Δ. pag. 437. ἀπὸ τοῦ καίειν καὶ πυροῦν. Quis ignorat rorem refrigerandi vim habere, quod hic significatur vocabulis Ἕρση et Πάνδροσος. Nam Etym. Mag. auctor in Ἕρσαι. Ἕρση γάρ ἐστιν ἡ δρόσος: *Herse rorem denotat.* Hesychius: Ἕρσαι, οἱ ἐν τῷ χειμῶνι γινόμενοι ἔριφοι, καὶ τὰ ἁπαλὰ τῶν προβάτων, καὶ αἱ δρόσοι. Hinc Minerva apud Homerum Iliad. Ν. in Scheriae descriptione rorem τεθαλυῖαν nominavit, quae fructus facit virescere, vigescere et augescere: nam ita haec verba a Scholiaste, qui nobis pro Didymo obtruditur, explicantur: θάλλειν ποιοῦσα καὶ αὔξειν τὰ φυτά. Neque hoc mirum, nam omnia plantarum genera et fructus rore rigantur, et inde quasi potum accipiunt. Adeo ut in hunc sensum egregie dixerit Etymologi Mag. auctor: Ἕρση, ὁ δρόσος, νοτία ὁμίχλη. καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε ἐέρ-

ση. παρὰ τὸ ἄρδω ἄρσω, ἄρση, ἕρση. ποτίζεται γὰρ ὑπ' αὐτῆς πάντα τὰ φυτά, καὶ κατάρδεται.

— *Πάνδροσος, Ἕρση, Ἄγραυλος.*] Ita etiam appellantur Apollodoro lib. III. cuius locum paulo ante allegavimus, neque etiam aliter Ovidio lib. II. Metamorph.

Pars secreta domus ebore, et testudine cultos
Tres habuit thalamos: quorum tu Pandrose dextrum,
Aglauros laevum, medium possederat Herse.

Similiter etiam Hyginus fab. CLXVIII. *Quem Minerva cum clam nutriret, dedit in cistula servandum Aglauro, Pandroso et Hersae Cecropis filiabus.* Sed notandum est apud Ovidium et Hyginum scribi *Aglaurus*, cum indubitanter *Agraulus* scribendum sit. Mendum illud leve etiam apud Suidam occurrit: *Ἄγλαυρος, ἡ θυγάτηρ Κέκροπος*, et apud Pausaniam in Atticis pag. 31. ubi etiam *Ἄγραυλος* rescribendum censeo; nam λ et ρ hic non debent commisceri, quemadmodum evincitur ex ipso Demi nomine; et addit Stephanus a quibusdam scribi *Ἀγρυλή*, sed non *Ἀγλαυρή*. Et apud Hesychium non *Ἄγλαυρον*, sed *Ἄγραυλον, κάπυρὸν* denotat, uti iam probavimus. Sic etiam scripsit Etym. Mag. auctor in voce *Ἄρειος πάγος*. Et Demosthenes in oratione de falsa legatione, ad quem locum ita commentatur Ulpianus. *Ἔστι μία τῶν Κέκροπος θυγατέρων Ἄγραυλος. ἐν δὲ τῷ τεμένει αὐτῆς οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παιδίων, μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον, ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. Est una e Cecropis filiabus Agraulus dicta: in eius autem templo, qui pueritiam excessissent, in omni armatura iurabant, pugnaturos se ad mortem usque pro patria.* In memoriam Hersae etiam Athenis *Ἐρσηφόρια* celebrarunt, cuius festi meminerunt Suidas et Etymol. Mag. auctor. Denique et Pandroso Athenienses sacrificasse,
28 docet Athenagoras in Legatione. Praeterea per Agraulum solebant
a iurare: hinc apud Comicum Graecum in Cerealia celebrantibus legimus: *Οὗτοι μὰ τὴν Ἄγραυλον ὦ γυναῖκες εὐφρονεῖτε.* Sed interpres et Bisetus in turpissimum errorem incidunt, per *Ἄγραυλον* Dianam intelligentes. Nam ita Bisetus: *περιφραστικῶς οὕτω καλεῖ τὴν Ἄρτεμιν, ὡς ἐν τοῖς ἀγροῖς διὰ τὰς θήρας ἐναυλοῦσαν, καὶ διάγουσαν.* Haec nemo antiquorum affirmabit, nam neminem Aristophanes intelligit, nisi Cecropis filiam; et uti per Agraulum Athenienses solebant iurare, ita etiam per Pandrosum, ut apud eundem in Lysistrate:

Εἶτ' ἄρα νὴ τὴν Πάνδροσον ταύτῃ μόνον
Τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς.
Per Pandrosum, si tu isti paululum
Manum inieceris.

[redacted]

— Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἀθηναίων ἄποικος ἐν Σαρδοῖ.] Hanc urbem Cluverius in antiquae Sardiniae descriptione non agnoscit, et praeterquam quod haec urbs ab Atheniensium Demo nomen accepisse hic dicitur: Pausan. in Phocicis ei praeterea etiam nominis originem attribuit a Gryllo quodam, qui classis Atheniensium eo missae dux et praefectus fuit. Sed locum, quia est corruptissimus, producam. Καὶ Ὀλβίαν μὲν πόλιν οἰκίζουσιν, ἰδίᾳ δὲ Ὀγρύλλην οἱ Ἀθηναῖοι διασώζοντες τῶν δήμων τῶν οἴκοι τινὸς τὸ ὄνομα· ἢ καὶ αὐτὸς τοῦ στόλου μετεῖχεν ὁ Γρύλλος. ubi procul dubio Ἀγρύλην pro Ὀγρύλλην est rescribendum.

— Καὶ Ἀγρυλῆθεν.] Alio vocabulo usus fuit Plutarchus in Themistocle: ὁ δὲ γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας, Λεωβότης ἦν Ἀλκμαίωνος Ἀγραυλῆθεν, ubi male vox in antepenultima signabatur. *Proditionis crimen intentavit ei Leobotes Alcmaeonis filius Agraulensis.*

— Δέχεται δὲ δύο τόπους.] Sic perperam hic legitur. MSS. habent, δέχεται δὲ δύο τόνους. quod mihi etiam non placet, rescribendum censeo, λέγεται δὲ κατὰ δύο τρόπους. uti nostra exhibet versio; nam duobus modis nomen populare effertur: Ἀγρυλῆθεν et Ἀγραυλῆθεν, uti modo ex Plutarcho produximus, neque aliud ab Ἀγραυλή formari posset, nisi etiam Ἀγρυλὴ diceretur.

Ἀγρίαι, ἀρσενικῶς, ἔθνος Παιονίας.] Varie apud Graecos auctores huius gentis nomen scriptum reperitur. Stephanus quinque modos enumerat: Ἀγρίαι, Ἀγραῖοι ex Polybio, ubi nunc aliter legitur, ut infra ostendimus: Ἀγράïοι, Ἀγριεῖς, et denique Ἀγριᾶνες, quod Herodoto libro v. Thucyd. lib. II. et Ar- 28
riano praesertim est familiarissimum. Accurate Stephanus gentis b
situm indicat, neque ab eo dissentiunt supra dicti. A Curtio passim *Agriani* appellantur, et fuerunt viri fortissimi, quique semper ab Alexandro eligebantur, quoties magnum aliquod et heroicum facinus aggrediebatur.

— Διὰ τοῦ αι.] Aldina cum Florentina convenit, quae habet, διὰ τοῦ α: et ita nobis exhibuit cod. Vossianus, neque aliter legebat Salmasius ex MSS. Palat. Xylander vero correxit, διὰ τοῦ αι. Nihil auderem statuere, quia citata ex Polybio cum hodiernis editionibus non conveniunt. Salmasius tamen de loco Polybii aliquid affirmavit, in margine sui codicis; quod non recte legere, multo minus transcribere possum.

— Εὑρέθη δὲ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῃ, τὸ γὰρ τῶν Ἀγραίων ἔθνος.] Hodie apud Polybium legitur: τὸ γὰρ τῶν Ἀγραῶν ἔθνος: et non inveniuntur eo libro quem Stephanus citat, uti me monuit elegantissimi ingenii iuvenis Iacobus Gronovius, qui tunc temporis

in Polybio edendo bonam operam collocabat: sed libro xvii. cap. v. Itaque non est emendandus Stephanus consentientibus in vulgatum MSS. Nam egregie hinc fulcitur coniectura eruditissimi Hen. Valesii p. 18. ad excerpta, ex MS. et Livio nos docentis, colloquium Titi cum Philippo pertinere ad librum xviii. non xvii quae nunc distinctio male obtinet.

— *Οὐ νεκένων Πισίδας καὶ Ἀγριᾶνες ἠδ' Ἀγριάνας.*] In omnibus editionibus talis reperitur lacuna: *Οὐ νε Πισίδας* etc. Illam supplevimus ex Vossiano cod. verbis revera nihil significantibus. Salmasius ex Palatinis codd. legebat: *φονεκεῶν Πισίδας*: et reliqua ita restituenda putabat, *καὶ Παιόνας ἠδ' Ἀγριάνας*: sed utinam haec proba esset loci lectio! Hic versus est profligatissimus, et nihil iuvant, ut vides lector, libri manu exarati: nam quid est *φονεκεῶν*, et quid *οὐ νεκένων*? praeterea *Ἀγριᾶνες* et *Ἀγριάνας* non sunt similes casus, quos coniunctio postulat. Putarem tamen coniectura hunc locum ita posse constitui:

Ὑφῆκα Πισίδας, καὶ Παιόνας ἠδ' Ἀγριάνας.
Καὶ Γαλάτας τόσσους ἀντιάσας στόρεσα.

Ἄγρισα, πόλις Καρμανίας.] Ptolemaeus lib. vi. cap. xvi. in Carmaniae descriptione mentionem facit de oppido cuius nomen est *Ἄγρις*, quod forte idem est, de quo nunc Epitomator.

29 — *Ὡς Ἔδεσα, Ἐδεσαῖος.*] Urbis huius nomen et gentile
a suo loco Stephanus scripsit cum duplici σ, *Ἔδεσσα, Ἐδεσσαῖος.*

Ἀγρὸς, τὸ χωρίον.] Hic locus Graece debet legi, neque recte Latine verti aut exprimi posset. Et pleraque ab hoc vocabulo derivativa leguntur apud Hesychium, Etymologici Mag. auctorem, Suidam, Phavorinum, Eustathium, atque alios.

— *Ὡς Μαλλὸς, Μαλλώτης.*] Est oppidum Ciliciae cuius incola Mallota dicitur, de quo vide Stephanum suo loco.

— *Ἄγροικος καὶ Ἀγροῖκος.*] Distinguit similiter Eustathius ad Odyss. *Α.* pag. 1409. *Ἄγροικος προπαροξυτόνως ὁ κατ' ἀγρὸν διαιτώμενος, ἀγροῖκος δὲ προπερισπωμένως ὁ ἀπαίδευτος.* Contra vero apud Hesychium legitur: *Ἀγροῖκος, ὁ ἐν ἀγρῷ διάγων.* Hic in penultima circumflectitur, et tamen indocti significationem non habet.

— *Ἀφ' ὧν παρώνυμον.*] Sic in omnibus editionibus est excusum, et ita etiam invenit Salmasius in quodam codice: sed ex alio recentiori legebat: *ἀφ' ὧν παράγεται τὸ κτητικόν.*

— *Καὶ ἀγροιῶτις, καὶ ἀγρωστῖνος.*] Salmasius legebat: *καὶ ἀγροιώτις, καὶ ἀγρῶστις, καὶ ἀγρωστῖνος.*

Ἀγυιὰ, τόπος etc.] De hac voce vide Hesychium, qui illud deducit, *ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῶν ἄγειν ἡμᾶς τὰ γυῖα, τουτέστιν*

[redacted]

πορευεσθαι. χρῆται γὰρ καὶ τῷ ἄγειν ἀντὶ τοῦ φοιτᾷν Ὅμηρος, καὶ τοῦ ἔρχεσθαι. Ita hunc Hesychii locum legerem. Vide praeterea Suidam, Harpocrationem, et Eustathium p. 166. ad Iliad. *B.* et aliis in locis.

— Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκωνος.] In voce Ἀρέθυσα legitur, Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκου. Sed nihil refert quomodo scribatur. Vide Eustath. ad Iliad. *B.* pag. 369.

— Ἔστι δὲ, ὡς παρὰ τὸ ἅρπη ἅρπυια, ὀρέγω ὀρέγυια.] Haec partim sunt mutila, partim corrupta, quaeque procul dubio hoc modo sunt restituenda: ἔστι δὲ παρὰ τὸ ἄγω ἄγυια, ὡς ἅρπω ἅρπυια, ὀρέγω ὀρέγυια. Quia Heracleonis derivationem παρὰ τὸ ἀΐσσω non approbat, necessario aliam debebat indicare: estque haec παρὰ τὸ ἄγω ἄγυια aliis grammaticis familiarissima, Etymologici Mag. auctor. Ἀγυιά, ἡ ὁδός. παρὰ τὸ ἄγω τὸ πορεύομαι: et alio loco: Ἅρπυιαι, αἱ ἁρπακτικαὶ θεαί. παρὰ τὸ ἅρπω τὸ ἁρπάζω, ἅρπυια, ὡς αἴθω, αἴθυια, καὶ ἄγω ἄγυια.

— Λέγονται καὶ ὀβελίσκοι θεοῖς ἀνειμένοι.] Videtur hic aliquid deesse, legerem: λέγονται καὶ αἰγυιεῖς ὀβελίσκοι θεοῖς ἀνειμένοι. Sed quibusnam Diis erant dicati? Explicat hoc Suidas: ἰδίους δὲ φασὶν αὐτοὺς εἶναι Ἀπόλλωνος, οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δὲ ἀμφοῖν. *Aiunt autem hos obeliscos Apollini esse proprios, alii vero Baccho: alii vero ambobus sacros esse volunt.* Sed praeter hunc usum, quod Apollini sive Baccho essent sacrae colum- 29 nae alium etiam habebant; nam unusquisque civium de re qua- b piam laeto accepto nuntio aras in vestibulo stantes adolebat, disque quibus erant dicatae hae columnae sacrificabat, quod observare licet apud Aristophanem in Equitibus, ubi Chorus ad Agoracritum ita loquitur:

Τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις; ἐφ' ὅτῳ κνισσῶμεν ἀγυιάς;

Quam bonam et quam laetam famam adfers? Hac de causa Diis in vestibulis stantibus sacrificabimus.

Et ad haec verba antiqua Scholia: Ἔθυον γὰρ πρὸ τῶν εὐαγγελίων πρὸ τῶν πυλῶν ἕκαστος. ἄλλως. ἔθος ἦν τοῖς ἐν ἀγυιαῖς ἱσταμένοις θεοῖς, ἐπὶ ταῖς ἐρχομέναις ἀγγελίαις, θύειν. ὡς ἂν εἰ ἀγαθαὶ εἶεν ἐπινεύσαιεν ταύταις. εἰ δὲ τοὐναντίον, ἀποτρέψαιεν.

— Ὡς Εὔπολις.] Fortasse priscum illum Comicum intelligit, de quo vide Suidam et alios.

— Καὶ κατὰ συναίρεσιν αἰγυιέας αἰγυιᾶς.] Noster hanc figuram appellat synaeresin, qua in accus. plur. αἰγυιᾶς dicitur: Suidas dicit per synaloepham fieri, in eo Harpocrationem sequens, qui et Atticis eam in huiusmodi locis ait esse propriam.

huius rei exemplum habemus apud Aristophanem in Equitibus et in Avibus.

— *Λέγεται καὶ κίων ἀγυιεὺς, εἰς ὀξὺ ἀπολήγων.*] Paulo ante obeliscum Diis dedicatum appellabat: nunc vero dicit esse columnam in acumen desinentem. Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 166. *Ἀγυιὰ γὰρ ἡ κοινῶς λεγομένη ῥύμη, ἀφ' ἧς καὶ ἀγυιεὺς, κίων ἱερὸς Ἀπόλλωνος πρὸ θυρῶν ἑστὼς, λήγων εἰς ὀξύ. γίγνεται δὲ παρὰ τὸ ἄγειν.* Sed Hesychius refert fuisse aram stantem pro foribus, quae columnae formam habebat. *Ἀγυιεὺς, ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος.* A quo etiam non dissentit Etymol. Mag. auctor.

— *Ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἱστάμενος.*] Sic habent libri editi: in Vossiano codice inveni, et Salmasius in Palatinis: *Ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἱστορούμενος*, sed perperam ita legitur, uti liquet ex Eustathio, Suida et Cl. Alexandrino in admonitione ad gentes.

— *Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις.*] Locus Aristophanis, quem respicit Stephanus, ita sonat:

Ἐξῆλθον ὡς τὸν μοιχόν. εἶτ' ἐρειδόμην
Παρὰ τὸν ἀγυιᾶ κύνδ' ἐχομένη τῆς δάφνης.
Ταῦτ' οὐδεπώποτ' ἐφωρᾶτ' Εὐριπίδης. Hoc est:
Egressa sum ad moechum, deinde enixa sum
Iuxta columnam in vestibulo collocatam fortiter adhaerens lauro:
Haec nunquam deprehendit Euripides.

30 Ita hi versus sunt vertendi, qui ab Andrea Divo non satis exa-
a cte versi sunt.

— *Καὶ ὁ Ἀπόλλων Ἀγυιεὺς καὶ Ἀγυιάτης, τουτέστιν ὁ ἐφόδιος.*] Macrobius Saturnal. cap. IX. *Idem Apollo apud illos et Ἀγυιεὺς nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis: illi enim vias quae inter pomoeria sunt, ἀγυιὰς appellant.* Hic apud Stephanum *ἐφόδιος* pro simplici *ὅδιος* videtur accipiendum, quasi Latine diceres Apollo *Viarius*, vel *Vius*, ut in Virgilii epigrammate de femina Praenestina:

Omnibus hic annis votorum more suorum
Centenas adiicit numero crescente coronas,
Fortunae simulachra colens, et Apollinis aras
Arcanumque Vii.

— *Ὡς καὶ τὰ προπύλαια τοῦ ἀγυιέως, ἀγυιάτιδες.*] Dicit Stephanus vestibula (loca ante ianuas inter fores domus et viam media relicta, in quibus Apollo *ἀγυιεὺς* vel *ἐφόδιος* colebatur) *ἀγυιάτιδες* appellari. Verum haec vocis significatio aliis quod sciam non est cognita. Hesychius, si locus sit sanus: *Ἀγυιάτιδες, αἱ πρὸ τῶν θυρῶν θεράπειαι.* Et Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 166.

[redacted]

hanc vocem intelligit de aris ante fores collocatis, ita enim ille: ἔφη δέ τις καὶ ἀγυιάτιδας θεραπαίνας, τοὺς πρὸ τῶν θυρῶν βωμοὺς, οἱ πρὸς χάριν Ἀγυιέως Ἀπόλλωνος ἵδρυντο, τιμωμένου πρὸ πυλῶν, ὡς Ἀλεξικάκου. Quis autem veram vocis significationem habeat, affirmare in tanta opinionum diversitate nequeo.

— Καρυνιάτης.] Sic optime rescripsit Xylander pro Καρυνάτης, uti habent aliae editiones, et etiam nobis Vossianus codex exhibuit.

Ἄγυλλα, πόλις Τυῤῥηνίας.] Accuratum oppidi situm habemus apud Plinium lib. IV. qui affirmat IV. millia passuum a mari abesse. Antiquum hodie retinet situm in saxeo tumulo, et item nomen exiguo detortum; quo vulgo vocatur *Cerveteri*; quasi dicas *Cære veteri*, id est Caere vetus: ad discrimen alterius oppidi, quod eodem tractu vulgo dicitur *Ceri*, uti prolixe testatur Cluverius in antiquae Ital. descriptione lib. II. cap. II. pag. 489.

— Ἔστι δὲ κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν.] Pelasgos hanc urbem condidisse testatur Strabo lib. V. cuius verba Epitomator transcripsit, ut ipse infra affirmat. Ἄγυλλα ἐλογίζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καῖρε. καὶ λέγεται Πελασγῶν κτίσμα τῶν ἐκ Θετταλίας ἀφιγμένων. τῶν δὲ Λυδῶν οἵπερ Τυῤῥηνοὶ μετωνομάσθησαν, ἐπιστρατευσάντων τοῖς Ἀγυλλαίοις, προσιὼν τῷ τείχει τις ἐπυνθάνετο τοὔνομα τῆς πόλεως. τῶν δ' ἀπὸ τοῦ τείχους Θετταλῶν τινος, ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνασθαι, προσαγορεύσαντος αὐτὸν Χαῖρε, δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν, οἱ Τυῤῥηνοὶ τοῦτον, ἁλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν. Hoc est: *Agylla prius vocabatur quae nunc Caere est: ferturque condita a Pelasgis e Thessalia profectis: quos Lydorum qui mutato nomine Tyrrheni dicti sunt, quum bello petissent, accessisse quendam ad murum, nomen urbis sciscitantem: quumque Thessalorum quidam de muro responsi loco eum salvere iussisset* [quod Graeco vocabulo dicitur Χαῖρε] *omen accepisse Tyrrhenos et urbi captae nomen mutasse.* Sed optime ex Strabone Stephanus dixit, ἐκ Θετταλίας Πελασγῶν. nam praeter Pelasgos ex Thessalia, quorum regio proprio nomine Πελασγιῶτις dicebatur, etiam in Arcadia Pelasgi fuere, qui ut et alii, diversis in locis et diversis temporibus varias colonias instruxerunt. 30 b

— Καῖρε προσηγόρευσαν.] Vetustissimum igitur oppidi nomen fuit Ἄγυλλα, uti praeter alios auctores, etiam liquet ex Herodoto lib. I. et Dion. Halicarn. lib. III. cuius haec sunt verba: ἐπὶ τὴν Καιρητανῶν πόλιν ἦγε τὴν δύναμιν, ἣ πρότερον μὲν Ἄγυλλα ἐκαλεῖτο, Πελασγῶν αὐτὴν κατοικούντων. *Ad Caeretanorum urbem duxit exercitum, quae olim, quum a Pelasgis teneretur, Agylla dicta est.* Sed aliam vocabuli Caere originem adfert Servius ad lib. X. Aeneid. *Caere*, inquit, *dicitur ἀπὸ τοῦ χαίρειν*:

quod verbum salutandi gratia apud Graecos dici solet: hanc Pelasgi condiderunt: qui quum sitim passi, nec usquam aquam invenientes, casu quodam fontem invenissent, in eodem loco oppidum condiderunt. Ergo tunc ἀπὸ τοῦ χαίρειν, id est a gaudendo, quod fontem invenissent, non vero a salutando, sic dictum. Geminam scil. de oppidi nomine intellexerunt narrationem, quam Servius nunc in unam confundit, uti bene observavit Cluverius. Sed ad librum VIII. refert, urbem hoc nomine a Romanis, non vero a Pelasgis insignitam fuisse. Ita enim inquit: *Agylla civitas est Tusciae a conditore appellata, cui ex inscitia Romana aliud est inditum nomen: nam quum Romani euntes per Tusciam, interrogarent Agyllinos quo modo diceretur civitas, et illi utpote Graeci quid audirent ignorantes, et optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt* χαῖρε. *quam salutationem Romani civitatis nomen esse arbitrati sunt, et detracta aspiratione cam Caere nominaverunt.*

81 — Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιου εἶπε χαλκόν.] Sic legitur in scriptis
a et vulgatis: ego vero haec Rhiani verba corrupta existimo: rescriberem, Ῥιανὸς δὲ Ἀγυλλῖνον εἶπε χαλκόν: nam haec forma Italis non est insolita, uti liquet ex voce Ἀγκύριον, aliisque locis. Nihil hac nostra emendatione firmius: nam ita etiam Latini dixere. Virg. lib. VII.

Lausus equum domitor, debellatorque ferarum
Ducit Agyllina nequicquam ex urbe sequutos
Mille viros.

Et lib. VIII.

Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
Urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam
Gens, bello praeclara, iugis insedit Hetruscis.

Ἀγύρηνα, πόλις Σικελ.] Nusquam apud antiquos legitur Ἀγύρηνα, apud Diodorum equidem lib. XIV. τῶν Ἀγυρηναίων reperitur; quod a voce Ἀγύρηνα videtur derivatum: at eodem lib. postea ter, et lib. XVI. quater est Ἀγυριναίων; ut duo etiam nummi antiqui habent huius oppidi apud Goltzium, unde eius nomen erit Ἀγύρινα. Hinc *oppidani* Ciceroni in Verrinis frequenter *Agyrinenses* (quum tamen illi in Verrem actione III. et IV. ipsum oppidum *Agyrium* dicatur) et Plinio lib. III. cap. VIII. *Agyrini* memorantur, quod recte ab *Agyrio* formatur. Illa sane Ἀγύρηνα et Ἀγυρηναῖοι facta sunt a genuinis Ἀγύρινα et Ἀγυριναῖοι, more scilicet posterioris saeculi, quo plerumque, ante ν et loquela et scriptura vertebatur in η. Non est hic audiendus Fazellus, qui Decad. I. lib. X. ex antiquorum sententia urbem hanc *ab argento Argurem* nominatam fuisse existimat; cum nemo veterum

[redacted]

hoc usquam tradiderit, qui unanimiter id vocabulum signe R in prima syllaba habent. Unde urbs nomen acceperit, hactenus nemo pro certo indicavit, forte ab *Agyri*, qui urbis princeps fuit, ut Diodorus testatur lib. XIV. Vulgo nunc vocatur incolis *S. Filippo d' Agirono*, et nonnunquam, variato paululum vocabulo, 31
d' Argirone. Plura narrat de hac urbe Diodorus Siculus lib. IV. b
lib. XIV. et XVI.: *nam sub initium operis in illa se natum testatur*. Ἡμεῖς γὰρ, inquit, ἐξ Ἀγυρίου τὸ γένος τῆς Σικελίας ὄντες. Vide etiam Ciceronem in Verrina III.

— *Διονύσιος*.] Non tantum Dionysius, sed etiam Diodorus plurimis locis urbem Ἀγύριον nominavit, cum tamen oppidani ab ipso Ἀγυριναῖοι passim appellentur.

Ἀγχιάλη, πόλις Κιλικίας.] Recte sic edidit Xylander, nam in MSS. et aliis editionibus legitur, Ἀγχιάλη, πόλις Σικελίας, in quem errorem librarii facillimo negotio prolabuntur, uti saepius annotavimus. Quae Stephanus nobis de hac urbe reliquit, etiam inveniuntur apud Eustathium in Dionys. de situ orbis pag. 116. Similem urbis situm habemus apud Plinium lib. II. cap. XXVII. Vide etiam Arrianum lib. II. de exp. Alex. Magni, qui urbem Anchialon nominat. Αὐτὸς δὲ ὕστερον ἄρας ἐκ Ταρσοῦ, τῇ μὲν πρώτῃ εἰς Ἀγχίαλον πόλιν ἀφικνεῖται. *Ipse ex Tarso subsequutus, primo die ad Anchialon oppidum pervenit.*

— Ἀθηνόδωρος περὶ τῆς αὐτοῦ πατρίδος.] Vide Vossium de Historicis Graecis lib. II. cap. V.

— Πτολεμαίῳ βασιλεῖ.] Doctissimus Bochartus affirmat rem eodem redire, sive Ptolemaeum Lagum sive Euergetem intelligamus: nam uterque historias scripsit. Neque ab eius opinione dissentio. Prior scripsit res gestas Alexandri Mag. uti honorifice de illo testatur Arrianus in praefatione operis. Secundus scripsit ἱστοριῶν βιβλία, quae ab Athenaeo lib. II. ὑπομνήματα appellantur.

— Καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην, Ἀγχιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμόν.] Locus hic est mutilus quem profundissimae eruditionis Bochartus ita in integrum restituit. Καὶ κτίζει πόλιν Ἀγχιάλην πρὸς Ἀγγιαλέα τὸν παρακείμενον ποταμόν.

— Ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα.] Priora haec epigrammatis verba citantur a Plutarcho in oratione secunda de 32
Fortuna Alexandri Mag. quaeque interpres transtulit verbis Ci- a
ceronis quae exstant Tusc. Quaest. lib. V. Vide et Strabonem lib. XIV.

— Κυνδαράξεω.] Haec vox mihi non videtur satis proba. Strabo lib. XIV.: et Athenaeus lib. XII. eandem inscriptionem allegantes, habent Ἀνακυνδαράξεω. Neque ab iis multum dissen-

tit Arrianus lib. II, licet alio idiomate utatur, apud quem atque apud Suidam *Ἀνακυνδαράξου* legitur.

— *Ἐν ἡμέρᾳ μιῇ.*] Ita Strabo et ita Athenaeus: Arrianus vero, *ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ*. Hoc si intelligatur de absoluta consummatione aedificationis, uti verba videntur indicare, et de naturali sive artificiali die, *ἐν τοῖς ἀτοπωτάτοις νόμιζε*: nam hanc artem nemo veterum aut recentiorum artificum novit. Imo mortalium pigerrimi fuerunt qui tredecim annos aedificationi domus Salomonis, et quadraginta templi Hierosolymitani, et centum Ephesii impenderunt.

— *Ἔσθιε.*] Stephanus noster cum Athenaeo convenit: sed Strabo, Arrianus et Suidas ita legunt: *Σὺ δὲ ὦ ξένε ἔσθιε* et sic porro.

— *Ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια.*] Cum Strabone et Athenaeo Stephanus convenit. Sed apud Arrianum haec tali modo leguntur: *ὡς τἄλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια.* Neque aliter apud Suidam exstat.

— *Τοῦ ἀποκροτήματος.*] Optime Casaubonus animadvertit hasce voculas ad inscriptionem non pertinere: sed explicare *τὸ ΤΟΥΤΟΥ*. Et hoc facillime illi potuerunt intelligere, qui eius *τύπον λίθινον* viderunt, nam simulacrum eius monumento impositum ita erat factum, ut dextram manum supra caput habeat elatam, cuius pollex et digitus medius in summo erant compositi, quasi ederent illud *ἀποκρότημα*. Et hac de causa Athenaeus recte de suo post *τούτου οὐκ ἄξια* addidit: *τοῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν.*

— *Λέγεται δὲ καὶ Ἀγχιάλεια, ὡς Διονύσιος.*] Locus Dionysii quem innuit, exstat pag. 115.

Πολλαὶ δ' ἑξείης Κιλίκων γεγάασι πόληες,
Λύρνησσος, Μαλλός τε, καὶ Ἀγχιάλεια, Σόλοι τε.

Sic et apud Suidam *Ἀγχιάλεια* scriptum reperitur.

32 b *Ἀγχίση, πόλις Ἰταλίας.*] Cluverius in antiquae Italiae descriptione nullam huius oppidi facit mentionem, neque etiam alii huius regionis chorographi: adeoque hinc non levis oritur suspicio locum esse corruptum, vel Stephanum parum considerate scripsisse. Et testimonium quod infra ex Dionysio Hal. producitur nullius est momenti: nam apud illum *Anchisae portum* invenio in Epiro, vel haud procul inde, sed non in Italia.

— *Ὡς Διονύσιος ἐν πρώτῃ*, etc.] Verba Dionysii, quae videtur innuere Epitomator, exstant loco allegato: *Ἐκ δὲ Ἀμβρακίας, Ἀγχίσης μὲν τὰς ναῦς ἔχων, παρὰ γῆν κομιζόμενος, εἰς Βουθρωτὸν λιμένα τῆς Ἠπείρου κατάγεται.* *Ex Ambracia navibus Anchises oram legendo, Buthrotum Epiri portum subit*, et

[redacted]

paucis interiectis vocabulis: Ἐκ δὲ Βουθρωτοῦ παρὰ γῆν κομισθέντες ἄχρι λιμένος, Ἀγχίσου μὲν τότε ὀνομασθέντος, νῦν δὲ ἀσαφεστέραν ἔχοντος ὀνομασίαν. *A Buthroto secundum oram devecti in portum qui tunc Anchisae, nunc obliterato nomine dicitur.*

Ἄδανα, Κίλισσα πόλις.] Accuratum urbis situm habemus apud Ptolemaeum lib. v. cap. viii. inter Tarsum et Caesaream penes Anazarbum. Huius etiam meminerunt Dio, Cedrenus aliique.

— Ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος, Ἄδανα.] Haec verba mihi videntur manca, imo certum est hic quaedam excidisse. Legerem proinde: ἀφ' ὧν ἡ πόλις ἐκτίσθη. ἀπὸ δὲ τοῦ ἡγεμόνος Ἀδάνου, Ἄδανα ἐκλήθη. quem sensum nostra exhibet versio. Ger. Ioh. Vossius existimat hanc urbem a primo omnium nostrorum parente nomen accepisse: ita enim inquit lib. i. cap. xxxviii. de origine et progressu Idololatriae: nec enim putandum primorum parentum memoriam in Asia penitus intercidisse apud gentiles. Multa in contrarium obducere possem: sed uno contentus nunc ero, quod occurrit. Adana antiqua Ciliciae urbs erat, condita a Syris, inque memoriam primi hominis, *Adam* sive *Adama* appellata. Sed constat, Graecos non habere voces in *M* exeuntes, eoque pro *Adam* dixere *Adan*, et terminatione addita, Ἄδανος, unde urbs Ἄδανα. Ἄδανος iste, ut ait Stephanus Coeli Terraeque filius erat. Quod nulli melius convenit, quam Adamo nostro. Idem Stephanus ait, aliter dictum Saturnum, et Rheam. Puta, quia Saturnus est primus homo et Rhea omnium mater Eva. Hi, quia una erant caro, ut etiam loquitur scriptura, eo uno nomine numineque comprehendebantur a Cilicibus, si recte 83
eorum mentem nobis exposuit Stephanus. a

— Τὸν δὲ ποταμὸν Κοίρανον καλούμενον Σάραν καλέσαντες.] Et pergit deinde idem Vossius eodem loco. Dicitur autem et Sarus urbem aedificasse, ac honori eius flumen, ad quod extructa fuit, Sarum nominatum. Sari quidem appellatio optime convenit tum Adamo, tanquam Deo tutelari, unde urbs dicta: tum conditori urbis; qui et ipse forsitan *Adam* dictus; quomodo ambiguitas vocabuli occasionem praebuerit Cilicibus natales suae urbis referendi ad primum hominem Coeli Terraeque filium. Utrique convenit appellatio שר *Sar*, quod est *dominus, princeps.* Unde et Abrahami uxor vocata שרה *Sara*, hoc est, *domina.* Non vanam esse hanc coniecturam, arguit, quod Stephanum audimus dicentem, fluvium aliter vocatum Κοίρανον, hoc et *Dominum:* nempe a Syris *Sarus*, a Graecis Κοίρανος vocabatur: quia Ciliciae variis in locis Syri Graecique erant permixti.

— *Καὶ Ἄνδης.*] Viri docti pro Ἄνδης rescribunt Σάνδης, quo nomine Hercules a Persis appellatur. Sed illorum sententiae nequaquam accedere possum. Probent hoc loco Herculem debere intelligi.

— *Καὶ Ὄλυμβρος.*] Divi huius nomen videtur corruptum: legerem: καὶ Ὄλυμπος.

— *Οὐ γὰρ ὁ τύπος Ἀράβων, ἀλλὰ τῶν διὰ τοῦ α οὐδετέρων* etc.] Hae voces ita videntur transponendae: οὐ γὰρ ὁ τύπος Ἀράβων. τῶν διὰ τοῦ α οὐδετέρων, ἀλλ' ὁ διὰ τοῦ ηνος. De hac gentilium forma quae in ηνος desiuit lege in voce Ἀβασηνοὶ p. 7.

— *Ὡς Αἴλινα Αἰλινίτης.*] Procul dubio legendum est: ὡς Ἄϊλανα Ἀϊλανίτης, uti in voce Ἄϊλανον docebimus.

— *Τὸ Ἄδανις, καὶ Θήμαλις θηλυκὸν, τὸν Αἰολίδος ἔχεν.*] Haec sunt profligatissima. Vossianus cod. τὸ Ἄδανις καὶ Θήμαλις θηλυκόν. τ Αἰολίδος ἔσχεν: neque hunc locum integriorem reddit, quod Salmasius in vet. MS. invenit: nempe, τὸν Αἰολίδος ἔχει. Salm. ad oram sui codicis notavit, scribendum esse: τὸ Ἄδανις καὶ Θήβανις θηλυκὸν, τὸν Αἰολίδος ἔχει τόνον. Planior foret sensus si legatur: τὸ Ἄδανις, ὡς Θήβανις θηλυκὸν, etc. Huius emendationis hanc rationem allego, quia infra habet Steph. εἰ μὴ κατὰ Αἰολέας βαρύνεται, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Θήβανις εἴρηκεν. Hinc satis liquet Epitomatorem mentionem facere de accentu quodam Aeolico, de quo mox agemus.

— *Ἐπίσταμαι δὲ ὅτι καὶ ἀρσενικόν ἐστιν. οὕτω δὲ ἄνεμος καλεῖται* etc.] Huius venti meminit Hesychius, apud quem corruptissime nunc legitur, Θηβανὶς, ἄνεμος. Θήβανα, θήρα, ἐκ τοῦ Πλαγίου κόλπου πνέουσα. Hic pro θήρα αὖρα, uti alii admonuerunt, et pro Πλαγίου Πλακίου est scribendum: nam sinus ille nomen habet a Placia, quae Mysiae civitas est, teste Plinio lib. v. cap. xxxii. vel Bithyniae secundum Pomponium lib. i. cap. xix. Ergo foedissimo mendo non caret locus Aristotelis in tra-
33 ctatu de ventorum appellationibus et situ. Οὗτος ἐν μὲν Λέσβῳ
b καλεῖται Θηβάνας. πνεῖ γὰρ ἀπὸ Θήβης πεδίου τοῦ ὑπὲρ τὸν Ἐλαιατικὸν κόλπον τῆς Μυσίας. Pro Θηβάνας scribendum est Θηβανὶς, uti habet Hesychius, vel Θήβανις retracto accentu, uti exhibet Stephanus: et praeterea pro Ἐλαιατικὸν κόλπον videtur legendum Πλάκιον vel Πλακιανὸν κόλπον. Elaniticus enim sinus Rubro mari et Heroum urbi adiacet, uti testantur Geographi. Enimvero circa Thebas Aegyptias (quas Stephanus hic nequaquam respicit) referente Callimacho antrum quoddam reperitur, quod alternis diebus vento repletur, adeo ut post aliquot dies ipsa regio nullis omnino ventis perfletur. Vide in voce Θήβη, ubi ipsa Callimachi verba legi possunt. Imo et Thebae Boeotiae ven-

[redacted]

tis valde infestabantur; nam de illo oppido ita scribit Dicaearchus: Ἔστι δὲ εὐήνεμος ἔτι καὶ χλωρὰν ἔχουσα τὴν πρόσοψιν, εὐέπωρος τε [lege, εὐόπωρός τε] καὶ τοῖς θερινοῖς ὠνίοις ἄφθονος, ἄξυλος δὲ, καὶ ἐγχειμάσαι οἷα χειρίστη, διά τε τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰ πνεύματα.

— Ἀπὸ Θήβης πόλεως πνέων, τῆς Ἠετίωνος, τοῦ πατρὸς Ἀνδρομάχης.] Si hunc locum conferamus cum aliis scriptoribus qui de oppido Thebis et rege Eetione mentionem fecere, facillime ex iis colligi poterit, post τῆς Ἠετίωνος aliquid excidisse, cujus absentia oratio quodammodo imperfecta redditur. Legerem, ἀπὸ Θήβης πόλεως πνέων, τῆς Ἠετίωνος βασιλείου, τοῦ πατρὸς Ἀνδρομάχης. Hunc locum ita posse et debere constitui sole meridiano clarius apparet ex Eustathio; ita enim ille in Παρεκβολαῖς ad lib. prim. Homeri pag. 119. πόλιν δὲ Ἠετίωνος τὴν Θήβην λέγει τοῦ πατρὸς Ἀνδρομάχης τῆς γυναικὸς Ἕκτορος, ὡς τοῦ Ἠετίωνος εἰ καὶ μὴ οἰκιστοῦ, ἀλλ᾽ ὅμως βασιλέως ἐν αὐτῇ ὄντος. Et in eundem locum Scholiastes, qui sub Didymi nomine exstat, ita scripsit: Νῦν δὲ λέγει τὰς ὑποπλακίους (scil. Θήβας) ὧν ἐβασίλευεν ὁ Ἠετίων, ὁ Ἀνδρομάχης πατήρ. Κίλικες ἔθνος βάρβαρον τῆς ὑπὸ τὸ Πλακίον ὄρος Θήβης. τούτων ἦρχε τῶν Κιλίκων Ἠετίων, ἔχων υἱοὺς ἑπτὰ, θυγατέρα δὲ τὴν Ἀνδρομάχην τὴν γαμηθεῖσαν Ἕκτορι τῷ υἱῷ Πριάμου. Sed quid opus est Scholiastis, cum ipse Homerus de hac veritate non dubitarit, ita enim canit Iliad. *Z*.

Ἔνθ᾽ ἄλοχος πολύδωρος ἐναντίη ἦλθε θέουσα
Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος.
Ἠετίων, ὃς ἔναιεν Ὑποπλάκῳ ὑληέσσῃ,
Θήβῃ Ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ᾽ ἄνδρεσσιν ἀνάσσων.

Hoc est:

Tum uxor quae ei magnam attulit dotem, obvia venit currens
Andromache, filia magnanimi Eetionis.
Eetion, qui habitabat in Hypoplace sylvosa:
In Thebe sub monte Placio sita Cilicibus viris imperans.

Vide etiam Strabonem lib. XIII. qui refert hosce Cilices Homericos in duas provincias fuisse divisos, quarum una Eetioni, altera Myneti pareret. Hinc liquet Eetionem urbi imperasse, et ibi necessario regiam habuisse: imo hac de causa Thebae Eetionis urbs 34
a poëtis appellantur: Hom. Iliad. *A*. a

Ὠιχόμεθ᾽ ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.

Et Ovidius lib. XII. Metamorph.

Eetioneas implevi sanguine Thebas.

Imo et ipsa Andromache ab eodem Poëta lib. III. De Arte Aman. Thebais appellatur:

—— Quod erat longissima, nunquam
Thebais Hectoreo nupta resedit equo.

— *Εἰ τοίνυν τοῦ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανεῖς, ὡς τοῦ Ταρσεὺς Ταρσεῖς.*] Si mei arbitrii res foret, legerem uti videtur legendum, nempe: *εἰ τοίνυν ἐκ τοῦ Ἀδανεὺς τὸ Ἀδανὶς, ὡς ἐκ τοῦ Ταρσεὺς Ταρσίς.* Ita enim me monuit I. F. Gronovius.

— *Εἰ μὴ κατ' Αἰολέας βαρύνεται.*] Aeoles in efferendis et signandis nominibus gravi tono gaudere testatur Eustath. ad Iliad. *E.* pag. 518. *Ἔσται δὲ καὶ Ἄρευς εὐθεῖα, ἥτις παρ' Ὁμήρῳ μὲν οὐκ ἔστι, παρὰ δὲ Ἀλκαίῳ εὑρέθη. οὗ καὶ χρῆσιν προαγαγὼν, λέγει καὶ ὅτι βεβαρυτόνηται μόνου ἐκ πάντων τῶν εἰς ευς, ὡς Αἰολικόν. Αἰολέων γὰρ ἴδιον τὸ βαρυτονεῖν. Casus rectus igitur erit Ἄρευς, qui apud Homerum non exstat. Verum apud Alcaeum invenitur, cuius ille usum indicans, inquit, solam hanc vocem omnium illarum, quae in ευς desinunt, tanquam Aeolicam gravi tono debere efferri: Aeolibus enim proprium est gravi tono signare.* Hac de causa hic non scriberem *Ἄδανις καὶ Θήβανις*, sed cum gravi tono, *Ἀδάνις καὶ Θηβάνις*, ut *τόνον* sive accentum habeant Aeolicum, quem auctor in hisce vocabulis exigit.

Ἄδαρου πόλις. Τῷ τεχνικῷ λόγῳ.] Existimo rem eodem redire, sive Stephanus dicat *τῷ τεχνικῷ λόγῳ*, sive *κατὰ τέχνην*. Lege nostras observationes pag. 24.

— *Εἰ μὴ ὀφείλοι.*] Codex Vossianus: *εἰ μὴ ὀφείλῃ τῷ Περσικῷ τύπῳ.*

— *Ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα οὐδετέρως, κώμη μεγάλη. τρίτη Παλαιστίνης.*] Corruptissime ita in editis excusum est. Non incommode tamen ex MSS. ad sanitatem revocari poterit, si legatur: *ἔστι δὲ καὶ Ἄδαρα οὐδετέρως, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης.* Hanc lectionem Salmasius in Palatinis et nos in Vossiano invenimus.

— *Καὶ γὰρ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαρυλονίων.*] Salm. ex Palatinae bibliothecae codd. ad oram sui libri scripsit: *καὶ γὰρ φυλή τις ἐν Χαρακμώβοις Βαβυλόνιος.* Voss. pro *Βαβυλονίων* nobis *Βαβυλόνιοι* exhibet: sed forte *Βαβυλονίοις* est scribendum.

Ἀδέρκων, πόλις Ἰβηρίας.] De hoc oppido Suidas mentionem facit.

34 b — *Τὸ ἐθνικὸν Ἀδερκωνίτης.*] In nummo Traiani, uti in Goltzii Thesauro legitur, *Ἀδερκωνίτων* excusum est.

Ἀδιαβηνὴ, χώρα μέση τῶν ποταμῶν etc.] Huius regionis situm et nominis etymologiam habemus apud Eustathium ad Dio-

[redacted]

nys. pag. 102. ὁ γεωγράφος δὲ Ἀσσυρίους μὲν οἶδε τοὺς περὶ Βαβυλῶνα καὶ τὴν κύκλῳ, ἔνθα καὶ Νῖνος πόλις, καὶ Νίσιβις. ὅπου καὶ ἡ πρὸς ἀνατολὰς τῆς Μεσοποταμίας κειμένη, ἡ λεγομένη Ἀδιαβηνὴ χώρα, οὕτω καλουμένη διὰ τὸ δυσδιαβατὸν τῶν ἐκεῖσε ὑδάτων. Hoc est: *Geographus vero Assyrios agnoscit circa Babylonem et circumiectam regionem habitantes, apud quos est Ninus civitas et Nisibis: ubi etiam versus ortum Mesopotamiae sita est regio Adiabene dicta, quae nomen habet ab aquis, quae difficiles traiectu sunt.* Vide etiam Ammianum Marcellinum lib. XXIII, et Suidam, quorum testimonia subsequenti commentario producuntur. Aliam vocis Ἀδιαβηνὴ lege etymologiam apud eruditissimum Sam. Bochartum pag. 273. Geographiae Sacrae.

— Ἥτις καὶ Μεσήνη ὠνόμαστο.] In vocabulo *Μεσήνη* Stephanus nihil omnino de Adiabene refert, sed in *Μέση* huius regionis mentionem facit. *Μέση τῶν ποταμῶν, χώρα μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγριδος, καὶ Ἀδιαβηνὴ ἐκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ Κουάδρατος.* Verum est: Ἀδιαβηνὴ etiam appellatur *Μεσήνη* et per syncopen *Μέση*: sed illa non est sita inter Tigrim et Euphratem, quod Stephanus testimonio Quadrati probare nititur; sed inter duos amnes *Diabam* et *Adiabam*, quos Ammianus Marcell. transivisse affirmat: ita enim scribit lib. XXIII. *Iuxta hunc circuitum Adiabena est, Assyria priscis temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum ea re, quod inter Oenam et Tigridem sita navigeros fluvios adiri vado nunquam potuit: transire enim διαβαίνειν dicimus Graeci; et veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem dicimus, quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos et transivimus, Diabas et Adiabas, iuncti navalibus pontibus.* Quicquid sit frequens ille fluviorum traiectus aditum ad hanc regionem, et per consequens etiam egressum peregrinantibus difficiliorem et molestiorem reddit, quod etiam Suidas egregie testificatur in Ἀδιαβηνή. *αὕτη ἡ χώρα κεῖται πρὸ τῆς Μεσοποταμίας ὡς ἐπὶ ἀνατολὴν πέραν τοῦ Τίγρητος, λέγεται δὲ Ἀδιαβηνὴ διὰ τὸ εἶναι πλείους ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν. Haec regio sita est ante Mesopotamiam, fere orientem versus, ultra Tigridem. Dicitur autem Adiabene, quod in ipsa plures sint fluvii, et propter ipsorum frequentiam, hominibus iter illac facientibus, difficiliorem transitum praebeat.* Latini omnes urbes et regiones, quarum situs undique fluminibus praecingitur, *interamnas* *Μεσήνας* et *Μεσσήνας* et per syncopen *Μέσας* appellarunt, uti postea ex Stephano demonstrabimus.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀδιαβηνός.] Praeter hoc nomen, huius regionis incolae a Strabone alio insigniuntur, nam lib. XVI. inquit:

καλοῦνται δ' οἱ Ἀδιαβηνοὶ, καὶ Σακχόποδες. Hunc locum Casaubonus transiluit, in quo explicando alii iam sudarunt. Salmasius in Plinianis exercitationibus Ἀδιαβηνοὺς suspicatur a Graecis dictos fuisse, quasi τοῦ διαβαίνειν impotes, qui minime possent crura divaricare ad ambulandum, haud secus ac si pedes ambo intra saccum conditos haberent, καὶ συμβεβηκότας. Haec quidem videntur speciosa, sed tamen magis arridet Bocharti opinio, qui putat Strabonis locum esse corruptum, et pro Σακκόποδες debere scribi Σαυκρόποδες: nam illi Hesychio sunt ἁβρόποδες, id est, ἁβρὰ βαίνοντες, qui infracto gressu et suspenso mollitiem animi prae se ferunt.

Ἄδουλις, πόλις Αἰθιόπων.] Fortasse eadem haec civitas est, quae Plinio lib. VI. cap. XXIX. Aduliton appellatur. *Oppidum Suchae, insula Daphnidis, oppidum Aduliton. Aegyptiorum hoc servi a dominis profugi condidere.* Videtur tamen urbi a Graecis nomen impositum. Hesychius: Ἀδούλευτος, οἰκέτης, ἐνὶ δεδουλευκώς.

— Καὶ τὰ Μυσῶν βιβλία Ἄδουλι δίχα τοῦ σ.] Hic criticum, ut et alibi, exercet Stephanus; emendat enim Musarum libros, in quibus urbis nomen absque σ scribebatur. Si aliqua de hac urbe apud Herodotum facta esset mentio, suspicarer hic reponendum esse: καὶ τὰ Μουσῶν βιβλία Ἄδουλι δίχα τοῦ σ. Et ita quoque videtur exigere male exarata scriptura codicis Vossiani, in quo legitur: καὶ ταμοῦ βιβλία. Verum possunt etiam Heracliti Μουσῶν βιβλία intelligi: is enim hoc titulo librum conscripsit. Diogenes Laert. in vita eius. Suidas in Δηλίου aliique.

— Ἐν τοῖς εἰς λις, τῷ ω παραληγόμενα.] Pessime sic in omnibus vulgatis excusum est. Salmasius in MSS. Palat. invenit: ἐν τοῖς εἰς λις, τῷ ου παραληγόμενα, quae proba est huius loci lectio.

Ἀδραμύττειον.] Varie, ut infra ipse indicat Stephanus, haec vox ab historicis et Geographis exaratur. Codex Vossianus, Ἀτραμύττειον. Herodotus lib. VII. ubi huius oppidi mentionem facit, exhibet Ἀδραμύττειον, nec aliter Ptolemaeus, et sic quoque omnes vulgati Stephani codd. Scriptionem vero cum τ sequitur Thucyd. lib. IV. et ita olim ab ipso fuisse scriptum legimus apud eius Scholiastam et Suidam. Ut Graeci, ita et Latini inter se de scriptura vocabuli non conveniunt. Mela lib. I. cap. XVIII. scribit *Adramyttion*: Plinius lib. V. cap. XXX. *Adramytteos*; et Livius lib. XXXVII. cap. XIX. *Adamytteum*. verum in eo non differunt, quod circa initium D habeant. Quomodo autem sit scribendum ac-
55 curate ab auctore nostro infra docetur, sed illum canonem non
b recte scriptores antiquos observassse, ubique satis est manifestum. Hanc litem, an Adramyttium etiam Thebae appellentur,

uti ex Etymolog. magni auctore aliisque posset probari, componere non possum. Alii Adramyttium a Thebis distinguunt, alii contra. Livius lib. iam citato: *Antiochus pace nequicquam tentata, vastatis Elaeensium primum, deinde Pergamenorum agris, relicto ibi Seleuco filio, Adramytteum hostiliter itinere facto petit: agrum opulentum, quem vocant Thebes campum, carmine Homeri nobilitatum.*

— *Κατὰ Κάϊκον Μυσίας.*] Similem urbis situm habemus apud Strabonem lib. XIII. circa initium. *Ἀπὸ δὲ Λέκτου μέχρι Καΐκου ποταμοῦ καὶ τῶν Κανῶν λεγομένων ὀρῶν, ἔστι τὰ περὶ Ἄσσον, καὶ Ἀτραμύττιον.* Ita forte scribendus hic locus Strabonis, cui τὸ ὀρῶν excidisse videtur. Herodotus lib. VII. *Ἀπὸ δὲ Καΐκου ὁρμεώμενος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ διὰ τοῦ Ἀταρνέος ἐς Καρίνην πόλιν. ἀπὸ δὲ ταύτης, διὰ Θήβης πεδίου ἐπορεύετο, Ἀδραμύττειόν τε πόλιν* etc.

— *Γραφὴ διχῶς.*] Eustathius, qui passim suos commentarios in Homerum et Dionysium Stephani verbis exornavit, nusquam Stephanum expresse nominavit, nisi ad Iliad. Z. pag. 649, ubi eandem etiam variationem in scribendo oppidi nomine agnoscit. Horum verborum partem allegavimus pag. prima; verum nunc operae pretium videtur, ut totum locum transcribam. *Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι διαφόρους γραφὰς ἀποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττειον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσιν ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς. καὶ γὰρ μετὰ τοῦ Δ λέγεται Ἀδραμύτειον. καὶ μετὰ τοῦ Τ Ἀτραμύτειον, ὡς καὶ τοῦ ῥηθέντος κτίτορος αὐτοῦ ἴσως οὕτω διαφορουμένου. καὶ τὴν παραλήγουσαν δὲ διά τε δύο Τ ἔχει καὶ δι' ἑνός. ἔτι δὲ καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ μόνου διχρόνου.*

— *Ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο τῷ Ι μόνως.*] Sic habent scripti et vulgati libri: multo planior esset sensus, si legeretur hoc modo: *ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον. καὶ διὰ δύο Τ, ὅταν ἔχῃ τὸ Ι μόνως.*

— *Ἀπὸ Ἀδραμύτου κτιστοῦ.*] Incertissima videntur quae de urbis conditore narrantur. Eustathius ad Iliad. Z. pag. 649. maxime cum Stephano convenit, qui facit conditorem Adramystin, virum Pelasgum, a quo urbs Adramystia appellabatur, quam postea euphoniae gratia Adramytium nominarunt. Contra Strabo lib. XIII. Atheniensium coloniam esse affirmat, non tamen addens coloniae ducem, a quo saepissime urbes denominatae sunt.

— *Παιδὸς μὲν Ἀλυάττου, Κροίσου δὲ ἀδελφοῦ.*] Alyattes rex Lydorum satis notus apud Herodotum, Suidam, Eusebium et alios: plures ipsi fuerunt liberi, inter quos Adramytes et Croesus: et improbabile saltem non est ab illo campum Thebanum, et in eo urbem, nomen accepisse: adeo ut hic ad fontes Hebraïcas

[redacted]

recurrere non magnopere sit necessarium. Suidas; *Κροῖσος Λυδῶν βασιλεύς. υἱὸς Ἀλυάττου. ὃς τὸ πρότερον ἄρχειν ἦρχεν Ἀδραμυττείου καὶ Βήβης.* Non subodoratus est Portus in hisce verbis mendum latere, nam pro *Βήβης* indubitanter *Θήβης* est rescri-
36 bendum: sic loquutus est Suidas in voce *Ἀλυάττης. στρατεύσας δὲ ἐπὶ Καρίαν, παρήγγειλε τοῖς ἑαυτοῦ στρατὸν ἄγειν ἐς Σάρδεις, ἐν οἷς καὶ Κροίσῳ, ὅστις ἦν αὐτῷ πρεσβύτατος τῶν παίδων, ἄρχων ἀποδεδειγμένος Ἀδραμυττείου τε καὶ Θήβης. Adramytteni et Thebani campi dux designatus.*

— *Τὸν γὰρ Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἄδραμυν καλοῦσι Φρυγιστί.*] Apud Hesychium, cuius locum ita constituerem, legimus: *Ἀδραμὰν, ὁ Ἕρμων παρὰ Λυδοῖς, καὶ Ἀδραμύττειον Ἕρμωνος βασίλειον.* Vel forsitan: *καὶ Ἀδραμύττειον Ἠετίωνος βασίλειον.* Nam Eetionem ibi regnasse ex Strabone et Eustathio supra probavimus.

— *Δακηνός.*] Forte *Δαυηνὸς* est restituendum.

— *Λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμύττιον διὰ τοῦ ι.*] Ita exhibent vulgati; codex MS. Vossianus: *λέγεται δὲ καὶ Ἀδραμυττῖνος, ὡς Κρατῖνος.* Haec non intelligo de ipso oppidi nomine, sed de gentili inde deducto, quod bifariam dicitur, nempe *Ἀδραμυττηνὸς*, quod est usitatissimum, exstat in Actis Apost. cap. XXVII. 2. et *Ἀδραμυττῖνος*: nam oppidi nomen quomodo scribendum, paulo ante indicaverat.

— *Ὡς Κρατῖνος.*] Vir summus Salmasius ad oram sui codicis haec scripsit: *Κρατῖνος* etiam habent MSS. sed sine ulla dubitatione legendum *Κραστῖνος.* Quis ab erroribus homo se vindicabit, cum vir tantus etiam suae humanitatis indicia reliquerit? Locus hic sine ulla dubitatione se bene habet et auctor est notissimus, quique passim ab aliis imo et a Stephano citatur: vide in *ψύρα* et aliis locis. Verum est, similia quandoque Stephanum producere gentilia, sed magna hic conspicitur differentia inter *πρωτότυπα*: nam *Κραστῖνος* fit a *Κραστὸς*, Siciliae oppidum, quod nullam profecto habet convenientiam cum *Ἀδραμύττειον.* Tolerabilius fuisset, si emendasset *Κρασερῖνος*: nam *Κρασέριον* etiam Siciliae locus est, a quo gentile *Κρασερῖνος* formatur.

Ἀδράνη, πόλις Θρακική.] Vossianus codex: *Ἀδράνη, πόλις Θρᾴκης.* Leonclavius *Adranen* in Bithynia collocat, non longe a Prusa, dicitque a Turcis *Edrenos* appellari. Oppidum antiquis non admodum decantatum.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνήτης, ὡς Συήνη Συηνήτης, Σελήνη Σεληνήτης.*] Conveniunt scripti et vulgati codd. tamen mihi
36 haec satis sana non videntur; rescriberem: *τὸ ἐθνικὸν Ἀδρηνίτης,*
b

της, ὡς Συήνη Συηνίτης, Σελήνη Σεληνίτης. Vide Stephanum ipsum in Συήνη et Σελήνη.

— Αἴδωσιν ἡ τέχνη etc.] Iam satis inculcavimus, quid passim per Τέχνην intelligat Stephanus. Lectorem ablegamus ad pag. 24. ne repetita crambe nauseam pariat.

Ἄδρανον, πόλις Σικελ.] Urbis situm et conditorem indicat Diodorus lib. xiv. hisce verbis, Διονύσιος δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἔκτισεν ὑπ' αὐτὸν τῆς Αἴτνης λόφον, καὶ ἀπό τινος ἐπιφανοῦς ἱεροῦ προσηγόρευσεν αὐτὴν Ἄδρανον. Hoc est: *Dionysius in Sicilia oppidum sub ipsum Aetnam montem aedificavit, quod ab illustri quodam fano Hadranum vocavit.* Vide eundem scriptorem lib. xvi. et Plutarchum in Timoleonte. Incolis hodie *Aderno* dicitur.

— Ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα.] Quanquam haec urbs fluvium habuerit cognominem, tamen non a fluvio, sed a fano quodam nomen accepit, uti superius diximus. Excipitur igitur hoc oppidum ab illa regula, quam Stephanus in voce Ἀκράγαντες ex alio auctore citavit.

— Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς Ἀδράνιος, Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανίτας φησὶ τὸ ἐθνικόν.] Ut innumeris aliis locis apud hunc epitomatorem vocabula mirum atque immanem in modum corrupta leguntur, sic hic etiam καὶ et Ἀδρανίτας vitiata esse iudicat Cluver. ex genuinis δὲ et Ἀδρανῖται; quapropter posteriora sic legit: λέγεται δὲ ἀρσενικῶς Ἀδράνιος. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀδρανῖταί φησι τὸ ἐθνικόν. Hoc est: *Vocatur autem is mascul. genere Hadranius, Apollodorus vero gentilitium dicit Hadranitae.* Nempe amnis ex oppidi nomine derivativo seu gentilitio vocabulo, quod antiquum etiam numisma refert, dicebatur *Hadranius.* Apollodorus vero aliud ab hoc gentilitium usurpavit *Hadranitae*: quo Diodorus quoque et Plutarchus, locis supra citatis, usi sunt. Amnis is hodieque vulgari appellatione dicitur *Fiume d' Aderno.*

Ἀδράστεια, μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου.] Legerem, Ἀδράστεια, πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ τοῦ Παρίου. Nam procul dubio haec Stephanus hausit ex Strabone, quem plurimum sequitur, similiter apud illum l. xiii. Ἡ μὲν οὖν πόλις μεταξὺ Πριάπου καὶ Παρίου, ἔχουσα ὑποκείμενον πεδίον ὁμώνυμον, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν Ἀπόλλωνος Ἀκταίου, καὶ Ἀρτέμιδος κατὰ τὴν Πυ- 37
κάτην. Sed quid huc facit κατὰ τὴν Πυκάτην? Incomparabilis a
ille Casaubonus nullum hic mendum animadvertit: sine dubio legendum est: κατὰ τὴν ἀκτὴν, vel κατὰ τὴν ἐπακτίαν. Apollon. Rhodius lib. i.

Νήσου αὐτόθι βωμὸν ἐπακτίου Ἀπόλλωνος.

Ubi Scholiastes, ὁ ἐν τῇ ἀκτῇ τιμώμενος. Et idem in hoc loco

Strabonis nobis de Diana affirmare licet. Verum enimvero hac emendatione ipse mihi vix satisfacio; nam si esset licitum tam longe a vulgata lectione divagari, rescriberem, *καὶ Ἀρτέμιδος Ἀδραστείας*. Nam Suidas ex Demetrio Scepsio perhibet Dianam Adrastiam ibidem cultam fuisse: *Δημήτριος δὲ ὁ Σκήψιος, Ἄρτεμιν φησὶν εἶναι, ὡς ἀπὸ Ἀδράστου τινὸς ἱδρυμένην.* Neque etiam displicet emendatio incomparabilis Gronovii, qui pro *κατὰ τὴν Πυκάτην* rescriberet *κατὰ τὴν Περκώτην*: nam certum est Priapum, Parium et Percoten vicina oppida fuisse. Sed ad rem: Plinius lib. v. cap. XXXII. toto caelo errat, inter Parium et Adrastiam non distinguens, vel eius verba in foedissimo mendo cubant. sic enim ibi legitur: *Deinde Percote oppidum, et Lampsacum, antea Pityusa dictum. Parium colonia, quam Homerus Adrastium appellavit*, etc.

— *Ἀπὸ Ἀδράστου βασιλέως, ὃς καὶ πρῶτος* etc.] Totam historiam lege apud Strabonem lib. XIII. et apud Eustathium ad Iliad. *B.* qui omnia huc pertinentia accuratissime ex Geographo et Stephano iisdem ferme verbis transcripsit. Lege etiam Suidam, Apollodorum de Diis lib. III. Hyginum, Pausaniam atque alios.

— *Ὃς καὶ πρῶτος ἱδρύσατο Νεμέσεως ἱερόν.*] Salmas. ad oram sui cod. haec verba emendare nititur: pro *Νεμέσεως Νεμέσει* legendo, sed mutatio haec non admodum est necessaria.

— *Διογένης ἐν πρώτῃ Κυζίκου.*] Si mei arbitrii res foret, rescriberem: *Διογένης ἐν πρώτῃ περὶ Κυζίκου.* Sic videtur esse legendum ex voce *Βέαβικος*, ubi idem scriptor allegatur. Vide etiam Suidam.

— *Οἱ δὲ ἐπιχώριοι, Ἀδραστηνὸς, ὡς Κυζικηνός.*] Ab omnibus ferme hoc tractu sitis urbibus derivantur gentilia quae in *ηνος* desinunt, quae forma Arabiae incolis est propria. Sic *Ἀβυδηνὸς, Πριαπηνὸς, Λαμψακηνὸς* etc. Stephanus in voce *Ἄβυδος* inquit. *Τοῦ δὲ Ἄβυδος, Ἀβυδηνὸς, ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον, Κυζικηνὸς, καὶ τὰ ὅμοια.*

— *Ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τοῦ Ἴδης.*] Deest hic coniunctio *καί*. Lege: *ἀπὸ Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τοῦ καὶ Ἴδης.* Ita etiam scribi debet locus Eustathii ad Iliad. *B.*
37 pag. 355. *Ἔστι δέ φησι καὶ τόπος Τρωάδος, Ἀδράστεια, ἀπὸ*
b *Ἀδραστείας θυγατρὸς Μελίσσου, τοῦ καὶ Ἴδης, τῆς πρῶτον βασιλευσάσης ἐν Τροίᾳ*, ubi in vulgatis corrupte legitur *υἱοῦ Ἴδης*. De hisce Melissi filiabus etiam exstat mentio apud Apollodorum lib. prim. *Καὶ τοῦτον μὲν* [scilicet *Δία*] *δίδωσι τρέφεσθαι. Κούρησί τε, καὶ ταῖς Μελισσέων παισὶ Νύμφαις, Ἀδραστείᾳ τε*

"Ιδη. Corruptissime in vulgatis legitur *Μελισσίων*, cum indubitanter *Μελίσσου* sit legendum.

— *Ὡς Χάραξ.*] Vide Vossium de Hist. Graecis lib. III.

Ἀδρία.] Ad primam vocis literam quod attinet, apud plerosque auctores, qui de hac urbe mentionem faciunt, promiscue, et sine, et cum aspiratione scripta reperitur. Verum quia in antiquis numismatibus, et omnibus lapidibus, Caesaris Hadriani nomen cum aspiratione legitur, constat Romanos ut plurimum hoc in vocabulo aspiratione usos fuisse. Haec urbs antea *Ἀτρία* dicta fuit, ut in illa voce docebimus.

— *Κόλπος Ἀδρίας.*] Ita plerisque Graecis scriptoribus mare Adriaticum dicitur, et simpliciter quoque *ὁ Ἀδρίας*, Latinisque etiam nonnunquam eodem modo, *Adria.*

— *Καὶ ποταμὸς ὁμοίως.*] Sed antiquissimum illud Adriae fluvii nomen, postea in vocabulum *Tartari* mutatum est, et ab accolis hodie *Tartaro* dicitur. Ita habet Plin. lib. III. cap. XVI. et Tacitus Historiar. lib. III. *Caecina inter Hostiliam, vicum Veronensium, et paludes Tartari fluminis, castra permunit; tutus loco; quum terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur.*

— *Ἡ χώρα τοῖς βοσκήμασιν ἐστὶν ἀγαθή.*] De natura et foecunditate soli tradit etiam Marcianus Heracleensis in *Περιηγήσει·*

Διδυμοτοκεῖν γάρ φασι καὶ τὰ θρέμματα.

Hoc est:

Aiunt enim pecora geminos foetus edere.

Vide etiam Aristotelem in Mirandis.

— *Καὶ τὰς ἀλεκτορίδας δὶς τίκτειν.*] De gallinis Plinius lib. X. cap. LIII. ita loquitur. *Est autem tanta foecunditas, ut aliquae et sexagena pariant, aliquae quotidie, aliquae bis die, aliquae in tantum, ut effoetae moriantur. Hadrianis laus maxima.*

— *Τῷ δὲ μεγέθει πάντων εἶναι μικροτέρας τῶν ὀρνίθων.*] In Vossiano cod. et Salmasius in Pall. aliter invenit: *τῷ δὲ μεγέθει πάντων ἐστὶ μικρὰ τῶν ὀρνίθων.* Et pro *μικρὰ* censet *μικρὰς* rescribendum esse.

— *Ἀδριατικὸν πέλαγος.*] Illud mare antea *Atriaticum* dictum fuit, quia ipsa urbs *Adria* primum *Atria* vocabatur. Vide Plinium lib. III. cap. XVI. *Atrianorum paludes; quae septem maria appellantur; nobili portu oppidi Tuscorum Atriae: a quo Atriaticum mare ante appellabatur; quod nunc Adriaticum.* 88 a

"*Αδροττα, οὐδετέρως χωρίον ἐν Λυδίᾳ.*] Suidas etiam neutro genere et plurali numero huius loci mentionem facit. *Εὐστέφιος Ἀφροδισιεὺς σοφιστὴς ἐπιφανῶν τῶν ἐν Ἀδρόττοις τῶν οἰκητόρων, ᾤκειται ἐν Λυδίᾳ. ἔγραψε μελέτας.* Ita hic locus est

legendus, quem sua versione satis futili et ridicula Portus adhuc multo magis deformaverat, qui ita est vertendus, ut commodum inde sensum percipiamus: *Eustephius Aphrodisiensis Sophista Adrottis, quae in Lydia sita sunt, unus fuit ex claris incolis. Scripsit exercitationes.*

— *Τῶν γὰρ εἰς α οὐδετέρων παρά τε τοῖς Λυδοῖς καὶ τὴν Καρίαν οἰκοῦσι, χαίρει τῇ εἰς ευς ἐπὶ τῶν ἐθνικῶν.*] Haec sunt corruptissima et mutila. Scriberem, licet in MSS. et omnibus editionibus aliter invenerim, *τὰ γὰρ εἰς α οὐδέτερα, παρά τε τοῖς Λυδοῖς καὶ τὴν Καρίαν οἰκοῦσι, χαίρει τῷ εἰς ευς ἐπὶ τῶν ἐθνικῶν τύπῳ.* Sic loqui solet noster Epitomator; quare huic emendationi lectores minime reclamaturos esse puto.

Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, Λιβύης πόλις.] De situ huius oppidi videndus Ptolemaeus lib. IV. cap. III. Plinius lib. VI. cap. XXXVI. Tam varias hoc oppidi nomen habet formas, quam auctores reperiuntur, qui de illo mentionem faciunt. Ptolemaeus: *Ἀδρούμητος κολώνια.* Strabo, *Ἀδρύμη.* Plutarchus in Catone Min. *Ἀδρούμητον* genere feminino. Appianus in Punicis: *ἐς Ἀδρύμητον Λιβύης κατήγετο πόλιν.* Adeo ut verum sit apud Graecos omni genere nomen usurpatum fuisse, uti Stephanus perhibet. Apud Latinos reperitur *Adrumetum*, *Adrumetus*, et cum adspiratione *Hadrumetus.* Sallustius in bello Iugurth. *Adrumetum, Leptim, aliasque urbes in ora maritima condidere*, nempe Phoenicum coloniae. Et Isidorus Orig. l. XIV. cap. V. *Byzacena regio ex duabus nobilissimis urbibus nomen sortita est, ex quibus una Adrumetus vocatur.* Et apud Aethicum in Africae descriptione, aliosque cum adspiratione legitur.

— *Κέκληται ἀπό τινος Ἀδρύμητος.*] Urbium etymologias a Deo, vel a rege, vel ab Heroe Graeci deducunt. Magnus Scaliger, et ex eo Drusius, Casaubonus aliique in Repub. literaria
38 praestantissimi, *ἔπαυλιν Πλούτωνος atrium Plutonis* et Acheron-
b tis ostium explicant, quasi *Adrumentum* idem esset quod Hebraeis חצרמות. Verum haec refutavit Bochartus in suo Phaleg. pag. 522. et 523. et speciosiora in medium produxit, quae ibidem legi possunt.

— *Καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἀδρυμήτιος.*] Latini differunt, et alio modo gentile efferunt. Spartianus in Didio Iuliano circa principium. *Avus paternus Insuber Mediolanensis: maternus ex Adrumentina colonia.* Ast sine N in antepenultima habet antiqua inscriptio apud Smetium. COLONIA CONCORDIA ULPIA TRAIANA AUG. FRUGIFERA HADRUMETINA.

— *Καὶ Ἀδραμύσιος.*] Illud gentilitium puto esse corruptissimum, et debere legi *Ἀδρυμήσιος.* Praeter haec duo gentilia a

[redacted]

Stephano iam producta, tertium reperitur in voce *Τύνης*, nempe *Ἀδρυμησαῖος*: sed est profligatissimum, uti suo loco demonstrabimus.

Ἄδρυξ, ὡς Ἔρυξ, ἀρσενικόν.] Vossianus codex: *Ἄδρυξ, ὡς Ἔρυξ, ἀρσενικῶς.* Vide Cluverium in antiquae Siciliae descriptione pag. 363.

Ἀδαρχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος.] Sic libri scripti et editi exhibent, attamen hic locus est corruptissimus, uti docet vir incomparabilis I. Vossius in commentariis ad Scylacem Caryandensem, quique eum ita emendat *Ἀδρυμαχίδαι, Λιβυκὸν ἔθνος.* Huius gentis meminit et Silius lib. IX.

Et Massylae acies, et ferro vivere laetum
Vulgus Adyrmachidae.

— *Ὡς Ἡρόδοτος.*] Locus Herodoti quem Epitomator respicit, exstat in Melpomene. Utuntur iisdem ferme moribus quibus Aegyptii. Vestem gestant quales et alii Libyes, uxores eorum in utroque crure armillam aeream. Eaedem capitis comam alunt: quarum quaeque suos quos capit pedunculos praemordet, atque ita abiicit. Hoc isti ex Libybus soli factitant: solique virgines nupturas regi exhibent, et quae illi placuerit, eam devirginat.

Ἀερία ἡ Αἴγυπτος.] Fuit hoc vetustissimum Aegypti nomen, uti liquet ex Eusebii Chronico sub Mosis tempora, et sic appellabatur antequam Aegyptus diceretur. *Ῥαμεσῆς ὁ καὶ Αἴγυπτος καλούμενος, βασιλεύσας Αἰγύπτου ἔτη ξή, μετωνόμασε τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἥτις πρότερον παρ' Ἕλλησιν Ἀερία ἐλέγετο.* Sed hunc locum multo auctiorem produxit eruditissimus Seldenus syntagmate de Vitulo aureo. *Ῥαμεσσῆς ὁ* 39
ἀδελφὸς αὐτοῦ (Armais regis) *ὁ Αἴγυπτος καλούμενος ἐβασίλευ-* a
σεν Αἰγύπτου ἔτη ξή. μετωνόμασεν τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἥτις πρότερον Μεστραία, παρ' Ἕλλησιν δὲ Ἀερία ἐλέγετο. Hoc est, *Ramesses frater Armais Aegyptus dictus, regnum obtinuit in Aegypto annos* LXVIII. *Regionem a suo nomine Aegyptum, quae primum Mestraea, Graecis vero Aeria nuncupata est, denominavit.* Hoc nomine Aegyptum insignivit Apollonii Scholiastes ad haec poëtae verba, quae exstant lib. prim.

—— *Ἠερίη πολυλήϊος αἶα Πελασγῶν.*

Παρὰ τὸ μέλαιναν εἶναι τὴν γῆν. οὕτω γὰρ καὶ τὴν Αἴγυπτον Ἠερίαν φασίν. Vide etiam Stephanum in voce *Αἴγυπτος.*

— *Καὶ Κελτικὴ πόλις Ἀερία.*] Unde oppidum illud, situm in Narbonensi Gallia, nomen habeat, docet Strabo lib. IV. ita enim ille: *εἰσὶ δὲ ἐν τῷ μεταξὺ πόλεις Ἀυενιὼν καὶ Ἀρανσίων, καὶ*

Ἀερία, τῷ ὄντι φησὶν Ἀρτεμίδωρος Ἀερία, διὰ τὸ ἐφ' ὕψους ἱδρύσθαι μεγάλου. Hoc est: *In medio sunt urbes Avenio, Arausio, Aeria, recte (ut ait Artemidorus) sic dicta, quod sita est celsissimo loco.* Huius oppidi etiam meminit Plinius lib. III. cap. IV.

— Ἐν χρονικῶν τετάρτῳ.] Salmasius in recentioribus MSS. invenit, Ἐν χρονικῶν δευτέρῳ.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Κρήτης.] Imo sic olim ipsa Creta appellata fuit, uti infra ipse testatur Stephanus. Plinius l. IV. c. XII. *Dosiades eam a Creta nympha Hesperidis filia, Anaximander a rege Curetum, Philistides, Mallotes Crates primum Aeriam dictam, deinde postea Curetin: et Macaron nonnulli a temperie caeli appellatam existimavere.* Hesychius qui se passim in oppidorum situ et nominibus imperitum prodit, Cretam Asteriam nuncupatam fuisse testatur. Ἀστερίη, ἡ Κρήτη καὶ ἡ Δῆλος οὕτως ἐκαλοῦντο.

— Καὶ Ἰδαία.] Nomen illud Creta videtur accepisse a Nympha Ide, quae cum Adrastea Iovem in isthac insula enutrivit, vel ab Ida monte altissimo, de quo Virgil. lib. III.

Creta Iovis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idaeus ubi, et gentis cunabula nostrae.

Hac de causa Aristophanes in Ranis Cretenses Idae prolem nominat:

Ἀλλ' ὦ Κρῆτες Ἴδης τέκνα
Τὰ τόξα λαβόντες, ἐπαμύνατε.

Vide Stephanum in voce Κρήτη, et Strabonem lib. X.

— Καὶ Δολιχή, διὰ τὸ μῆκος.] Mirum est Stephanum huius appellationis in voce Κρήτη non meminisse. De longitudine huius insulae lege Strabonem lib. X. Ipsa vox Δολιχὴ longitudinem denotat. Hesychius: Δολιχά, μακρά. Δολιχὴν, μακράν. Δολιχὸς, μακρὸς, ἡ μέτρον γῆς. Fuerunt et alia loca quae hoc nomine insigniebantur. Vide Plinium lib. IV. cap. XII. et Stephanum in Ἴκαρος.

Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀζανοῦς τῆς Ἀρκάδος.] Ita habent codices scripti et editi: sed corrupte. Legendum est: Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀζᾶνος τοῦ Ἀρκάδος. Nostrae emendationis fundamentum exstat apud Pausaniam in Ar-
39 cadicis, ubi sic legitur: Τοῖς δὲ παισὶν, ὡς ηὐξήθησαν, διένει-
b μεν Ἀρκὰς τριχῇ τὴν χώραν. καὶ ἀπὸ μὲν Ἀζᾶνος ἡ Ἀζανία μοῖρα ὠνομάσθη. Hoc est: *Ast filiis iam adultis regionem in tres partes divisit, et ab Azane, Azania, quae ei evenit pars, appellata est.* Lege etiam Scholiast. in Euripidis Orestem, et Eustathium ad Iliad. Β. pag. 300.

— Καὶ Ἀζῆνες.] Scriberem, καὶ Ἀζᾶνες. Strabo lib. VIII.

[redacted]

Δοκεῖ δὲ παλαιότατα ἔθνη εἶναι τὰ Ἀρκαδικὰ τῶν Ἑλλήνων, Ἀζᾶνές τε καὶ Παῤῥάσιοι, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι. Videntur autem Arcadicae gentes esse vetustissimae Graecarum Azanes et Parrhasii, et alii similes. Ita quoque infra rescriberem, *ἔστι κρήνη τῆς Ἀζανίας*, pro *ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας*.

— *Εὔδοξος δὲ ἐν ἕκτῃ γῆς περιόδου.*] Vide pag. 8.

— *Ἔστι κρήνη τῆς Ἀζηνίας.*] Legerem, *ἔστι κρήνη τῆς Ἀζανίας*. Fontis nomen reticet Stephanus, quod expressum repetitur apud Ovidium Metamorph. lib. xv. et ab ipso *Clitorius* appellatur. Non convenit Stephanus cum aliis, affirmans hunc fontem vel locum, ubi Proetides purgabat Melampus, fuisse in oppido cui nomen est *Λουσσοὶ, πόλις Ἀρκαδίας, ὅπου Μελάμπους ἔλουσε τὰς Προίτου θυγατέρας, καὶ ἔπαυσε τῆς μανίας.* Alias profecto habebat vires hic fons circa Lussos: de quo Plinius lib. xxxi. cap. ii. inquit: *At Lusis Arcadiae quodam fonte mures terrestres vivere et conversari.* Hic igitur Clitorius fons nomen habuit ab oppido cui nomen erat *Κλείτωρ* teste Strabone, Vitruvio et Pausania in Arcadicis. Insigniter igitur errat Isidorus qui hunc fontem alibi in Italia collocat. Ita enim inquit libro xiii. cap. xiii. De aquarum diversitate: *Ex Clitorio lacu Italiae qui biberint, vini taedium habent.*

— *Ἢ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ οἴνου ἀνέχεσθαι.*] Xylander optime sic restituit. Pessime in Aldina et Florentina editione legitur: *ἢ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μηδὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ ὕδατος ἀνέχεσθαι.* Ita mihi etiam codex Vossianus exhibuit, neque aliter Salmasius invenit in Palatinis. Xylandri lectionem esse probissimam evincitur ex aliis scriptoribus. Plinius lib. xxxi. cap. ii. inquit. *Vinum taedio venire his, qui ex Clitorio lacu biberint.* Idem perhibet Ovidius, cuius locum mox producemus. Neque ab his dissentit Etymologici Mag. auctor: *Κλιτόριον, ὄνομα πόλεως, ἀπὸ τοῦ κλύω, Κλιτόριον, τροπῇ τοῦ υ εἰς ι. ἔστι δὲ καὶ πηγὴ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, ἧς ὁ γευόμενος ἀποστρέφεται τὸν οἶνον.*

— *Εἰς ἣν λέγουσι Μελάμποδα, ὅτε τὰς Προιτίδας ἐκάθαιρεν.* etc.] Hanc fabulam habemus apud Apollodorum lib. ii. et Ovidium lib. xv. cuius haec sunt verba:

Clitorio quicumque sitim de fonte levarit;
Vina fugit: gaudetque meris abstemius undis,
Seu vis est in aqua calido contraria vino:
Sive, quod indigenae memorant, Amithaone natus,
Proetidas attonitas postquam per carmen et herbas

Eripuit furiis; purgamina mentis, in illas
Misit aquas: odiumque meri permansit in undis.

40 — *Ἃς ἔλαχεν Ἀζήν.*] Lege indubitanter: *ἃς ἔλαχον Ἀζάν.*
a nam inde genitivus *Ἀζᾶνος*, qui saepissime occurrit apud Pausaniam in Arcadicis.

— *Ἔστι καὶ Μασσαλίας ἄλλη.*] Nemo quod sciam Geographorum aut Historicorum circa Massiliam oppidum hoc nomine collocavit. Ptol. lib. IV. c. VIII. Azaniae meminit, cuius haec sunt verba: *Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς χώρας, δυσμικώτερα δὲ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρέων κατέχουσι μετὰ μὲν τὴν δίαμμον καὶ ἄβροχον χώραν, οἱ κατὰ τὴν Ἀζανίαν καὶ τὴν Βακαλίτιν. Reliqua regionis, quae occidentaliora sunt Aethiopum montibus, tenent post arenosam et aridam regionem, ii qui iuxta Azaniam et Bacalitem.* Adeo ut hic Epitomatoris locus in mendo cubare videatur, apud quem forte legendum est: *ἔστι καὶ Αἰθιοπίας ἄλλη.* Plinius Azanii maris meminit, quod inter Aethiopiam et Indiam citeriorem situm est lib. VI. cap. XXIV.

Ἀζανοί, Φρυγίας πόλις.] Oppidum illud a Ptolemaeo, si locus sit sanus, lib. V. cap. II. *Αἰζανὶς* nuncupatur.

— *Τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι καὶ Νακώλεια.*] Sunt verba Strabonis, quae leguntur libro ab auctore nostro citato. Sed pro *Νακώλεια* rescribendum est *Νακόλεια* cum O parvo, uti habet Strabo, et ipse Stephanus ubi de hac urbe loquitur.

— *Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ συλλαβῇ διὰ τῆς αι καθόλου λέγων.*] Sic omnes habent editiones, sed perperam. Salmasius in vetere Palatino legebat: *Ἡρωδιανὸς διὰ τῆς αι ἐν πρώτῃ τῶν καθόλου λέγων*, et addit hanc sine dubio veram esse lectionem. In Voss. inveni: *Ἡρωδιανὸς διὰ τῆς αι ἐν ᾱ καθόλου λέγων.*

— *Ἑρμογένης δέ φησιν.*] Fortassis hic est, cuius Fl. Iosephus lib. I. contra Apionem meminit. Scripserat enim *περὶ Φρυγίας* teste Apollonii Rhodii Scholiast. in lib. II.

— *Ἀλλ' Ἐξουάνουν αὐτὴν καλεῖσθαι.*] Libri editi inter se non conveniunt, in Aldina ac Florentina editione habetur: *ἀλλ' ἐξανάγων αὐτὴν κάλεῖσθαι.* Haec lectio est corruptissima, quam
40 Salmasius etiam in Palatinis codd. invenit. Perperam mihi codex
b Vossianus exhibuit, *ἀλλ' ἐξανούγων αὐτὴν καλεῖσθαι.* Xylandri igitur lectionem approbamus, donec alius nobis meliorem demonstret.

— *Εὐφορίαν γενέσθαι.*] Quanquam haec lectio tolerari posset, rescriberem tamen, ut in Palatinis invenit Salmasius et nos in Vossiano, nempe: *εὐβοσίαν γενέσθαι*: imo sine ulla dubitatione sic est legendum. Infra paucis interiectis lineis eadem

[redacted]

phrasis occurrit, et licet illo loco scripti et editi inter se nimis discrepent, simili tamen modo ibidem reponendum videtur.

— *Εὐαρεστηθέντων δὲ τῶν θεῶν.*] Vossianus cod. perperam: *εὐαρηστησάντων δὲ τῶν θεῶν:* pro *εὐαρεστησάντων δὲ τῶν θεῶν.*

— *Ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτὸν στῆσαι.*] Codex Voss. *ἱερέα καὶ ἄρχοντα αὐτὸν καταστῆσαι.* Quae vera est loci lectio, quamque Salmasius in Pall. reperit.

— *Καὶ κληθῆναι τὴν πόλιν Ἐξουάνουν.*] Sic edidit Xylander. sed aliae editiones habent: *καὶ κληθῆναι τὴν πόλιν ἐξαγάνου.* Et ita Salmasius, et etiam nos in scriptis codd. legimus.

— *Ἐκ τοῦ ξοάνου τὸ Ἀζάνιον.*] Ita constanter habent libri scripti et editi: sed sine dubio legendum, *ἐκ τοῦ ἐξουάνουν τὸ Ἀζάνιον.* Et ita hic locus cum antecedentibus conveniet.

Ἀζειῶται, ἔθνος τῆς Τρωάδος. Fortassis idem est populus, de quo apud Hesychium: *Ἀζιῶται ἔθνος Τρωάδος.*

— *Ἵν' ᾖ ὡς Μάρεια.*] In Vossiano MS. *ἵνα ᾖ ὡς Μάρεια.*

— *Μάρεια Μαρειώτης, Ῥάφεια Ῥαφειώτης.*] Propriis suis locis Stephanus ab hisce vocibus alia gentilia formavit: a *Μάρεια Μαρεώτης* et a *Ῥάφεια Ῥαφιώτης*, de quibus postea agemus.

Ἀζηνία, ὡς Πλωθία.] Sic reposuimus pro *Ἀζηνιά, ὡς Πλωθιά*, uti excusum est in Xylandri et aliorum editionibus. Sed pro *Πλωθία* ipse Epitomator suo loco habet *Πλωθεία*. De hac tribu eadem legere licet apud Harpocrationem pag. 9. et Hesychium.

— *Λουσία.*] Xylander hanc vocem in ultima signavit. Vide Stephanum in *Λουσία.*

— *Ὁ δημότης Ἀζηνιεὺς, ὡς Ἀρχιεύς.*] Scribendum sine 41
nulla dubitatione: *ὁ δημότης Ἀζηνιεὺς, ὡς Ἐρικειεύς.* Stephano a
Ἐρίκεια est *δῆμος Ἀθήνησιν Αἰγηΐδος φυλῆς.* cuius popularis dicitur *Ἐρικειεύς.* Mendum huic non dissimile etiam apud Suidam in *Ἀζηνιεὺς* occurrit, cuius locus ita est legendus: *ἀφ' ἧς ὁ φυλέτης Ἀζηνιεὺς, καὶ Ἀζηνιεῖς. καὶ Ἐρικειεῖς καὶ Ἐλαιεῖς:* ubi nunc corrupte legitur, *Ἐρχιεῖς καὶ Ἁλιεῖς.*

— *Τὸ τοπικὸν δῆλον.*] In Palatinis Salmas. invenit: *τὰ τοπικὰ δῆλα:* et ita quoque Vossianus exhibet.

Ἄζιλις, πόλις Λιβύης.] Situm huius oppidi manifeste indicat Herodotus lib. IV. *Καὶ ἐν τῇ ἠπείρῳ Μενελάϊος λιμήν ἐστι, καὶ Ἄζιρις, τὴν οἱ Κυρηναῖοι οἴκεον.* *Atque in continente est portus Menelaius et Aziris, quam Cyrenaei incoluere.* Sed notandum est oppidi nomen hic cum R scribi, quam scriptionem etiam Steph. ex aliis infra observavit.

— *Οἱ δὲ περὶ Σαλούστιον, οὐ πόλιν, ἀλλὰ τόπον φασὶ, καὶ ποταμὸν εἶναι.*] Nomen Sallustii ab auctore nostro cum simplici lambda scriptum est, quod sequioris aevi scriptoribus Graecis videtur fuisse familiarissimum; nam similiter etiam reperitur apud Anonymum in Olympiadum *ἀναγραφῇ*, quem L. Holstenius in commentariis ad Cluverii Italiam esse Scaligerum ipsum ter affirmat. Constat tamen cum duplici lambda scribendum, quemadmodum legitur in MSS. antiquissimis, et effossis lapidibus, ut iam aliis est demonstratum. Huius oppidi neque in bello Iugurthino, neque in Sallustii fragmentis, aliqua exstat memoria. Scholiastes in Callimachum scribit esse *ὄρος καὶ ποταμὸν Λιβύης*.

— *Τινὲς δὲ Ἄζιριν μετὰ τοῦ ρ λέγουσι τὸν χῶρον.*] Sic scripsit Herodotus, uti paullo ante indicavimus, neque aliter Callimachus, Hymno in Apoll. cuius haec sunt verba:

—— *Πυκινὴν δὲ νάπαις Ἄζιριν ἔναιον.*

— *Χάραξ δὲ Ἄξιρον λέγει αὐτήν.*] Ptolemaeus lib. IV. cap. V. in Nomo Marmaricae ponit villam, quae *Ἄξυλις* dicitur. Salmasius ad Solinum eundem hunc affirmat esse locum, de quo fit mentio apud Herod. lib. IV. cuius locum supra in medium produximus.

— *Ὁ πολίτης Ἀζιλίτης.*] Optime sic rescripsit Xylander pro *ὁ πολίτης Ἀξιλίτης*, quod exhibent codices scripti et editi. Sed a librariis non tantum, verum etiam ab ipsis scriptoribus hae literae ζ et ξ saepissime confunduntur, cuius rei plurima apud Stephanum nostrum exempla sunt obvia: *Ζοῦχις, πόλις Λιβύης περὶ τὴν Σύρτιν.* de qua et alio loco inquit: *Ξούχης, πόλις Λιβύης*, quae prorsus eadem cum priori videtur. Sic *Τοπάζιον* insula Indica *διὰ τοῦ ξ ἐγράφετο πρότερον*, antea per ξ scribebatur.
41 b Quod Ptolemaeo *Ζιλία*, illud Stephano *Ξιλία*, et quod Iosepho *Ζιφήνη*, hoc Stephano *Ξιφήνη* appellatur.

— *Ὅτι πρωτότυπον εἰς ις τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι, καὶ Αἰγυπτίῳ,*] Hac lectione nihil insulsius, nam manifeste nonnulla desiderantur. Et cum nihil iuvent MSS. coniectura res peragenda est. Non incommode legi posset: *ὅτε τὸ πρωτότυπον εἰς ις, τὸ παρηγμένον τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι καὶ Αἰγυπτίῳ εἰς ιτης λήγει ὡς Κράμβουτις Κραμβουτίτης.* Nihil hac nostra emendatione firmius aut evidentius. Et quod pro *καὶ ὡς Κάνωβος Κανωβίτης* alia vocabula reposuerim, haec est ratio, quod huic canoni non respondeant, magna enim differentia inter exeuntia in ος et ις conspicitur.

— *Εἰ δὲ οὐδετέρως, Ἄξιρον.*] In Vossiano MS. inveni

[redacted]

οἱ δ' οὐδετέρως, Ἄξιρον. Exigua haec est mutatio et non magni momenti.

Ἄζωρος, πόλις Πελαγωνίας.] In aliis editionibus est *Πελαγονίας*, et etiam in MSS. neque aliter apud Strabonem et ipsum Stephanum, ubi de hac voce verba facit.

— *Τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος, ὥς Στράβων.*] Librum Epitomator non expressit: locus quem respicit exstat lib. VII. *Τριπολίτις γοῦν ἡ Πελαγονία ἐγένετο, ἧς καὶ Ἄζωρος ἦν. Nam Pelagonia cognomentum tulit Tripolitidis, hoc est tribus constantis urbibus, quarum una fuit Azorus.* Huc apprime facit locus Livii Tripolim accurate describentis lib. XLII. cap. LIII. *Deinde saltu angusto, superatis montibus quos Cambunios vocant, descendit ad (Tripolim vocant) Azorum, Pythoum, et Dolichen incolentes. Haec tria oppida cunctata, quia obsides Larissaeis dederant: victa tamen praesenti metu in deditionem concesserunt.*

— *Πόλις δὲ Μακεδονίας καὶ ἡ Ἄλωρος.*] Vide Stephanum in voce *Ἄλωρος*, et nostras observationes ad illum locum.

— *Ἀῤῥιανὸς Ἀζώρειαν αὐτήν φησιν.*] In Vossiano cod. *Ῥιανὸς Ἀζώρειαν αὐτήν φησιν.* Et ita quoque Salmasius in vet. MS. invenit.

— *Ὡς Βοττεάτης.*] Sic habent codices vulgati et ita etiam Salmasius in recentiore MS. invenit: in Vet. *ὡς Κοττεάτης*, quam lectionem et mihi Vossianus exhibuit, sed videtur corruptissimum. Scriberem, *ὡς Βοττιαιάτης*, quod fit a *Βοττιαία*: sed praestaret aliud reponere, quod magis conveniret.

Ἄζωτος πόλις Παλαιστίνης.] Accuratum oppidi situm habemus apud Ptolemaeum lib. v. cap. XVI. quem etiam observare licet apud Iosephum lib. XIII. cap. VIII. Antiq. Iud. et apud Plinium lib. v. cap. XIII. et apud Strabonem lib. XVI. ubi alio accentu notatur: *Ἀπὸ δὲ Ἰαμνείας εἰς Ἀζωτὸν καὶ Ἀσκάλωνα εἰσὶν ὅσον* 42
διακόσιοι στάδιοι. Iamnia Azoto et Ascalone distat ducentis fere a
stadiis.

— *Ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς* etc.] Haec, ut optime observat doctissimus Bochartus in suo Phaleg. pag. 823. mere sunt fabulosa. Stephanus Phoenices intelligit, quos ex mari rubro, id est Persico venisse antiqui crediderunt, quia Phoeniciae partem incolebant Samaritani e Perside advecti, uti legimus 2. Reg. XVII. 24. Sed hos Azotum condidisse, aut ab Aza denominasse manifeste falsum est. Azotus non est Phoenicum, sed Philistaeorum oppidum, conditum multis saeculis ante Samaritanorum e Perside commigrationem. An autem primi Phoenices e mari Rubro venerint

egregie disputat idem Bochartus eiusdem libri pag. 759. quem legisse non poenitebit.

— *Καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Ἄζας ὠνόμασεν, ὅ ἐστι χίμαιραν, ἣν Ἄζωτον μετέφρασαν.*] Phoenicibus quidem אזע *aza* dici potuit, uti etiam עז Hebraeis. Sed in Hebraica scriptura עז *ez capra*, אשדוד *Asdod*, id est, Azotus, nihil quicquam simile aut commune habent. Vide Bochartum loco antea allegato.

— *Ἀπὸ τῶν Σπαρτῶν ἑνὸς Πελώρου.*] Respicit Epitomator fabulam de Cadmo, qui iussu Minervae Draconis dentes sevit; unde Spartae sunt enati, qui armati e terra exoriebantur. Hi mutuam inter se pugnam inierunt, ex quibus quinque superfuerunt: quorum nomina exstant apud Apollodor. lib. III. *Περιεσώθησαν δὲ πέντε, Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑποτρήνωρ* [lege *Ὑπερήνωρ*], *Πέλωρ.* Ubi etiam observandum in casu recto dici *Πέλωρ* et apud Stephanum *Πέλωρος.* Scholiastes ad Apoll. Rhodii lib. tert. vers. 1178. eandem fabulam ex Hippia Delio et Pherecyde referens, etiam *Πέλωρ* scripsit. Sed apud Pausan. in Boeoticis est *Πέλωρος*, qua terminatione quoque expressum reperitur apud Hyginum Fab. CLXXVIII.

Ἀθαμανία, χώρα Ἰλλυρίας. οἱ δὲ Θεσσαλίας.] Neminem inter historicos aut Geographos hactenus inveni, qui Athamaniam Illyriae attribuit, omnes Thessaliae, non longe ab Ossa monte, uti Strabo lib. IX. testatur. Nomen accepit haec regio ab Athamante quodam, qui illic oberravit, postquam proprium filium occidisset. Etymologici Mag. auctor: *ἔστι δὲ πεδιὰς ἐν Θεσσαλίᾳ καλουμένη Ἀθαμαντία, διὰ τὸ ἐκεῖσε τὸν Ἀθάμαντα πλανᾶσθαι μετὰ τὸ φονεῦσαι τὸν ἴδιον υἱὸν Χλέαρχον.* Sed rescribendum est *Λέαρχον*, uti liquet ex Apollod. lib. I. Hygini fab. prima, et ex Pausaniae Atticis.

— *Ἀθαῤῥαβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ.*] Huius praefecturae meminit Plin. l. v. c. IX. Quid sit Nomus nemo melius dixit quam Epi-
42 phanius in haeresi Basilidianorum; *Ὅπου γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ προφήτῃ*
b *Ἠσαΐᾳ εὕροις γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεων Αἰγυπτιακῶν, οἷον Τάνεως, ἢ Μέμφεως, ἢ νομοῦ τῆς Βουβάστου, Αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον τυχούσης πόλεως σημαίνει. Ubi enim apud sanctum prophetum Esaiam de Aegyptiacis civitatis alicuius, puta Taneos, vel Memphis, vel Bubasti nomis scriptum aliquid reperies, id Aegyptiace circumiacentem cuiuscunque civitatis agrum significat.* Et ab Epiphanio non dissentit Cyrillus Alex. qui in commentariis ad c. XIX. Esaiae ita scribit; *Ὥστε καὶ πόλιν ἐπὶ πόλιν, καὶ νομὸν ἐπὶ νομὸν ποιεῖσθαι τὰς ἐφόδους. Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἑκάστη πόλις, καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι, καὶ τέτριπται παρ' αὐτοῖς ἡ τοιάδε φωνή.* Hoc

[redacted]

est: *Ita ut civitas in civitatem, et nomus in nomum insurgat. Nomus autem dicitur Aegypti incolis unaquaeque civitas, cum vicina regione, et pagis qui ei subsunt, voce apud eos pervulgata.* Sed an vox *Nomus* sit Graeca aut Aegyptia, adhuc sub iudice lis est; qua de re vide Casaub. ad Strabonem.

Ἀθῆναι] Non semper a Graecis plurali numero effertur celeberrimi huius oppidi nomen, uti observare licet ex Eustathii *Παρεκβολαῖς* ad lib. pr. Homeri pag. 119. Sic enim inquit: *Νῦν δὲ τοῦτο ἰστέον, ὅτι τὴν παρὰ τῷ ποιητῇ ταύτην Θήβην, πληθυντικῶς ἄλλοι Θήβας φασί. καὶ εἰσὶ καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα διφορούμενα κατ᾽ ἀριθμόν. Ἀθήνην γὰρ τὴν πόλιν, καὶ Ἀθήνας εὑρίσκομεν. καὶ Κρήτην καὶ Κρήτας, καὶ ἀκρωτήριον Μάλειαν, Μαλείας. καὶ ἄλλα διάφορα.* Huius profecto rei exempla non passim sunt obvia: etsi omnino occurrant, non temere imitanda videntur. Suidas tamen in *Ἀθήνησιν* meminit oppidi cuiusdam Laconici, quod singulari numero *Ἀθήνη* dicebatur. Non opus est ut diu in enodanda nominis etymologia desudemus; nam unicuique imo et pueris est notissimum nomen accepisse *παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν*, quoniam Minerva tanquam tutatrix urbis sive arcis, in qua fanum ei extructum erat, prae caeteris Diis deabusque ibidem culta fuerit. Vide Servium ad Virgil. aliosque.

— *Ἡ ἐν Ἀττικῇ.*] Atticarum antiquitatum peritissimus Ioh. Meursius specialem de Athenis tractatum reliquit.

— *Περὶ ἧς φησι Χάραξ.*] Scriptor hic est satis notus, de quo alias egimus. Sed quae Stephanus ex Charace refert, etiam apud Plutarchum in Theseo leguntur. Et Cicero lib. II. de Legibus inquit: *Atticos Theseus ex agris, et in astu quod appellatur, omnes se conferre iussit.* Vide etiam Thucydidem lib. II.

— *Τὰς ἕνδεκα πόλεις.*] Alii scriptores duodecim oppida enumerant. Etymologici Mag. auctor in voce *Ἐπακρία. Ἀθηναίους πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατῴ-* 43
κισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. Totidem etiam enumerat Strabo lib. a
IX. hisce verbis; *Φησὶ Φιλόχορος Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος. ὧν ὀνόματα Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκελεία, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφῆττος, Κηφισσία, Φαληρός. πάλιν δὲ ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς.* Sed facillimo negotio dissidium hoc componi potest: Stephanus undecim urbes Athenis inquit fuisse additas; Strabo autem et Etymologus tradunt duodecim in unam coactas, quod certe eodem redit: nam inter duodecim etiam Athenae debent recenseri, quibus tunc temporis Cecropia nomen erat.

— *Συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο.*] Refert Plutarchus The-

scum ea occasione, qua populum Atticum vicatim et sparsim habitantem in unam urbem commigrare coegit, *Μετοίκια*, id est *festum Demigrationis*, instituisse; non tamen Plutarchi aut Stephani sententia a vero aberrat: nam populus ex agro in urbem commigraturus *Demigrationis festum*, et iam unica in urbe simul habitans *festum Contubernii*, sive *Consociationis* celebravit.

— *Ἡ δὲ θεὸς Ἀθηναία λέγεται μονογενῶς.*] Peperit mihi difficultatem quandam vox *μονογενῶς*, cuius primitiva et pueri norunt. Sed non puto nostrum respicere modum quo Minerva sit nata, quae sola solum sui generis auctorem Iovem agnoscit. Non memini hanc vocem legisse nisi apud Arrianum in Periplo maris Erythraei: *ἐν ᾗ μονογενῶς λίβανος ὁ περατικὸς καὶ διάφορος γίνεται. In qua regione praecipue* (id est *προηγουμένως*, potissimum vel principaliter) thus peraticum plurimum et praestantissimum nascitur. Adeo ut apud nostrum pro *κατ' ἐξοχὴν* sumi videatur.

— *Λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ γυναικός.*] Auctor noster in ea videtur versari opinione, ut *Ἀθηναία* de muliere Attica usurpare sit permissum, et ad huius rei confirmationem ex Philemone testimonium in medium producit. Hoc pro vero constat Athenienses ut plurimum fuisse religiosiores: adeo ut non facile homini, etiamsi eminenti loco constituto, de cultu divino quidpiam detulerint: nam cum Demades decreto statuisset, ut Alexander esset Deus decimus tertius, tam indigne illud tulerunt, ut eum hanc ob causam centum talentis mulctarint. Quemadmodum Iudaeis et deinde nobis, verum supremi numinis nomen rebus creatis attribuere, quid dicam attribuere, imo et temere in os sumere nunquam fuit licitum, ita Athenienses summum nefas et sacrilegium ducebant, si quis mortalium proprio Dei Deaeve nomine insigniebatur. Eust. ad Il. *Α*, p. 84. non negans Atticas mulieres etiam *Ἀθηναίας* fuisse dictas, varias ibi adfert rationes, quare etiam alia nomina sortita sint, cuius verba, quia apprime ad rem faciunt, huc adscribam. *Ἰστέον δὲ ὅτι παρασημειοῦνται οἱ παλαιοὶ, μὴ λέγεσθαί ποτε Ἀθηναίαν γυναῖκα, διὰ τὴν τοιαύτην Ὁμηρικὴν Ἀθηναίαν ἤτοι Ἀθηνᾶν. ἀνὴρ μὲν γάρ φασιν, Ἀθηναῖος ἐστὶν*
43 *ὥσπερ καὶ Θηβαῖος, οὐ μὴν ὥσπερ Θηβαία, οὕτω καὶ Ἀθηναία*
b *γυνή. ἀλλὰ ἑτερωνύμως γυνὴ Ἀττική. τὸ γὰρ Ἀθηναία ἤδη προκατείληπται. ὅθεν ὡς θεῖόν τι τυγχάνον ὄνομα καὶ ὑπερῃρημένον, οὐ θέμις ὑποκαταβῆναι καὶ θνητοῖς προσώποις ἐγκαθεσθῆναι, καὶ ὡς οἷον ἱεροσυληθῆναι θείαν κλῆσιν.* Multa praeterea addit ex Lexico Pausaniae et Aelii Dionysii, quae ibi commodius legi possunt.

— *Ὡς ἄλλοι μὲν πολλοί. Φιλήμων* etc.] Praeter Philemo-

[redacted]

nem, quem citat hoc loco Stephanus, a Suida etiam alii in voce *Ἀθηναίας* producuntur, nempe Pherecrates, Cantharus, Diphilus, Pindarus et etiam Philemon, apud quos omnes huius vocis, scil. *Ἀθηναία*, feminis Atticis attributae frequentissimus fuit usus. Huius comici etiam exstat mentio apud Phrynichum in *Βουνός*, et apud Hesychium in *Ἴσις*: fuitque comicus Syracusanus, filius cuiusdam Damonis, novae comoediae scriptor. Floruit sub Alexandri regno paulo ante Menandrum. Scripsit comoedias circiter xc, quarum multae citantur Athenaeo, qui huius tamen, quae Stephano dicitur *Πτερύγιον* et Suidae *Πτέρυξ*, non meminit.

— *Τὰς Ἱππονικάς.*] Hi posteriores versus etiam apud Suidam exstant, sed pro *Ναυσιστράτας* ibi *Λυσιστράτας* legitur.

— *Ὁ δὲ Φρύνιχος ἀνάττικόν φησιν εἶναι τὴν φωνήν.*] Phrynichus in ecloga Atticarum dictionum nullam huius rei, quod sciam, mentionem facit.

— *Φερεκράτης.*] Huius comici meminit Phrynichus in vocabulo *Σαπρόν*. *Θέων φησὶν ὁ γραμματικὸς εὑρηκέναι παρὰ Φερεκράτει, ληρῶν.* Lege quoque Suidam et alios.

— *Χρῆται.*] Legerem: *χρῆται τῇ λέξει*: vel *χρῆται τῇ φωνῇ*, quod vocabulum paulo ante praecesserat.

— *Ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' etc.*] Vide Stephanum in voce *Ἄστυ*. Praeterquam quod Atheniensium mulieres *Ἀττικαὶ* et deinde *Ἀθηναῖαι* appellabantur, certum est eas quoque *Ἀστὰς* nominatas fuisse. Eustath. ad Iliad. *Α*. pag. 84. ita scribit. *ὅτε δὲ ἤρξαντο αἱ Ἀσταὶ, ἤτοι Ἀττικαὶ γυναῖκες, Ἀθηναῖαι λέγεσθαι, τότε δὴ ἐπενοήθη καὶ τὸ τὴν θεὸν μηκέτι Ἀθηναίην καλεῖσθαι, ἀλλὰ κατὰ συναίρεσιν, Ἀθηνᾶν. ἕτεροι δὲ τῶν παλαιῶν οὕτω συντόμως εἶπον. Ἀνάττικον Ἀθηναίαν γυναῖκα εἰπεῖν. Ἀστὰς δὲ τὰς Ἀττικὰς γυναῖκας ἔλεγον, ὡς καὶ τοὺς ἄνδρας Ἀστούς.*

— *Πρῶτοι γὰρ Ἀθηναῖοι τὰ ἄστη καὶ τὰς πόλεις εὑρεῖν ἱστοροῦνται.*] Hyginus Fab. CLXIV. *Inter Neptunum et Minervam cum esset certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Iovem iudicem sumpserunt* etc. *Itaque Minerva ex suo nomine oppidum Athenas condidit, quod oppidum in terris dicitur primum constitutum.* Lege etiam Epitomatorem nostrum in *Ἄστυ*: et Apollodorum de Diis lib. III.

— *Ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν, πόλιν ἐκάλουν κυρίῳ ὀνόματι.*] Atheniensium arcem Thucyd. Urbem appellari testatur: lib. II. inquit: *Καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ Ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων πόλις.* Et eodem li-

bro ait: *Τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις, ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν.* Vide etiam lib. v. Etymologici mag. auctor in *Διϊπόλια, πόλιν*
44 *τὴν ἀκρόπολιν ἔλεγον.* Praeter iam allegatos lege Pausaniam in
a Atticis, et Aristidem in Panathenaica. Tanta olim huius arcis fuit excellentia et dignitas, ut eam et in eo memorabilia speciali tractatu et quindecim libris Heliodorus Atheniensis, ac Polemon quatuor libris accuratissime descripserint, qui iniuria temporis omnes interierunt. De Polemone lege Strabonem lib. ix. Marcellinum de vita Thucydidis, Athenaeum lib. ix. Harpocrationem in *Νεμέα χαράδρα*, aliosque. De Heliodoro habemus apud Athenaeum lib. vi. et ix. et apud Harpocrationem in *Θετταλός*: in *Νίκη Ἀθηνᾶ*: et in *προπύλαια*.

— *Ὡς Ἀριστοφάνης.*] Hi versus exstant apud Aristophanem in Pluto Act. iii. Scen. 3. sed in vulgatis eius codicibus locus paulo aliter legitur, nempe hoc modo:

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν ἥλιον,
Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον.

Verum quidem est hosce versus suis constare numeris si hoc modo legatur, sed Stephani lectionem, qua neque ipsa metri lex laeditur, vulgatae facillime praefero. Tota quidem Attica Palladi erat sacra: sed quia Stephanus hisce verbis probare nititur Atheniensium arcem antiquis urbem sive *πόλιν* nominatam fuisse, in qua Palladis simulacrum erat erectum, suo tempore hic non poterat legere *κλεινὸν πέδον.* Imo tanto magis vulgatae lectioni diffido, quia post hos versus mox subsequatur:

Χώραν τε πᾶσαν Κέκροπος.

Nam *χώρα* et *πέδον* ferme eiusdem sunt significationis: adeo ut manifestam observare liceat differentiam, si hic legatur *κλεινὴν πόλιν*: ita olim Atheniensium Arcem dictam fuisse, ex aliis auctoribus antea probavimus.

— *Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι.*] Differunt libri scripti et editi. Vossianus codex habet: *Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀθεάδαι.* Et vulgati Xylandri editionem praecedentes: *Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Αὐθεάδαι.* Halicarnassenses a poetis etiam Antheadae appellabantur secundum Pausaniam lib. ii. ab Antha quodam, qui Neptuni filius fuit. *Πολλοῖς δὲ ἔτεσιν ὕστερον, εἰς ἀποικίαν ἐκ Τροιζῆνος σταλέντες, Ἁλικαρνασσὸν ἐν τῇ Καρίᾳ, καὶ Μύνδον ἀπῴκισαν οἱ γεγονότες ἀπ' Ἀετίου τοῦ Ἄνθα. Multis autem postea annis ex Troezene in coloniam missi, Halicarnassum in Caria, et Myndum condiderunt qui ab Aetio Anthae filio originem ducebant.* Et paulo ante expressis verbis refert Antham Neptuni filium fuisse. *τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύσαντας οὐκ ἴσασιν, ἄχρις Ὑπέρητος καὶ Ἄνθα. τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἄτλαντος θυ-*

[redacted]

γατρός. Sed ut verum fatear, vox illa *"Ανθα* videtur in mendo cubare, nam ab nomine eiusmodi terminationis patronymicum *'Ανθεάδαι* non commode deducitur, uti ex Stephano deinde fiet manifestum, cum ad vocem *'Αλικάρνασσός* pervenerimus.

— *Καὶ Φαλανθιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο.*] Aldina et 44
Florentina habent: *Καὶ Φαλανθιάδαι, καὶ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο.* b
Praefero tamen Xylandri editionem quam sequimur. Sic Tarentini antiquitus etiam appellabantur a Phalantho quodam Spartano; nam ut refert Servius ad Aeneid. lib. III. *Lacones et Athenienses diu inter se bella tractarunt, et quum utraque pars affligeretur, Lacones quibus iuventus deerat, praeceperunt ut virgines cum quibuscunque concumberent, factumque est ut post sedata bella iuventus incertis parentibus nata, et patriae et sibi esset opprobrio (nam Partheniatae dicebantur) accepto duce Phalantho octavo ab Hercule profecti sunt, delatique ad breve oppidum Calabriae, quod Taras Neptuni filius fabricaverat.* Ab eo igitur Phalantho, qui oppidum illud valde auxit, Tarentini Phalantiadae dicti sunt. Consule etiam Pausaniam in Phocicis, et Strabonem lib. IV. et Iustinum lib. III. cap. IV. ubi dux ille male *Palantus*, et nati ex promiscuo feminarum concubitu, non recte *Partheniae* vocantur.

— *'Αθηναῖοι δὲ Κοδρίδαι, καὶ Κεκροπίδαι, Θησεῖδαι, 'Ερεχθεῖδαι.*] In antecedentibus auctor dixerat, quo nomine cives Athenienses vulgo appellarentur; nunc varios adfert modos, quibus a poëtis patronymice sint insigniti: tam plurima huius rei exempla apud poëtas sunt obvia, ut ea producere non sit necesse. A Codro igitur ultimo Atheniensium rege, qui se pro patriae salute certissimae morti obiectavit, Codridae, a Cecrope Cecropidae, a Theseo Theseidae, et Erechtheo Erechtheidae dicti sunt. Vide Eustath. ad Iliad. *B.* pag. 285. qui totidem pene verbis haec ex nostro auctore transcripsit.

— *Καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρας ἐνόμιζον.*] Sic libri scripti et editi exhibent: sed corrupta sine dubio lectio: rescribendum videtur, *καὶ ταύτας γε τὰς κλήσεις τῶν ἀπὸ τῆς πατρίδος ἐντιμοτέρων ἐνόμιζον.* Et similiter paulo ante dixerat: *Καὶ Φαλανθιάδαι, Ταραντῖνοι ἐλέγοντο, ἀπὸ τῶν διασημοτάτων παρ' αὐτοῖς.*

— *Πόλις Λακωνική.*] Huius oppidi Laconici meminit Suidas. *'Αθήνησιν, ἐν ταῖς 'Αθήναις. 'Αθήνη δὲ πόλις Λακωνικῆς: Athenis, in Athenis, Athene vero in singulari fuit urbs agri Laconici.*

— *Τετάρτη, Λιγύων.*] Salmasius in Pall. reperit: *τετάρτη Λιγύσκος*, et ita mihi exhibuit Voss. cod. quam lectionem etiam Aldina et Florentina profitentur. Videtur legendum: *τετάρτη, Λι-*

γυστὶς; uti Λιβυστὶς, *pelle Libystidos ursae*, apud Virg. Forte hanc intelligit, quae a Plinio lib. III. cap. IV. Athenopolis dicitur.

— Ἔκτη Εὐβοίας, Δἴαντος κτίσμα.] Strabo libro x. in Euboeae descriptione huius oppidi meminit, et Eusebius in Chronico, cui loco multa videntur excidisse, et forte ita in integrum est restituendus, si legatur hoc modo: *Κέκροψ Ἀθήνας ἐν τῇ*
45 *Ἀττικῇ, καὶ Δίας Ἀθήνας τὰς καὶ Διάδας ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν. Ce-*
a *crops Athenas in Attica, et Dias Athenas in Euboea, quas et Diadas nominavit, aedificavit.* Verum minima mutatione legi posset: *Κέκροψ Ἀθήνας, Δίας καὶ Διάδας ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν.*

— Ἐν τῷ Κουρήτιδι.] Aliae editiones exhibent, *ἐν τῇ Κουρῆτιδι*, quod praeferendum videtur.

— *Τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῆτιν ὠνόμαζον.*] Aldina et Florentina habent, *τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῖτιν ὠνόμαζον.* Uti paulo ante habuimus, *ἐν τῇ Κουρίτιδι.*

— Ὀγδόη, Βοιωτίας] Huius oppidi aliqua exstat memoria apud Pausaniam in Boeoticis: *Λέγουσι δὲ οἱ Βοιωτοὶ καὶ πολίσματα ἄλλα πρὸς τῇ λίμνῃ ποτὲ καὶ Ἀθήνας καὶ Ἐλευσῖνα οἰκεῖσθαι, καὶ ὡς ὥρᾳ χειμῶνος ἐπικλύσασα ἠφάνισεν.* Hanc Crates fossa cingebat, in quam collecta aqua superstagnante, solum urbis siccabatur.

— Ὅτε Κράτης.] Plurimi hoc nomine eruditione insignes viri exstiterunt. Fuit Crates Academicus, antiquus comicus, Cynicus, Peripateticus Grammaticus et idem Stoicus: sed quemnam horum Stephanus intelligat, aliis diiudicandum relinquo. Vide Menagium ad Diog. Laert. pag. 104. et in addendis pag. 4

Ἄθλιβις. πόλις Αἰγύπτου.] Huius urbis meminit Ptolemaeus lib. IV. cap. V. Quid urbis nomen denotet, legimus apud Etymologici magni auctorem, cuius verba ita sunt restituenda: *Ἄθριβις, πόλις Αἰγύπτου. γράφεται δὲ καὶ Ἄθλιβις. ἧς ὁ πολίτης Ἀθλιβίτης. Νικάνωρ δὲ διὰ τοῦ Ρ. τὸ Δέλτα τῆς νησευομένης*
45 *Αἰγύπτου ἐστὶ κεφαλὴ, κατὰ καρδίας σχῆμα τῶν περιεχομένων*
b *Νείλῳ μεθυσκόμενον. ὅθεν τὸν νομὸν Ἀθριβίτην προσηγόρευσαν. ὅπερ εἴτις ἑλληνιστὶ βούλοιτο φράζειν, οὐκ ἄλλως ἔχοι λέξαι, πλὴν καρδίαν. Ἀπίων οὕτως καὶ Ὠρίων.*

— Νικάνωρ δ᾽ ὁ Ἑρμείου.] Vide Vossium de Hist. Graecis lib. II. cap. XII.

— Γράφων διὰ τοῦ ρ.] Hoc modo etiam Ptolemaeus scripsit lib. IV. cap. V.

— Οὕτω καὶ Στράβων.] Athribiticae praefecturae meminit Strabo lib. XVI.

Ἄθμονον, οὐδετέρως, δῆμος.] Apud Harpocrationem

[redacted]

Ἀθμονία dicitur, neque aliter apud Suidam qui eum transcripsit. Erat apud hunc populum templum Veneris *Οὐρανίας* a Porphyrione rege exstructum, qui ante Actaeum in regione Attica regnavit: item fanum Dianae Amarysiae teste Pausania in Atticis.

Ἄθυμβρα, πόλις Καρίας.] Tria, uti ex Epitomatore apparet, haec civitas sortita fuit nomina. Nam vocata fuit, *Ἄθυμβρα*, et *Νύσσα*, et *Πυθόπολις*. Vide Stephanum in *Νύσαι* et *Πυθόπολις*.

Ἀθύρας, ἐπίνειον, καὶ ποταμὸς etc.] Navale, fluvius et sinus, quantum ex Plinio, Mela et Ptolemaeo queam colligere, circa Byzantium in Propontidem exeunt: et apud priores absque adspiratione *Atyras* legitur.

— *Ὡς Εὐφορίων.*] Stephanus quam plurimis locis laudat Euphorionem; sed quia duo hoc nomine exstiterunt, difficillimum est discernere, quis horum hoc loco a Stephano citetur. Lege Suidam, et Vossium de Hist. Graec. lib. I. cap. XVI.

— *Ὡς Νυμφόδωρος.*] Fuit Nymphodorus Amphipolites, 46
de quo legimus apud Clementem Alexand. lib. I. *Στρωμάτεων.* a
Et alius Syracusanus, de quo Athenaeus lib. VI. VII. et XIII. et apud Aelianum de animal. lib. XI. et XVI. Sed uter horum debeat intelligi, coniectura minime assequi possum.

Ἄθως, ὄρος Θράκης.] Multi hunc montem Macedoniae attribuunt, sed re vera Thraciae est adscribendus cum Plinio lib. IV. cap. XII. Mela lib. II. cap. II. Apollonii Rhodii Scholiaste ad lib. primum, aliisque plurimis.

— *Ὡς Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας.*] Vide Ger. Ioh. Vossium de Hist. Graecis lib. IV. cap. XIV.

— *Καί τις Ἄθω τόσον ὕψος* etc.] In toto Stephano vix alter est isto corruptior locus. Et nihil iuvant veteres libri. Miratur vir summus et incomparabilis Isaacus Vossius eruditos, qui hunc locum citant, ita illum transilire, tanquam si plana essent omnia, cum tamen nullus in hisce verbis sit sensus. Procul dubio scripserat Nicander:

Καί τις Ἄθω τόσον ὕψος ἰδὼν Θρηΐκος ἀπ' ἀγροῦ
Ἔκλυσεν, οὐδηθέντος ἀμετρήτῳ ὑπὸ λίμνῃ,
Ἧς ἀνασπῶν χείρεσσι δύο ῥίπτεσκ' ἐπὶ Λήμνῳ
Ἠλίβατον προθέλυμνα Καναστραίης πάρος ἄκρης.

— *Βάλλει δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τριακοσίους.*] Quo montes sunt altiores, eo etiam longiorem umbram eiaculantur. Apud Apollon. Rhod. elegantissimus exstat locus de umbra huius montis:

Ἦρι δὲ νισσομένοισιν Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη

Θρηΐκίη, ἢ τόσσον ἀπόπροθι Λῆμνον ἐοῦσαν,
Ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.
Caeterum dubia luce pergentibus aperiebatur Athonis umbo
Thracius, qui Lemnum, licet tantum distantem,
Quantum instructior oneraria conficiat in meridiem,
Extantissimo inumbrat fastigio, vel Myrinam usque.

Quod hic canit Apollonius, confirmatur a Plinio lib. IV. cap. XII. *Oppida habet* (scil. Lemnos) *Hephaestiam et Myrinam, in cuius forum solstitio Athos eiaculatur umbram.* Etym. Mag. auctor: *Ἐν τῇ Λήμνῳ βοῦς χαλκῆ ἵδρυται, ἐφ' ἣν τοῦ Ἄθω ἡ σκιὰ φθάνει.*

— *Εἴρηται δὲ καὶ Ἄθοος, ὡς τὸ Κῶς Κόος.*] Salmasius in
46 Palatinis codicibus invenit, *εἴρηται δὲ καὶ Ἀθῶος, ὡς τὸ Κῶς Κῶ-*
b *ος.* Haec epitomator de casu recto et non de obliquo intelligere videtur: nam infra inquit, *ἡ κλίσις διττὴ, καὶ Ἄθοος καὶ Ἄθως,* quae de casu obliquo procul omni dubio intelligi debent.

— *Ἡ κλίσις διττὴ, καὶ Ἄθοος, καὶ Ἄθως.*] Codex Vossianus mihi exhibuit: *ἡ κλίσις διττὴ, καὶ Ἄθοος καὶ Ἄθῳ.* Et ita Salmasius in Palatinis codd. invenit.

— *Τὸ τοπικὸν Ἄθωος, χωρὶς τοῦ ι.*] Imo contrarium sustinet Etymologici Mag. auctor. *Ἀθῶος, σημαίνει τὸν ἐν τῷ Ἄθῳ ὄρει τιμώμενον, κατὰ τὴν ἀκρίβειαν δὲ ὤφειλεν ἔχειν τὸ Ι καὶ περισπᾶσθαι,* [legerem *προπερισπᾶσθαι*, et sic etiam infra] *ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ Ἄθω ὄρους ἐγένετο. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς ως διὰ τοῦ ῳος παράγωγα σὺν τῷ ι γράφεται καὶ περισπᾶται. οἷον Μίνως Μινῷος. πατρὸς πατρῷος* etc. *οὕτω καὶ Ἄθως Ἀθῷος ὤφειλεν εἶναι.* Fortassis haec differentia inde oritur, quod apud Stephanum scribatur *Ἄθωος*, et in Etymologico *Ἀθῶος*, nam circumflexa magis desiderant cum *I* scribi, quam illa quae non circumflectuntur.

— *Τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ Ι.*] Ita habent scripti codices et editi omnes. Conqueritur Salmasius ad oram sui codicis hunc locum esse corruptissimum et nihil opis in veteribus libris reperisse: sensus tamen erit planus si eum ita legere et constituere liceat: *Τὸ δὲ Ἀθῷον ἐκ τῆς θωῆς, δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ Ι γράφεται.* Contrarium confirmat Etymol. Mag. auctor in voce *Ἀθῶος. ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Ἀθῴος τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀζημίου, καὶ τὸ Ι ἀποβάλλει. καὶ προπαροξύνεται. οὕτως ὁ χοιροβόσκος.* Starem tamen a partibus Stephani: Etymologus sibi ipse contradicit, nam in praecedenti voce dixerat: *Ἀθῶος, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ζῶ ζωὴ, ἰῶ ἰωὴ, ἡ ἐπιτεταμένη βοὴ ἢ φωνή. οὕτω παρὰ τὸ θῶ τὸ κατα-*

βάλλω καὶ ζημιῶ, θωὴ, ἡ ζημία. ὁ γὰρ ζημιούμενος καταβάλλεταί τι. ἐξ αὐτοῦ γίνεται θωός, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, ἄθῳος, ὁ ἀζήμιος. ἔχει δὲ τὸ I ἐκ παραδόσεως, ἐπειδὴ εἴρηται θωϊὴ, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Haec valde probo, licet Etymologus postea eadem reiiciat. Nam si apud Archilochum Θωϊὴ reperitur, necesse est Ἀθῷος cum iota subscribi.

Αἶα, πόλις Κόλχων, κτίσμα Αἰήτου etc.] Huius oppidi meminit Apollon. Rhod. lib. II. versu 1096.

Ἐξ Αἴης ἐνέοντο παρ' Αἰήταο Κυταίου.
Aea proficiscebantur ab Aeata Cytaeo.

Et Valerius Flac. lib. I. Argonanticor.

Barbarus in patriis sectatur montibus Aeam,
Phasis amore furens. ——

Quod ad situm attinet haud absimilem invenimus apud Ptolemae- 47
um lib. V. cap. X. a

Ἵππου ποταμοῦ ἐκβολαί	ο α	λ ς ∠
Νεάπολις	ο α ∠	μ ς ο
Κυανέου ποταμοῦ ἐκβολαί	ο α ∠	μ ς ς
Σιγάνεον	ο α ∠	μ ε ∠ δ
Αἰάπολις	ο β	μ ε ∠ ς

Vide Stephanum in voce Διοσκουριάς, ubi refert oppidum nunc vocari *Sebastopolin.*

— Θαλάσσης ἀπέχουσα στάδια τριακόσια.] Aut Stephanus est corruptus, aut Plinius, apud quem lib. VI. cap. IV. ita legimus: *Maxime autem inclaruit Aea*, XV. *passuum a mari, ubi Hippos et Cyanos vasti amnes e diverso in eum confluunt.* Nam trecenta stadia conficiunt 37. M. D. pass. uti computantibus erit manifestum. Haec absque praestantioribus MSS. non facile conciliari possunt.

— Καὶ Κυάνεος.] In MS. καὶ Κύανος. Sed legendum esse, καὶ Κυάνεος apparet ex Ptolemaeo iam allegato. Apud Plinium tamen *Cyanos* legitur, quod mendi suspicionem non fugit. Ab aliis hic fluvius *Glaucus* appellatur: sed quae causa fuerit mutationis nondum mihi est perspectum.

— Ἔοικε δὲ τοὐναντίον ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης εἶναι etc.] Dixerat in principio huius tmematis civitatem conditam ab Aeeta, quasi ab illo sic esset appellata. Ergo iam opponit, dicens ab Aea potius τὸ Aeetes derivari posse: nam postea subiicit, gentile Αἰαῖος dici. Sed promiscue appellatur. Nam Circen Aeeam vocat Homerus Odyss. I.

Ὡς δ' αὔτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισι
Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι.

Θρηϊκίη, ἢ τόσσον ἀπόπροθι Λῆμνον ἐοῦσαν,
Ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.
Caeterum dubia luce pergentibus aperiebatur Athonis umbo
Thracius, qui Lemnum, licet tantum distantem,
Quantum instructior oneraria conficiat in meridiem,
Extantissimo inumbrat fastigio, vel Myrinam usque.

Quod hic canit Apollonius, confirmatur a Plinio lib. IV. cap. XII. *Oppida habet* (scil. Lemnos) *Hephaestiam et Myrinam, in cuius forum solstitio Athos eiaculatur umbram.* Etym. Mag. auctor: *Ἐν τῇ Λήμνῳ βοῦς χαλκῆ ἵδρυται, ἐφ' ἣν τοῦ Ἄθω ἡ σκιὰ φθάνει.*

— *Εἴρηται δὲ καὶ Ἄθοος, ὡς τὸ Κῶς Κόος.*] Salmasius in
46 Palatinis codicibus invenit, *εἴρηται δὲ καὶ Ἀθῶος, ὡς τὸ Κῶς Κῶ-*
b *ος.* Haec epitomator de casu recto et non de obliquo intelligere videtur: nam infra inquit, *ἡ κλίσις διττή, καὶ Ἄθοος καὶ Ἄθως,* quae de casu obliquo procul omni dubio intelligi debent.

— *Ἡ κλίσις διττή, καὶ Ἄθοος, καὶ Ἄθως.*] Codex Vossianus mihi exhibuit: *ἡ κλίσις διττή, καὶ Ἄθοος καὶ Ἄθῳ.* Et ita Salmasius in Palatinis codd. invenit.

— *Τὸ τοπικὸν Ἄθωος, χωρὶς τοῦ ι.*] Imo contrarium sustinet Etymologici Mag. auctor. *Ἀθῶος, σημαίνει τὸν ἐν τῷ Ἄθῳ ὄρει τιμώμενον, κατὰ τὴν ἀκρίβειαν δὲ ὤφειλεν ἔχειν τὸ Ι καὶ περισπᾶσθαι,* [legerem *προπερισπᾶσθαι,* et sic etiam infra] *ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ Ἄθως ὄρους ἐγένετο. τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς ως διὰ τοῦ ῳος παράγωγα σὺν τῷ ι γράφεται καὶ περισπᾶται. οἷον Μίνως Μινῷος. πατρὸς πατρῷος* etc. *οὕτω καὶ Ἄθως Ἀθῷος ὤφειλεν εἶναι.* Fortassis haec differentia inde oritur, quod apud Stephanum scribatur *Ἄθωος,* et in Etymologico *Ἀθῶος,* nam circumflexa magis desiderant cum *I* scribi, quam illa quae non circumflectuntur.

— *Τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ Ι.*] Ita habent scripti codices et editi omnes. Conqueritur Salmasius ad oram sui codicis hunc locum esse corruptissimum et nihil opis in veteribus libris reperisse: sensus tamen erit planus si eum ita legere et constituere liceat: *Τὸ δὲ Ἀθῷον ἐκ τῆς θωῆς, δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ Ι γράφεται.* Contrarium confirmat Etymol. Mag. auctor in voce *Ἀθῶος. ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Ἀθῴος τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀζημίου, καὶ τὸ Ι ἀποβάλλει, καὶ προπαροξύνεται. οὕτως ὁ χοιροβόσκος.* Starem tamen a partibus Stephani: Etymologus sibi ipse contradicit, nam in praecedenti voce dixerat: *Ἀθῷος, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ζῶ ζωή, ἰῶ ἰωή, ἡ* [illegible] *βοὴ ἢ φωνή, οὕτω παρὰ τὸ θῶ τὸ κατα-*

βάλλω καὶ ζημιῶ, θωὴ, ἡ ζημία. ὁ γὰρ ζημιούμενος καταβάλλεταί τι. ἐξ αὐτοῦ γίνεται θωός, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, ἄθῳος, ὁ ἀζήμιος. ἔχει δὲ τὸ Ι ἐκ παραδόσεως, ἐπειδὴ εἴρηται θωϊὴ, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ. Haec valde probo, licet Etymologus postea eadem reiiciat. Nam si apud Archilochum Θωϊὴ reperitur, necesse est Ἀθῷος cum iota subscribi.

Αἶα, πόλις Κόλχων, κτίσμα Αἰήτου etc.] Huius oppidi meminit Apollon. Rhod. lib. II. versu 1096.

> Ἐξ Αἴης ἐνέοντο παρ' Αἰήταο Κυταίου.
> *Aea proficiscebantur ab Aeata Cytaeo.*

Et Valerius Flac. lib. I. Argonauticor.

> *Barbarus in patriis sectatur montibus Aeam,*
> *Phasis amore furens.* ——

Quod ad situm attinet haud absimilem invenimus apud Ptolemae- 47
um lib. V. cap. X. a

Ἵππου ποταμοῦ ἐκβολαὶ	ο α	λ ς ∠
Νεάπολις	ο α ∠	μ ς ο
Κυανέου ποταμοῦ ἐκβολαὶ	ο α ∠	μ ς ς
Σιγάνεον	ο α ∠	μ ε ∠ δ
Αἰάπολις	ο β	μ ε ∠ ς

Vide Stephanum in voce *Διοσκουριὰς*, ubi refert oppidum nunc vocari *Sebastopolin.*

— *Θαλάσσης ἀπέχουσα στάδια τριακόσια.*] Aut Stephanus est corruptus, aut Plinius, apud quem lib. VI. cap. IV. ita legimus: *Maxime autem inclaruit Aea*, XV. *passuum a mari, ubi Hippos et Cyanos vasti amnes e diverso in eum confluunt.* Nam trecenta stadia conficiunt 37. M. D. pass. uti computantibus erit manifestum. Haec absque praestantioribus MSS. non facile conciliari possunt.

— *Καὶ Κυάνεος.*] In MS. *καὶ Κύανος.* Sed legendum esse, *καὶ Κυάνεος* apparet ex Ptolemaeo iam allegato. Apud Plinium tamen *Cyanos* legitur, quod mendi suspicionem non fugit. Ab aliis hic fluvius *Glaucus* appellatur: sed quae causa fuerit mutationis nondum mihi est perspectum.

— *Ἔοικε δὲ τοὐναντίον ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης εἶναι etc.*] Dixerat in principio huius tmematis civitatem conditam ab Aeeta, quasi ab illo sic esset appellata. Ergo iam opponit, dicens ab Aea potius τὸ Aeetes derivari posse: nam postea subiicit, gentile *Αἰαῖος* dici. Sed promiscue appellatur. Nam Circen Aeeam vocat Homerus Odyss. *I.*

> Ὡς δ' αὔτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισι
> Αἰαίη, δολόεσσα, λιλαιομένη πόσιν εἶναι.

[redacted]

Alterius gentilitii, (scilicet Aeates sive Aeetes) meminit Valerius Flac. lib. 1. Argon.

Hunc ferus Aeetes, Scythiam Phasimque rigentem
Qui colit. ——

— *Ἧς μέμνηται Σοφοκλῆς.*] Fabulae nomen non expressit; et loca quae hic producuntur tanti non videntur pretii, ut tempus nostrum teramus ad investigandum.

— *Μακεδονίας πηγή.*] Omnes dissentiunt de loco huius
47 fontis. Hesychius: *Αἶα, γῆ, γαῖα κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ γ, καὶ ὥς*
b *τινες κρήνη ἐν Παφλαγονίᾳ.* Et Etymologici Mag. auctor fontem hunc in Paeonia collocat: *Αἶα ὑπὸ Κυρηναίων τηθὶς καὶ μαῖα, καὶ ἀδελφὴ Κρήτης. καλεῖται δὲ καὶ κρήνη ἐν Παιονίᾳ.* Sed fortassis hi omnes fontem cum fluvio confundunt, nam fuit Aeas fluvius Macedoniae ex Pindo monte oriens ac in mare Ionium inter Dyrrachium et Apolloniam sese praecipitans, de quo fit mentio apud Ovid. lib. 1. Metam.

Apidanusque senex, lenisque Amphrysus, et Aeas.

— *Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι.*] Consule Suidam, qui quinque Antimachos enumerat, e quibus unum eligat lector.

Αἰαμήνη. Ὡς Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ.] Ex scriptis codicibus ita reposuimus. Insulse, imo ridicule omnes exhibent editiones: *ὡς Οὐράνιος ἐν Αἰακιδῶν δευτέρῳ.*

Αἰανή, πόλις Μακεδονίας.] Totidem verbis Suidas hunc Stephani locum in suum Lexicon transcripsit.

— *Ἰσχναῖος γὰρ λέγουσι.*] Sic habent omnes vulgati codices, sed perperam. Cod. Voss. *Ἰχναῖος γὰρ λέγουσι,* de qua lectione non est dubitandum: nam Stephanus illud ipsum gentile format a voce *Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας,* quem locum vide.

— *Καὶ Βεῤῥοιαῖος.*] Legerem hoc loco, *καὶ Βεροιαῖος,* uti habet ipse Stephanus in voce *Βέροια.*

Αἰανῖτις. Τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης. προκατελήφθη γάρ.] Haec ut opinatur Salmasius ita sunt legenda et distinguenda. *Τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης, προκατελήφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ. διὰ διφθόγγου. Σοφοκλῆς δὲ Αἰάντειαν γράφει, καὶ δίχα τοῦ ι.* Sed haec non placent: totum locum ita scriberet incomparabilis Gronovius: *τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης, προκατελήφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου. Σοφοκλῆς δὲ Ἀανῖτιν γράφει δίχα τοῦ ι.* In Vossiano cod. inveni, *τὸ ἐθνικὸν Αἰανῖται* etc.

Αἰβοῦδαι, νῆσοι πέντε τῆς Βρετανικῆς.] MSS. *Αἰβοῦδαι, νῆσοι πέντε τῆς Πρετανικῆς.* Sed litera *B* et *Π* saepe confunduntur, ut unicuique est manifestum. Accurate loquendo non sunt Britanniae, sed Hiberniae insulae, nisi Britanniae nomine etiam Scotia et Hibernia comprehendantur aut confundantur. Ptole-

[redacted]

maeus lib. II. cap. II. Ὑπέρκεινται δὲ νῆσοι τῆς Ἰουερνίας αἵ τε 48
καλούμεναι Ἐβοῦδαι, ε τὸν ἀριθμὸν, ὧν ἡ μὲν δυτικωτέρα κα- a
λεῖται

Ἔβουδα ι ε ξ β
Ἡ δὲ ἑξῆς αὐτῶν πρὸς ἀνατολὰς ὁμοίως
Ἔβουδα ι ε γ ξ β
Εἶτα Ῥικίνα ι ζ ξ β
Εἶτα Μαλεός ι ζ ∠ ξ β ς
Εἶτα Ἐπίδιον ι η ξ β.

Camdenus, qui prae caeteris videtur fidem mereri, affirmat occidentalem Ebudam appellari hodie *Lewes*, et orientalem *Skye*. Et Ricina ipsi dicitur *Racline*, Maleos *Mula*, et Epidium *Iva*.

Αἴβουρα, πόλις Ἰβηρίας, ὡς Στράβων.] Apud Strabonem non invenio ita scriptum, sed Ἐβοῦρα. ita enim apud ipsum lib. tert. legitur: Ἐντεῦθεν δ' ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους ἐστὶ, καὶ πόλις Ἐβοῦρα, καὶ τὸ τῆς Φωσφόρου ἱερὸν, ἣν καλοῦσι Λουκεμδουβίαν. *Inde supra Baetim navigatur, et urbs succedit Ebūra, et Luciferi fanum quod vocant Lucem dubiam.* An hoc oppidum intelligat Stephanus, iudicet lector. Situm huius oppidi non satis accurate noster expressit: alio loco accuratius. Ἔβορα, παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα. Sed an pro eadem de qua nunc agimus debeat haberi, difficulter dixerim. Apud Ptolemaeum tria hoc nomine oppida reperiuntur, Ἔβορα Turdulorum, et Ἔβορα Hedaetanorum, et Ἐβοῦρα Lusitanorum: adeo ut ex similitudine τῶν στοιχείων Stephanum de ultima loqui, non vane coniecerim.

— *Κόλουρα Κολουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην.*] Locum vel urbem non novi. Si circa Prienen Ioniae oppidum Βοῦρα esset sita, suspicarer hic debere legi: *Βοῦρα Βουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην.*

— *Ἄργουρα, πόλις Εὐβοίας.*] Fortassis rescribendum est: Ἄργουρα, τόπος Εὐβοίας, ita enim habet Stephanus in isthac dictione.

— *Ἴουρα Ἰουραῖος.*] Aliis locis nihil exstat de hac voce apud Epitomatorem. In Burgundionum finibus mons reperitur hoc nomine, cuius meminit Caesar lib. I. de bello Gallico: et Ἴουρα quoque ab interprete Graeco appellatur.

— *Κίβυρα Κιβυράτης.*] Obiter etiam huius oppidi auctor meminit in voce Καβαλίς. Vide et Strabonem lib. XIII.

Αἰγάτης, Αἰολίδος ἄκρα.] Sic habent scripti libri et editi, sed pessime. Procul dubio legendum est, *Αἶγα, τῆς Αἰολίδος ἄκρα*, uti iam monuit Casaubonus.

— *Ὡς Στράβων, ἣ νῦν Κανὴ καὶ Καναὶ λέγεται*] Vide-

tur restituendum: *ὡς Στράβων, ἣν νῦν Κανὴν καὶ Κανὰς λέγουσι.* Nam in cod. Vossiano perperam exaratum est, *ὃ νῦν Κανὴν καὶ Κανὰς λέγεται.* Haec si cum Strabone conferantur, unicuique erit manifestum hunc locum esse mutilum et multa ei excidisse: nam quae nobis exhibet cod. Voss. potius de monte quam promon-
48 torio sunt accipienda: sed ipsum Geographi locum ex lib. XIII.
b producamus. *Αὕτη δὲ μέχρι τῶν Ἀργινουσῶν διήκει καὶ τῆς ὑπερκειμένης ἄκρας, ἣν Αἶγα τινὲς ὀνομάζουσιν ὁμωνύμως τῷ ζώῳ. δεῖ δὲ μακρῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν Αἰγᾶν, ὡς Ἀκτᾶν, καὶ Ἀρχᾶν. οὕτω γὰρ καὶ τὸ ὄρος ὅλον ὠνομάζετο, ὃ νῦν Κανὴν καὶ Κανὰς λέγουσι. Ea regio usque ad Arginusas pertinet, iisque imminens promontorium, quod Aega nonnulli appellant, quasi capram: est autem Aegan pronunciandum, ut Archan et Actan: sic enim totus mons appellatur, quem nunc Canen et Canas appellant.* Vide Casaubonum ad illum locum.

— *Τὸ τοπικὸν, Αἰγαῖος. καὶ τὸ πέλαγος οὕτως.*] Ita hunc locum curavimus, qui antea in vulgatis pessima interpunctione laborabat, ibi enim distinguebatur hoc modo: *Τὸ τοπικὸν, Αἰγαῖος. καὶ τὸ πέλαγος. οὕτως ἐστὶ καὶ πόλις Φοινίκων, ὡς Ἑκαταῖος.*

Αἰγαῖον. πέλαγος.] Si omnia colligerem, quae de Etymologia Aegaei maris a poëtis, Scholiastis et aliis fabulantur, commentarii fines excederent. Strabo lib. VIII. putat nomen accepisse ab Euboeae oppido, et lib. XIII. ab Aega Aeolidis promontorio. Festus a crebris insulis quae procul aspicientibus videantur species *αἰγῶν*, caprarum. Plinius ab Aege scopulo inter Tenedum et Chium. Vide et Suidam et Apollonii Scholiast. ad librum primum, et Stephanum in *Κάρυστος*, et alios quam plurimos.

— *Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κίῤῥα, ὡς Ἡσίοδος.*] Hunc locum sollicitavit Graevius vir doctissimus in lectionibus Hesiodeis cap. XXV. putatque eum ita debere constitui: *Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κύρβῃ.* Nam uti optime observavit, Cirrha in Creta nulla est. Stephanus: *Ἱερὰ Πύτνα πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Κύρβα, εἶτα Πύτνα, εἶτα Κάμιρος, εἶθ' οὕτως ἱερὰ Πύτνα.* Hunc locum errore oculi vel manus male transcripsit, eximia enim viri eruditio non patitur aliter judicare. Ego autem in verbis Stephani, quae satis sana sunt, nihil mutandum, aut emendandum censeo: et illa non de colle Cretensi, sed de campo quodam Phocidis accipio: nam praeterquam quod hoc ex mentione de Pytheo facta evinci posset, insuper etiam certissimum est, ita quondam Eustathium hunc locum intellexisse, uti manifeste liquet ex commentariis ad Dionysium; sic

[redacted]

enim inquit pag. 22. Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον πέλαγος Αἰγαῖον, ἀλλὰ καὶ πεδίον τι περὶ τὴν Φωκίδα γῆν ἱστορεῖται καλούμενον Αἰγαῖον ἐκεῖνο, παρὰ τὸν ἐκεῖ Αἴγαν ποταμόν. Adeo ut neque applausum in eo praebere queam, Stephanum haec Hesiodi verba respexisse, quae leguntur in Deorum Generatione:

Αἰγαίῳ ἐν ὄρει πεπυκασμένῳ ὑλήεντι.

Nam Poëta de *monte* et Stephanus de Campo Aegaeo loquitur, non in Creta, sed in Phocide sito.

— *Λέγεται παρὰ αἶγα πότε φερομένην ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πύθιον ὄρους.*] Viri docti hunc locum citantes, ita enim transiliunt, ut in mendi suspicionem ne quidem veniat; verum neque sana 49
est haec lectio, nec quam illi affinximus, interpretatio. Salmasius in MSS. Palatinis invenit: λέγεται παρὰ Αἴγαν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τοῦ περὶ τοῦ Πύθιον ὄρους. Codex Voss. λέγεται παρ' ἃ Αἴγαν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πύθιον ὄρος. Sed in Pall. et in Vossiano locus leviter est corruptus, quem ita restituere oporteret: λέγεται παρὰ Αἴγαν ποταμὸν φερόμενον ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Πυθεῖον ὄρους. Non est hic frustrandus sua laude I. Casaubonus, vir incomparabilis, qui quondam hunc Stephani locum a foedissimo illo mendo vindicavit, indicans haec verba in antiquis membranis διὰ σημείων exarata fuisse; adeo ut librarius imperitus hanc notam ꝑ, quae ποταμὸν significat, non intelligens, ποτὲ scripserit, et Αἴγαν in αἶγα commutaverit. Quemadmodum veteres, ita etiam nos aliquando integris notis, vel literis et signis in scribendo vocem comprehendimus et contrahimus: quae scribendi ratio potissimum duplicem scopum habet, nempe celeritatem, et obscuritatem iis in rebus, quas alios celare nitimur. Sic librarii pro γράφει hac figura ƒγ, et pro γράφεται ƒγαι isthac utuntur, haec Ἡρο apud illos valet Herodotus, et illa Ἡρω Herodianus. Sic etiam in antiquorum Medicorum libris membra corporis humani per compendia plerumque exprimuntur. Sic ♣ τὸν ἐγκέφαλον: ita ⊙ τὴν κεφαλήν: hoc modo ʘʘ τοὺς ὀφθαλμοὺς designant et sic reliquis alia figura ἀπὸ τῶν ταχυγράφων ἢ ὀξυγράφων affingitur. Sed scripura διὰ σημείων olim praecipue utebantur Astrologi et Mathematici, uti nostro tempore Chymicornm filii, ne putrida illorum secreta omnibus et singulis innotescant. De hoc scribendi genere lege Ioan. Wowerium Polymath. cap. v.

— *Ἀφ' οὗ τὸ πεδίον Αἴγαιον.*] Sic habent libri scripti et editi. Et licet alii admonuerint hoc loco scribendum esse, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον Αἰγαῖον, ego tamen nihil immutandum censeo: nam solent Attici Αἴγαιον, et communis idiomatis imitatores Αἰγαῖον efferre. Attici in plurimis vocabulis mutant accentum, licet ean,

dem vocis scripturam servent: sic dicunt ἱέρεια pro ἱερεία, εὔκλεια pro εὐκλεία, θύεια pro θυεία, et ita hic Αἴγαιον pro Αἰγαῖον. Suidas in illa voce: Αἰγαῖον οὖν πέλαγος τὸ φοβερώτατον. Ἀττικώτερον δὲ τὸ Αἴγαιον.

Αἰγαὶ πολλαί. πόλις Κιλικίας.] Omnes vulgati codices ita exhibent, sed planiori sensu in MSS. legitur: Αἰγαὶ, πόλεις πολλαί. Κιλικίας et sic porro. Oppidi huius Ciliciae meminit Ptolemaeus lib. v. cap. viii. et eundem ei situm adscribit Lucanus lib. iii. hisce verbis:

Deseritur Taurique nemus, Perseaque Tarsos,
Coryciumque patens exesis rupibus antrum,
Mallos, et externae resonant navalibus Aegae.

— Μακεδονίας, ἥτις καὶ Μηλοβότειρα ἐλέγετο.] Varia haec civitas sortita fuit nomina: alterum nomen hic est Μηλοβότειρα. Vocabatur etiam Bunomus et Bunomea, et Pella (uti ipse testatur Stephanus in isthac voce) et Edessa apud Iustinum lib. vii. cap. i. cuius locus ita est legendus: *Urbem Edessam ob memoriam muneris Aegeas, populum Aegeadas vocavit.* Sed Plinio lib. iv. cap. x. singulari numero Aege dicitur. *Aege, in quo mos sepelire reges.* Accuratissimum atque amoenissimum urbis situm lege apud Livium lib. xliv. cap. 46.

49 — Καὶ Εὐβοίας, ἃς Ὅμηρος ἐν τῷ Ν.] Lego: Καὶ Εὐβοίας,
b ἃς Ὅμηρος ἐν τῷ Ν Ἰλιάδος: nam ibi locus extat quem respicit:

Τρὶς μὲν ὀρέξατ' ἰὼν, τὸ δὲ τέτρατον, ἵκετο τέκμωρ
Αἰγάς. ——
Ter quidem porrexit gressum, quarto autem pervenit ad locum destinatum
Aegas.

Multarum profecto Aegarum hoc loco meminit Stephanus, de quibus ne γρῦ quidem apud historicos aut Geographos exstat. Aeolidis tamen mentio facta est Plutarcho in Themistocle; ἔφυγεν εἰς Αἰγὰς, Αἰολικὸν πολισμάτιον. et Plinius lib. v. cap. xxx. Sed miror Stephanum nihil dixisse de Aegis Achaïcis, de quibus apud Strabonem lib. viii. et Lycophronis Scholiast. pag. 27. Tempore autem Pausaniae oppidum illud pagus erat, ut testatur in Arcadicis, cuius situm accurate in Achaïcis demonstrat.

— Ἀπὸ δὲ τρισυλλάβου, εὕρηται καὶ οὕτως, Αἰγιάτης.] Hic locus ante in vulgatis mala interpunctione laborabat, quem ita distinguendum admonuit Salmasius in Plin. exercit. pag. 156. Hinc liquet urbis nomen non tantum fuisse Αἰγαὶ, sed etiam Αἰγαία et Αἴγεια: nam tribus syllabis effertur a Theophrasto in libello de ventis, de quo loco nihil dicimus, quem iam dudum emendavit incomparabilis I. Vossius.

[redacted]

Αἴγειρα, πόλις Ἀχαΐας.] Clarissime eius situm nobis Polybius lib. IX. hisce verbis demonstrat: *Ἡ δὲ τῶν Αἰγειρατῶν πόλις ἔκτισται μὲν τῆς Πελοποννήσου κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, μεταξὺ τῆς Αἰγιέων καὶ Σικυωνίων πόλεως. κεῖται δὲ ἐπὶ λόφων ἐρυμνῶν καὶ δυσβάτων. νεύει δὲ τῇ θέσει πρὸς τὸν Παρνασσὸν, καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς ἀντιπέρα χώρας. ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. Oppidum porro Aegira situm est in ea Peloponnesi parte, quam Corinthiacus sinus alluit, inter Aegium et Sicyonem, collibus quibusdam imposita egregiè munitis et inaccessis. Spectat eius situs Parnassum et vicina loca in regione opposita; distatque a mari stadia septem.* Lege etiam Plinium lib. IV. cap. V. Melam lib. II. cap. III. et Ptolemaeum lib. III. cap. XVI.

— *Ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως τὴν χώραν Αἰγίαλον φασὶ, τό τε Αἴγιον. καὶ ἔστιν Αἴγειρα, τὸ ἐθνικὸν Αἰγειράτης.*] Quis non animadverteret hunc locum in mendo delitescere? Magnum Salmasium in eo restituendo valde fluctuantem et dubitantem reperio, dum tribus modis illi medicinam adhibere nitatur. Primo contendit hanc veram esse lectionem: *ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως, τὴν χώραν Αἰγίαλον φασὶ, ἢ τὸ Αἴγιον καὶ τὴν Αἴγειραν.* Deinde post *τό τε Αἴγιον* inquit deesse *ἀπὸ Αἰγέως*, vel simile quid. Et denique ultima huius loci verba ita corrigit: *καὶ ἔστιν Αἰγείρας τὸ ἐθνικὸν, Αἰγειράτης.* Ex diverso hoc emendandi modo totum locum procul omni dubio sic constituisset: *ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως τὴν χώραν Αἰγίαλον φασὶ, τό τε Αἴγιον ἀπὸ Αἰγέως. καὶ ἔστιν Αἰγείρας τὸ ἐθνικὸν, Αἰγειράτης.* Sed si mei arbitrii res foret, minori adhuc mutatione locum ita constituerem: *ἔνιοι ἀπὸ Αἰγιαλέως τὴν χώραν Αἰγιάλειαν φασὶ, ἐν ᾗ τε Αἴγιον ἔστι καὶ Αἴγειρα. τὸ ἐθνικὸν Αἰγειράτης.* Hanc veram lectionem puto: nam Achaïa antiquis temporibus Aegialea appellàta fuit, uti liquet ex Strabonis lib. VIII. *Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν παλαιὸν Ἴωνες ἐκράτουν, ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ μὲν παλαιὸν Αἰγιάλεια, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Αἰγιαλεῖς.* Vide et Eustathium ad 60 lib. II. Iliad. pag. 292. qui eandem sententiam ex Geographo ma- a gis ibi confirmat: et Etymologici mag. auctorem, qui habet *Αἰγιάλεια ἡ νῦν Ἀχαΐα.* Quod etiam confirmatur verbis Ioan. Antiochensis *περὶ ἀρχαιολογίας*, ubi inquit· *ἀπὸ Αἰγιαλέως βασιλέως Σικυῶνος, Αἰγιαλεία ἡ νῦν Πελοπόννησος.*

— *Παυσανίας δὲ ἕκτῳ λέγει.*] Historia haec a Pausania in Achaïcis, sive libro septimo narratur, adeo ut rescribendum sit, *Παυσανίας δὲ ἑβδόμῃ λέγει*: nisi quis posset probare in veteribus libris aliam divisionem obtinuisse. Apud Pausaniam pluribus verbis haec narratio describitur, cuius verba et Epitomatorem Ste-

phani in compendium redegissé liquido apparet; ita enim Pausanias: Ὁμήρου δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὑπερησία ὠνόμασται. τὸ δὲ ὄνομα τὸ νῦν ἐγένετο Ἰώνων ἐποικούντων. ἐγένετο δὲ ἐπ' αἰτίᾳ τοιᾷδε. Σικυωνίων ἀφίξεσθαι στρατὸς ἔμελλεν αὐτοῖς πολέμιος ἐς τὴν γῆν. οἱ δὲ (οὐ γὰρ ἐδόκουν ἀξιόμαχοι τοῖς Σικυωνίοις εἶναι) ἀθροίζουσιν αἶγας, ὁπόσαι σφίσιν ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ· συλλέξαντες δὲ ἔδησαν πρὸς τοῖς κέρασιν αὐτῶν δᾷδας, καὶ ὡς πρόσω νυκτὸς ἦν, ἐξάπτουσι τὰς δᾷδας. Σικυώνιοι δὲ (ἰέναι γὰρ συμμάχους τοῖς Ὑπερησιεῦσιν ἤλπιζον καὶ εἶναι τὴν φλόγα ἐκ τοῦ ἐπικουρικοῦ πυρὸς) οἱ μὲν οἴκαδε ἐπανέρχοντο. Ὑπερησίας δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα τὸ νῦν μετέθεντο ἀπὸ τῶν αἰγῶν.

— Ἣν Ὅμηρος Ὑπερησίην φησί.] Locus quem innuit Epitomator exstat Iliad. *B.* versu 573.

Οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν.

Vel Odyss. *O.* versu 252.

Ὅς ῥ' Ὑπερησίην δ' ἀπενάσσατο πατρὶ χολωθείς.

Αἰγείρουσα, πόλις τῆς Μεγαρίδος.] Locus hic videtur ex eo nomen accepisse, quod populis nigris abundaverit, nam ἄγειρος huiusmodi arboris speciem denotat. Multa autem oppida a fructibus et a plantis in vel circa ea vel crescentibus nomen obtinuisse docet Epitomator in voce Ἀγνοῦς. Sic Πιτυοῦσα dicta fuit a copia pinuum; sic Δάφνη, παρὰ τῶν ἐκεῖ πολλῶν φυομένων δαφνῶν: sic Ἐρεικοῦσα ab Ericis, et similiter multa alia.

— Ὡς Στράβων.] Locus reperitur libro nono:

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
Ἔκ τε πολίχνης,
Ἔκ τ' Αἰγειρούσης, Νισαίης τε, Τριπόδων τε.

50 ἃ ἐστι χωρία Μεγαρικά. Xenophon lib. v. Hellen. etiam testatur
b esse oppidum agri Megarici.

— Λέγεται καὶ Αἴγειρος, ὡς Θεόπομπος.] Ita etiam a Suida in αἴγειρος oppidum appellari videtur. Αἴγειρος ὄνομα πόλεως. Sed apud Etymologici mag. auctorem corruptissime Ἄγιρον reperitur pro Αἴγειρος.

— Ἔστι καὶ Αἰολίδος πόλις Αἰγείρουσα, ὡς Ἡρόδοτος.] Innuit locum Herodoti, qui exstat lib. I. ubi undecim civitates Aeolicas enumerat, et hanc sua dialecto Aegiroessam appellat. Αἵδε δὲ αἱ Αἰολίδες, Κύμη, ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λήρισσαι, Νέον τεῖχος, Τῆνος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖαι, Μύρινα, Γρύνεια.

Αἰγεσταῖον. Αἰγέστου στρατηγοῦ.] Varii fuere Aegesti. Strabo agnoscit Αἴγεστον Troianum, qui missus a Philoctete in Siciliam Aegestam condidit: hunc etiam Dionys. Hal. memorat. Lycophron de Aegeste Troiano:

[redacted]

Ἄγχεστι τλῆμον σοὶ δὲ δαιμόνων φραδαῖς,
Πένθος μέγιστον. ——

Αἰγηΐς, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς.] Huius tribus etiam meminit Hesychius, et Ortelio eadem videtur quae a Polluce Αἴγις appellatur. Sed puto ibi mendum latere.

— Ἀπὸ Αἰγέως τοῦ Πανδίονος.] Vide Pausaniam lib. I. Sed alii referunt Aegeum Scyri filium esse, ut testatur Apollodorus lib. III. vel qui eum in compendium redegit. Ἔνιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν, ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος.

Αἰγηλοὶ, ἔθνος Μηδικόν.] Herodotus lib. tertio, uti observat Ortelius in Thesauro Geogr. mentionem facit de Aeglis (Αἶγλοι) populis Persicis. Qui an iidem sint, iudicabis.

Αἰγιαλὸς, μεταξὺ Σικυῶνος καὶ τοῦ Βουπρασίου καλούμενος τόπος.] Hic locus non videtur esse integer, et forte ita est restituendus. Αἰγιαλὸς, Πελοποννήσου, μεταξὺ Σικυῶνος καὶ τοῦ Βουπρασίου, οὕτως καλούμενος τόπος. Metuo ne Stephanus Sicyonem confundat cum eo loco, qui ipsi Αἰγιαλὸς dicitur. Pausanias lib. II. inquit: συμμαχήσοντα ἐπηγάγετο Σικυῶνα ἐκ τῆς Ἀττικῆς (scil. Laomedon) καὶ θυγατέρα τε συνῴκισεν αὐτῷ Ζευξίππην. καὶ ἀπὸ τούτου βασιλεύσαντος ἥ γῆ Σικυωνία, καὶ Σικυὼν ἀντὶ Αἰγιάλης ἡ πόλις ὠνομάσθη. *Laomedon ex Attica belli gerendi sibi socium Sicyonem adscivit, data ei in matrimonium filia Zeuxippa: a quo postea iam regnum adepto, et regio tota Sicyonia, et urbs, quae ante Aegiale fuit, Sicyon nuncupata est.* 51 a
Hinc est quod apud Hesychium legamus: Αἰγιαλεῖς, οἱ μετὰ Ἀγαμέμνονος στρατευσάμενοι πρότερον Ἴωνες. νῦν δὲ Ἀχαιοὶ ἐν Σικυῶνι. Non tantum in Peloponneso fuit urbs aut locus qui hoc nomine appellabatur, sed tote Peloponnesus olim Aegialea vel Aegialus vocabatur. Idem Pausan. eodem libro. Σικυώνιοι δὲ (οὗτοι γὰρ ταύτῃ Κορινθίοις εἰσὶν ὅμοροι) περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο. καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αἰγιαλὸς, ἀπ' ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι, καὶ Αἰγιάλειαν αὐτὸν οἰκίσαντα πρῶτον ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν. Vide etiam Apollodorum lib. II. circa initium, cuius verba infra producam.

— Ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ Ἰνάχου.] Consentit etiam Etymologici mag. auctor, cuius locum producam, quia in vulgatis est corruptissimus: Ἀπία τὸ γὰρ παλαιὸν ἐκαλεῖτο Αἰγιάλεια, ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ υἱοῦ Ἰνάχου τοῦ ἐν Ἄργει ποταμοῦ, καὶ Μελείης τῆς Ὠκεανοῦ. Totus hic locus sine ulla dubitatione ita est constituendus: Ἀπία τὸ γὰρ παλαιὸν ἐκαλεῖτο Αἰγιάλεια, ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ υἱοῦ Ἰνάχου, ἀφ' οὗ ἐν Ἄργει ποταμὸς, καὶ Μελίσσης τῆς Ὠκεανοῦ. Ita hunc locum esse legendum apparet manifeste ex

illo qui Apollodorum in compendium redegit; ita enim inquit lib. II. *Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος γίνεται παῖς Ἴναχος, ἀφ' οὗ ποταμὸς ἐν Ἄργει Ἴναχος καλεῖται. τούτου καὶ Μελίσσης τῆς Ὠκεανοῦ Φορωνεύς τε καὶ Αἰγιαλεὺς παῖδες ἐγένοντο. Αἰγιαλέως μὲν οὖν ἄπαιδος ἀποθανόντος, ἡ χώρα ἅπασα Αἰγιάλεια ἐκλήθη.* Sed longe aliud sentit Plinius lib. IV. cap. V. *Achaiae nomen provinciae ab Isthmo incipit: ante Aegialos vocabatur propter urbes in litore per ordinem dispositas.*

— *Ἴστρος ἐν ἀποικίαις τῆς Αἰγύπτου.*] Idem Istri liber citatur in voce *Ὤλενος*. De reliquis eius scriptis vide Vossium de Hist. Graec.

— *Ἔστιν ἕτερος Αἰγιαλὸς, προσεχὴς τῷ Πόντῳ, μετὰ τὴν Κάραμβιν ἄκραν.*] Huius meminit eruditissimus Scholiast. Apoll. Rhod. in lib. II. *ἔστι γὰρ Αἰγιαλὸς σταδίων μυρίων κάμψαντι τὴν Κάραμβιν μέχρι Σινώπης.* Sed aliter Strabo lib. XII. qui refert esse littus centum stadiis longum, adeo ut numerus apud Scholiast. vel apud Strabon. sit vitiatus.

— *Ὡς Ἀπολλώνιος.*] Locus huius poëtae, quem respicit Stephanus, reperitur lib. II.

Ἐνθάδε αὖτε Κάραμβιν ἅμ' ἠελίοιο βολῇσι
51 *Γνάμψαντες, παρὰ πουλὺν ἔπειτ' ἤλαυνον ἐρετμοῖς*
b *Αἰγιαλὸν, πρόπαν ἦμαρ ὁμῶς, καὶ ἐπ' ἤματι νύκτα.*

— *Ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον.*] Haec Stephanus et quae sequuntur videtur transcripsisse ex Strabonis lib. duodecimo. *Ὁ δὲ Αἰγιαλὸς ἔστι μὲν ἠϊὼν μακρὰ, πλειόνων ἢ ἑκατὸν σταδίων. ἔχει δὲ καὶ κώμην ὁμώνυμον, ἧς μέμνηται ὁ ποιητὴς, ὅταν φῇ,*

Κρῶμναν τ' Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

Γράφουσι δέ τινες, Κρῶμναν Κωβίαλόν τε. Lege etiam Arriani periplum Ponti Euxini.

— *Κρῶμναν Κρωβίαλόν τε.*] Alii scribunt, *Κρῶμναν Κωβίαλόν τε.* Vide Homerum Iliad. *Β.* et Eustath. ad illum locum, qui verbis Strabonis et Stephani commentarios suos egregie illustravit.

Αἰγικόρεως. Μία τῶν τεσσάρων τῶν ἀπὸ Ἴωνος.] Non satis inter se conveniunt auctores: cum quibusdam enim Stephanus noster existimat quatuor hasce tribus, in quas populus Atticus sub Erechtheo fuit divisus, nomina ab Ionis filiis accepisse. Iul. Pollux lib. VIII. cap. IX. *Ἀπὸ δὲ Ἴωνος παίδων ἐπὶ Ἐρεχθέως, Τελέοντες, Ὁπλῖται, Αἰγικόρεις, Ἐργάδεις.* Ita hic locus est legendus, quem Canterus novar. lection. lib. V. cap. XIX. ex Herodoto male emendavit, qui lib. V. etiam statuit hasce tribus ab Ionis filiis ita fuisse insignitas. Verum ab hisce scriptoribus dissentit Plutarchus in Solone, qui expresse scribit quosdam tradere, eas nomen accepisse non ab Ionis filiis, sed a generibus, in quae

hominum studia a primordio distributa fuere. Neque aliter testatur Strabo lib. VIII. Ὁ δὲ πρῶτον (scilicet Ἴων) μὲν εἰς τέσσαρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέσσαρας βίους. τοὺς μὲν γὰρ γεωργοὺς ἀπέδειξε, τοὺς δὲ δημιουργούς, τοὺς δὲ ἱεροποιούς, τετάρτους δὲ τοὺς φύλακας.

— *Τέσσαρες δ' ἐξ αὐτῶν, Αἰγοκερεῖς.*] Ita habent omnes vulgati codices: in MS. Vossiano: τέσσαρες δ' ἐξ αὐτοῦ, Αἰγοκορεῖς. Sine dubio legendum est: ἡ φυλὴ τοίνυν Αἰγικορίς. Et in voce Ἀντιγονὶς legimus, ὁ φυλέτης Ἀντιγονεύς, ὡς Αἰγικορεύς.

Αἰγιλία, δῆμος τῆς etc.] Apud Harpocrat. habes. Αἰγιλία, δῆμος φυλῆς Ἀντιοχίδος. ἔνθεν ὁ δημότης Αἰγιλιεύς. Doctissimus Meursius, qui de Populis Atticis nobis libellum reliquit, Suidam et Stephanum ita quoque scripsisse affirmat. Verum errat; nam gentilitia non concordant. Apud Harpocrat. est Αἰγιλιεύς, 52
et optime, sed apud Stephanum Αἰγιαλεύς, quod ab Αἰγιλία de- a
duci non potest: rescribendum est igitur, ὁ δημότης Αἰγιλιεύς. Insuper et localia in aliis editionibus profligatissime corrupta sunt, in quibus legitur Αἰγιαλιᾶθεν, Αἰγιαλιᾶδε, et sic porro. Unde tribus nomen acceperit, non expressit Stephanus; tamen hic addi posset ex Athenaei lib. XIV. cum inquit: Αἰγιλίαν δ' εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Αἰγίλου τινὸς ἥρωος ὠνομασμένον. Hoc est: *Aiunt Aegiliam esse tribum Atticae, quae ab heroe Aegilo nomen habet.* Vide etiam Theocriti Scholiast. ad Idyll. I.

— *Ἔστι καὶ νῆσος μεταξὺ Κρήτης* etc.] Forte hanc innuit insulam, de qua Plinius lib. IV. cap. XII. *Sunt et in Megarico sinu Methurides quatuor, Aeglia autem* XV. *M. pass. a Cythera, eademque a Creta Phalasarna oppido* XXV. *M. pass. Ipsa Creta altero latere ad austrum, altero ad septentrionem versa, inter ortum occasumque porrigitur.* Vide etiam Herod. lib. VI. Et Vossium ad Melam pag. 111. et 112.

— *Ὁ οἰκήτωρ, Αἰγίλιος.*] Si primitivum sit Αἰγιάλεια, inde derivari non potest gentile Αἰγίλιος. Sed puto insulae nomen esse corruptum, et pro eo debere restitui Αἰγίλεια, uti reperitur apud Herodotum lib. iam citato: vel Αἰγιλία, licet nusquam exstat, unde optime Αἰγίλιος deducitur.

Αἰγίλιψ, πλησίον Κροκυλείας τῆς Ἠπείρου.] Strabo libro decimo oppidum hoc in Acarnania collocat, et loci Homerici, quem allegat Stephanus, ibidem meminit. Nominis etymologiam lege apud Suidam et Etymologici mag. auctorem.

— *Καὶ Κροκύλειαν ἐνέμοντο* etc.] Locus exstat Iliad. *B.* v. 633. Vide Eustath. ad illum locum.

— *Διὰ τὸ πετρώδη εἶναι.* Sic rescripsimus ex aliis editionibus. Perperam Xylandri editio exhibet *διὰ τὸ μετρώδη εἶναι*, quod typothetarum videtur esse *σφάλμα*. Cod. Vossianus: *διὰ τὸ πετρώδης οὖσα, καὶ ὑψηλὴ, καὶ ἀπρόσβατος.*

— *Ὡς Κίνυφος Κινύφιος.*] Gentile huius oppidi derivatur a genitivo primitivi, uti a *Κίνυψ Κίνυπος Κινύπιος*, et ita hoc loco debere legi evincitur ex Herodoti libro IV. *πλὴν Κίνυπος μούνης, τὸ γὰρ δὴ αὐτὸ οὔνομα ἡ γῆ τῷ ποταμῷ ἔχει.* Et paulo post sequitur: *ἐκφέρει ἡ δὲ ἐν τῇ Κίνυπι ἐπὶ τριηκόσια.*

Αἰγίμορος, νῆσος Λιβύης.] Ex Antonii Itinerario liquet hanc insulam a Carthagine distare 280 stadiis. Huius insulae etiam exstat memoria apud Ptolemaeum lib. IV. cap. III. Plinium, Strabonem et alios.

Αἴγιναι τρεῖς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Frustra hoc
52 tmemate tres Aeginas quaesivi, cum tantum de unica verba fa-
b ciat ille, quisquis Stephanum in compendium redegerit. Secutura voce alterius cuiusdam in Ponto sitae mentionem facit, cuius quoque Arrianus videtur meminisse in Periplo Ponti Euxini. Tertiam ab his duabus diversam facit Strabo lib. VIII. hisce verbis: *Αἴγινα δ᾽ ἔστι μὲν καὶ τόπος τὶς τῆς Ἐπιδαυρίας*, et deinde pergit ad descriptionem istius Aeginae, de qua nunc Stephanus agit.

— *Ἥτις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Αἴγινα ἀπὸ τῆς Ἀσωποῦ μὲν θυγατρὸς Αἰγίνης.*] Ita appellatam fuisse etiam agnoscit Strabo lib. supra citato, et Marcianus Heracleota,

— Μετὰ δὲ ταῦτα κατ᾽ Ἐπίδαυρον ἡ
Πρότερον μὲν Οἰνώνη προσηγορευμένη,
Ὕστερον ἀπ᾽ Αἰγίνης δὲ τῆς Ἀσωπίδος
Αἴγιναν ἐκάλεσε κατασχὼν Αἰακός.

Vide Pausaniam in Corinthiacis, Plinium lib. IV. cap. XII. et alios. Sed praeter haec nomina etiam aliud habuit. Stephanus *Μυρμιδονία, χώρα τῶν Μυρμιδόνων. οὕτω γὰρ ἡ Αἴγινα ἐκλήθη.* Et hanc ob causam Aeginetae Myrmidones Pindaro appellantur in Nem. Od. III.

— *Ὁ πολίτης Αἰγινεὺς, ὡς Στράβων.*] Errat noster: nam Strabo ut plurimum voce *Αἰγινήτης* usus fuit, et dubito an *Αἰγινεὺς* apud Geographum reperiatur.

— *Ὁ δὲ τοῦ Αἰγινήτου φόρτος, ἢ δοῦλος, Αἰγινῆται.*] Ita habent excusi codices, et Vossianus manu exaratus: *ὁ δὲ τοῦ Αἰγινήτου φόρτος, ἢ δοῦλος Αἰγινήτου.* Salmasius animadvertens hic mendum delitescere, ad oram sui codicis haec habet: fortasse scribendum: *ὁ δὲ τοῦ Αἰγινήτου φόρτος, ἢ δοῦλος Αἰγινητικός.* Verum nec vulgata, nec coniectura magni Salmasii mihi satisfacit, cum scripta codicis Voss. lectio praeferenda videatur. Stephanus

hic loquitur de merce Aeginetica, quae, quum esset vilissimi pretii et multi usus, ob crebram permutationem et distractionem in proverbium abiit. Scholiast. Pindari ad Olympia: *Διὰ τὸ ἐμπορεῖον εἶναι τὴν Αἴγιναν. ὅθεν τὸν ἐπὶ μεταβολῆς φόρτον, Αἰγινητικὸν ἔλεγον.* Omnem igitur mercem Aeginetieam vilissimam appellabant, si saepissime distraheretur. Locus in hanc rem elegans est apud Hesychium: *Αἰγίναια, τὰ ῥωπικὰ φορτία, καὶ οἱ πιπράσκοντες αὐτὰ Αἰγινοπῶλαι ἐλέγοντο.* Simile huic Belgicum iactatur proverbium (**Een Koopman van Aals-huyden ofte Swavel-stokken**) de iis, qui in rebus vilissimis mercaturam exercent. Et apud Strabonem lib. VIII. legimus, *ἐμπορεῖον γὰρ γενέσθαι, διὰ τὴν λυπρότητα τῆς χώρας, τῶν ἀνθρώπων θαλαττουργούντων ἐμπορικῶς. ἀφ᾽ οὗ τὸν ῥῶπον Αἰγιναῖον ἐμπολεῖν λέγεσθαι.* Attamen ex vilissimis mercibus mercatores quidam ditissimi evasere, nam de Sostrato quodam ita refert Eustathius ad Dionysium pag. 78. *Λέγεται δὲ καὶ Σώστρατός τις Αἰ-* 53
γινήτης ἔμπορος μεγάλα ἐκ φορτίων κερδῆσαι. Sed praeterea et- a
iam de Aeginetarum servis hoc loco aliquid subiicit Epitomator, et quid de iis dicere in mente habuerit, divinatu est difficillimum: fortassis de illorum magna copia et multitudine aliquid indicare studuit: nam certum est in Aegina insula, exceptis dominis et liberis, 47 myriades *οἰκετῶν* habitasse. Schol. Pindari ad Olymp. ode H. ita inquit: *Δύναται οὖν τὸ πολὺ, ἐπὶ τοῦ ὄχλου τίθεσθαι τοῦ ἐν τῇ πόλει. οἷον, ὅπου ἐστὶν ὄχλος, ἐνταῦθα τὸν κατοικοῦντα ὄχλον τῶν συμφερόντων τὶ νοῆσαι, χαλεπόν ἐστιν. ἀκριβοῦς γὰρ διανοίας καὶ ἠρεμούσης, καὶ ὀλίγων ἀνδρῶν, τὸ ἐπὶ τοιαύτην ἐνεχθῆναι κρίσιν. πλῆθειν γὰρ ἀνδρῶν οὕτω φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς εἶναι ἐν αὐτῇ τεσσαράκοντα ἑπτὰ μυριάδας οἰκετῶν.* Nihil certius in re tam incerta proferre potui, et videat lector an aliquid aptius aut certius coniectura possit assequi.

— *Ὡς τοῦ Ῥόδιος, Ῥοδιακός.*] Ante et post haec verba multa excidisse certum est, nam neque cum antecedentibus aut consequentibus cohaerent. Imo et ipsissima verba mendo non carent, cum legendum sit, *ὡς τοῦ Ῥοδίου Ῥοδιακός.*

— *Ἡ κέρμος.*] Ita legitur in omnibus vulgatis, sed sine ulla dubitatione legendum est, *ἡ κέραμος.* Sic mihi codex Vossianus exhibuit.

— *Ἡ ὀβολός.*] Respicit Stephanus *Αἰγιναῖον νόμισμα,* de quo Aelianus var. histor. lib. XII. *καὶ πρῶτοι νόμισμα ἐκόψαντο, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκλήθη νόμισμα Αἰγιναῖον.* Sed ipsum vocabulum *ὀβολὸς* usurpatur ab Eustathio ad Iliad. *B. Ἐκόπη καὶ ἀργύριον πρῶτον ὑπὸ Φειδίου ἐνταῦθα, καὶ ἣν φασὶ ἐξαίρετόν τι ἐν ἀργυρίοις, ὁ Αἰγιναῖος ὀβολός.* Praeterea etiam alii magistri Graeci huius rei non

fuerunt immemores. Pollux lib. IX. cap. VI. Etymol. Hesych. Pindari Scholiast. et alii.

— *Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ποθέου ξενίας.*] Hic locus in scriptis et omnibus vulgatis codd. circumfertur profligatissime depravatus. Lege confidenter: *Δείναρχος ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ ξενίας λόγῳ.* Ita corruptissimum hunc locum debere restitui, liquet ex multis Harpocrationis verbis, quae in voce *'Αγασικλῆς* ita sunt legenda: *Γέγραπται καὶ Δεινάρχῳ λόγος κατ' αὐτοῦ ξενίας, ἐν ᾧ δεδήλωται, ὅτι 'Αλιμουσίοις συνέδικασε, καὶ διὰ τούτου, ξένος ὤν, τῇ πολιτείᾳ ἐνεγράφη.* Ex hisce verbis liquet Dinarchum fuisse *τὸν ξενίας διωκόμενον:* id est, peregrinitatis reum. Attamen, cum oratione demonstrasset, se cum Alimusiis de re quapiam sententiam tulisse, in album civium est relatus.

63 b — *"Εστι δὲ τρύπανον Αἰπολικόν.*] Constanter ita habent scripti codices et editi, sed perperam et sine sensu, uti iam alias observavit incomparabilis Casaubonus ad Theocritum, ubi ait legendum esse: *ἔτι δὲ κατὰ τρόπον* (vel *τύπον*) *Αἰολικὸν* .. *Κεραμιήτης.* Non puto tamen locum esse mutilum. Sano sensu ita legi potest. *Κεραμιήτης* videtur esse gentile cuiusdam oppidi. Plinius lib. V. cap. XXXI. *Et in Arconneso oppidum Ceramus.*

— *Τὸ δὲ πολιήτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η, ὡς τὸ μυθιήτης.*] Deducitur *πολιήτης* a voce *πολίτης* per pleonasmum literae *η* quae reperitur apud Hom. Iliad. *B.* versu 800. Pro *μυθιήτις* nititur Salmasius ad oram sui codicis rescribere *Μυλιήτης* aut *Βυθιήτης.* Sed nulla hic emendatione opus est, cum *τὸ μυθιήτης* satis sanum sit.

— *Τὸ δὲ Βαρδηλιήτης καὶ Μασσαλαΐτης.*] Quid sit *Βαρδηλιήτης*, fateor me ignorare. Auctor noster a superiori canone, nempe *Σπάνια δὲ τὰ εἰς της ἐθνικὰ* etc. quaedam nomina et gentilia excipit, quam exceptionem etiam ad *Βαρδηλιήτης* et *Μασσαλαΐτης* videtur extendere: sed *Βαρδηλιήτης* ab hoc canone non recedit: adeo ut gentile aliquod, aliam terminationem habens, sit reponendum: scriberem itaque, *τὸ δὲ Βαργυλιάτης καὶ Μασσαλιώτης.* De posteriori non est dubitandum, et quod praecedit, exstat apud Stephanum in *Βάργυλα.* Verum si hic canon de quo nunc fit mentio infallibilis sit habendus, Cicero in mendi suspicionem veniet, epistolarum enim lib. XIII. epist. 76. legimus: *Praeterea Heracleotae, et Bargiletae, qui item debent, aut pecuniam solvant, aut fructibus suis satisfaciant.* Ubi tum Bargylatae scribendum esset.

Αἰγινήτης, πολίχνιον etc.] Ab Arriano in Periplo Ponti

[redacted]

Euxini *Αἰγινῆτις* scribitur, sed puto ibi debere scribi *Αἰγινήτης*, uti Stephanus exhibet.

— *Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, διὰ τὴν τοῦ πρωτοτύπου ἀρχήν.*] Dissentiunt quod ad voces libri scripti et editi. In codice Vossiano ita legitur hic locus: *τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως διὰ τὴν πρωτοτύπου πρόληψιν.* Simili prorsus phrasi utitur Stephanus in voce *Φορμανοὶ, πόλις Ἰταλίας. ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ, διὰ τὴν πρόληψιν τοῦ χαρακτῆρος.* Et in *Αἰανῖτις* inquit: *τὸ ἐθνικὸν Αἰανίτης. προκατελήφθη γὰρ ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου.* Puto tamen idem hisce phrasibus intelligi.

Αἰγίνιον. Ὡς Στράβων.] Locus exstat lib. VII. *Καὶ ἐπὶ τῶν Ἐριγῶν πᾶσαι αἱ τῶν Δευριοπῶν πόλεις ᾤκηντο, ὧν τὸ Βρυάνιον καὶ Ἀλαλκομεναὶ καὶ Στύμβαρα. Κύδριαι δὲ Βυρσῶν, Αἰγίνιον δὲ Τυμφαίων ὅμορον.* Non satis de situ huius oppidi scripto- 54
res conveniunt. Vide Livium lib. XXXII. XXXIII. et XLV. et Caes. a
III. Civil.

Αἴγιον, πόλις Ἀχαΐας.] Ptolemaeus propriae Achaiae oppidum esse ait lib. III. cap. XVI. Saepissime huius oppidi eiusque situs meminit Polybius lib. II. et Pausanias in Achaicis. Vide etiam Ioh. Tzetzae histor. chil. IX Hist. CCXCI.

— *Ὑμεῖς δ' Αἰγιέες* etc.] Est pars vetustissimi cuiusdam oraculi, quod integrum legi et inveniri potest post Oracula Sibyllina.

Αἰγόσθενα, πόλις Μεγαρίδος.] Existimo idem esse oppidum, de quo Stephanus ante dixerat *Αἰγείρουσα, πόλις τῆς Μεγαρίδος.*

— *Οὐδετέρως, ὡς Παυσανίας.*] Numero plurativo et neutro genere Pausanias vocabulo usus est in Atticis. *Ἐν Αἰγοσθένοις δὲ Μελάμποδος τοῦ Ἀμυθάονός ἐστιν ἱερόν.* Et eodem libro: *ἐν τῇ Μεγαρεῦσι Πηγαὶ πόλις, ἑτέρα δὲ Αἰγίσθαινα ᾤκισται.* Sed utroque loco urbis nomen leviter censeo esse corruptum: veram lectionem nobis reservavit Stephanus, uti liquet ex urbe Phocidis, et nomine gentili ex Polybio in medium producto, quod tamen hodie apud Historicum non exstat.

— *Ἀρκάδιος δ' Αἰγοσθένειαν αὐτήν φησι, καὶ Φωκίδα πόλιν.*] Ptolemaeus quoque Aegostheneam mediterraneam Phocidis urbem agnoscit lib. III. cap. XV.

Αἴγουσα, νῆσος Λιβύης, κατὰ Λίβυας λεγομένη Κατρία.] Promiscue scribitur nomen insulae, nunc *Αἴγουσα*, nunc *Αἴθουσα*: sed scriptionem cum *θ* longe praeferrem et ita olim scripserat Plinius lib. III. cap. VIII. optime enim convenit cum *Κατρία*, uti observavit eruditissimus Bochartus. *Αἴθουσα* derivari posset ab *αἴθω* *ardeo, incendo*; et *Κατρία* a Phoenicio sive Hebraico קטר

Kathar, quod *incendere* significat, et de suffitibus proprie dicitur.

Αἴγυπτος, καὶ ἡ χώρα, καὶ ὁ ποταμός.] Non est nobis animus totius Aegypti regionis descriptionem in hosce commentarios reiicere: qui illud desiderat, Melam, Plinium, Herodotum, Diodornm, Strabonem et alios scriptores legat, qui accuratissime eius situm, incolarum mores et quicquid habeat memorabile, ob oculos ponent. Nugantur profecto Grammatici omnes qui *Αἴγυπτον* conantur derivare *παρὰ τὸ αἴθω, τὸ καίω: οἱ γὰρ ἄνθρωποι κεκαυμένοι εἰσὶν ἐκ τῆς σφοδρᾶς τοῦ ἡλίου φορᾶς*; vel alio inepto modo, quem apud Eustath. legimus. Mihi autem videtur composita ex *αἶ'* pro *αἶα, ἡ γῆ*, et *Γύπτος*, quod fit a *Κύπτος* (pro *Κόπτος*, q. d. *αἶα τῶν Κόπτων*. Fuit in Aegypto haec urbs *Κόπτος* Ptolemaeo teste Nomi Coptici metropolis sub
54 26 latitudinis gradu, et longitudinis 62 sita; cuius etiam meminit
b Strabo lib. XVII. Iosephus et alii. Neque hoc est insolens in regionum nominibus, ut ab urbe principe et metropoli universa regio ut provincia nomen habeat. Stephanus hic refert fluvium quendam Aegyptum appellatum fuisse, sub quo nomine ab Homero Nilus describitur Odyss. Ξ.

Πεμπταῖοι δ' Αἴγυπτον ἐϋῤῥείτην ἱκόμεσθα.
Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.

Et ita etiam Odyss. P. versu 427. locus in hanc rem egregius est apud Etymologici magni auctorem in voce *Αἴγυπτος*. *Ὁ γὰρ Νεῖλος πρότερον Αἴγυπτος ἐκαλεῖτο. σημαίνει δὲ τρία. τὴν χώραν, ὡς τὸ, Αἴγυπτον δέ με θυμὸς ἄνωγε. τὸν ποταμὸν τὸν Νεῖλον, ὡς τὸ, Στήσας δ' Αἰγύπτῳ ποταμῷ νῆας. Καὶ Αἰγύπτοιο διϊπετέος ποταμοῖο. καὶ παρὰ τῷ Θεολόγῳ τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἐνταῦθα, Αἴγυπτον τὴν σκυθρωπὴν καὶ διώκτριαν ἁμαρτίας.* Sed Aegyptus de fluvio masculini, et de regione foeminini generis est, uti observant Grammatici.

— *Ὡς Χάραξ, Βήλου παῖς ὤν, καὶ Ἀερίας, τῆς καὶ Ποταμίτιδος, βασιλεύσας ἔτη τεσσαράκοντα τρία.*] Sanam profecto non haberet mentem, qui affirmaret hunc locum esse sanum et integrum. sine ulla dubitatione vox *Αἴγυπτος* ante *Βήλου παῖς* excidit, et de imperii annis scriptores non conveniunt, quos Stephanus auctoritate Characis statuit *μγ* sive XLIII. et Eusebius *ξη* LXVIII. Locus exstat in Thesauro temporum, quem tamen transcribere libet ex Seldeno de Diis Syris, qui eum fortassis ope codd. MSS. valde auxit et emendavit. *Ῥαμεσσῆς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ Αἴγυπτος καλούμενος ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ξη. μετωνόμασεν τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἥτις πρότερον Μεστραία, παρ' Ἕλλησι δὲ Ἀερία ἐλέγετο.* Sed numeri facili librariorum lapsu con-

[redacted]

funduntur et corrumpuntur. Suidas etiam refert ab Aegypto hanc regionem dictam esse, cuius verba tam misere sunt affecta et depravata ut vix in integrum restitui queant. *Αἴγυπτος, ὄνομα κύριον· καὶ ἡ χώρα τῶν Αἰγυπτίων. ὅτε ἀφίκετο ὁ Ῥαμεσσῆς, ὁ υἱὸς Βήλου, τοῦ καὶ Διός, εἰς Μεστραίαν, ἐβασίλευε τῶν ἐκεῖ. ὃν μετωνόμασαν Αἴγυπτον, ἀφ' οὗ καὶ Αἴγυπτος ἡ χώρα. Aegyptus, nomen proprium: et Aegyptiorum regio. Quum Rhamesses, qui filius Beli et Iovis nepos fuit, in Mestraeam pervenisset, incolis imperavit, quem mutato nomine Aegyptum appellarunt.* Si ita hic locus legatur, eum vere, aut certe in speciem sanaveris.

— *Δεινοὶ πλέκειν τοὶ μηχανὰς Αἰγύπτιοι.*] Aeschylo hunc versum attribuit Scholiastes Aristophanis ad Nebulas, pag. 187. Vossianus codex: *Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι.* Vide Eustathium ad Dionysium pag. 35. et Erasmi Adagia.

— *Καὶ Αἰγυπτιάζειν, τὸ πανοῦργα* etc.] In hac significa- 55
tione etiam reperitur apud Etymologum. *Αἰγυπτιάζειν, τὸ πα-* a
νουργεύειν καὶ σκυθρωπεύεσθαι. Et Aegyptios tali ingenio fuisse praeditos testatur etiam Theocritus Idyll. 15.

— — *οὐδεὶς κακοεργὸς*
Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί.

Hoc est:

— — *Nemo maleficus*
Laedit amplius viatorem, dolose subiens more Aegyptio.

Ad quae verba ita commentatur Scholiastes: *ἠπάτων γὰρ πολυπείρως παίζοντες κατὰ παίγνια παραλογισμοῖς Αἰγυπτιακοῖς. ἀπατηλοὶ γὰρ καὶ Αἰγύπτιοι. κεκροτημένοι δέ, καὶ διαῤῥαπισμένοι ἐθάδες πανούργων ἔργων.* Vide etiam Scholia in Aristophanis Nebulas et sacra Cereris celebrantes. Sed praeterea *αἰγυπτιάζειν* etiam neutralem habet significationem, uti apud Lucianum in Lapithis. *Καὶ ἀνάπαιστα συγκροτῶν διεξῆλθεν, Αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ.*

— *Ἐκλήθη καὶ Μύαρα ἡ χώρα ὑπὸ Φοινίκων.*] Cum vox *Μύαρα* non sit Phoenicia, hic locus in mendi suspicionem venit, quare et ipsum sollicitavit Ger. Ioh. Vossius lib. I. de origine et progressu Idololat. qui pro *Μύαρα* reponeret *Μίσορα*, sed cum tali nomine nusquam Aegyptus appelletur, merito nobis suspectum videtur, et fortassis legendum est *Μεστραία*, quod occurrit apud Eusebium, atque Suidam, quorum loca supra produximus et emendavimus, et facili negotio ex Hebraico fonte מצרים *Misrajim* deduci potest.

— *Καὶ Ἀερία.*] Vide Eustathium ad Dionysium de situ orbis pag. 35. et nostras observationes ad vocem *Ἀερία*.

— *Καὶ Ποταμῖτις.*] Ita rescripsimus ex aliis editionibus pro

καὶ Ποταμίτης, quod male Xylandri exhibet editio, supra in hac voce ipse Stephanus inquit, *τῆς καὶ Ποταμίτιδος βασιλεύσας.* Vide et Eustath. ad Dionys. loco supra citato.

— *Καὶ Ἀετία, ἀπό τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ.*] Existimo Stephanum, ex loco aliquo scriptoris antiqui male percepto, errorem hic errare turpissimum, statuentem regionem Aegyptum Aetiam ab Indo quodam Aeto insignitam fuisse: imo miror hunc errorem eruditissimum Thessalonicensium Archiepiscopum subscriptorem invenisse, qui in suis ad Dionysium commentariis pag. 85. ita scribit: *Ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα, καὶ Ἀερία, καὶ Ποταμία, καὶ Αἰθιοπία, διὰ τοὺς ἐκεῖ Αἰθίοπας, περὶ ὧν πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἱστοροῦσι. καὶ μὴν καὶ Ἀετία ἔκ τινος Ἰνδοῦ Ἀετοῦ καλουμένου.* Merum profecto illud est commentum, quod Eustathius transcripsit ex nostro, et in tota antiquorum turba nemo reperitur, qui unquam affirmaverit hoc nomine regionem Aegyptum appellatam fuisse: sed ex Diodoro constat fluvium Aegyptum sive Nilum ob velocissimum rapidissimumque aquarum impetum olim Aquilae nomen habuisse, ita enim ille lib. primo: *Τούτων δ' ὄντων περὶ ταῦτα, τὸν Νεῖλον φασὶ κατὰ τὴν τοῦ κυνὸς σειρίου ἄστρου ἐπιτολὴν (ἐν ᾧ καιρῷ μάλιστα εἴωθε πληροῦσθαι) ῥαγέντα κατακλύσαι πολλὴν τῆς Αἰγύπτου, καὶ μάλιστα τοῦτο τὸ μέρος ἐπελθεῖν, οὗ Προμηθεὺς εἶχε τὴν ἐπιμέλειαν, διαφθαρέντων σχεδὸν ἁπάντων τῶν κατὰ ταύτην τὴν χώραν. τὸν δὲ Προμηθέα διὰ τὴν λύπην κινδυνεύειν ἐκλιπεῖν τὸν βίον ἑκουσίως. διὰ δὲ τὴν ὀξύτητα καὶ τὴν βίαν τοῦ κατενεχθέντος ῥεύματος τὸν μὲν ποταμὸν ἀετὸν ὀνομασθῆναι. Dum his illi occupati tenentur, Nilus, aiunt, sub canis Sirii ortum (quando impleri solet maxime) ruptis aggeribus magnam Aegypti partem inundatione submersit, eamque gravissime, cui Prometheus cum imperio praeerat, adeo ut omnes prope homines diluvio absumerentur. Parumque abfuit, quin sponte doloris impatientia vitam Prometheus abdicasset. Et tum a subito irruptionis impetu et undarum violentia nomen Aquilae fluvius accepit.* Et deinde paucis interiectis lineis ita loquitur: *Τὸν ποταμὸν ἀρχαιότατον μὲν ὄνομα σχεῖν*
55 *Ὠκεάμην, ὅς ἐστιν Ἑλληνιστὶ Ὠκεανός. ἔπειτα, διὰ τὸ γενόμενον*
b *ἔκρηγμα φασὶν ἀετὸν ὀνομασθῆναι, ὕστερον δ' Αἴγυπτον. Fluvio*
antiquissimum nomen erat Oceames, quod Graece sonat Oceanus. Post ob eruptionem Aquila dictus, deinde Aegyptus.

— *Τὸ ἐθνικὸν, ὅσον ἀπὸ τοῦ ὁμοίου, Ἀετιεύς.*] Horum verborum sensum simillimis Stephani verbis definire possumus. In voce *Ἀβρότονον* ita infit: *Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει· ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεὺς, καὶ Γάργαρον Γαργαρεὺς, οὕτως Ἀβροτονεύς.* Sic etiam hoc loco

[redacted]

'Αετιεὺς non vernacula forma, id est *τύπῳ ἐπιχωρίῳ*, sed ex similitudine aliorum formatum est, nam uti *Ἄλια* gentile habet *Ἀλιεὺς*, *Αἱμονία Αἱμονιεὺς*, sic *'Αετία* habet *'Αετιεύς*.

— *Ὡς 'Αεριεύς*.] Neque hoc gentile habet vernaculam suam formam, quae esset *'Αερίτης*, uti Stephanus in voce *'Αερία* dixit, qui praeterea addit, incolas etiam *'Αερίους* appellari.

— *Ὅσον δ' ἀπὸ τοῦ ἐγχωρίου, 'Αετίτης*.] Haec iam est vernacula et solita regioni forma, uti nos docet Stephanus in voce *Ἄζιλις*, ubi ita inquit: *ὅτε τὸ πρωτότυπον εἰς ις, τὸ παρηγμένον τῷ Λιβυκῷ χαρακτῆρι καὶ Αἰγυπτίῳ εἰς ιτης λήγει.*

— *'Αλλὰ καὶ 'Ωγυγία.*] Fortassis Aegyptus ita fuit appellata, quia haec regio omnium antiquissima habetur. Nam magistri Graeci *πᾶν τὸ ἀρχαῖον ὠγύγιον φασί.* Vide Hesychium, Suidam atque alios.

— *Ἑρμοχύμιος*.] Non debet haec vox emendari, quemadmodum aliqui inter doctos tentarunt, qui pro *Ἑρμοχύμιος* substituerant *Ἑρμοχήμιος*, non considerantes veram huius vocis etymologiam. Non enim componitur ex *Ἑρμῆς* et *Χημία* sive *Χαμία*, (licet Aegyptus quoque *Χαμία* sive *Χημία* ab antiquis dicta sit) sed componitur ex *Ἑρμῆς* et Hebraica חום *chum nigredo*, occurritque aliquoties in trigesimo Genesεως, ubi de coloribus pecudum Labanis et Iacobi agitur, adiectaque Graecorum terminatione habes *Ἑρμοχύμιος*, quasi diceres, *Mercurii nigrum solum.* Luculenter testatur Diodorus, Mercurium apud Osiridem in magna aestimatione fuisse: ab ipso gentem edoctam esse multo accuratius loqui; variarum quoque rerum nova didicisse nomina: eundem invenisse scribendi legendique artificium; sacrificiaque et religiosos ritus docuisse, itemque siderum cursus observasse. In eius igitur honorem, qui tam necessaria incolis impartivit, Aegyptum, antea *Chymiam* dictam, *Hermochymiam* dixerunt. Hinc est quod hodie apud Hesychium corrupte legatur, *Ἑρμοχοίνιος γῆ, ἡ Αἴγυπτος τὸ πρότερον οὕτως ἐκαλεῖτο.* Cum legendum sit *Ἑρμοχύμιος γῆ*: *Id est Mercurii nigra terra, ita Aegyptus antea appellabatur.* Ut autem minime dubiis argumentis rem confirmemus, Plutarchum testem producamus, qui in libro de Iside ita loquitur: *Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ, Χημίαν καλοῦσι. Aegyptum adhuc, cuius solum maxime nigrum est, uti nigrum illud quod est in oculo, Chemiam vocant.* Sed pro *Χημίαν* rescribendum puto *Χυμίαν*; nam ab Hebraico חום *chum nigredo* non recte *Χημία* deducitur: et quandoquidem hoc vocabulo Plutarchus Aegyptii soli nigredinem indicare voluerit, pro certo est statuendum, non *Χημίαν*, sed *Χυμίαν*, quod fit ex Hebraico חום, ab ipso fuisse

scriptum. Hac de causa Graeci hanc regionem *Μελάμβωλον* appellarunt, uti hoc commate testatur Stephanus et apud Phavorinum legitur: *Μελάμβωλος, μελανόγειος, Αἴγυπτον μεδέουσα,* etc. quod etiam Virgilius libro ɪv. Georgicor. hoc versu expressit, eum inquit,

Et viridem Aegyptum nigra foecundat arena.

Praeterea non tantum terra Aegyptia nigra erat, sed et aquam tali colore Homerus commemorat Odyss. *Δ*, versu 358. ubi de Aegypto loquitur:

56 *Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν τ' ἀπὸ νῆας ἐΐσας*
a *Ἐς πόντον βάλλουσιν, ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ.*

Id est:

In ea autem portus portuosus, unde naves aequales
In pontum deducunt, postquam hauserunt nigram aquam,

Inter varia aquae epitheta, quibus Homerus utitur, illud ipsi minus familiare fuit, nam semel adhuc occurrit Iliad. *B*, ubi Aesepum Lyciae amnem describit. Non esset profecto boni, multo minus divinioris ingenii poëtae, epithetis promiscue et sine ratione uti, quibus plerumque verae rerum imagines ob oculos ponendae, et lectorum animis infigendae sint. Sed quid evidentius quam quod Ios. 19: 26. et Ier. 2: 18. hic fluvius *Schicor* vel *Sihor* a nigrore appelletur, ex eo quod turbidus sit et nigricans, ob limum quem advehit secum ex Austrinis partibus: hinc Graecis vocatus fuit *Μέλας* teste Plutarcho et Eustath. in Dionys. atque etiam veteribus Latinis *Melo*, ut tradunt Festus et Servius. Enimvero, idem illud, quod de terra et aqua Aegyptia affirmamus, de incolis probari potest, qui corpora ex ardore solis nigriora habent, uti liquet ex hoc senario: *Χρόαν δὲ τὴν σὴν ἥλιος λάμπων φλογὶ Αἰγυπτιώσει.* Id est, *Cutem tuam sol splendens Aegyptiam reddet*, hoc est, nigram more Aegyptiorum. Hinc apud Hesychium legimus: *Αἰγυπτιῶσαι, μελᾶναι: Denigrare, sive atrum reddere.* Sed Salmasius isthoc loco scribendum censet, *Αἰγυπτῶσαι, μελαῖναι.* Quod ibi tum proprie significaret, *nigrum reddere uti solum Aegyptium est*, nam non potest formari tale verbum ab *Αἰγύπτιος*, sed ab *Αἴγυπτος*; et tali forma etiam apud Phavorinum legitur: *Αἰγυπτῶσαι, μελᾶναι καὶ ἐπικαῦσαι.* verum si scribendum esset *Αἰγυπτιῶσαι,* libenter concederem illud ab *Αἰγύπτιος* formari debere. Ex hisce autem omnibus satis apparet, nulla hac in voce *Ἑρμοχύμιος* emendatione opus esse, cum non duntaxat *solum*, sed etiam *aqua* et *incolae* atro colore tincti sint.

— *Καὶ Μελάμβολος.*] Sic exhibent omnes vulgati codices et scripti: sed legendum esse *καὶ Μελάμβωλος* vel pueris, qui

[redacted]

extremis labris huius linguae elementa degustarunt, est manifestum. Suidas, *Μελάμβωλος· μελανόγειος· Αἰγύπτου μεδέουσα.* Vide etiam Phavorinum.

— *Ἡφαιστία.*] Illud nomen habet a Vulcano qui Graece *Ἥφαιστος* dicitur. Cum Mercurius in Aegypto regnasset et obiisset, Vulcanus regnum suscepit, et regionem de suo nomine *Ἡφαιστίαν*, q. d. Vulcaniam, nominavit, testibus Diodoro, Suida aliisque.

— *Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Αἴγυπτος.*] In lib. Notit. fit mentio de peculiari Aegypti regione in Aegypto; qui eam in sex provincias 56
dividit, uti annotavit Ortelius in Thesauro Geographico. Hanc b
si non intelligat Stephanus, intelliget procul dubio regiunculam Peloponnesi cuius meminit Pausanias in Arcadicis et noster in voce *Ἦλις*.

Αἶγυς, πόλις Λακωνική.] Codex Voss. *Αἶγυς πόλις Λακωνικῆς.* Sed res eodem redit. De origine urbis nihil constat: verum a quibus fuerit deleta legimus apud Pausaniam, cuius locum mox producam.

— *Ὡς Εὐφορίων.*] Auctor satis notus quique passim a Stephano allegatur, hic quidem sine libri nomine, sed aliis locis libri plerumque nominantur.

— *Ὡς Παυσανίας.*] Locus quem respicit Epitomator, ubi huius oppidi cives *Αἰγῦται* appellantur, exstat in Laconicis hisce verbis: *Ἀγησιλάου δὲ παῖς ἐγένετο Ἀρχέλαος. ἐπὶ τούτου Λακεδαιμόνιοι πολέμῳ κρατήσαντες πόλιν τῶν περιοικίδων ἠνδραποδίσαντο Αἶγυν, ὑποπτεύσαντες ὡς οἱ Αἰγῦται φρονοῦσι τὰ Ἀρκάδων. Χαρίλαος δὲ ὁ τῆς ἑτέρας οἰκίας βασιλεὺς συνεξεῖλε μὲν καὶ Ἀρχελάῳ τὴν Αἶγυν. Agesilaus Archelaum filium sibi successorem reliquit. Dum hic regnaret, Lacedaemonii unam de finitimis urbibus, Aegun nomine, bello subactam exciderunt, Aegytarum ad Arcades defectionem metuentes. In ea urbe evertenda opem tulit Archelao Charilaus ex altera familia rex.*

— *Καὶ πάντα τλήσεσθ᾽ οὕνεκ᾽ Αἰγύας κυνός.*] Aliter hic versus in editionibus Lycoph. legitur, nempe: *καὶ πάντα τλήσεσθ᾽ εἵνεκ᾽ Ἀργείας κυνός.* Sed Steph. lectionem veram esse putat Meursius ad Lycophronem pag. 272; ubi tamen nullam suae opinionis rationem allegat. Non sumus certi an non Stephanus in mendosum Lycophronis locum inciderit. Qua de causa nihil mutarem, nisi aliunde lux affulgeat. Nam vox *Ἀργεία* sano sensu de Laconica dici potest, quae olim hoc nomine fuit insignita, uti notum est ex Strabone, lib. VIII. Pindari Scholiasta ad Isthm. Eustathio in Homerum et Dionysium aliisque. Et hinc Helena (quae alias Laconica appellatur, uti infra a Stephano, ὁ λόγος

περὶ Ἑλένης Λακωνικῆς οὔσης.) a Virgilio lib. I. Aeneid. *Argiva* dicitur.

Munera praeterea Iliacis erepta ruinis
Ferre iubet: pallam signis auroque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho
Ornatus Argivae Helenae.

Et nugatur profecto Servius ad illum locum, cum dicit Helenam a vicinitate Argivam appellari.

— *Τῷ Μενελάῳ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ, Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα.*] In levi mendo cubat hic locus: vel enim coniunctio *καὶ* ante *Δηϊφόβῳ* transponenda videtur; vel ante *Δηϊφόβῳ* talis copula excidit.

Αἰγώνεια. Καὶ Ἑκαταῖος. Ῥιανὸς ἑκκαιδεκάτῃ.] Fortas-
57 sis rescribendum est: *οὕτω καὶ Ἑκαταῖος. Ῥιανὸς δὲ ἑκκαιδεκάτῃ,*
a *Αἰγώνην αὐτὴν λέγει.* Et sic constabit sensus.

Αἴδηψος, πόλις Εὐβοίας.] Salmasius in Schedis Palatinis, et nos in codice Vossiano invenimus, *Αἴγηψος, πόλις Εὐβοίας.* Sed ob literarum ordinem vulgata lectio videtur praeferenda. Et sic etiam infra pro *Αἰδήψιον ἄορ* exhibent *Αἰγήψιον ἄορ.*

— *Στράβων ἐννάτῳ.*] Desumpsit hunc locum ex libro nono. Sed idem Strabo in Euboeae campo Lelanto aquas calidas scribit erumpere ad sanandos morbos aptas, non longe a Chalcidensium urbe. *Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Χαλκιδέων πόλεως τὸ Λήλαντον καλούμενον πεδίον, ἐν δὲ τούτῳ θερμῶν τε ὑδάτων εἰσὶν ἐκβολαὶ πρὸς θεραπείαν νόσων εὐφυεῖς, οἷς ἐχρήσατο καὶ Σύλλας Κορνήλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμών.* Verum male apud Ptolem. lib. III. cap. XV. hic locus *Ἄδιψος* dicitur, et etiam apud Plut. in vita Syllae: *Διαπλεύσας οὖν εἰς Ἄδιψον, ἐχρήσατο τοῖς θερμοῖς ὕδασι, ῥαθυμῶν ἅμα καὶ συνδιημερεύων τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις.* Quem locum Xylander emendavit. Sed insuper apud eundem Plutarchum multo foedius mendum occurrit lib. IV. Sympos. quaestione tertia, ubi hic Euboeae locus profligatissime *Γάληψος* dicitur. *Τῆς Εὐβοίας ὁ Γάληψος, οὗ τὰ θερμὰ χωρίον ἐστὶν αὐτοφυὲς, πολλὰ πρὸς ἡδονὰς ἔχον ἐλευθερίους.* Optime novi in Thracia esse Galepsum, sed hoc nomine nullus, quod sciam, in Euboea locus observatur, quare procul dubio apud Plutarchum *Αἴδηψος* est rescribendum, et ita etiam in libro de Amore fraterno, ubi *Ἔδηψος* excusum est.

— *Ἦν δὲ καὶ σιδηρᾶ καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατὰ Εὔβοιαν.*] Fortassis Epitomator alludit ad locum Strabonis, quem passim sequitur, qui exstat lib. x. *Καὶ μέταλλον δ' ὑπῆρχε θαυμαστὸν χαλκοῦ, καὶ σιδήρου κοινὸν, ὅπερ οὐχ ἱστοροῦσι ἀλλαχοῦ, συμβαῖνον. νυνὶ μέντοι ἀμφότερα ἐκλέλοιπεν.* *Mirabile etiam metal-*

[redacted]

lum aeris, et ferri commune ibi fuit, quale negant alibi exstitisse; nunc utrumque intercidit. Idem de hisce metallis testatur Plutarchus in libello de Oraculorum defectu, cuius locum infra hoc eodem tmemate producam.

— *Καλλίμαχος Δαιδάλῳ.*] MSS. *Καλλίμαχος Δαίδᾳ.* Non distinguit auctor inter Callimachum Cyrenaeum et Callimachum Grammaticum, de quibus apud Suidam et Athenaeum lib. III.

— *Ἐκεῖ χαλκὸν πρῶτον εὑρεθῆναι.*] Vide Stephanum in voce *Χαλκὶς*, cuius verba Eustathius compilavit in *Παρεκβολαῖς* ad lib. II. Hom. Iliad. pag. 279.

— *Καὶ πρῶτοι χαλκὸν ἐκεῖ ἐνεδύσαντο.*] Hinc discimus quo loco se Curetes armaverint, quod apud Mythologos non passim est obvium: eos fuisse armatos satis testantur. Strabo lib. x. *Τούτους δ' ὠνόμαζον Κουρῆτας νέους τινὰς, ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ὑποδιδόντας. Curetas autem appellabant iuvenes quosdam, qui in armis saltarent.*

— *Τῆς Ἥρας.*] Salmasius in MSS. invenit, *τῆς Ῥέας.* et 57
existimat ita esse legendum, uti ad oram sui codicis observavit. b
Qui fabulam novit de hac lectione non ambiget.

— *Καλλίμαχος Ἐκάλῃ.*] Etymologici magni auctor: *Ἑκάλη, ἡρωΐς. εἰς ἣν καὶ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος.* Idem poëma et auctor etiam Athenaeo citantur lib. secundo.

Ἄρκιος ἢ χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ.] Ita constanter habent libri scripti et editi, sed quisnam hic *Arcius* fuerit, non facile dixerim, cum nemo antiquorum, quod sciam, eius meminerit. Ego autem puto locum esse mendosum, et legi debere:

Ἀκρίσιος χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ.

Acrisius hic Mythologicis satis est cognitus, de quo legendi omnino Apollodorus, Hyginus, Pausanias, Ovidius, aliique. Fortassis idem hic erit de quo apud Plinium legimus lib. VII. cap. LVI. *Clypeos invenerunt Proetus et Acrisius inter se bellantes, sive Chalcus Athamantis filius.* Per *Αἰδήψιον ἄορ* intelligi debere existimo mucronem vel gladium Euboicum, qui aquae tinctura durabatur, quod genus ensium descripsit Plutarchus in libro de Oraculorum defectu, hisce verbis: *Καὶ μετάλλων, τὸ μὲν ἐξαμαυρώσεις γεγονέναι κενὰς, ὡς τῶν περὶ τὴν Ἀττικὴν ἀργυρείων, καὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ χαλκίτιδος, ἐξ ἧς ἐδημιουργεῖτο τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, ὥς Αἰσχύλος εἴρηκε·*

Λαβὼν γὰρ αὐτόθηκτον Εὐβοϊκὸν ξίφος.

Hoc est: *Iam metalla quaedam prorsus exinanita iacent; ut in Attica secturae argentariae, et in Euboea aeris venae, ex quo*

cudebantur gladii, qui aquae tincturae durabantur, quorum sic meminit Aeschylus:

Sumens acutum mucronem Euboïcum manu.

Idem Plutarchus eiusmodi gladio Brutum comparavit: ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ὥσπερ τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, σκληρὸν ἐκ φύσεως, καὶ οὐ μαλακὸν ἔχων ὑπὸ λόγου τὸ ἦθος. *Caeterum ille gladiorum instar qui candentes frigida extincti sunt, duris praeditus natura non ex literarum cultura mollibus moribus.*

Αἰδούσιοι, σύμμαχοι Ῥωμαίων.] Existimo Stephanum intelligere Aeduos, quorum situs accurate describit Ptolemaeus lib. II. cap. VIII. Ἀπ' ἀνατολῶν δὲ τῶν Ἀρουέρνων μέχρι τῆς πρὸς ἄρκτους ἐκτροπῆς τοῦ Ῥοδάνου ποταμοῦ, τὸ τῶν Αἰδούων ἔθνος. Non immerito Stephanus eos συμμάχους τῶν Ῥωμαίων appellat, quos Strabo lib. IV. Romanorum cognatos nuncupat. Οἱ δὲ Ἔδουοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προσῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. Hinc apud Tacitum legimus lib. II. Annal. ubi de Aeduis loquitur: *Quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. usurpant.* Ad quem locum vide quae Lipsius observavit. Lege et Caesarem de bello Gallico lib. I. Lucanum lib. I. Sidonium Apoll. lib. VII. epist. VII. et alios.

58 *Αἰθαλία*. Φιλόχορος ἐν Ἀτθίδος τρίτῳ.] Huius scriptoris
a liber secundus citatur in dictione Ἄρειος πάγος. Vide Vossium de Hist. Graec. lib. I. cap. XVIII.

— Τὸ ἐθνικὸν Αἰθαιεύς, Θουκυδίδης πρώτῃ.] Non ita gentile apud Thucydidem formatum reperio, sed sine diphthongo in secunda syllaba. Ἐν ᾧ καὶ Εἵλωτες αὐτοῖς, καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε, καὶ Αἰθεεῖς, ἐς Ἰθώμην ἀπέστασαν. *In quo Helotes, et ex limitaneis Thuriatae et Atheenses, Ithomen successerunt.* Quis autem veram servaverit lectionem, tute ipse iudicabis.

Αἰθάλη, νῆσος Τυρσηνῶν.] Graecis scriptoribus haec insula, quae sita est contra Populonium urbem Hetruriae, a qua 10 vel 12. mill. pass. abest, dicitur Αἰθάλη; sic legimus apud Ptolemaeum lib. II. cap. primo. Straboni lib. V, et Diodoro lib. IV. Αἰθαλία appellatur. Latinis auctoribus dicitur *Ilua.* Plinius lib. III. cap. VI. *Ilua cum ferri metallis, circuitu centum millia, a Populonia decem, a Graecis Aethalia dicta.* Vide etiam Livium lib. XXX, Silium lib. VIII. et Virgil. lib. X. Latinum illud nomen videtur factum ex Graeco; Latini enim mutant *θ* in *B*, pro οὖθαρ dicunt *uber:* ἐρυθρὸς, detracto ε fit *ruther* et inde *ruber*, et ex ἄλλοθι videtur *alibi* factum. Deinde etiam mutant *αι* Diphthongum in *I*, adeo ut ex *Αἰθάλη* fit *Ibla*, et per μετάθεσιν τῶν στοιχείων, *Ilba* et inde *Ilua*; imo ex *Ilba* videtur factum nomen

Elba, quod etiamnum hodie obtinet, et iam inde a temporibus Gregorii magni obtinuit, qui Dialogor. lib. III. cap. XI. Populonium oppidum memorat XII. *millibus distans ab Elba insula.*

— *Διὰ τὸ σίδηρον ἔχειν*] Omnes scriptores quos praecedenti commentario percensuimus de ferri metallis mentionem faciunt; illud duntaxat ex Rutilii Itinerario addam:

Occurrit Chalybum memorabilis Ilva metallis;
Qua nihil uberius Norica gleba tulit.
Non Biturix largo potior strictura camino:
Nec quae Sardonio cespite massa fluit,
Plus confert populis ferri foecunda creatrix
Quam Tartessiaci glarea fulva Tagi.

— *Φίλιστος δὲ ἐν ε Σικελικῶν, Αἰθάλιαν* etc.] Iam alios auctores produximus, qui eodem prorsus modo hanc insulam appellabant. De Philisto rer. Sicular. scriptore praestantissimo lege Vossium de Hist. Graec. lib. I. cap. VI. Sed puto hic debere scribi *Αἰθάλειαν*, nam infra in formandis gentilitiis inquit: *τὸ ἐθνικὸν, ἐκ τοῦ Αἰθάλεια Αἰθαλείτης, ὡς Ζελείτης. ἐκ δὲ τοῦ Αἰθάλη Αἰθαλίτης.* Adeo ut ab *Αἰθάλια*, qua voce Philistus usus fuisset, gentile non deduxerit: verum postquam haec typographo exhibueram in Voss. cod. hunc locum ita exaratum reperi, uti eum iam conceperam. Aristoteles in Mirandis etiam hanc insulam *Αἰθάλειαν* nuncupavit. *Ἐν δὲ τῇ Τυῤῥηνίᾳ λέγεταί τις νῆσος Αἰθάλεια ὀνομαζομένη, ἐν ᾗ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μετάλλου πρότερον μὲν χαλκὸς ὠρύσσετο, ἐξ οὗ φασὶ πάντα κεχαλκευμένα παρ᾽ αὐτοῖς εἶναι. Apud Etruriam insula fertur esse nomine Aethalia; in qua ex iisdem metallis antea aes erutum fuerit, unde omnia aenea* 58
vasa apud illos conflata esse tradunt. b

— *Πολύβιος δ᾽ ἐν τριακοστῇ τετάρτῃ λέγει Αἰθαλίαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι.*] Etymologici magni auctor testatur Lemnum *Αἰθάλην* appellatam fuisse. *Αἰθάλη ἐκαλεῖτο ἡ Λῆμνος. ἴσως ἀπὸ τῶν ἀναδιδομένων αἰθαλῶν, ἐκ τῶν Ἡφαίστου χαλκείων.* Hinc nomen habere, etiam infra Stephanus perhibet, cuius locum mox emendabimus.

— *Ἀφ᾽ ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος, εἷς τῶν τὴν κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων. δύο γὰρ ἦσαν. οὗτος μὲν Σάμιος* etc.] Vel hic locus in gravissimo mendo cubat, vel parum considerate scripsit Stephanus ex Herodoti lib. primo hunc Glaucum, qui solus omnium ferri compactionem sive conglutinationem invenit, nunc *Lemnium*, et nunc *Samium* fuisse. Herodotus manifeste affirmat ipsum *Chium* fuisse, ita enim se habent eius verba: *Ἀλυάττης δὲ ὁ Λυδὸς τὸν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διενείκας, μετέπειτα τελευτᾷ, βασιλεύσας ἔτεα ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. ἀνέθηκε δὲ, ἐκφυγὼν τὴν*

νοῦσον, δεύτερος οὗτος τῆς οἰκίης ταύτης, ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων. Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα. Et licet a partibus Stephani stet Suidas, qui narrat a Glauco quodam *Samio*, qui primus ferri conflationem invenit, dimanasse proverbium *Γλαύκου τέχνη* (quod de iis dicitur, qui facile rem aliquam conficiunt) nihilominus tamen omnes scriptores antiqui contra eos militant. Athenaeus lib. v. qui sine ulla dubitatione eundem Herodoti locum, quem hic innuit Stephanus, consuluit, etiam perhibet hunc Glaucum *Chium* fuisse. ita enim inquit: Ἡγήσανδρος δὲ ὁ Δελφὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ὑπομνήματι ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων, Γλαύκου φησὶ τοῦ Χίου τὸ ἐν Δελφοῖς ὑπόστημα, οἷον ἐγγυθήκην τινὰ σιδηρᾶν, ἀνάθημα Ἀλυάττου, οὗ ὁ Ἡρόδοτος μνημονεύει. *Hegesander Delphus, in libro cui titulus est, Commentarius statuarum et imaginum, scribit, Glauci Chii Delphis opus esse engythecae ferreae simile, Alyattis donarium, cuius meminit Herodotus.* Neque ab Herodoto et Athenaeo dissentit Pausanias qui in Phocicis ita scribit: Τῶν δὲ ἀναθημάτων ἃ οἱ βασιλεῖς ἀπέστειλαν οἱ Λυδῶν, οὐδὲν ἔτι ἦν αὐτῶν εἰ μὴ σιδηροῦν μόνον τὸ ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρατῆρος, τούτου Γλαύκου μέν ἐστιν ἔργον τοῦ Χίου, σιδήρου κόλλησιν ἀνδρὸς εὑρόντος. *Ex tam multis, quae Apollini miserunt Lydorum reges, donis, reliquum iam nullum est, praeter ferream Alyattis craterae basin. Eam fecit Glaucus Chius, qui primus ferri artem ferruminandi excogitavit.* Vide etiam Eusebium et Scaligeri in eum commentaria.

— Ἔργον ἀοιδιμώτατον.] Omnes summopere laudant huius Glauci opus, sed qua in re eius praestantia erat sita, nemo expressit nisi Athenaeus, referens Hegesandrum illud Delphis vidisse, libro supra citato: quique illud ideo spectatu dignum existimabat, quia in eo animalcula quaedam insecta, et pusillae plantae torvo caelatae erant.

— Ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ πόλις, ἴσως ἐκ τῶν ἀναδιδομένων τοῦ Ἡφαίστου κρατήρων.] Manifeste hic nonnulla desiderantur,
69 licet ita in scriptis et vulgatis codicibus legatur. Si mei arbitrii
a res foret, hunc locum tali modo restituerem: Ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ πόλις, ἴσως ἀπὸ τῶν ἀναδιδομένων αἰθαλῶν, ἐκ τῶν Ἡφαίστου κρατήρων. Hanc verissimam huius loci lectionem esse evincitur ex Etymologici magni auctore, apud quem ita legitur: Αἰθάλη ἐκαλεῖτο ἡ Λῆμνος. ἴσως ἀπὸ τῶν ἀναδιδομένων αἰθαλῶν ἐκ τοῦ Ἡφαίστου χαλκείων. In Lemno esse gravissimas ignium et vaporum eruptiones nemo dubitat, et haec est causa, quod Vulcanus in eam e coelo delapsus fingatur, ὅτι πῦρ ἐκεῖ γῆθεν ἀνεδίδοτο

[redacted]

ποτε αὐτόματον, quia olim ibi e terra erumpebat spontaneus ignis, ut scribit Eustathius ad Iliad. *Α.* pag. 158. Hinc apud Lycophronem legimus,

— — *τεφρώδας γυῖα Λημναίῳ πυρί.*
Adurens igne membra Lemnio.

Et Seneca in Hercule Oetaeo versu 1359.

Quae tanta nubes flamma Sicanias vomit?
Quae Lemnos ardens?

Et ignis iste Lemnius maxime erumpebat e monte Mosychlo, de quo apud Hesychium legimus et Nicandrum in Theriacis versu 472. Ad quem locum etiam Scholiastam vide.

— *Ἐκ δὲ τοῦ Αἰθάλη Αἰθαλίτης, ὡς Σινωπίτης, Ἰοππίτης.*] Sic habent omnes editiones: in Vossiano codice *τὸ Ἰοππίτης* non legitur, quod fortassis ibi excidit.

— *Τὸ Αἰθαλίτης ἀντὶ τοῦ Χῖος.*] Hoc loco *Χῖος* est *ὁ τῆς Χίου πολίτης. ἀπὸ τοῦ Χίος* regulariter fieret *Χίῖος*, verum *κράσει* fit *Χῖος*, uti *Δῖος*.

— *Οὕτω γὰρ ἡ Χίος ἐλέγετο.*] Chium dictam fuisse Aethaliam docet Plinius lib. v. cap. xxxi. *Par claritate ab ea distat* xciii. *M. passuum, cum oppido Chios libera, quam Aethaliam Ephorus prisco nomine appellat.*

Αἰθαλίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Simili modo apud Harpocrationem: ast apud Suidam legimus: *Αἰθαλείδης. Δῆμος ἐστὶν Αἰθαλεῖδαι τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἧς ὁ φυλέτης Αἰθαλείδης.*

— *Οἱ δὲ, Αἰθαλεῖς τοὺς δημότας.*] Qui tali modo populares nuncupant, non deducunt illud nomen a voce *Αἰθαλίδαι* vel *Αἰθαλεῖδαι*, ut est apud Stephanum et Harpocrationem, et Suidam, sed a vocabulo *Αἰθαλιά*; tali enim appellatione haec tribus ab Hesychio insignitur: *Αἰθαλιὰ, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς*.

— *Τὸ τοπικὸν, Αἰθαλιδῶν* etc.] Codex Vossianus: *τὰ τοπικὰ, Αἰθαλιδῶν. ἐς Αἰθαλιδῶν* etc. Quae lectio omnino videtur praeferenda. Sed existimo post *τὰ τοπικὰ* praepositionem excidisse, et debere legi, *τὰ τοπικὰ ἐξ Αἰθαλιδῶν*. Saepissime tali modo, nempe a genitivo plurali addendo praepositionem, 59
localia ex Atheniensium Demis formantur. Vide in vocibus *Βάτη*, b
Ἐχελίδαι, Εὐπυρίδαι et aliis locis.

Αἰθήρ, ὁ ὑπὲρ τὸν αἰθέρα πεπυρωμένος τόπος.] Hic locus Salmasio de mendo est suspectus, qui ad oram sui codis scripsit debere legi: *Αἰθὴρ, ὁ ὑπὲρ τὸν ἀέρα πεπυρωμένος τόπος.* Hesychius: *Αἰθέρος, Ἀέρος, ἢ ὑπὲρ τὸν ἀέρα ὄντες.*

— *Λέγεται καὶ θηλυκῶς.*] Non recte, ut observat Salmasius ad marginem sui libri, *αἰθὴρ* feminino genere dicitur, sed *αἴθρα*:

et hunc in finem locum ex Simmiae Rhodii Alis in medium produxit, cuius verba ita sonant: ὅσ' ἕρπει δι' αἴθρας χάους τε. *Quaecunque nunc peragrant aëris regionem et Chaos.* Alia quaedam ad hunc locum annotavit vir incomparabilis, sed vetustate et situ adeo sunt exesa, ut ea legere nequeam. Verum parum considerate haec scripsit vir ille summus, nam apud Pindarum et alios poëtas saepius genere feminino haec vox occurrit. In principio Olymp. sic canit:

μηκέθ' ἅλίου σκόπει
ἄλλο θαλπνότερον
ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
ἐρήμας δι' αἰθέρος.
ne amplius sole considera
aliud foventius
interdiu lucidum astrum,
desertum per aetherem.

Sic etiam Ode XIII. *Αἰθέρος ψυχρᾶς.* Nem. Od. *H. πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα.* Et apud Sophoclem in Oedipo Tyr. *οὐρανίαν δι' αἰθέρα.*

— *Καὶ τῆς αἰθέρος.*] Hoc loco subintelligendum est *τῆς γενικῆς*, uti monet Salmasius in suo codice. Sed legendum videtur: *καὶ ἐκ τῆς αἰθέρος γενικῆς, αἰθερίτης.*

Αἰθικία.] An haec vox de regione, an vero de urbe aliqua debeat accipi, non exprimit Epitomator, sed quia eam comparat cum nomine regionis, eam quoque hic pro regione accipiendam puto. Urbem tamen hoc nomine commemorat Strabo libro sept. circa finem.

— *Θεόπομπος.*] Quam plurimis in locis hic auctor a Stephano allegatur: nunc libri titulum expressit, quod alias quandoque omittit. De eo vide Vossium in syntagmate de Histor. Graecis lib. I. cap. VII.

— *Αἴθικες.*] Hanc gentem Stephanus collocat in Thessalia, et ibi in monte Pindo, Marsyas vero inter Tymphaeam et Athamaniam: a quo non dissentit Strabo lib. VII. eundem huic genti situm adscribens, inter Athamanes et Tymphaeos. *Μολοττοί τε καὶ Ἀθαμάνες καὶ Αἴθικες, καὶ Τυμφαῖοι, καὶ Ὀρέσται, Παρωραῖοί τε καὶ Ἀτιντᾶνες, οἱ μὲν πλησιάζοντες τοῖς Μακεδόσι μᾶλλον, οἱ δὲ τῷ Ἰονικῷ κόλπῳ.*

— *Μαρσύας.*] Tres hoc nomine historici extiterunt: sed quemnam horum intelligat Stephanus dictu est difficillimum. Vide Vossium de Hist. Graec. lib. I. cap. X.

60 — *Τὸ δὲ ἔθνος, ἐπιεικῶς παράβολόν τε, καὶ βάρβαρον.*] In-
a genium et mores huius gentis nunc describuntur ex Marsya: sed quia haec gens male audit, etiam vicinae gentes male audiunt,

nam de Tymphaeis legimus apud Hesychium, cuius locus cum sit corruptus, ita est restituendus: *Τύμφαιον ἔθνος, ἄθεον ἔθνος. λέγει δὲ καὶ τοὺς Θεσπρώτους.* Nam Tymphe Thesprotiae mons est, de quo, praeter alios, nostrum Epitomatorem vide. Et ab antiquis etiam scriptoribus Thessala gens est decantata, et veneficiis et praestigiis prae caeteris infamis: hinc Thessala mulier, Thessala vox, et Thessala portenta.

Αἰθίοψ. Αἰθίοπες, τοὶ διχθὰ etc.] Exstat hic Homeri versus Odyss. *Α.* versu 23. Sed in hodiernis editionibus legitur:

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν.

— *Ὁ Ὑψικράτους λόγος.*] Huius Grammatici meminit Aulus Gellius lib. xvi. Noctium Att. cap. xii. *Idque dixisse ait Hypsicratem quempiam Grammaticum; cuius libri sane nobiles sunt super his, quae a Graecis accepta sunt.* Vide et Varronem lib. iv. de Lingua Lat. Fuit item Hypsicrates Amisenus historicus praestantissimus, de quo legimus apud Lucianum in Macrobiis, et Tatianum in oratione ad gentes.

— *Εἰσὶ δὲ καὶ τὸ ὄψ, καὶ τὸ μέροψ.*] Imperitiam huius Grammatici hisce verbis refutat, statuentis nullum apud Homerum nomen reperiri, quod in *οψ* desinit, nisi *τὸ Καλαύροψ*, illud enim Iliad. *ψ* legimus versu 845.

Ὅσσον τίς τ' ἔῤῥιψε Καλαύροπα βούκολος ἀνήρ.

Verum praeter *ὄψ* et *μέροψ* iam Stephano allegata, reperiuntur apud poëtam alia insuper nomina in *οψ* desinentia: *νώροψ* invenitur Iliad. *Β. Η. Ν. Π.* et quam plurimis aliis in locis: *οἶνοψ* exstat Odyss. *Φ.* versu 144. *αἶθοψ* Iliad. *Δ.* et aliis innumeris locis. Fortassis et plura serio Homerum evolventi occurrerent.

— *Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ.*] Haec fabula hodie non exstat, obiter tamen ab aliis citatur, ab Hesychio in *ζεῦγος*. Et in Etymologico magno legimus in voce *Ἀσιάτις· οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου.*

— *Ὁ αὐτὸς ἐν Ἀρχελάῳ.*] Huius fabulae meminit Pindari Scholiast. pag. 173.

— *Παρ' Ὁμήρῳ.*] Innuit Epitomator locum Homeri, quem habemus Iliad. *Α.* versu 423.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα. —— ——
Iupiter enim in Oceanum ad inculpatos Aethiopas
Hesternus ivit ad convivium.

— *Τὴν γὰρ Αἰθιοπίαν γῆν πρώτην φασὶ παγῆναι.*] Ingens

[redacted]

semper inter Aegyptios et Aethiopiae incolas, qui sub meridie habitant, de antiquitate certamen fuit, uti narrat Diodorus lib.
60 primo. Si Aethiopes primi exstiterint, necessario sequitur, eos
b ante omnes terram excoluisse. Sed hanc litem decidit Moses ubi inquit *Mesraïm genuisse Ludaeos*, sive Aethiopes. Non dubitamus primos homines ex Armeniae montibus fuisse profectos, in quibus arca substiterat, ad austri regiones paulatim devenisse, et per Assyriam, Babyloniam, Syriam et Aegyptum, denique in Aethiopiam usque penetrasse. Itaque locorum situs postulat, ut Aegyptus prior culta et habitata fuerit.

— *Πρῶτοι καὶ θεοὺς ἐτίμησαν.*] Cum praecedenti commentario negaverim eos primos terram coluisse, necessario sequitur nec ipsos primum Deum coluisse. Nugantur igitur Mythologici qui Arcadibus attribuunt, quod ante alios supremum numen coluerint. Hyginus Fab. CCLXXIV. *Arcades res divinas primi Diis fecerunt.*

— *Ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων, Μίθραν καὶ Φλεγύας.*] Primos in Aethiopia legislatores appellat Mithram et Phlegyam: sed nusquam, quod sciam, Mithra accipitur pro legislatore aut numine, quod ab Aethiopibus colitur. Hoc nomine *Solem* apud Persas cultum norunt omnes. Strabo lib. XV. *Τιμῶσι τὸν ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν.* Hesychius: *Μίθρας, ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης, ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός.* Plutarch. cum in Iside eorum sententiam in medium produxisset, qui apud Persas *Bonum genium* statuissent *Oromasdem et malum genium Arimanium*, insuper addit: *μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν Μίθρην εἶναι, διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσι.* Hoc est: *Utrinque autem medio Mithram esse: quia Mithram Persae mediatorem nominant.* Vide Xenophontem in Oeconomico, ubi Cyrum per Mithram tanquam summum et Deorum maximum iurantem introducit: praeterea Suidam, et Iuliani Caesaris in eundem Mithram prolixam satis orationem, quam legere possint quibus Mythologica tanti sunt. Hanc vocem ergo Romani a Persis mutuarunt atque acceperunt, qui aliquando huic Mithrae summi numinis virtutes attribuerunt, dum ipsum omnipotentem, invictum, sanctum, et quae huiusmodi sunt plura, appellent: ex variis inscriptionibus, quae apud Gruterum pag. 34. et aliis locis leguntur, unicam tantum huc transcribam, quae ita se habet:

OMNIPOTENTI
DEO. MITHRAE
APPIUS. CLAUDIUS
TARRONIUS. DEXTER
V. C. DICAT.

Praeterea Romani etiam Mithriaca sacra celebrarunt, teste Lampridio in vita Commodi, de quibus, quia alii explicarunt, nunc nihil dicemus. Imo Mithrae nomen tam universale fuit, ut ubicunque illud agnoverint, locus in hanc rem nobilis exstat apud Porphyrium de Musarum antro, ubi inquit: *Σπήλαια τοίνυν καὶ ἄντρα τῶν παλαιοτάτων πρὶν καὶ ναοὺς ἐπινοῆσαι θεοῖς ἀφοσιούντων. καὶ ἐν Κρήτῃ μὲν Κουρήτων, Διΐ. ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ σελήνῃ καὶ* 61 a
Πανὶ Λυκείῳ. καὶ ἐν Νάξῳ Διονύσῳ. πανταχοῦ δ' ὅπου τὸν Μίθραν ἔγνωσαν, διὰ σπηλαίου τὸν θεὸν ἱλεουμένων. Antiquissimi mortalium, priusquam templa excogitarentur, specus et antra Diis consecrarunt: et in Creta quidem Curetes Iovi: in Arcadia autem Lunae et Pani Lycaeo: et in Naxo Baccho: ubicunque vero Mithram agnoverunt, eidem Deo in specubus sacra fecerunt. Sed aliam significationem habet vox Mithra apud Apuleium lib. ultimo, uti viri docti existimant, ubi pro summo sacerdote sumi volunt. Sed locus ita est legendus: *Ad istum modum deprecato summo numine, complexus Mithratum sacerdotem, et meum iam parentem, colloque eius multis osculis inhaerens, veniam postulabam, quod Deum condigne tantis beneficiis remunerari nequirem.* Sed hoc obiter addam, Mithram pro Sole apud Aethiopes non fuisse cultum, siquidem *Assabinus* ipsis idem ac Sol fuerit, uti colligimus ex Plinii lib. XXII. cap. XIX. Ex hoc igitur Stephani loco observamus, Mithram et Phlegyam genere Aethiopes primos in Aethiopia legislatores extitisse, qui, quoniam plerumque divulgabant eiusmodi homines cum aliquo numine collocutos fuisse, etiam divino honore ab imperito populo colebantur. De *Mithra* eiusque per orbem terrarum cultu satis diximus, sed qualis fuerit hic *Phlegyas* amplius deliberandum censeo, cum nemo antiquorum, quod sciam, eius mentionem fecerit. Verum cum certum sit quod nullum nomen apud Graecos in accusativo singulari per *ας* desinat, merito nobis illud est suspectum: imo sit sanum, non tamen illa terminatio erit sana: lego itaque: *ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων Μίθραν καὶ Φλεγύαν.*

— *Ὡς Φαβωρῖνος περὶ τοῦ Αἰθιόπισσα, πλατύτερον ἐν τοῖς τῶν ἐθνικῶν προτεχνολογήμασιν εἴρηκεν.*] Haec sunt corruptissima et profligatissima; imo ita haec dicuntur, quasi Phavorinus *προτεχνολογήματα τῶν ἐθνικῶν* conscripsisset, quo profecto nihil falsius de hoc scriptore excogitari potest: attamen hunc locum ita accipit vir doctissimus in syntagmate suo de Historicis Graec. lib. II. cap. X, ubi agit de scriptis Phavorini a Stephano citatis. Verum hunc locum aliter interstinctum et exaratum Salmasius in vetustissimis Palatinae Bibliothecae schedis, et nos in codice Vossiano invenimus, ubi hunc in modum legebatur: *Ὡς Φαβωρῖ-*

νος περὶ τοῦ Αἰθιόπισσα. πλατύτερον ἐν τοῖς τῶν ἐθνικῶν προτεχνολογήμασιν εἴρηται. Haec verissima est huius loci lectio: et istis verbis nihil puto deesse quam particulam δὲ, post vocem πλατύτερον. Quis autem illa προτεχνολογήματα τῶν ἐθνικῶν consignaverit, an Stephanus, an vero Epitomator, ad quae lector remittitur, non exprimitur, et doctioribus diiudicandum relinquo; hoc tamen nego et pernego Phavorinum illorum auctorem fuisse. Illa autem vox προτεχνολογήματα non passim est obvia, et ingenue fateor me illam in antiquis Graecorum scriptis nondum reperisse. Sed apud Hermogenem, Dionys. Hal. et aliis exstat τεχνολογεῖν. Et apud Alexandrum Aphrodis. ἐπὶ τοῖς πρὸ τοῦδε τεχνο-
61 λογηθεῖσι προστεχνολογέω. Et alio loco: ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ προ-
b τεχνολογεῖταί τινα χρήσιμα. Adeo ut προτεχνολογεῖν nihil aliud sit quam *ante artis traditionem artificiose aliquid praefari*. Hinc igitur deducitur προτεχνολόγημα, quod nihil aliud quam *praefationem de quadam arte* denotat. Et postea fortassis factum est, ut generalior vocis usus ad quaslibet praefationes libris praefixas translatus sit, et non incommode hoc loco ipsius Stephani praefatio de suo περὶ τῶν ἐθνικῶν opere intelligi posset.

Αἰθιόπιον, χωρίον Λυδίας.] Huius loci situs est incertus: nisi eum Harpocratione et Suida dicamus in Euboea situm esse. Harpocration: Αἰθιόπιον, ὄνομα χωρίου ἐν Εὐβοίᾳ: ac proinde vereor ne aut erret Stephanus, aut sit corruptus: nam Euripus fretum est illud angustum inter Achaïam et Euboeam. Sed turbas nobis excitabit illud παρὰ Ὕλλῳ: Hyllus enim proprie Asiae minoris fluvius est, ex Phrygia ortum ducens, et in Hermum circa Lydiam defluens. Pro παρὰ Ὕλλῳ Salmasius in Pall. codicibus invenit περὶ Ὕλλον. Totum ego Epitomatoris locum ita conciperem: Αἰθιόπιον, χωρίον Εὐβοίας, παρὰ Δήλιον, πλησίον τοῦ Εὐρίπου. Delium enim oppidulum est prope Aulidem Boeotiae portum Euboeae oppositum.

— Οἱ δὲ τὴν αὐτὴν τῇ σελήνῃ.] Simili prorsus modo habemus apud Scholiast. Aristophanis ad Εἰρήνην. Ὁ μὲν γὰρ ἥλιος Ἀπόλλων ἐνενόμιστο, ἡ δὲ Ἄρτεμις σελήνη. Et Etymologici magni auctor: Ἄρτεμις, ἡ θεός, ἀερότεμίς τις οὖσα, ἡ τὸν ἀέρα τέμνουσα. ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῇ σελήνῃ.

— Ὡς Ἐρατοσθένης.] De praestantissimo hoc scriptore legendus omnino Vossius de Hist. Graec. lib. I. cap. XVII.

Αἰθυσσεῖς. Μαρμαρίδαις πάροικον.] In codicibus Palatinis Salmasius reperit: Μαρμαρίναις πάροικον. In Aldina et Florentina editione simili modo exstat. Sed Xylandri lectio videtur praeferenda. Strabo lib. XVII. ἡ δὲ ἑξῆς ἐστὶ Κυρηναία καὶ οἱ περιοικοῦντες βάρβαροι Μαρμαρίδαι. *Deinceps est Cyrenaïca, et*

[redacted]

barbari circumhabitant Marmaridae. Et eodem libro: *οἷας αἱ περί τε τὰς Σύρτεις καὶ τὰς Μαρμαρίδας, καὶ τὸν Καταβαθμόν.* Sed libro secundo penultimam syllabam cum υ scripsit: *πρὸς Αἰγύπτῳ μὲν Μαρμαρύδας, μέχρι τῆς Κυρηναίας.* Sed forte hoc loco typographicum σφάλμα irrepsit.

Αἴκαλον. Διονύσιος ἑκκαιδεκάτῳ.] Quia hic Dionysii Halicarnassensis liber desideratur, istis frustramur verbis, quae Stephanus innuit, in cuius opere procul dubio extiterunt, quae iam ab hac epitome exulant. Sed fortassis hic locus in mendo delitescit, et pro *Αἴκαλον* rescribendum erit *Αἰκουλᾶνον*, cuius meminit Ptolemaeus lib. III. cap. primo. *Ἱρπίνων πόλεις, οἵ εἰσιν ἀνατολικώτεροι Πικεντίνων καὶ Λουκανῶν. Ἀκουιλωνία, Ἀβέλλινον, Αἰκουλᾶνον, Φρατούολον.* Et Appianus lib. I. Civil. *Σύλλας δ' ἐς ἔθνος ἕτερον Ἱρπίνους μετεστρατοπέδευε, καὶ προσέβαλε Αἰκουλάνον.* Sed nihil certi possum statuere, quia Castelli situm Epitomator non expressit accurate.

Αἴλανον, πόλις Ἀραβίας.] In scriptis codicibus urbis nomen est *Αἴλανα*; et ita hoc loco esse scribendum manifeste evincitur ex verbis quibusdam, quae in voce *Ἄδανα* leguntur, ubi corrupte vulgati codices exhibent: *ἢ Ἀδανίτης, ὡς Αἴλινα Αἰλινίτης*, sed indicavimus ibi necessario reponendum esse: *ἢ Ἀδανίτης, ὡς Αἴλανα Αἰλανίτης.* Variis modis huius oppidi nomen a scriptoribus concipitur et exaratur, quemadmodum discimus ex Plinii lib. VI. cap. XXVIII. ubi simul eius situm demonstrat. Plinii verba huc transcribam, uti a Salmasio sunt emendata. *Sinus intimus in quo Laeanitae, qui nomen ei dedere. Regia eorum Adra, et in Sinu Laeana, vel ut alii Aelana: nam et ipsum sinum nostri Aelaniticum scripsere: alii Ailaniticum, Artemidorus Elaniticum, Iuba Laeaniticum.* Ex hoc uno loco liquet, urbis nomen quatuor modis fuisse scriptum: alii enim scripsere *Λαίανα*: alii *Αἴλανα*: alii *Ἀἴλανα*: alii *Ἔλανα*. Adeo ut hinc certo certius appareat, urbis nomen terminationem in *νον* nequaquam habuisse. Sed apud Procopium rerum Persicar. primo, haec urbs *Αἴλας* dicitur, ubi tamen *Αἴλα* scribendum censeo: *Καὶ πόλις Αἴλας καλουμένη πρὸς τῇ ταύτης ἠϊόνι ἐστι.* Ita enim hoc ipso tmemate a Stephano appellatur: *τὰ πρὸς ἕω τῆς Αἴλας.* Et a Strabone lib. XVI. *ἐντεῦθεν δὲ ὑπέρβασις λέγεται χιλίων διακοσίων ἑξήκοντα σταδίων εἰς Αἴλαν πόλιν ἐπὶ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου κειμένην.* Et in Concilio Nicaeno ex Palaestina provincia subscripsit Petrus Episcopus *Ailensis.* Ad urbis situm quod attinet, sciendum est, in Arabico sinu duos alios esse *μυχούς*, id est, infimos recessus, alterum versus Aegyptum, alterum versus orientem: qui se versus Aegyptum fundit dicitur *μυχὸς Heroopoli-*

62 a

ticus ab Heroum oppido, quod ei adiacet. Strabo lib. iam citato: *Διότι ἀπὸ Ἡρώων πόλεως, ἥτις ἐστὶ πρὸς τῷ Νείλῳ μυχὸς τοῦ Ἀραβίου κόλπου, πρὸς μὲν τὴν Ναβαταίαν πέτραν εἰς Βαβυλῶνα, πεντακισχίλιοι ἑξακόσιοι.* Sed alter ille μυχὸς sive recessus intimus se extendebat versus orientem, et sinus Elaniticus dicebatur, ab urbe Elana, quae ad eum sita erat. Strabo eodem libro: *Ἔστι δὲ ἡ Ἔλανα πόλις ἐν θατέρῳ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, τῷ κατὰ Γάζαν τῷ Ἐλανίτῃ καλουμένῳ. Elana urbs est in altero recessu Arabici sinus, qui apud Gazam est nomine Elaniticus,*

— *Τινὲς δὲ κόλπον Ἄϊλα φασί.*] Sic exhibent codices scripti et editi, sed manifesto errore, videtur enim restituendum: *τινὲς δὲ κόλπον Ἄϊλαν φασί.* Quot modis nomen urbis, tot modis etiam nomen τοῦ μυχοῦ sive recessus appellabatur: vide Plinium loco supra citato. Verum hunc recessum ita fuisse dictum nititur probare Salmasius ex quodam Marciani Heracleotae loco, quem hunc in modum emendavit: *Ἐστὶ γὰρ ἀπὸ Γάζης τῆς ἐν Παλαιστίνῃ πόλεως ἐπὶ τὸν μυχὸν τοῦ Ἀραβίου κόλπου, καὶ τὸν προειρημένον Ἄϊλαν πεζῇ πρὸς τὴν μεσημβρίαν τῆς πορείας γινομένης στάδια ασξ'.*

— *Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῶν τρίτῳ.*] Plurimis in locis a Stephano citatur, et titulum eius scripti hic *Ἀραβικὰ*, quem in vocibus *Γέα* et *Σαλμηνοὶ Ἀραβικὴν ἀρχαιολογίαν* appellat. Vide Vossium de Hist. Graec. lib. III.

— *Ὁ πολίτης Αἰλανίτης.*] Nullam auctor noster committit ταυτολογίαν, licet supra omnino dixerit, ἧς ὁ πολίτης Ἀϊλανίτης. Nam illud oppidani nomen, de quo nunc loquitur in scriptis ac vulgatis libris est corruptissimum. Glaucus urbem appellaverat *Ἄϊλαν*, et inde nunc format *Ἀϊλίτης*: adeo ut hoc loco rescribendum sit: ὁ πολίτης Ἀϊλίτης.

62 *Αἰλία. Ἀπὸ Αἰλίου Ἀδριανοῦ.*] Peregrinas regiones visi-
b tasse, et multa oppida hunc Imperatorem restaurasse certum est ex Epitome Sex. Aurel. Victoris. *Immensi laboris, quippe qui provincias omnes pedibus circumierit, agmen comitantium praevertens, cum oppida universa restitueret, augeret ordinibus. Namque ad specimen legionum militarium, fabros, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum exstruendorum moenium, seu decorandorum, in cohortes centuriaverat.* Sed Epiphanius de mensuris et ponderibus speciatim refert, ipsum in Aegyptum contendisse, cupidumque fuisse videndi urbes in itinere positas: tandemque venisse Hierosolymam, quam ante annos quadraginta septem Titus Vespasiani filius, secundo imperii sui anno, prorsus subverterat. Hanc Imperator solo aequatam, templum ipsum destructum ac proculcatum reperit, paucis aedibus exceptis, ac

[redacted]

parva quadam Christianorum ecclesia. Inter haec Imperator de sola urbe instauranda, sine templo, cogitans, Aquilam scripturae interpretem reficiendae urbi praefecit, quam de se Aeliam nominari voluit. Hinc Stephanus format oppidani nomen *Αἰλιώτης*, quod etiam apud Goltzium in nummo quodam excusum est; ibi enim habemus *ΑΙΛΙΩΤΩΝ*. Verum si Dioni et antiquis inscriptionibus fides, non *Aelia* solum haec urbs, sed *Aelia Capitolina* dicta fuit. Dionis in hanc rem verba exstant lib. LXIX. *Ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλίναν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ θεοῦ τόπον ναὸν τῷ Διῒ ἕτερον ἀντεγείραντος, πόλεμος οὔτε μικρὸς οὔτ' ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Quum autem Hierosolymis coloniam urbis eversae loco conderet, quam Aeliam Capitolinam appellavit, ac quo in loco templum Dei fuerat, alterum Iovi aedificari curavisset, magnum bellum et diuturnum moveri coepit.* Ab Imperatore igitur et Iove Capitolino, cuius templum Hierosolymis sacraverat in monte Sion, nomen urbs acceperat. Hinc apud Goltzium legimus: COLONIA AELIA CAPITOLINA. Et alio loco: COL. AEL. CAP. COMM. F. id est: *Colonia Aeliana Capitolina Commodiana felix*, a deductis eo a Commodo colonis.

— *Τινὲς δὲ καὶ Αἰλιεῖς αὐτοὺς καλοῦσιν.*] Sic habent libri vulgati: lectionem vero codicis Vossiani non libenter admiserim, in quo legitur: *Τινὲς δὲ καὶ Αἰλεῖς αὐτοὺς καλοῦσιν.*

— *Εὐδαίμων ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ.*] Fuit Grammaticus, auctore Suida, Pelusiotes, aequalis Libanii Sophistae, contra quem etiam scripsit. Composuit varia poëmata: *τέχνην γραμματικὴν*, et *ὀνοματικὴν ὀρθογραφίαν*. Saepissime etiam citatur ab Etymologici magni auctore, ut in *Ἄσσον*, *Θεῖον*, sed ibi sine libri nomine. In *Θύον* tamen eius *Ὀρθογραφία* producitur.

— *Διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφων τὸ Αἰλία.*] Fortassis rescribendum est: *διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφων τὸ Αἴλεια.*

— *Καὶ τὸ Αἰλιεὺς διὰ τοῦ ι, ὡς τὸ Σίγειον καὶ Σιγειεύς.*] Locus corruptus, quem sic emendo: *καὶ τὸ Αἰλιεὺς διὰ τοῦ ι. ὡς τὸ Σίγειον καὶ Σιγιεύς.* Si ita haec verba legantur, cohaerebunt cum sequentibus, ubi dicit; *ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ Σίγειον καὶ Σιγιεὺς δειχθήσεται ἐν τῷ οἰκείῳ.* Sed in voce *Σίγειον* nulla de hac re fit mentio, et lectorem Epitomator ad locum inanem remittit.

— *Ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τούτων γίνεται τὰ εἰς ευς ἀρσενικὰ, ἀλ- 63
λὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντίοχος Ἀντιοχεὺς, καὶ τοῦ a
Σελεύκου τὸ Σελευκεύς.*] Lego posteriora huius loci hoc modo: *ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντίοχος Ἀντιοχεὺς, καὶ τοῦ Σέλευκος τὸ Σελευκεύς.* Quantum coniectura valeam assequi, Stephanus hoc cano-

ne probare nititur a voce Ἀντιόχεια non posse fieri Ἀντιοχεὺς, uti neque ab Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεύς. Accuratius multo similem exhibet canonem in voce Εὔβοια, cuius verba in scriptis codicibus ita concipiuntur, quemadmodum ad illum locum docebimus: Τὸ ἐθνικὸν τῆς νήσου Εὐβοιεύς. καὶ Εὐβοῒς τὸ θηλυκόν. καὶ Εὐβοεὺς, χωρὶς τοῦ ι. καί τοι ἀπὸ τῶν εἰς α παραγόμενα εἰς ευς φυλάττει τὴν παραλήγουσαν. Διὸ καὶ τὸ Ἀλεξάνδρεια οὐ προϋπάρχει τοῦ Ἀλεξανδρεύς· ἔδει γὰρ Ἀλεξανδρειεὺς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Ταρσὸς Ταρσεύς. Hinc liquet gentile istius insulae dici Εὐβοιεὺς et Εὐβοεὺς, licet derivativa quaedam in ευς, deducta a nominibus in α, penultimam retineant. Et haec est ratio quare Ἀλεξάνδρεια non sit primitivum vocis Ἀλεξανδρεύς, nam si inde foret deductum, deberet necessario Ἀλεξανδρειεὺς pro gentili habere. Sed haec facile ad vocem Αἴλία applicari possunt, cuius gentile est Αἰλιεὺς, quod penultimam primitivi syllabam retinet.

— Εἰ γὰρ παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἦν ἂν Ἀλεξανδρειεύς.] Optime sic habent Aldina et Florentina: sed recedimus a Xylandri editione, in qua corruptissime excusum est: εἰ γὰρ παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἦν ἂν Ἀλεξανδρεύς. Salmasius in codicibus Palatinis reperit: εἰ δὲ παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἦν, Ἀλεξανδρειεὺς ἂν ἦν. Et ita etiam nobis codex Vossianus exhibuit. De hac re vide commentarium praecedentem.

Αἱμονία, ἡ Θετταλία.] Saepius huius regionis nomen est mutatum, uti testatur Plinius lib. IV. cap. VII. *Sequitur mutatis saepe nominibus Aemonia. Eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, et Dryopis, semper a regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Graecus a quo Graecia: ibi Hellen, a quo Hellenes.* Apollonii Rhodii Scholiast. ad lib. III. Αἱμονία τοπρότερον ἡ Θεσσαλία ἐκαλεῖτο. καὶ ἄλλας δὲ ἔσχεν ὀνομασίας etc. Hesychius: Αἱμονία ἡ Θεσσαλία.

Αἵμων δὲ υἱὸς μὲν Χλώρου τοῦ Πελασγοῦ, πατὴρ δὲ Θεσσάλου.] Hic locus mihi est suspectus, et vereor ne falsam Aemonis genealogiam nobis tradat Stephanus: nam Apollonii scholiastes ad librum supra allegatum, etiam ex Rhiano eius genus referens, nullam huius Chlori mentionem facit. Quisnam fuerit, non possum affirmare, cum neque Mythologi ipsum noverint.

63 b — Ὡς Ῥιανός.] Plurimum hic poëta Stephano adest, nunc quidem sine libri titulo: sed in voce Ἀρκτᾶνες eius Thessalica producuntur; quae et hic sine dubio intelligenda sunt. Locum, quem noster innuit, nobis eruditissimus Apollonii Scholiast. integrum reservavit.

[redacted]

Πύῤῥαν δή ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον
Πύῤῥης Δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης ἀλόχοιο.
Αἱμονίην δ' ἐξαῦτις, ἀφ' Αἵμονος, ὅν ῥα Πελασγὸς
Γείνατο, φέρτατον υἱόν· ὁ δ' αὖ τέκε Θεσσαλὸν Αἵμων,
Τοῦ δ' ἀπὸ Θεσσαλίην λαοὶ μετεφημίξαντο.

— *Ἔχει προκατάρχοντα κυρίων.*] Ita legitur in excusis; sed in scriptis codicibus: *ἔχει προκατάρχοντα κύρια*, quam lectionem vulgatae praefero: nusquam enim genitivo constructum invenitur, nisi apud Galenum: *ἅπαντά τε τὰ προκατάρχοντα τῆς νόσου.* Sed ibi substantive et non adiective sumitur. Quid sit *ὄνομα προκατάρχον* conficere licet ex Etymologici magni auctore, qui in voce *Ἀμύνω* ita scribit: *τὰ εἰς νω παραληγόμενα τῷ ῡ βαρύνεσθαι θέλει. καὶ ἐπιτεταμένον ἔχει τὸ ῡ. εἰ δέ τι περισπᾶται, προκατάρχον ἔχει ὄνομα, οὗ τὸ τέλος εἰς ω τραπὲν, ῥῆμα ποιεῖ, ὀδύνη, ὀδυνῶ.* Huiusmodi vocis primitivum Graecis etiam appellatur *προκατάρχον θέμα*, imo absolute *θέμα*, et *πρωτότυπον* dicitur. Egregie ad rem faciunt Moschopuli verba: *Πρωτότυπον ὄνομά ἐστι τὸ πρωτόθετον ὑπάρχον, καὶ μὴ ἔχον προκάταρξίν τινα, ἢ αἰτίαν τῆς ἑαυτοῦ γενέσεως.* Huius Grammatici verba hanc ob caussam in medium produco, quia etiam usus fuit voce *προκάταρξις*, ex qua manifestissime colligi potest, quid per *προκατάρχον ὄνομα* intelligi debeat.

— *Τούτοις ἐπιεικῶς ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικά.*] Corrupta sine dubio lectio: sed qualem veteres et scripti et editi exhibent: nam quid huc facit *ἐπιεικῶς*? Puto cum Salmasio legendum esse: *τούτοις ἐπιτοπλεῖστον ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικά:* et tunc sensus erit facilis et clarus. Ita autem rescribendum esse satis evincitur infra ex ipsis Stephani verbis: *ὁ δὲ λόγος τῶν ὡς ἐπιτοπλεῖστον.*

— *Κίλιξ τὸ κύριον, καὶ τὸ ἐθνικὸν, ὅτι Κιλικία.*] Neque haec verba se bene habent. Lege confidenter: *Κίλιξ τὸ κύριον, καὶ τὸ ἐθνικὸν, ὅθεν Κιλικία.*

— *Τὸ δὲ Κρότων, ὡς Κράννων, καὶ Κολοφών.*] Et hic locus in levis mendi suspicionem venit: rescribendum est: *τὸ δὲ Κρότων, καὶ Κράνων, καὶ Κολοφών.* Sic enim colligi licet ex male exarata scriptura codicis Voss. *τὸ δὲ Κρότων, καὶ Κραύνων, καὶ Κολοφών.* Apud Livium vox *Κράνων* cum simplici et duplici N scribitur lib. XXXVI. cap. XIV. Et lib. XLII. cap. LXIV. sed an eaedem sint urbes iudicabit lector.

— *Τὸ Τεῦκρος ὡς τριγενὲς ὠξύνθη.*] De accentu huius vocis egimus in voce *Ἄβαντις*, et diximus cum accentu in ultima notari, cum sit adiectivum trium generum: sed cum pro heroe sumitur aut nomine proprio, accentum habere circumflexum in penultima, adeo ut haec ipsa vox excipiatur ab Herodiani ca- 64 a

none, cum dicit, τοῖς συνοικισταῖς συνεχῶς ὁμοφωνεῖν τὰ ἐθνικὰ, δηλονότι καὶ γραφῇ καὶ τόνῳ. Hoc autem non semper, sed saepenumero fieri docet Stephanus hoc tmemate. Huc etiam videntur pertinere eius verba quae leguntur in Ἀβάντις. τὸ ἐθνικὸν ὁμωνυμεῖ τῷ ἥρωϊ, ὡς Ἴων, Θεσσαλὸς, Ἀχαιὸς, Τρὼς, Δαναὸς, Λοκρός.

— *Κάμιμος, καὶ ὁ κτιστὴς, καὶ ἡ νῆσος.*] Vox Κάμιμος in mendo cubat, pro qua rescribendum est Κάμιρος, et oppidum est in insula Rhodo. Unde haec hauserit hanc insulam quoque Κάμιρον fuisse nuncupatam, mihi non constat: ac proinde totus hic locus ita videtur constituendus: Κάμιρος καὶ ὁ κτιστὴς, καὶ ἡ νήσου πόλις. Ipse Stephanus in isthac voce: Κάμιρος πόλις ἐν Ῥόδῳ, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κερκάφου etc.

— *Ὁμοίως Τροιζὴν* etc.] Ita haec verba distinguimus. In omnibus vulgatis antea τὸ ὁμοίως ad νῆσος referebatur: καὶ ὁ κτιστὴς, καὶ ἡ νῆσος ὁμοίως.

— *Ἐπὶ τῶν τριῶν εὑρίσκεται ἓν ὄνομα.*] In voce Ἀγάθη eodem ferme modo Epitomator scripserat: Σχοινεὺς γὰρ, καὶ ἥρων, καὶ ποταμοῦ, καὶ ἐθνικόν. Hoc maxime conspicitur in fluviorum nominibus, ut praeterea etiam gentile et proprium denotent. Sic *Μαίων* est nomen fluvii: et insuper additur, καὶ τὸ ἐθνικὸν Μαίων, ὁμωνύμως τῷ οἰκιστῇ, ἀφ' οὗ ἡ χώρα.

— *Καὶ Αἱμονία πόλις Ἀρκαδίας.*] Aut Stephanus est corruptus, aut Pausanias, qui huius urbis libro VIII. mentionem facit, sed numero plurali. Locus Pausaniae ad quem alludit ita in vulgatis concipitur: *Καὶ μετὰ ταῦτα Αἱμονιαὶ πόλις ἦσαν τὸ ἀρχαῖον. οἰκιστὴς δὲ Αἵμων ἐγένετο αὐταῖς ὁ Λυκάονος. διαμεμένηκε δὲ ἐς τόδε Αἱμονιὰς τὸ χωρίον τοῦτο ὀνομάζεσθαι. Μετὰ δὲ Αἱμονιὰς ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, πόλεώς ἐστιν Ὀρεσθασίου καὶ ἄλλα ὑπολειπόμενα. Adiacebant priscis temporibus Haemoniae, urbs, cuius fuerat conditor Haemon Lycaonis filius: mansit ad hunc usque diem oppidulo nomen, quae Haemoniae dicuntur. Ab Haemoniis discedenti, ad dextram viae, Oresthasii urbis et aliae exstant reliquiae.* Non tantum differentia est in numero, sed etiam in aspiratione, apud Stephanum enim leni effertur spiritu.

— *Οὕτως εὕρομεν τὰ τῆς χρήσεως.*] Salmasius ad oram sui codicis testatur in duobus MSS. legi: ἕως εὕρομεν τὰ τῆς χρήσεως.
64 Si legas οὕτως, uti exhibent vulgati codices, gentile erit Αἵμων:
b sed si ex MSS. ἕως restituas, de gentilitii usu Stephanus nondum est certus.

Αἷμος ὄρος Θρᾴκης.] Cum optimae notae Geographis Stephanus hunc montem Thraciae adscribit; sic Strabo, sic Plinius, sic Dionysius Alexand. sic Mela, qui lib. II. cap. II. montis

[redacted]

altitudinem praedicat: *Ex quibus Haemus in tantum altitudinis abit, ut Euxinum et Adriam ex summo vertice ostendat.* Elegantem atque luculentam Aemi montis descriptionem habemus apud Simocatam in Hist. Mauricia lib. II. cap. IX. quae profecto digna est ut legatur, quamque huc transcriberem, nisi esset longiuscula. Sed Strabo lib. VII. Polybium nominatim, qui idem quod Mela de altitudine huius montis scribit, falsitatis arguit.

— *Λέγεται δὲ οὐδετέρως.*] Tertia declinatio nominum simplicium non habet neutra quae in ος desinunt: ita *Αἷμος* necessario gaudet genere masculino, et apud Graecos et apud Latinos: adeo ut hinc non levis oriatur suspicio locum esse mutilum, et ei aliquid excidisse, quem saniorem reddideris si legas: *λέγεται δὲ οὐδετέρως τὸ Αἷμον, ὡς οἱ πολλοί.* Hunc locum ita esse restituendum manifestissime apparet ex Eustathio ad Dionys. qui pag. 61. et 62. haec scribit: *Ὅτι Αἷμος, ὃς καὶ οὐδετέρως τὸ Αἷμον λέγεται ἀπό τινος Αἵμου βασιλέως Σκυθῶν, Θράκιόν ἐστιν ὄρος.* Sed Graecorum fabulis nulla fidei constantia: alii enim contra statuunt montem nominis originem traxisse a voce *αἷμα*. Apollodorus lib. primo: *Διόπερ ἐπιδιωκόμενος αὖθις, ἧκεν εἰς Θρᾴκην. καὶ μαχόμενος περὶ τὸν Αἷμον, ὅλα ἔβαλεν ὄρη. τούτων δὲ ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ τοῦ κεραυνοῦ πάλιν ὠθουμένων, πολὺ ἐπὶ τῷ ὄρει ἐξέκλυσεν αἷμα. καί φασιν ἐκ τούτου τὸ ὄρος κληθῆναι Αἷμον. Proinde cum Iovem rursus insequentem videret, contendit in Thraciam, pugnaque ad Haemum commissa solidos montes iaculatus est. Hi vero contra nova fulminum vi deturbantur, multumque in ipso monte sanguinis exundavit; a quo Haemi nomen factum fuisse ferunt.* Stephanus montis nomen cum leni aspiratione effert, sed si *ἀπὸ τοῦ αἷμα* nomen acceperit, praestabit mea quidem sententia, ut spiritu aspero efferatur.

Αἴνεια, τόπος Θρᾴκης.] De situ huius loci habemus apud Dionysium Halicarnasseum lib. I. qui illum etiam *Αἴνειαν* appellat, et refert situm esse in Cherroneso, cui nomen Pallene ad Hermaeum sinum haud longe a Thessalonica, quam peninsulam Barbari tenebant, Crusaei dicti: scribitque illum locum durasse usque ad imperium successorum Alexandri Macedonis, quum Cassander eo diruto, Aeneadas Thessalonicam transtulit, tunc temporis extructam. Haec eodem ferme modo referuntur in excerptis ex fine libri septimi apud Strabonem. *Μετὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν ἡ Θεσσαλονίκη ἐστὶν πόλις, ἣ πρότερον Θέρμη ἐκαλεῖτο. κτίσμα δ' ἐστὶν Κασσάνδρου, ὃς ἐπὶ τῷ ὀνόματι τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, παιδὸς δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου ὠνόμασεν. μετῴκισεν δὲ τὰ πέριξ πολίχνια εἰς αὐτήν· οἷον Καλάστρων, Αἴνειαν, Κισσὸν καὶ τινὰ καὶ ἄλλα.* 65 a

— *Θέων Αἰνειάδας ταύτην καλεῖ*] Nomen illud etiam Latini usurparunt. Virgil. lib. III. Aeneid.

> —— *Feror huc et littore curvo*
> *Moenia prima loco, fatis ingressus iniquis,*
> *Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.*

— *Ὅπου τὸν πατέρα ἔθαψε.*] Auctoritate Theonis, Scholiastae in Lycophronem, Stephanus confirmat Anchisen in Thracia ab Aenea terrae mandatum esse: sed in hunc usque diem eius tumulus ignoratur, quem aliqui in Ida monte Cretensi, quidam in Sicilia, et alii in Thracia collocant. Eustathius ad Iliad. *M.* inquit: *Ἐδείκνυτο δέ φασι τάφος Ἀγχίσου ἐν τῇ Ἴδῃ· καὶ ἐτίμων αὐτὸν οἱ ἐκεῖ ποιμένες καὶ βουκόλοι κατὰ πᾶν φθινόπωρον τὸν τάφον αὐτοῦ στέφοντες, νεώτεροι δέ τινες ἐν Σικελίᾳ φασὶ τετελευτηκέναι αὐτόν.* Nam apud Virgil. Aeneid. lib. III. legimus, ipsum Drepani in Sicilia ad montem Erycem obiisse.

> *Et vada dura lego saxis Lilybeïa caecis.*
> *Hinc Drepani me portus, et illactabilis ora*
> *Accipit. Heic, pelagi tot tempestatibus actus,*
> *Heu! genitorem, omnis curae casusque levamen,*
> *Amitto Anchisen.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Αἰνειεύς. ὃ καὶ παράσημόν ἐστιν, ὅτι μὴ ἐνδεῖ μιᾷ συλλαβῇ τοῦ πρωτοτύπου, ὡς εἴπομεν ἐν τῇ Αἰλίᾳ.*] In voce *Αἴλια* docuerat Stephanus multa esse gentilia, quibus syllaba unica minus erat quam urbium nominibus, de quibus praedicantur: sic *Ἀλεξάνδρεια* habet gentile *Ἀλεξανδρεὺς*, et *Ἀντιόχεια Ἀντιοχεὺς*, et huius rei hanc rationem allegat, quod illorum primitivum sit *Ἀλέξανδρος* et *Ἀντίοχος*: addens insuper ex Abrone hunc canonem: *Παρὰ μίαν γὰρ συλλαβὴν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα· τῆς Ἀντιοχείας τὸ Ἀντιοχεύς. ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ τούτων γίνεται τὰ εἰς ευς ἀρσενικὰ, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος.* Quia igitur hoc oppidi nomen non habet primitivum in *ος* desinens, necessario secundum supra dictum canonem *Αἰνειεὺς* eius gentile erit dicendum. Vide quae ad hunc canonem annotavimus.

— *Ὑδρεῖαι Ὑδρεάτης.*] In ipsa voce Stephanus penultimam insulae syllabam non cum diphthongo, sed cum *ε* scribit. *Ὑδρέα, νῆσος πρὸς τῇ Τροιζῆνι. τὸ ἐθνικὸν Ὑδρεάτης.*

65 — *Ὀρεῖαι Ὀρεάτης.*] Puto Epitomatorem in exemplum huc
b adducere nomen urbis in agro Laconico sitae cuius meminit Pausanias in Laconicis: *Ἐπὶ τούτῳ δὲ αὐτοῖς καὶ τὴν πόλιν Ὀρειάτας ἐς ἐκεῖνο ὀνομαζομένας.* Sed si nostri auctoris locus sit sanus, Pausanias in mendi suspicionem veniet, apud quem pro *Ὀρειάτας* sine dubio *Ὀρείας* erit rescribendum.

— *Κεγχρεῖαι Κεγχρεάτης.*] Sed proprio suo loco Stephanus

[redacted]

scribit penultimam absque diphthongo: *Κεγχρέαι, πόλις Τρωάδος. τὸ ἐθνικὸν, Κεγχρεάτης.* Adeo ut Epitomator aliquando sibi parum constet.

— *Καὶ πόλις Τυῤῥηνίας.*] Codex Voss. *ἔστι καὶ πόλις Τυῤῥηνίας.* Intelligo *Ianiculum*, quod in Etrusca amnis ripa erat situm. Dionysius libro primo ex antiquis Romanorum monumentis perhibet, Romulum Aeneae filium, Ascanii ac Remi fratrem, condidisse *Αἰνείαν πόλιν, ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τὴν ὕστερον κληθεῖσαν Ἰανῖκλον.* Hinc apud Plinium lib. III. cap. V. legimus: *Saturnia, ubi nunc Roma est: Aeneipolis; quod nunc Ianiculum in parte Romae.*

Αἰνία, διὰ τοῦ ι, πόλις Περῤαιβῶν.] Intelligo hanc urbem, cuius situm nobis Livius lib. XLIV. cap. X. hisce verbis accurate demonstrat: *Revocatis igitur in naves militibus, omissaque Thessalonicae oppugnatione, Aeniam inde petunt: quindecim millia passuum ea urbs abest, adversus Pydnam posita, fertili agro.*

— *Λέγονται δὲ καὶ Αἰνιεῖς.*] Plinius libro II. cap. II. inquit: *Aetolorum populi Athamanes, Tymphei* [scribe Tumphaei], *Ephyri, Aenienses, Perrhaebi, Dolopes, Maraces, Atraces, a quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur.* Stephanus noster scripserat, Aeniam urbem in Perrhaeborum ditione sitam esse, cum tamen Plinius manifeste inter Aenienses et Perrhaebos distinguat.

— *Στράβων δὲ ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ φησίν.*] Non est apud Strabonem lib. XIV. sed undecimo. Scribe itaque: *Στράβων δὲ ἐν τῇ ἑνδεκάτῃ.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Αἰνιάν.*] Usurpat hoc gentile Sophocles apud Plutarchum de curiositate hisce verbis: *Νῦν δὲ συμβαίνει τὸ τοῦ Σοφοκλέους. Ἔπειτα δ' Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι Πῶλοι βίᾳ φοροῦσιν. Nunc Sophocleum illud usu venit. Hinc Aenianis effrenes pulli viri feruntur indomito ore.*

— *Εὔλογος ἡ ὁμοφωνία αὐτοῦ.*] Ut sensus horum verborum lectori sit clarus et perspicuus, necesse est ut in memoriam revocetur Herodiani Canon, quem in voce *Αἱμονία* ex illo grammatico produxit. *Ἡρωδιανὸς δὲ φησιν ὅτι τοῖς συνοικισταῖς συνεχῶς ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικὰ, δηλονότι καὶ γραφῇ καὶ τόνῳ.* Haec non incommode applicari possunt ad gentile *Αἰνιὰν*, quod fortassis *γέγονεν ἀπὸ τοῦ κυρίου Αἰνιᾶνος.* Adeo ut gentile et proprium con- 66
ditoris nomen hoc loco etiam et scriptura et accentu conveniant: a
sed non ita se res habet cum vocabulis *Τεῦκρος* et *Γραῖκος*, ubi proprium et gentile quidem scriptura inter se conveniunt, sed accentus sunt diversi. Nam cum *Τεῦκρος* pro heroë sumitur aut

proprio, accentum habet circumflexum in penultima. Et sic etiam quaedam est diversitas quod ad accentum in voce *Γραῖκος*, de qua vide suo loco, et subsequentem commentarium.

— *Μὴ ὁμοφωνοῦντος τοῦ Τεῦκρος καὶ γυναικός.*] Nullum est dubium quin vitium irrepserit, uti etiam Salmasius ad oram sui libri annotavit, quo etiam laborant manu exarati codices. legendum videtur: *μὴ ὁμοφωνοῦντος ὡς Τευκρὸς καὶ Γραικός.* Vel scribendum est: *μὴ ὁμοφωνοῦντος τῷ Τευκρὸς καὶ Γραικός.* Hanc veram esse lectionem evincitur ex aliis verbis Stephani. in *Αἱμονία* inquit: *τὸ Τεῦκρος ὡς τριγενὲς ὠξύνθη.* Et in voce *Γραῖκος: τὸ δὲ Γραῖκος τὸ κύριον, βαρύνεται. τὸ οὖν ἐθνικὸν ὀξύνεται.*

— *Ὡς μέγιστος, μεγιστάν.*] Plura sunt huiusmodi forma vocabula: sic *παρὰ τὸ νέος γίνεται νεάν. Ἑρμῆς Ἑρμᾶν, ἔτης ἐτᾶν.* Latini etiam inde suos *Megistanes* deduxerunt. Sueton. in Caligula cap. v. *Regum etiam regem et exercitatione venandi, et convictu Megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iustitii instar est.* Hoc vocabulo etiam usus est Annaeus Seneca Epist. ad Lucilium XXI. Tacitus lib. XV. Annal. Curtius lib. V. Fuerunt Megistanes viri summi et proceres cuiusque regni, quibus permissum ut cum regibus epularentur, uti liquet ex Euang. Marci cap. VI. et Daniele cap. 3. Fuerunt tamen eiusmodi proceres, qui aliorum imperio erant subiecti. Suidas: *Μεγιστᾶνες, οἱ τοῦ βασιλέως περίβλεπτοι ὑπεξούσιοι.* Esdrae enim lib. III. cap. III. legimus rescriptum *πᾶσι τοῖς Μεγιστᾶσι τῆς Μηδείας καὶ τῆς Περσίδος πάντας τοὺς Μεγιστᾶνας τῆς Περσίδος, καὶ Μηδείας, καὶ Σατράπας, καὶ στρατηγοὺς, καὶ τοπάρχας.* Vide etiam Hesychium, Iosephum lib. XX. Antiq. Iud. cap. II. Iudith cap. II. Etymologici Mag. auctorem in voce *Ἐγκώμιον*, et alios.

Αἶνος πόλις Θρᾴκης.] De huius oppidi conditore legimus apud P. Melam lib II. cap. II. *Eximia est Aenos, ab Aenea profugo condita; circa Hebrum Cicones. Trans eundem Doriscos, ubi Xerxem copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum fuerunt.*

— *Ἄψυνθος καλουμένη.*] Urbem in Thracia hoc nomine agnoscit Suidas: *Ἄψινθος, πόλις Θρᾴκης. Ἀψινθὶς δὲ ἡ χώρα.* Duplici modo haec vox exaratur, cum *υ* et cum *ι* in media syllaba. Fortassis illi fluvio, qui infra a Stephano *Αἶνος* dicitur, et *Ἄψυνθος* vel *Ἄψινθος* nomen fuit. Nam apud Dionysium de situ orbis ita legimus:

Οὐχ' οὕτω Θρήϊκος ἐπ' ἠϊόσιν Ἀψύνθοιο.
Non sic Thracii iuxta ripas Absynthii.

[redacted]

Aenum vero in regione Absynthitide sitam fuisse ipse docet Stephanus in voce *Κολπηδοί. ἡ γὰρ Αἶνος κεῖται κατὰ τὴν προτέραν Ἀψυνθίδα.* 66 b

— *Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Αἴνου τοῦ Γουνέως ἀδελφοῦ*] Suidas eadem ex Stephano videtur transcripsisse. *Αἶνος πόλις Θρᾴκης Ἄψυνθος καλουμένη. ἑτέρα δὲ ἔστιν ἀπὸ τοῦ Αἴνου τοῦ Γουνέως ἀδελφοῦ.* Huius Gunei etiam exstat mentio apud Pausaniam in Arcadicis, et in expeditione contra Troiam unus ex ducibus fuit.

— *Τὸ ἐθνικὸν Αἴνιος.*] Hoc gentili utitur Plutarchus in Catone Maiori, postquam Aeni urbis Thracensis meminisset: ubi eius frater, Asiam tendens, in morbum incidit. *Καὶ μνήματος ξεστοῦ λίθων Θασίων ἀπὸ ταλάντων ὀκτὼ κατασκευασθέντος ἐν τῇ Αἰνίων ἀγορᾷ.*

— *Οὕτω γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι.*] Cave hoc loco tabulas Geographicas intelligas; (uti hinc studet probare vir doctissimus in addendis ad notas in Harpocrationem.) neque *πινακογράφος* sumendus apud nostrum pro eo qui mappas geographicas conficit, sed pro eo qui indices celebrium doctorum, eorumque scriptorum componit; et hoc etiam significatu vox est sumenda in *Ἄβδηρα*, ubi inquit: *πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν πινακογράφων ἀναγράφονται.* Suidas de Callimacho: *πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ'.* Cum itaque Stephanus hac lectione dicat, *οὕτω γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι*, tali modo videtur intelligendum, quod multi viri docti in eiusmodi indicibus vel catalogis *Αἴνιοι* appellentur, ab urbe scilicet ex qua originem duxerunt: nam non tantum illorum praenomina, sed et cognomina ibidem annotabantur: Locus in hanc rem egregius habetur apud Suetonium de illustribus Grammaticis. *Huius*, nempe Aurelii Opilii, *cognomen in plerisque indicibus et titulis per unam literam scriptum animadverto: verum ipse id per duas effert in Parastichide libelli, qui inscribitur Πίναξ.* Hac in re praestantissimus omnium fuit Callimachus Cyrenaeus, incomparabilis Grammaticus, qui Ptolemaei Philadelphi aetate floruit. Athenaeus lib. VI. cap. X. *Τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν πινάκων γράφων οὕτως. Δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν, Χαιρεφῶν Κυρηβίων. εἶθ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν. ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας, τοέ. Callimachus in opere de omnis generis indicibus, et Chaerephontis quoque hunc librum recenset dicens: De coenis scripserunt Chaerephon, Cyrebion: postea initium hoc libri subiungit: Quandoquidem saepe ad me literas dedisti. etc. Constat autem ille liber versibus trecentis septuaginta quinque.* Vide

eundem Athenaeum lib. XIII. cap. VI. et XIV. cap. XIII. et Etymol. Magni auctorem in πίναξ. *Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς ἐποίει πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων. Callima-*
67 *chus Grammaticus indices fecit, in quibus antiquorum scripta re-*
a *censebantur.* In huiusmodi igitur πίναξι scriptorum nomina annotabantur: eorum vita breviter praemittebatur: auctorum libri enumerabantur (nam Galenus Comm. in Hipp. lib. περὶ ἄρθρων §. 46. negat librum Hippocratis περὶ ἀδένων οὐλομελίης, propterea legitimum esse, quod neque ullus veterum Medicorum eius libri meminerit, *οὐδ' οἱ τοὺς πίνακας γράψαντες ἴσασι τὸ βιβλίον.*) Cuiuscunque libri verus titulus indicabatur: librorum initia excerpebantur: libri dubii suis ut plurimum reddebantur auctoribus: et versuum cuiuscunque libri numerus in fine computabatur, ne de operis magnitudine quisquam dubitare posset.

— *Ἀπολλόδωρος φησὶν ὠνομάσθαι Πολτυμβρίαν.*] Haec sunt corrupta vel male ex Apollodoro transscripta. Lege confidenter: *Ἀπολλόδωρος φησὶν ὠνομάσθαι Πολτυοβρίαν.* Etiam in mendo cubat Strabo, apud quem lib. VII. *Πολτιοβρία* pro *Πολτυοβρία* legitur. *Ἥ τε Αἶνος Πολτιοβρία ποτὲ ὠνομάζετο. Aenus aliquando Poltiobria dicta fuit.* Nostrae emendationis ratio apud Stephanum delitescit in voce *Μεσημβρία, πόλις Ποντική.* Ibi enim simplicia vocis compositae exstant: videlicet *Πόλτυς Πόλτυος,* quod est nomen quoddam proprium, et *βρία,* quod Thraces sua lingua *Urbem* appellant: et licet ibi quoque *Πολτυμβρία* reperiatur, nego tamen ita legi posse. Sed ita esse rescribendum nos etiam docet Plutarchus in Apophthegmatibus, qui regem Thraciae hoc nomine commemorat, a quo et civitas sine dubio denominationem sortita est. *Πόλτυς ὁ Θρακῶν βασιλεὺς ἐν τῷ Τρωϊκῷ πολέμῳ πρεσβευσαμένων πρὸς αὐτὸν ἅμα τῶν Τρώων καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἐκέλευσε τὸν Ἀλέξανδρον ἀποδόντα τὴν Ἑλένην, δύο παρ' αὐτοῦ λαβεῖν καλὰς γυναῖκας. Poltys Thraciae rex, cum bello Troiano ad ipsum simul et a Troianis et a Graecis venissent legati: Alexandro suasit ut Graecis Helenam redderet, se ei daturum duas formosas feminas pollicens.*

Αἰξωνία, πόλις Μαγνησίας.] Ab Etymologici Magni auctore cum diphthongo in penultima urbis nomen *Αἰξωνεία* scribitur, sed nihil de situ aut conditore prodit.

— *Ἔστι καὶ Αἰξωνὴ δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς.*] Si Meursii emendationem sequamur, idem Demus nobis etiam apud Harpocrationem et Suidam occurret.

— *Ὁ δημότης, Αἰξωνεύς.*] Etymologici Magni auctor: *Δῆμος δὲ οἱ Αἰξωνεῖς τῆς Κεκροπίδος φυλῆς.* Vide et Strabonem lib. IX.

[redacted]

— Ὡς Ἀρθμινίς.] Corruptissime haec vox in scriptis et vulgatis codicibus legitur: Xylandrum sequimur: Aldina et Florentina habent Ἀθμινὶς, quod proxime ad nostram accedit emendationem, nam sine ulla dubitatione rescribendum est, ὡς Ἀθμονίς. Ἄθμονον, οὐδετέρως δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. τὸ ἐθνικὸν Ἀθμονεύς, τὸ θηλυκὸν Ἀθμονίς.

— Καὶ Αἰξωνεύεσθαι, τὸ κατηγορεῖν. βλάσφημοι γὰρ καὶ συκοφάνται κωμῳδοῦνται.] Suidas: Αἰξωνεύεσθαι. τὸ κατηγορεῖν βλασφημοῦντα. μετῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ δήμου τῶν Αἰξωνέων. βλάσφημοι γὰρ κωμῳδοῦνται. Est translatio deducta ab Aexonensium Demo: nam ut maledici carpuntur a comicis. Vide etiam Harpocrationem in Αἰξωνεῖς, Etymologici magni auctorem, aliosque Graecos magistros. 67 b

— Τὰ τοπικὰ, ἐκ τοῦ Αἰξωνῆθεν.] Depravata sine dubio lectio, sed qualem scripti et vulgati libri exhibent. Lego: τὰ τοπικὰ, ἐκ τόπου Αἰξωνῆθεν, et sic porro.

— Αἰολία, νῆσος Αἰόλου. Ὅμηρος.] Locus, quem Epitomator ex Homero citat, est in initio libri decimi Odyss. poëta tantum de unica insula Aeolia mentionem facit; cum antiqui septem insulas Aeoli hisce nominibus iuxta Siciliam commemorent: Aeolis, vel potius Aeolia (ubi Iliacis temporibus Aeolus regnabat et regiam habebat) Strongyle, Didyme, Hiera, Lipara, Ericusa, et Phoenicusa. Vide Plinium lib. III. cap. VIII. Melam lib. II. cap. VII. Verum alio nomine Liparenses appellantur a Strabone lib. VI. Πρόκεινται δὲ τῆς ἠϊόνος ταύτης αἱ τῶν Λιπαραίων νῆσοι, διέχουσαι τοῦ πορθμοῦ σταδίους διακοσίους. οἱ δ' Αἰόλου φασὶν, οὗ καὶ τὸν ποιητὴν μεμνῆσθαι κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν. εἰσὶ δ' ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ἐν ἀπόψει πᾶσι, καὶ τοῖς ἐκ τῆς Σικελίας, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἠπείρου τοῖς κατὰ Μέδαμαν ἀφορῶσι. *Ante hoc littus sitae sunt Liparensium insulae, CC stadiis a freto distantes; alii Aeoli insulas dicunt, aiuntque earum poëtam in Ulyssea mentionem fecisse. septem numero sunt, in conspectu sitae omnibus vel ex Sicilia, vel ex continente apud Medamam prospicientibus.* Vide eundem Strabonem etiam lib. II.

— Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, καὶ ὁμόφωνον τῷ οἰκιστῇ.] Aliter hunc locum Salmasius in schedis Palatinis invenit. οἱ νεώτεροι τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, καὶ ὁμόφωνον τῷ οἰκιστῇ.

— Λέγονται καὶ οἱ τὴν Λέσβον οἰκοῦντες Αἰολεῖς.] Sic Lesbi insulae habitatores dicti sunt ab Aeolica colonia, quam ibi Graus condidit. Strabo lib. XIII. Γραῦν δὲ τὸν υἱὸν τούτου τὸν νεώτατον προελθόντα μέχρι τοῦ Γρανίκου ποταμοῦ, καὶ παρεσκευασμένον ἄμεινον περαιῶσαι τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς εἰς Λέσβον καὶ κατασχεῖν αὐτήν. *Graum porro filium huius natu minimum usque ad Grani-*

cum flumen progressum: cumque se melius instruxisset maiorem exercitus partem in Lesbum traiecisse, atque hanc obtinuisse. Sed an nomen huius conditoris se bene habeat merito dubitari licet, nam a Pausania in Laconicis non Graus, sed Graïs dicitur. *Συνήραντο δὲ καὶ Γραΐδι τῷ Ἐχελάτου τοῦ Πενθίλου τοῦ Ὀρέστου, στελλομένῳ ναυσὶν ἐς ἀποικίαν. καὶ ὁ μὲν τὴν τῆς Ἰωνίας μεταξὺ καὶ Μυσῶν, καλουμένην δὲ Αἰολίδα ἐφ' ἡμῶν. Comites etiam ac socios cum Graide Echelati filio, Penthili nepote, Orestis pronepote, in coloniam classe transmittenti, miserunt. Et ille quidem regionem eam quae inter Ioniam et Mysos est, cui aetate nostra Aeolidi nomen, occupavit.* Quae scriptura sit praeferenda, affirmare nequeo, nisi aliunde lux affulgeat. Verum Lesbi incolas Aeolenses fuisse dictos etiam colligi potest ex Pausaniae Phocicis,
68 ubi rofert Pittacum Mitylenaeum ex Aeolica natione, a Lesbo insula,
a originem duxisse. *Αἰολέων δὲ τῶν ἐν Λέσβῳ Πιττακὸς Μιτυληναῖος.*

— *Ἀφ' ὧν αἱ Αἰολικαὶ ἀποικίαι.*] Vulgati codices cum MSS. non conveniunt. Salmasius in Palatinis invenit, *ἀφ' ὧν ἡ Αἰολικὴ ἀποικία.* Et ita mihi etiam Vossianus exhibuit.

— *Οἳ καὶ Αἰολίωνες ὀνομάζονται.*] Hesychius: *Αἰολίονες, Αἰολεῖς ἀπὸ τοῦ Αἰόλου.* Sed Salmasius cum Stephano ibi mavult scribere *Αἰωλίονες.* Aliae editiones habent *Αἰλίωνες.*

Αἰόλιον, τῆς Θράκης χεῤῥονήσου πόλις.] Cod. Vossianus: *Αἰώλιον, τῆς Θράκης χεῤῥονήσου.* Plinius lib. IV. cap. XI. ipsam Cherrhonesi frontem Aeolium appellat. *In extrema Cherronesi fronte, quae vocatur Aeolium, oppidum Eleus.*

— *Πολιτευομένην δὲ μετὰ τῶν Χαλκιδέων.*] Non videntur haec satis sana. Si mei arbitrii res foret, legerem: *μετὰ δὲ πολιτευομένην ὑπὸ τῶν Χαλκιδέων.*

— *Τῶν γενικῶν καὶ τῶν ἰδικῶν.*] Ante haec verba aliquid videtur excidisse, quod sensum claudicare facit: fortassis legendum est: *ἀντὶ τῶν γενικῶν καὶ τῶν ἰδικῶν.* Nam *Πόντιος* significat *ἰδικῶς* Ponti incolam, sed *γενικῶς* significat *Marinum, ferum et immanem.* Sic etiam *Ἠπειρώτης* Epiri incolam *ἰδικῶς*: verum *γενικῶς* quemvis alium in continente habitantem denotat.

Αἴπεια. Οὕτω καὶ ἡ Κύπρου.] Ita hunc locum distinguebat Xylander: sed aliae editiones habent: *οὕτω καὶ ἡ Κύπρου τρίτη. Κρήτης ὡς Ἑλλάνικος.* verum quis hanc aut Xylandri lectionem posset probare? Scripti Palatini et Vossianus: *οὕτω καὶ ἡ Κύπρος:* sed neque haec veri speciem habet: nemo enim Geographorum unquam somniavit Cyprum Aepeam nominatam fuisse: et ipse Stephanus in voce *Κύπρος*, ubi varias huius insulae appellationes recenset, ea de re mentionem nullam facit. Itaque sine ulla dubitatione rescribendum esse existimo: *δευτέρα*

[redacted]

Κύπρου, quia mox subsequitur, *τρίτη Κρήτης*. Porro autem in Cypro hoc nomine urbs ad Clarium amnem sita fuit, quaeque Demophontem Thesei filium conditorem habuit. Postea vero cum Solon apud regem Philocyprum in hanc insulam advenisset, in honorem eius (qui regi erat auctor ut urbem ad amoeniorem locum transferret) *Soli* appellata fuit, uti nos docet Plutarchus in Solonis vita.

— *Ὑδρεάτης*.] Ita ex MSS. et vulgatis codicibus rescripsi- 68
mus; pessime Xylander ediderat, *Ὑβρεάτης*. Vide in voce *Αἰ-* b
νεια et *Ὑδρέα*.

Αἶπυ, πόλις Μεσσηνίας.] Hoc fuit antiquum oppidi nomen: postea vero appellabatur *Κορώνη* Corone, ab Epimelide ducendae coloniae praefecto; quia ipse ex Coronea Boeotiae oppido oriundus erat. Vide Pausaniam lib. IV, ex quo loco et oppidi situs observari licet. Quomodo autem urbis nomen sit scribendum explicat Eustathius ad Homeri Iliad. *Β*. pag. 297. ubi ipsissimis Stephani verbis utitur: *Τινὲς δὲ, ἐν οἷς καὶ ὁ τῶν ἐθνικῶν συγγραφεὺς, βαρυτόνως μὲν γράφουσιν Αἶπυ. τουτέστι προπερισπωμένως πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐπιθέτου. ἀπὸ τῆς ἐρυμνότητος δὲ κληθῆναί φασι.*

— *Καὶ Θρύον Ἀλφειοῖο πόρον*.] Est versus Homeri desumptus ex Iliad. *Β*.

— *Ἀπὸ τῆς ἐρυμνότητος*.] Luculenta nominis et situs descriptio exstat apud Strabonem lib. VIII. ubi egregie inter alia etiam de iam allegato versu Homerico disserit hisce verbis: *Τὸ ἐΰκτιτον δ' Αἶπυ ἔνιοι μὲν ζητοῦσι πότερον ποτέρου ἐπίθετον, καὶ τίς ἡ πόλις, καὶ εἰ αἱ νῦν Μαργάλαι τῆς Ἀμφιπόλεως. αὗται μὲν οὖν οὐ φυσικὸν ἔρυμα. ἕτερον δὲ δείκνυται φυσικὸν ἐν τῇ Μακιστίᾳ. Ὁ μὲν οὖν τοῦθ' ὑπονοῶν φράζεσθαι, ὄνομα φησὶ τῆς πόλεως τὸ Αἶπυ, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος φυσικῶς, ὡς Ἕλος καὶ Αἰγιαλὸν, καὶ ἄλλα πλείω. Quod ad ἐΰκτιτον (id bene conditum significat) Aepy attinet, quaerunt nonnulli utrum vocabulorum proprium, utrum adiectivum alterius sit (Aepy enim sublime notat) et an sint quae nunc in Amphipoli appellantur Margalae: sed hae non sunt natura munitae: naturalis alia munitio monstratur in Macistia: qui hoc probat, is Aepy nomen urbis intelligit, impositum a loci natura: sicut Helos et Aegialus propria sunt urbium vocabula, quorum alterum paludem alterum littus communiter notat: suntque complura huiusmodi alia.* Huius oppidi naturalem situm etiam descripsit Statius Lib. IV. Theb.

Quos Thrion, et summis ingestum montibus Aepy.

— *Τὸ ἐθνικὸν Αἰπύτης, ὡς Αἰγύτης*.] Confunditur hoc loco nomen gentile cum oppidani nomine. ὁ *πολίτης* dicendus es-

set *Αἰπύτης*: et gentile *Αἰπύτιος* appellatur, uti colligimus ex Statio lib. iam citato:

Aepytios idem ardor agros, et Psophida celsam.

69 Sic ipse Stephanus in voce *Αἶγυς* distinguebat oppidani nomen a gentili: *οἱ πολῖται Αἰγύται, ὡς Παυσανίας. Λυκόφρων δὲ τὸ ἐθνικὸν Αἶγυος.*

Αἶραι. Παρὰ Ἀνδροτίωνι ἐν ἕκτῃ Ἀτθίδος.] Eadem Androtionis historia Attica et liber sextus citantur a Stephano in *Γρηστώνιος* et aliis locis. Videsis Vossium de Hist. Graec. lib. III.

Αἶσα. Προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ.] Optime Xylander reiecit depravatam lectionem Florentinae editionis, in qua legebatur: *Προσεχὴς τῇ Παράλλήνῃ.*

— *Αἰσαῖος. ὡς Αἶα Αἰαῖος.*] Aldina Florentinaque editiones: *Αἰσαῖος. καὶ Αἶα Αἰαῖος.* Fortassis legendum est: *τὸ ἐθνικὸν Αἰσαῖος. ὡς Αἶα Αἰαῖος.*

Αἰσύμη, πόλις Θρᾴκης.] Oppidum hoc in Thraciae et Macedoniae confiniis situm fuisse inde satis apparet, quod nunc Thraciae et alio loco ab Epitomatore Macedoniae adscribitur: *Οἰσύμη, πόλις Μακεδονίας. Θουκυδίδης τετάρτῃ, ἡ νῦν Ἠμάθεια. ταύτην Αἰσύμην Ὅμηρος ἔφη.* Hoc Geographis non est insolens, urbes in confiniis extructas de sua regione in aliam transportare. Sed qua ratione Hesychius urbem hanc Troïcam appellaverit non video: *Αἰσύμη, πόλις Τρωϊκή*: ubi fortassis *Θρᾳκική* rescribendum est. A partibus Stephani stat Eustathius, cuius verbis ad Iliad. Θ. pag. 714. usus est: *τὸ δὲ ἐξ Αἰσύμηθεν, ἀντὶ τοῦ ἐξ Αἰσύμης πόλεως Θρᾳκικῆς, ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας δηλοῖ.* Ita etiam hunc Homeri locum accipit Etymologici Mag. auctor, et praeter hunc etiam Suidam vide.

— *Ὅμηρος.*] Haec poëtae verba habes Iliad. Θ. versu 304.

Αἴσων, πόλις Θεσσαλίας. ἀπὸ Αἴσωνος.] Hanc Apollonii Rhodii Schol. ad lib. I. Magnesiae urbem facit auctoritate Pindari et Pherecydis. Sed merito aliquis dubitare posset, an non potius urbs nomen esset sortita ab Aesone fluvio, quem prope Thessaliam descripsit Plutarchus in Aemilio. Plurimae enim urbes per totum terrarum orbem a fluviis, quibus adiacent, denominationem accipiunt.

— *Ἀπὸ Αἴσωνος.*] Sine ulla dubitatione rescribendum est, *ἀπὸ Αἴσονος*, quod manifestissime apparet ex verbis mox subsecuturis: *οὗ τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ο κλίνεται, ὡς Ἡσίοδος. τὸ δὲ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσονος.* Verum scriptionem per ω probant aliae editiones, in quibus, sed corruptissime excusum est, *οὗ τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ω κλίνεται.* Idem mendum occurrit apud Apollodorum lib. I. *Ἰάσων Αἴσωνος* [Lege *Αἴσονος*] *ἐξ Ἰωλκοῦ.* Haec scribendi

[redacted]

ratio cum o parvo hinc indubitanter colligitur, quod et Latini poetae mediam istius vocis syllabam corripiant. Ovid. lib. VII Metam.

Et casu, solito formosior Aesone natus
Illa luce fuit. ——

Et eodem loco:

Et iam fortis erat, pulsusque resederat ardor
Cum videt Aesoniden: extinctaque flamma reluxit.

Anonymus in praefatione ad Argonautica etiam hunc scribendi modum imitatur: *Καὶ τίκτει ἐξ αὐτοῦ Αἴσονα, Φέρητα, Ἀμυθάονα. καὶ γίνεται ἐκ μὲν Αἴσονος Ἰάσων.*

— Ὡς Ἡσίοδος. τὸ δὲ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσονος. ἠδὲ Φέρητα αἰεί.] Hic locus miserrime depravatus in scriptis et vulgatis libris circumfertur: quod etiam Salmasius ad oram sui codi- 69
cis est subodoratus, sed eius emendationi nequaquam assensum b
praebere queam: imo cui bono omnes tanti viri iuveniles curas in lucem emitterem? Videamus ergo an aliquid certi ad mutili et obscuri huius loci restitutionem coniectura possimus assequi. Priora huius loci verba in vulgatis ita distinguuntur, quasi Epitomator niteretur ex Hesiodo probare Αἴσων in genitivo per o declinari: verum quoniam in Hesiodi operibus quae nunc exstant Aesonis nomen, quod sciam, non legatur, sed Αἰσονίδης in Deorum generatione, quod est patronymicum inde deductum, hinc non levis oritur suspicio, poëtae nomen corruptum, et aliud eius loco esse restituendum. Deinde pro τὸ δὲ Αἰσονίδης, ἀπὸ τοῦ Αἴσονος in aliis editionibus excusum est: τὸν δὲ Αἰσονίδης, ἀπὸ τοῦ Αἴσονος, quod mendo non caret: sed Xylandri editionem sequimur, ex qua haec verba satis quidem sana divulgamus, sed quid huc faciant non video, imo iis mox alium locum assignabimus. Quod denique attinet ad illa verba, ἠδὲ Φέρητα αἰεὶ, sunt pars versus Homerici ex Odyss. Λ, desumpta, quae profecto tantum nobis luminis suppeditarunt, ut luxata haec et confusa Stephani verba hoc modo in integrum restituere confidenter aggrediamur: lege itaque: Ὡς Ὅμηρος,

Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.

Τὸ δὲ Αἰσονίδης ἀπὸ τοῦ Αἴσονος. Quae lectio, rem recte consideranti, verissima, ut spero, videbitur.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Αἰσώνιος.*] Sic habent MSS. et vulgati codices: sed ut verum fatear, gentile mihi est suspectum, et legendum videtur: *Τὸ ἐθνικὸν Αἰσόνιος.* Quod confirmari potest loco Ovid. Metam. lib. VII. ubi inquit:

Somnus in ignotos oculos ubi venit; et auro
Heros Aesonius potitur, spolioque superbus, etc.

Apud Poëtam antepenultima corripitur, quae secundum vulgatam Stephani lectionem sine dubio esset producenda. Imo omnia illa nomina hac sectione a voce Αἴσων deducta, quae ω habent in secunda syllaba, mihi displicent, uti Αἰσωνία, Αἰσωνιεὺς, Αἰσωνιάτης et Αἰσωνίς. Nam in vocabulo Αἰμονία Stephanus Αἵμων cum Αὔσων confert: quae eodem modo inflectuntur ut Αἴσων, non tamen ab utroque formantur gentilia, quae in secunda syllaba cum ω scribuntur: λέγεται καὶ Αἰμονιεὺς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἀμβρακιεύς. καὶ Αἰμόνιος. καὶ Αἵμονες εἰσί. Attamen mihi illud Apollonii Rhodii ex lib. primo Argonaut. posset obiici:

Κλῦθι ἄναξ Παγασάς τε πόλιν τ' Αἰσωνίδα ναίων

Exaudi domine, qui Pagasas et Aesonidem incolis.

Hic poëta secundam syllabam producit et per ω scribit. Sed facilis ad eam rem est responsio. Solent enim poëtae brevem syllabam aliquando producere et ο in ω mutare, quod ipsum Stephanus docet in voce Βιστωνία, ubi haec leguntur: ἡ ἐθνικὸν, διὰ τοῦ ο κλινόμενον, ὡς τὸ Βίστονος. τὸ θηλυκὸν Βιστονίς. ἐκτείνεται δὲ καὶ λέγεται Βιστωνὶς, διὰ τοῦ ω, καὶ Βιστώνιος ποιητικῶς.

— Καὶ Φερεκύδης.] Libri index reticetur. De Pherecyde
70 eiusque scriptis lege Diogenem Laërtium lib. I. et Menagii ad il-
a lum locum commentarios, qui multa de eo ex variis scriptoribus congessit.

— Ὀρθωσιεύς.] Idem gentile occurrit in voce Δημητριάς, sed de urbe Ὀρθωσιὰς in Phoenicia sita, sive Ὀρθωσία, ut quibusdam dicitur, nulla in hac Epitome fit mentio. In aliis editionibus male scribitur Ὀρθοσιεὺς cum ο parvo.

— Ὀξύτονον τὸ Αἰσών, τὰ γὰρ εἰς ων δισύλλαβα ἐπὶ πόλεων ὀξύνεται.] Ergo male haec vox in principio tmematis accentum habet in penultima.

— Ὀξυνόμενον γὰρ δηλοῖ ζωΰφιον.] Simili modo distinguit Stephanus in voce Βιστωνία et in Κρότων. τὸ μέν τοι ἐπὶ τοῦ φθαρτοῦ τῶν κυνῶν ὀξύνεται. Ita hic locus est legendus, uti ad illum locum demonstrabimus. Male igitur accentus collocatur in Hesychii codicibus: Κρότων, οὕτω καλεῖται ὅ τινὲς κίκυ Αἰγύπτιον, οἱ δὲ σησαμίδα ἀγρίαν, καὶ τὸ ζῶον τὸ ἐν κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον, ἄλλοι δὲ πυρσός. Vide quoque Suidam et Etym. Mag. auctorem.

— Γείτων, Βίτων. οἷον, ἠϊών.] Haec corrupta sunt, infra enim requirit Stephanus ut eorum κλίσις sit διὰ τοῦ ω: atqui γείτων in genitivo habet γείτονος et non γείτωνος. Pro eo itaque rescriberem Χείρων quod in obliquo habet Χείρωνος, estque nomen illius qui Χειρωνίαν condidit, uti legimus apud nostrum in Κάρυστος. Ad Βίτων quod attinet, pro eo restituerem Βίστων,

[redacted]

quod etiam est nomen proprium et per ω declinatur, uti videre licet in *Βιστωνία*, ubi eundem Epitomator canonem exhibet. *Ἠϊὼν* trisyllabum est, et canon de dissyllabis loquitur, et de omnibus urbium: sed fortassis pro *ἐπὶ πόλεων* legendum est *ἐπιτοπλεῖστον*, tumque se canon etiam ad alia nomina posset extendere.

— *Κράννων*.] Sic habent scripti et vulgati libri, sed sine dubio *Κρανὼν* est scribendum.

— *Οὔλπων, ἔστι πόλις Ἰταλίας*.] Oppidum Italiae hoc nomine non novi, et Cluverius in antiquae Italiae descriptione de eo, quod sciam, mentionem nullam facit. Sed sine dubio *Οὔϊβων* est legendum. Vide Strab. lib. VI.

— *Πάντων ἡ κλίσις διὰ τοῦ ῶ.*] Accuratiorem hac de re, atque huic non dissimilem, Etymologici Mag. auctor canonem exhibet in voce *Μηονία*. *Τὰ εἰς ων ὀξύτονα τῇ αι διφθόγγῳ παραληγόμενα, εἰ μὲν ὦσιν ἐθνικὰ, τρέπουσι τὸ ω εἰς ο ἐπὶ τῆς γενικῆς. οἷον, Παιὼν Παιόνος, Παίονας ἄνδρας ἄγων. Μαιὼν Μαιόνος. εἰ δὲ μὴ ὦσιν ἐθνικὰ, φυλάττει τὸ ῶ. οἷον βαιὼν βαιῶνος. ἔστι δὲ εἶδος ἰχθύος. Παιὼν Παιῶνος κύριον.*

Αἴτνη, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Κατάνης, Ἱέρωνος κτίσμα.] Hunc locum non esse integrum observavit Salmasius in margine sui codicis, eumque ita conatur restituere: *Αἴτνη, πόλις Σικελίας, ὑπὲρ Κατάνην* etc. Sed postea addit, ipsi hanc lectionem non satisfacere. Cluverius lib. I. Siciliae antiq. hunc locum Stephani producens nihil in eo mendi suspicatur, et haec verba ita in Latinum transtulit, quasi Hiero Catanensis fuisset, quo nihil falsius excogitari potest. Scio equidem, si gentile alicuius oppidi non sit in usu, periphrasim esse licitam, uti fusius docuimus 70
pag. 13. ad vocem *Ἀβρότονον*. Neque me latet Hieronem etiam b
Aetnaeum appellatum fuisse, uti colligimus ex Pindari Pythionicis, quarum prima ode inscribitur *ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙΩι ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩι ΑΡΜΑΤΙ*. *Hieroni Aetnaeo Syracusio curru victoriam adepto.* Quod idem est ac si dixisset *Καταναίῳ*. Nam ipse Hiero Catanae nomen in Aetnam mutavit testibus Diodoro lib. XI. et Strabone lib. VI. Sed hoc in victoribus non fuit insolens, ut vel pecunia corrupti, vel ex amore cuiusdam personae aut loci, aliunde quam ex natali patria proclamari vellent. Dicon Cauloniates Italus, quum puer vicisset, Cauloniatem se *ἀναγορευθῆναι* iussit: verum in reliquis deinde victoriis, accepta pecunia, Syracusanum, uti Pausanias lib. VI. perhibet. Sic etiam ipse Hiero non tantum se Syracusium de urbe patria, sed quoque Aetnaeum sese praedicavit ab Aetna civitate, alias Catana, quam prope Aetnam Siciliae montem restauraverat et exornaverat ipse. Si igitur haec Epitomatoris verba non sunt emendanda uti Salmasio

[redacted]

sunt emendata, neque sic accipienda uti ea Cluverius intellexit, aliud iis remedium ut adhibeamus est necesse. Puto in illis esse hiatum, et Stephanum respexisse verba Strabonis lib. vi. quibus commodissime lacuna illa suppleri posset: *Οἱ δὲ Αἰτναῖοι παραχωρήσαντες, τὴν Ἴνησσαν καλουμένην τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην, διέχον τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα. καὶ τὸν Ἱέρωνα οἰκιστὴν ἀπέφηναν.* Certum est Stephanum ut plurimum Strabonem sequi, qua de causa ex hisce Strabonis verbis mutilum hunc locum ita restituerem et supplerem: *Αἴτνη, πόλις Σικελίας, Κατάνης ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσα, Ἱέρωνος κτίσμα.* Verum haec coniectura si lectori non placeat, aliam insuper addam, nempe illud *ἀπὸ Κατάνης* ita posse accepi, quasi ex Catanae ruinis Hiero urbem condidisset. Vide Diod. lib. 11. 14. et 15. Nam similis ferme locutio occurrit apud Matth. 3. 14: *Τὸ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου.* Videat Lector an aliquid aptius aut certius coniectura possit assequi.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ πρὶν Ἴνησσον.*] Ita urbem fuisse appellatam etiam Strabo lib. vi. sed ibi corrupte *Ἴνησσα* legitur. Et male apud Diodorum lib. xi. *Ἐννησία* dicitur: verum de Strabonis et Diodori locis vide Cluverium Sicil. ant. lib. i. pag. 122. Bochartus in Aetna et Inesso Phoenicum vestigium observavit, uti ostendit in suo Phaleg. pag. 585.

Αἰτωλία. Ἀπὸ Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος. ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίσσης ὑπὸ Σαλμωνέως etc.] Hanc historiam Strabo accepit ex Ephoro, et Stephanus ex Strabone lib. viii. ubi eadem hunc in modum describitur: *Ἔφορος δέ φησιν, Αἰτωλὸν ἐκπεσόντα ὑπὸ Σαλμωνέως τοῦ βασιλέως Ἐπειῶν τε καὶ Πισατῶν ἐκ τῆς Ἠλείας εἰς τὴν Αἰτωλίαν, ὀνομάσαι τε ἀφ᾽ αὐτοῦ τὴν χώραν καὶ συνοικίσαι τὰς αὐτόθι πόλεις.* Causa ob quam ex Elea Aetolus eiiciebatur haec erat, quod Apin Phoronei filium peremisset, uti nos docet Apollod. lib. i. et Pausanias lib. v. qui Apin Iasonis filium fuisse perhibet.

71 — *Ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίσσης.*] Ubinam Pissa fuerit sita Epi-
a tomator non addidit: interim tamen hoc discimus ex Eustathio in lib. ii. Iliad. qui totum Stephani de Aetolia locum in suos commentarios reiecit: *Αἰτωλία ἡ χώρα καὶ Αἰτωλοὶ τὸ ἔθνος, ἀπὸ Αἰτωλοῦ καλοῦνται υἱοῦ Ἐνδυμίωνος. ὃς ἐκπεσὼν Πίσσης τῆς ἐν Πελοποννήσῳ ὑπὸ Σαλμωνέως, συνῴκισε τὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ κληθεῖσαν Αἰτωλίαν* etc. Montem Pisaeum Plutarchus in Peloponneso collocat, ita enim in Parallelis legitur: *Τλησίμαχος εἰδὼς τὴν συνωμοσίαν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἀπέσπασε τὸν ὄχλον, εἰπὼν ἑωρακέναι τὸν πατέρα μεθ᾽ ὁρμῆς εἰς τὸ Πισαῖον ὄρος φέρεσθαι, μείζονα μορφὴν ἀνθρώπου κεκτημένον.* *Tlesimachus coniurationis conscius,*

[redacted]

multitudinem avertit, quod diceret a se conspectum patrem suum, qui forma quam humana est angustiore ad Pisaeum montem se proriperet.

— *Πρότερον δὲ Ὕαντις ἐκαλεῖτο.*] Certum est Hyantes e Boeotia fuisse profectos, qui Aetolorum inquilini facti sunt, quod Strabo confirmat lib. x. testimonio Apollodori hisce verbis: *Ἀπολλόδωρος δ᾽ εἴρηκεν ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ὕαντας ἱστορεῖσθαι, καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους.* Ab iis fortassis Aetolia Hyantis appellata est.

— *Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Αἰτωλίς, καὶ Αἰτώλιος.*] Consentiunt in hanc scripturam codices scripti et editi: sed rescribendum est; *τὸ ἐθνικὸν, Αἰτωλός, καὶ Αἰτώλιος.*

— *Ἔστι καὶ Αἰτωλία πόλις Πελοποννήσου.*] Ortelius in Thesauro Geogr. affirmat, Polybium libro quinto huius oppidi meminisse, sed falsissimum est.

— *Ἀνδροτίων ἐν Ἀτθίδος.*] Sine dubio libri numerus excidit. Salmasius in scriptis codicibus invenit perperam, *Ἀνδροτίων καὶ Ἀτθίδος*, et ita etiam nobis cod. Voss. exhibuit. Rescriberet Salmasius, *Ἀνδροτίων κ᾽ Ἀτθίδος.* Verum an ex tot libris constiterit Androtionis opus, non sum certus: duodecimus citatur ab Harpocratione in *Ἀμφίπολις.*

— *Ὀξύνεται δὲ, τὰ γὰρ εἰς ωλος ἀρσενικὰ, πρὸ τοῦ ω τὸ τ ἔχοντα* etc.] Sententia claudicat et oratio est imperfecta: nam nomen, quod accentu acuto in ultima signari debet, non additur. Lego igitur: *ὀξύνεται δὲ τὸ Αἰτωλός. τὰ γὰρ εἰς ωλος ἀρσενικὰ* et sic porro. Hanc lectionem etiam confirmant verba Eustathii ad Iliad. *Β.* pag. 311. qui hunc Stephani locum transcripsit: *ὀξύνεται δὲ τὸ Αἰτωλὸς, ὡς ὁ Πακτωλὸς καὶ ἁμαρτωλὸς, καὶ ὅλως τὰ ἔχοντα τὸ τ πρὸ τοῦ ω ἀρσενικά. διότι τὸ Μαύσωλος προπαροξύνεται, ὡς μὴ ἔχον τὸ τ.*

— *Τὸ Σπαρτωλὸς θηλυκόν ἐστι. καὶ τὸ Μαυσωλὸς οὐκ ἔχει τὸ τ.*] Haec vocabula in omnibus Stephani codicibus accentum acutum habent in ultima, cum deberet *προπαροξύνεσθαι.* De *Μαύσωλος* certi sumus ex Eustathio, cuius verba in hanc rem commentario praecedenti produximus: quod ad *Σπάρτωλος* attinet, quia feminini generis est, uti etiam ex Harpocratione liquet, accentu in penultima signari debet, siquidem se canon ad mascula solummodo extendat.

— *Ἔστι καὶ Αἰτωλὸς ἐπίθετον, παρὰ ῥῆμα τὸ αἰτεῖν.*] Huc videntur pertinere verba Eustathii ad Iliad. *Β.* pag. 311. *Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι τὸ Αἰτωλὸς ὄνομα ἐχρήσατο μενος τῇ κωμῳδικῇ παροιμίᾳ, τῇ λεγούσῃ, τὼ μὲν χεῖρ᾽ ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κλωπιδῶν.* 71
καὶ ἤγουν ὁ δεῖνα, καὶ δωροδοκεῖται καὶ ῥᾳδιουργεῖ, ταῖν χεροῖν b

μὲν αἰτῶν, τῷ δὲ νῷ κλέπτων. ἔοικε γὰρ ὁ αἰτωλὸς ἀπὸ τοῦ αἰτεῖν παραχθῆναι. καὶ δηλοῖ καὶ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας εἰπὼν, ὅτι ἔστι καὶ αἰτωλὸς ἐπίθετον, παρὰ ῥῆμα τὸ αἰτεῖν. Respicit sine dubio Eustathius locum Aristophanis in Equitibus non procul ab initio; et idem hic comici locus extat apud Plutarchum in libro de curiositate, ubi animum hominis curiosi comparat cum Aetolorum manibus. Caeterum Aetoli ob totius regionis sterilitatem subinde cogebantur vicinos non tantum, verum etiam longe remotos agros invadere, ut haberent unde viverent. Hoc manifeste apud Athenaeum lib. VI. nos docet elegantissimum illud carmen Ithyphallicum Demetrio Poliorcetae cantatum, cum Athenas ingrederetur, cuius ultimam partem subiiciam:

Πρῶτον μὲν εἰρήνην ποίησον φίλτατε.
Κύριος γὰρ εἶ σύ.
Τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος
Σφίγγα περικρατοῦσαν,
Αἰτωλὶδ', ὅς τις ἐπὶ πέτρας καθήμενος
Ὥσπερ ἡ παλαιὰ,
Τὰ σώμαθ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει,
Κ' οὐκ ἔχω μάχεσθαι.
Αἰτωλικὸν γὰρ ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας.
Νῦν δὲ καὶ τὰ πόῤῥω.

Imo passim apud Polybium Aetolorum rapinae et avaritia notantur: libro IV. legimus: Ὡς ἂν εἰθισμένοι [Aetoli scilicet] μὲν ζῇν ἀπὸ τῶν πέλας, δεόμενοι δὲ πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ἔμφυτον ἀλαζονείαν. ᾗ δουλεύοντες, ἀεὶ πλεονεκτικὸν καὶ θηριώδη ζῶσι βίον, οὐδὲν οἰκεῖον, πάντα δ' ἡγούμενοι πολέμια: Et deinde eodem libro subiungit: Αἰτωλοὶ γοῦν τούτῳ τῷ τρόπῳ χρώμενοι, καὶ λῃστεύοντες συνεχῶς τὴν Ἑλλάδα, καὶ πολέμους ἀνεπαγγέλτους φέροντες πολλοῖς, οὐδ' ἀπολογίας ἔτι κατηξίουν τοὺς ἐγκαλοῦντας.

— *Λέγονται καὶ Αἰτωλιταὶ, οἱ Αἰτωλίζοντες.*] Constanter sic habent libri scripti et vulgati. Attamen Salmasius ad oram sui codicis hunc locum ita restituendum putat: *Λέγονται καὶ Αἰτωλισταὶ, οἱ Αἰτωλίζοντες.*

— *Καὶ τὰ Αἰτωλῶν φρονοῦντες.*] Non possum astipulari opinioni Henr. Stephani de Lingua Graeca optime meriti, qui censet τὰ Αἰτωλῶν φρονεῖν significare, *Aetolorum partes sequi, et iisdem favere.* Ego autem puto τὰ Αἰτωλῶν φρονεῖν idem esse ac si dicas τὰ μεγάλα φρονεῖν: nam Aetoli mortalium arrogantissimi, superbissimi et ferocissimi fuere et rebus prosperis et rebus adversis; quare apud Polybium lib. II. sic describuntur: καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἐπὶ τῷ δοκεῖν Αἰτωλοὺς τοὺς μέγιστον ἐ-

[redacted]

χοντας τὸ φρόνημα νενικηκέναι. Et ab Athenaeo lib. x. ex eodem hoc loco Polybii appellantur Αἰτωλοὶ οἱ μέγα φρονοῦντες. Imo hac de causa eidem Polybio dicuntur πεφρονηματισμένοι, hoc est, *magnifice et animo elato de se sentientes.* De eorum superbia, ferocitate et arrogantia etiam vide Livium lib. xxxvi. cap. xlix. et Iustinum lib. xxviii. cap. ii.

Ἀκαδήμεια, γυμνάσιον Ἀθήνησιν.] Hoc nomine appellabatur locus nemorosus extra Athenas, in quo primus Plato Philosophiam docuit. Est itaque proprium nomen istius loci, sed 72
usus significationem vocis ad quodvis gymnasium, in quo scien- a
tiae et artes liberales docentur, transtulit et produxit, et quod κύριον erat προσηγορικὸν effecit. Sed abusive et improprie Amstelodami ille locus, ubi histriones comoedias et tragoedias agunt, *Academiae* nomine insignitur.

— Οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ φιλόσοφοι.] Vitiosa sine dubio lectio, quam sic restituo: Ἀφ' οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ φιλόσοφοι.

— Διὸ καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως.] Tempore Stephani itaque *Ecademia* magis erat in usu, quam *Academia*, et ita esse scribendum postea demonstrabit, licet usus et consuetudo nunc aliter obtinuerint.

Ἀκακήσιον. Ὡς Παυσανίας ὀγδόῃ.] Locum Pausaniae, qui ita est legendus, subiungam: Τραφῆναι δὲ Ἑρμῆν παῖδα αὐτόθι, καὶ Ἄκακον τὸν Λυκάονος γενέσθαι ὡς τροφέα, Ἀρκάδων ἐστὶν ἐς αὐτὸν λόγος. *Enutritum illic Mercurium puerum, et Acacum Lycaonis filium, eius nutricium fuisse, Arcadum sermo vulgavit.* Hinc a Callimacho Hymno in Dianam Apollo Ἀκακήσιος appellatur versu 143.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀκακήσιος, ὡς Ἀνακτόριος.] Quam egregie gentile Ἀκακήσιος cum Ἀνακτόριος conveniat nemo non videt: nam Ἀνακτόριος primitivum habet Ἀνακτόρεια Acarnaniae oppidum.

— Ἀκαλησσεύς, ὡς Τυμησσεύς, ἢ Ἀκαλήσιος.] Neque hic locus sanus est, nec, quam ipsi affinximus, interpretatio: est enim valde confusus et perturbatus. Ἀκαλησσεύς derivari non potest ab Ἀκακήσιον, sed Ἀκακησιεύς, cui profecto non respondet Τυμησσεύς, quod etiam in mendo cubat, et licet emendaverim Τυμνισσεύς, quod gentile a Τυμνισσός factum est, non tamen video quod ad rem faciat, siquidem in penultima requiratur Iota, ut cum Ἀκακησιεύς conveniat. Quid denique in textu faciat, ἢ Ἀκαλήσιος, non capio: totum itaque locum aliis relinquo, quibus ingenium est praestantius, et qui integrioribus codicibus usi sunt.

Ἀκαμάντιον. Ἀκάμαντος κτίσμα, τοῦ Θησέως.] Ex Pausaniae libro primo discimus Acamantem Thesei filium fuisse.

— Συμμαχήσαντι πρὸς τοὺς Συλύμους.] Fortassis legendum est: Συμμαχήσαντι πρὸς τοὺς Σολύμους.

— Παρθένιος δ' ἐν Ἀφροδίτῃ.] Puto esse Heraclidis et
72 Eudorae filium, Elegiacorum et variorum carminum poëtam. Hic
b a Cinna captus est, cum Romani Mithridatem debellarunt; verum ob eruditionem in libertatem est restitutus. Ἔγραψε δὲ ἐλεγεῖα εἰς Ἀφροδίτην. Vide Suidam.

— Ἐκαλεῖτο καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς.] Haec tribus ab Acamante quodam nomen habet teste Hesychio: Ἀκαμαντὶς φυλὴ ἀπὸ Ἀκάμαντος. Clarius apud Suidam exstat: Ἀκαμαντὶς, καὶ Ἀκάμας μία τῶν δέκα φυλῶν, ἀπὸ Ἀκάμαντος τοῦ Θησέως. Huius tribus etiam meminere Harpocration et Pollux.

— Ὡς Σιμωνίδης.] Cum multi hoc nomine scriptores exstiterint, ex omnibus aliquis erit eligendus. Intelligo Simonidem, qui Melicertes cognominabatur. Vixit teste Suida ante bellum Peloponnesiacum, scripsitque genealogiae et inventionum libros.

Ἄκανθος, πόλις Θρᾴκης.] De situ huius oppidi legendus Plinius lib. IV. cap. X. Et Pomp. Mela lib. II. cap. II. *Inter Strymona et Athon, Turris Calarnea, et Κάπρου λιμὴν, urbs Acanthos, et Echymnia.*

— Ὑπὲρ τὸν Ἄθω.] Salmasius in calamo exaratis libris invenit, ὑπὲρ τὸν Ἄθων. Verum ipsi suspectum est illud ὑπὲρ τὸν Ἄθω. Et quia saepissime in MSS. praepositiones hae περὶ, παρὰ et ὑπὲρ confunduntur, rescribendum hic putat, περὶ τὸν Ἄθω, vel παρὰ τὸν Ἄθω, addens insuper hosce Marciani Heracleotae versus:

Τὸν Ἄθω δὲ παραπλεύσαντι παράλιος πόλις
Ἄκανθος ἐστὶν Ἀνδρίων ἀποικία,
Παρ' ἣν διώρυξ δείκνυται τετμημένη
Ἑπτὰ σταδίοις, Ξέρξην δὲ λέγετ' αὐτὴν τεμεῖν.

— Ὡς Μνασέας.] Libri index hic non additur, et similiter in Δάρδανος producitur. Sed in voce Ἐγγελᾶνες liber tertius περιηγήσεως allegatur. De hoc scriptore lege Vossium de Hist. Graec. lib. I. cap. XXI.

— Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι. δευτέρα, τῆς ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς.] Haec iuxta exemplum aliarum editionum superioribus annectimus et a Xylandri editione recedimus, in qua haec perperam et sine necessitate distinguebantur, ut conferenti apparebit. Sed in hisce verbis aliud latet ulcus, quae ita interstinguuntur,

[redacted]

quasi Acanthus urbs Aegypti, quae a Memphi distat trecentis et viginti stadiis, alia sit ab ea in qua erat spinae Thebaicae ingens lucus: sed haec iuxta opinionem Salmasii ita essent legenda et 75
distinguenda: Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέ- a
χουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι, καὶ δευτέρα, ἐν ᾗ τῆς ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς ἄλσος εὐμέγεθες. Ego autem totum locum sic constituerem: ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἔστι τῆς ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς ἄλσος εὐμέγεθες. Sic mihi planior et clarior videtur verborum constructio.

— Ἐξ ἧς καὶ τὸ κόμμι συνάγεται.] Haec Stephanus desumpsit ex Strabonis lib. XVII. Μετὰ δὲ Μέμφιν Ἄκανθος πόλις ὁμοίως ἐν τῇ Λιβύῃ, καὶ τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἱερὸν, καὶ τὸ τῆς ἀκάνθης ἄλσος Θηβαϊκῆς, ἐξ ἧς τὸ κόμμι. *Post Memphin etiam Acanthus similiter in latere Libyco est: ibidem Osiridis templum et Acanthae Thebaicae lucus, unde gummi habetur.* Ita hic locus est legendus et vertendus, uti monuit Salmasius in Plinianis exercit. pag. 253. Et quia eodem loco fusius de spina Thebaica et Aegyptia, et de gummis ex iis manantibus egit, eo lectorem malo ablegare quam actum agere.

— Τρίτη ἄλλη ἐν τῇ χεῤῥονήσῳ, παρὰ τὴν Κνιδίαν. ἔστι καὶ ἡ Ἀθαμανίας.] In uno ex Palatinis codicibus legebatur: Γ' ἄλλη ἐν τῇ χεῤῥονήσῳ. παρὰ τὴν Γνιδιαν Δ. ἐστὶ καὶ ἄλλη τῆς Ἀθαμανίας. Sed haec lectio veri speciem non habet, et tuto vulgatam sequimur auctoritate Melae et aliorum. Mela lib. I. cap. XVI. *Tum tres ex ordine sinus, Thymnias, Schoenus, Bubessius. Thymniae promontorium Aphrodisium est: Schoenus ambit Hyllam, Bybessus Acanthum: Gnidus in cornu peninsulae.* Plinius lib. V. cap. XXVIII. *Oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis. Est in promontorio Gnidos libera, Triopia, dein Pegusa et Stadia appellata.*

— Ἀκάνθιος τέττιξ.] Plinius lib. XI. cap. XXVI. distinguit inter cicadas mutas et cicadas canentes. Hinc ortum duplex proverbium, *Cicada vocalior,* quod in homines impendio garrulos torquetur: et *cicada acanthia,* quod de mutis, indoctis atque ignaris dici solet. Etymologici Magni auctor: Ἀκάθιος [scribe Ἀκάνθιος] εἶδος τέττιγος. οἱ δὲ τὸν ἄφωνον. Sed errorem errat turpissimum, quem Suidae verbis refutabimus: Ἀκανθίας. οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον τέττιγος, ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις. ὥσπερ καὶ ὁ ἀχέτας οὐκ εἶδος τέττιγος, ἀλλ' ἐπίθετον ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν.

— Τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς χώρας τέττιγες.] Quaenam est intelligenda regio? Vel Aegyptum, vel Thraciam, vel Athamaniam

intelligit Epitomator; aliarum enim hoc tmemate non meminit. Solinus scribit cap. II. *Cicadae apud Rheginos mutae, nec usquam alibi, quod silentium miraculo est, nec immerito, cum vicinae quae sunt Locrensium, ultra caeteras sonent. Causas Granius tradit, cum obmurmurarent illic Herculi quiescenti, Deum iussisse ne streperent.* Vide et Antigonum in Mirabilibus.

— *Τῆς δὲ Ἀκάνθου, Ἀκανθοπολίτης. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως ὁ πολίτης.*] In Vossiano codice, licet partim male, exaratum est: *τῆς δὲ Ἀκανθίην Ἀκανθοπολίτης. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως ἡ πόλις.* Stephanus antea dixerat: *τὸ ἐθνικὸν τῆς Ἀκάν-*
73 *θου, Ἀκάνθιος*, verum haec forma non est Aegyptia. Nunc ab
b oppido Aegyptio format *Ἀκανθοπολίτης*: ac proinde existimo hic aliquid excidisse, et totum locum ita esse restituendum: *Τῆς δὲ Αἰγυπτίας Ἀκάνθου*, vel potius *τῆς δὲ Ἀκανθοπόλεως, Ἀκανθοπολίτης. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως ἡ πόλις καὶ ὁ πολίτης, ὡς Λεοντοπολίτης* etc.

Ἄκανναι, ἐμπόριον περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν.] Inter montem Elephantem et Aromata promontorium a Ptolemaeo lib. IV. cap. VII. *Ἀκκάναι* collocatur: sed ibi accentus in antep. transponendus, alterum *κ* tollendum, et *ν* geminandum videtur.

Ἀκαρνανία, χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων πρὸς τῷ Ἀχελώῳ.] Hic locus Salmasio est suspectus, sed illa pars paginae ubi opinionis rationem exhibet, vetustate tantopere est detrita, ut ex verbis sensum percipere nequeam, quibus ex Strabonis decimo haec addidit: *Αἰτωλοὶ καὶ Ἀκαρνᾶνες ὁμοροῦσιν ἀλλήλοις, μέσον ἔχοντες τὸν Ἀχελῷον ποταμόν. Aetolos et Acarnanes invicem conterminos medius fluvius Achelous distinguit.* Ad me quod attinet aperte dico, ex praecedentibus et consequentibus satis posse deprehendi locum non esse integrum, sed inter *πρὸς τῷ Ἀχελώῳ*, et *διὸ καλοῦνται*, hiatum debere notari, quem istis verbis a Salmasio e Strabone allegatis supplere opis non est nostrae. Nam in iis nulla latet causa, quare illi qui capite erant raso Curetes, et intonso Acarnanes appellarentur. Non dubito, quin ante *διὸ καλοῦνται* haec Strabonis verba ex libro iam citato praecesserint: *Ἀρχέμαχος δ' ὁ Εὐβοεὺς φησὶ, τοὺς Κουρῆτας ἐν Χαλκίδι συνοικῆσαι. συνεχῶς δὲ περὶ τοῦ Ληλάντου πεδίου πολεμοῦντας, ἐπειδὴ οἱ πολέμιοι τῆς κόμης ἐδράττοντο τῆς ἔμπροσθεν, καὶ αὐτοὺς κατέσπων, ὄπισθεν κομῶντας γενέσθαι, τὰ δ' ἔμπροσθεν κείρεσθαι. διὸ καὶ Κουρῆτας ἀπὸ τῆς κουρᾶς κληθῆναι. Archemachus Euboënsis Curetas ait Chalcidem incoluisse, cumque continenter de Lelanto campo dimicarent, anterioreque eos coma hostes apprehenderent et prosternerent, comam alere in occipite, radere

[redacted]

sinciput instituisse: atque adeo Curetas a Κουρά, quae est tonsura, dictos. Certissimum est scripsisse Stephanum aut hoc aut simili modo: et qui nasum habet, in Epitomatoris verbis nullum sensum odoraturus est.

— Διὸ καλοῦνται οἱ μὲν κειρόμενοι Κουρῆτες, οἱ δὲ ἀκούρευτοι Ἀκαρνᾶνες. ἔνιοι etc.] Sine dubio Stephanus in genuino suo opere Strabonem citaverat, cuius verba Epitomator etiam in compendium redegit. Locus Strabonis exstat lib. x. et ita se habet: Διὸ καὶ Κουρῆτας ἀπὸ τῆς κουρᾶς κληθῆναι. μετοικῆσαι δ' εἰς Αἰτωλίαν, καὶ κατασχόντας τὰ περὶ Πλευρῶνα χωρία. τοὺς δὲ πέραν οἰκοῦντες τοῦ Ἀχελώου, διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττειν τὰς κεφαλὰς, Ἀκαρνᾶνας καλεῖσθαι. Ἔνιοι δ' ἀπὸ ἥρωος τοὔνομα σχεῖν ἑκάτερον τὸ φῦλον. οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου τοὺς Κουρῆτας ὀνομασθῆναι. Hinc etiam manifeste apparet Epitomatori non esse insolens, aliorum auctorum verba et integras sententias a Stephano allegatas in compendium redigere, cuius rei passim apud nostrum plurima exempla occurrunt. Vide in voce Αἴγειρα, et aliis locis.

— Ἔνιοι δὲ ἀπὸ ἥρωος.] Ab Acarnane filio Alcmaeonis, ut testantur Strabo lib. x. Apoll. lib. III. et Pausanias in Arcadicis. 74 a

— Ὡς αἱ κοῦραι.] Sic habent libri scripti et editi; et, quanquam haec lectio tolerari posset, nam per μεταπλασμὸν Poëtae dicunt κούρη pro κόρη, malo tamen Strabonem sequi, ex quo haec de Curetibus sunt desumpta, et cum ipso, ὡς αἱ κόραι legere.

— Ὡς καὶ χλαίνας ἑλκεχίτωνας, καὶ κρώβυλον, καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι.] Maxime depravatus hic locus in vulgatis codicibus circumfertur. Aldina et Florentina habent: ὡς καὶ Ἰαίνας ἑλκεχίτωνας, καὶ κρώβυλον καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι. Salmasius in Palatinis, et nos in Vossiano MS. magis probabilem lectionem invenimus, quam ibi hoc modo exaratam legimus: ὡς καὶ Ἰάονας ἑλκεχίτωνας, καὶ κρώβυλον καὶ τέττιγα ἐμπλέκεσθαι. Hisce verbis nihil deest, nisi εἰρῆσθαι, post ἑλκεχίτωνας collocandum. Hanc indubitatam esse huius loci lectionem colligi potest ex Strab. x. ubi de Curetibus scribit: εἶναι γὰρ καί τινα τοιοῦτον ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι. καὶ Ἰάονας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι, καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν etc. Stephanum in genuino suo opere hic Strabonem examussim fuisse secutum sole meridiano clarius apparet; atque hac de causa certum est, aliquando Stephanum ex Strabone, et rursum Strabonem ex Stephano posse suppleri et corrigi. In verbis Strabonis, quae iam produximus, esse lacunam, cuius supplementum ex Stephano peti debet, confidenter affirmo; multo cla-

riora et perfectiora forent, si hunc in modum constituerentur: εἶναι γὰρ καί τινα τοιοῦτον ζῆλον ἐν τοῖς Ἕλλησι. καὶ Ἴωνας ἑλκεχίτωνας εἰρῆσθαι, καὶ κρώβυλον καὶ τέττιγα ἐμπλεχθῆναι, καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους τὴν κόμην, ὅτ᾽ ἐξῄεσαν εἰς τὴν μάχην, καταφρονηθῆναι λέγουσι. Conferat hanc lectionem qui volet, et videbit haud esse contemnendam. Imo miror doctissimum Casaubonum in suis ad Strabonem commentariis nullam de hoc Stephani loco mentionem fecisse, cum tamen se ipsum satis in Epitomatore versatum ubique prodat. Antiquos Graecos eiusmodi capillorum plexum observasse luculenter testatur Aristophanis Scholiastes ad Nebulas: Τοὺς δὲ τέττιγας παρέλαβεν, ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀναπλοκὴν τῶν τριχῶν χρυσῷ ἐχρῶντο τέττιγι, τεκμήριον ὅτι αὐτόχθονες ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς οἱ τέττιγες. καὶ Θουκυδίδης· καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐν ἔρσει κρωβύλων ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Hoc est: *Cicadas autem assumpsit, quandoquidem antiqui in capillorum plexu aurea cicada utebantur, ut hoc signo comprobarent, se, ut cicadae, indigenas esse. Et Thucydides.* (locus exstat lib. I. circa initium.) *Nec multum tempus est, ex quo apud eos illi, qui de senioribus erant ditiores, ferre desierunt lineas tunicas et aureas cicadas, quas capitis comam religantes cincinnis inserebant.*

— *Κατεφρονήθησαν ὑπὸ Περσέως.*] Sic habent libri scripti
74 et editi: sed constat ex Strabonis libro decimo iam toties allegato
b corrigendum esse, κατεφρονήθησαν ὑπὸ Περσέων. Historia est apud Herodotum in Polymnia: ubi refert exploratorem illum, quem Xerxes miserat, Lacedaemonios offendisse τοὺς μὲν γυμναζομένους, τοὺς δὲ τὰς κόμας κτενιζομένους. Quod cum ad Xerxem esset relatum, eos quasi contempsit, et ipsi visi sunt rem ridiculam facere.

— *Ἀτιντάν.*] Optime sic legebatur in Xylandri editione, quam sequimur; pessime vero in Aldina et Florentina Ἀταντὰν excusum est. Ἀτιντανία, μοῖρα Μακεδονίας. οἱ οἰκήτορες Ἀτιντᾶνες. In singulari numero igitur oppidanus Ἀτιντὰν dicitur.

— *Αἰζάν.*] Mendum est in hac voce, eam autem sanaveris tollendo *I*, legendo Ἀζάν. Vide in voce Ἀζανία, et commentarium ei subiectum.

— *Τὸ Τιτανόπαν σύνθετον, περὶ τοῦ Δύμαν εἴρηται.*] Locus mendosus; legendum est: τὸ Τιτανόπαν σύνθετον. περὶ τοῦ Δυμᾶν εἰρήσεται. Schedae Palatinae et codex Vossianus Δυμὰν pro Δυμᾶν exhibent. Vide in isthac voce, et ibi rationem nostrae emendationis observabis. Pro εἴρηται rescripsimus εἰρήσεται, et simili modo loquitur passim aliis locis, in Ἀκμόνια: ὁ-

[redacted]

θεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Τυντος ἐκδόσ. Sed de vocabulo illo *Τιτανόπαν* aliquid subiiciamus. Varia olim monstra fingebant Panum, Faunorum, Satyrorum, quidam interpretantes non haec pusilla et rustica numina, sed prodigia animalium. Sic *Aegipanes*, *Cynopanes*, *Tragopanes* dicebant, de quibus Gl. Vossius ad Melam lib. III. cap. IX. Sed habes ibi ex Arcadio Grammatico Graeco e priscis et Ἑρμόπανες, hoc est quod proprie ad hunc locum et *Τιτανόπανα* pertinet. Solebant enim ex una et continenti materia duorum deorum, praesertim quibus affinia essent officia, imagunculas effingere, ut alia hinc alia illinc appareret facies, atque illae, ut feliciores ad duplicanda verba Graecos Latinis merito Livius praedicat, vocabulis ex utriusque nomine compositis appellabantur. Sic *Hermathena*, quae ab altera parte Mercurium, ab altera Minervam ostendebat, Cicer. ad Att. lib. I. ep. I. Sic *Hermeraclae*, quae Mercurios et Hercules, eidem eodem libro ep. 10. Sic *Hermerotes Cidae* nobilis statuarii apud Martialem lib. 10. epigr. 83. quae Mercurium et Cupidinem iunctos habebat: et *Hermeroles* Taurisci Tralliani laudantur Plinio lib. 36. 1. Tales et *Hermopanes* Mercurii cum Pane copulatas imagines. Denique huiusmodi duplex simulacrum fuisse illum *Τιτανόπανα* censeo, quod hoc latere Pan agnoscebatur, illo, quasi dum nondum discretum chaos,

Nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan.

Nec mirum hos deos coniungi. Nam mythicae theologiae mystagogi Pana Solem ipsum interpretabantur. Macrobius I. Saturn. 22. *Pan ipse, quem vocant Inuum, sub hoc habitu, quo cernitur, Solem se esse prudentioribus permittit intelligi.*

Ἀκαρασσός. Ὡς Καπίτων.] Fuit historicus Lycius, qui demum post Iulianum claruit. Aliquoties a Stephano allegatur. Vide Voss. de Hist. Graec. lib. III.

Ἄκαῤῥα. Τὸ ἐθνικὸν ἐκ τῆς τέχνης.] Saepissime Stephanus 75
distinguit inter gentilia quae κατὰ τύπον ἐπιχώριον, et quae ἐκ a
τῆς τέχνης formantur. In voce Ἀβρότονον. τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. In Ἀδάρου πόλις· ὁ πολίτης τῷ τεχνικῷ λόγῳ Ἀδαρουπολίτης. εἰ μὴ ὀφείλοι τῷ Περσικῷ τύπῳ. In Ἀδράστεια: τὸ ἐθνικὸν Ἀδραστεύς. οἱ δ' ἐπιχώριοι, Ἀδραστηνός. Sed haec et similia toties occurrunt, ut ubique admonere non videatur necesse.

Ἀκέλη, πόλις Λυκίας.] In oppidi nomine latet mendum: legendum est sine ulla dubitatione, uti ex ipso Epitomatore probabimus, Ἀκέλης, πόλις Λυκίας. Nam noluit in idem incidere vitium, quod in Hellanico inferius culpat. Ἑλλάνικος δ' εἶπεν, εἰς πόλιν Ἀκέλην. ἐχρῆν γὰρ Ἀκέλητα εἶναι. Errat Etymologici

Mag. auctor, ubi scribit, Ἀκέλης Ἀκέλητος ὄνομα ποταμοῦ. Conditoris nomen apud nostrum cum λλ scribitur, ubi forte alterum redundat.

— Λούλης τῆς Ὀμφαλίδος.] Mendum observavit ad oram sui codicis Salmasius, legendum ipsi videtur, hoc modo: Δούλης τῆς Ὀμφάλης Λύδης. Nam fuit teste Palaephato aliisque Mythologicis filia Iardani Lydorum regis, quae Ὀμφάλη constanter appellatur, unde eiusmodi casus obliquus nequaquam inflecti potest. Terentius in Eunucho:

Qui minus quam Hercules servivit Omphalae.

— Ὁ γὰρ Τεχνικός.] Non intelligerem hoc loco Apollonium Dyscolum Herodiani patrem, qui a Stephano aliisque etiam Τεχνικὸς appellatur, sed ipsum Herodianum, cuius hoc ipso themate superius meminit. Herodianus enim etiam hoc cognomine insignitur, uti demonstravimus ex Eustathio pag. 12.

— Τὰ διὰ τοῦ σιος, πάντα προπαροξύνεται, κἂν τὸ τ ὑπάρχῃ πρὸ τοῦ ι.] Sic legunt codices scripti et vulgati: puto tamen Stephanum scripsisse hoc modo: Τὰ διὰ τοῦ σιος, πάντα προπαροξύνεται, κἂν τὸ σ ὑπάρχῃ πρὸ τοῦ ι.

Ἀκέσαι. Ὡς Πηγασαῖος. καὶ Ἀκεσίτης, ὡς Πηγασίτης.] In mendi suspicionem veniunt Πηγασαῖος et Πηγασίτης, quae gentilia sine dubio a Πήγασα essent deducenda: sed quomodo Πή-
75 γασα cum Ἀκέσαι conveniant, vel caecus videret. Praeterea Ste-
b phanus in Πήγασα inquit, οἱ πολῖται Πηγασεῖς, qui est ὁ εἰθισμένος τοῖς Καρικοῖς τύπος, uti noster in voce Ἄβαι docuit.

Ἀκέστη, πόλις Σικελίας, ὡς Ἄγεστα.] Primo intuitu hic locus leviter videtur corruptus, et in hunc modum fortassis restituendus: Ἀκέστη, πόλις Σικελίας, ὡς Ἀγέστη: nam si legas uti habent vulgati codices, similitudo claudicabit, et Ἀκέστη et Ἄγεστα non satis accurate sibi invicem respondebunt. At si proba sit nostra lectio, Ἀκέστη et Ἀγέστη diversa erunt oppida, quod nullo veterum testimonio confirmari posset. Attamen magnus Salmasius in Plin. exercitat. pag. 111. ita scribit: *aliud nomen est Ἀκέστης, ergo et alia urbs Ἀκέστα, quam Αἰγέστα.* Sed quam procul haec opinio a vero distet statim videbimus: imo huius erroris fons partim apud Salmasium ipsum reperitur, qui haec Stephani verba errore oculi vel manus male transcripsit: Ἀκέστα, πόλις Σικελίας, ὡς Αἰγέστα, παρὰ τὸν Ἀκέστην. Quare autem illa, quae in suo Stephani codice intacta reliquit, ita hic transformaverit et scribi voluerit, rationem nullam allegat. Si mei arbitrii res foret, Stephani verba ita constituerem: Ἀκέστα, πόλις Σικελίας, ἡ καὶ Ἐγέστα. Certum est antiquos Α et Ε aliquando promiscue usos fuisse: dixerunt enim Ἀγβάτανα et Ἐκβάτανα.

[redacted]

Ἀκαδήμεια et Ἑκαδήμεια: Ἄδανα et Ἔδανα. Tzetzes in Lycophronem habet Ἄταλλα et Ἔνταλλα: atque hoc etiam in multis aliis est manifestum; adeo ut diversa haec scribendi ratio non semper diversas faciat urbes et loca. Verum haec variatio in oppidi nomine tam multiplex, ex ipsius conditoris nomine multifariam variato, originem traxit; nam quot modis conditoris nomen, tot etiam modis oppidi nomen profertur. Stephano hic dicitur Ἀκέστης, et ita etiam aliquoties Virgilio lib. I. et V. et Silio lib. XIV. Dionys. Hal. Αἴγεστος: Tzetzae ad Lycoph. Αἰγέστης: et Stephano denique in Ἐγέστα appellatur Ἔγεστος sive Ἐγέστης. Hinc variae illae formae quas oppidi nomen induit. Hinc Ἀκέστη et Ἀκεσταῖοι *Acestaei*, et Latina formatione *Acestani*, quod aliquoties occurrit apud Servium in lib. I. Aeneid. Hinc Αἴγεστα et Αἰγεσταῖοι, et Ἔγεστα et Ἐγεσταῖοι. Hinc deni- 76 a
que Latini suum *Segesta* deduxerunt, uti egregie ostendit Pompeius Festus. *Segesta*, inquit, *quae nunc appellatur, oppidum in Sicilia est; quod videtur Aeneas condidisse, praeposito ibi Egesto; qui eam Egestam nominavit. Sed praeposita est ei S litera, ne obsceno nomine appellaretur: ut factum est in Malevento; quod Beneventum dictum est: et in Epidamno, quod usurparunt Dyrrachium.* Plura de oppidi situ et in eo memorabilibus congessit Cluverius Sicil. antiq. lib. II.

Ἄκη, πόλις Φοινίκης.] Urbem hanc quasi *medelam* nominavit Hercules in memoriam restitutae sanitatis: verum alii nomen urbis Poenorum lingua dictum fuisse censent עכו *Accho*, quod *confractum* vel *compressum* denotat, et reperitur Iud. I: 31. A Iosepho ant. Iud. lib. V. cap. I. Ἄρκη appellatur, si locus sit sanus. Testantur ferme omnes urbem fuisse, sed Demetrius apud Suidam Ἀκρόπολιν esse perhibet, qua de re etiam videndus Etymologus. Oppidum est maritimum, Tyro proximum. Plinius lib. V. cap. XIX. *Iuxta colonia Claudii Caesaris Ptolemais, quae quondam Ace.* Scribit tamen Pausanias in Arcadicis, etiam Acen in Arcadia sitam esse, ubi Orestes sanatus fuit.

— Αὕτη Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο.] Cod. Vossianus: αὕτη δὲ Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. Ace fuit antiquissima urbis denominatio, et primum Ἄκη, et deinde Πτολεμαῒς appellabatur: adeo ut hic aliquid excidisse videatur, et debere legi: Αὕτη ὕστερον Πτολεμαῒς ἐκαλεῖτο. Stephanus in Δῶρος ex Characis lib. XI. ita refert: Τρύφων, ἐν Δώρῳ τῆς κοίλης Συρίας πόλει πολιορκούμενος ὑπ' Ἀντιόχου, ἔφυγεν εἰς Πτολεμαΐδα τὴν Ἄκην λεγομένην. Vide quoque nostrum in voce Πτολεμαῒς. Et Strabon. lib. XVI.

— Κοιλεσυρίτας δ' αὐτοὺς ὠνόμαζον.] Haec profecto sunt ineptissima et ridicula, et tamen sic exhibent libri scripti et editi.

[redacted]

Nullus dubito, quin ante et post haec verba multa exciderint: nam hoc loco non de Phoeniciae aut Coelosyriae incolis, sed de Acae sive Ptolemaïdis oppidanis agendum videtur, qui infra *Ἀκαῖοι* dicuntur. Vix puto haec esse Stephani verba, et si sint, ipse ab orco est revocandus, ut illa in integrum restituat.

— *Κλαύδιος δὲ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινίκων.*] Varie huius Historici nomen exaratur. In *Ἰουδαία* habet Epitomator: *ὡς καὶ Κλαύδιος Ἰόλαος*: et in *Λάμπη*: *Κλαύδιος δὲ Ἰούλιος*. Ita etiam appellatur ab Etymologici Mag. auctore in *Γάδειρα*. *ὥς φησι Κλαύδιος Ἰούλιος ἐν ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις*. Verum lege Voss. de Hist. Graec. lib. III.

— *Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄλλων περισχεθεὶς, τῷ τῆς Λερναίας ὕδρας ἰῷ ταῖς τῶν δηγμάτων ἐπονεῖτο ἕλκεσιν.*] Schedae Palatinae et Vossianae cum vulgatis cod. non conveniunt, in quibus hoc modo est exaratum: *Χαλεπωτάτου γὰρ ὑπάρχοντος Εὐρυσθέως ἐπιταχεὶς ἄθλω παρασχεθεὶς τῷ*
76 *τῆς Λερναίας Ὕδρας ἰῷ* et sic porro. Maxime depravata et mutila
b in scriptis et vulgatis codicibus haec circumferuntur, ut ne probus quidem sensus hinc elici queat. Suspicor tamen hunc locum ita esse constituendum: *Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπ' ἄρχοντος Εὐρυσθέως ἐπιταχθέντων ἄθλων, τῷ τῆς Λερναίας Ὕδρας ἰῷ, καὶ τοῖς τῶν δηγμάτων ἐπονεῖτο ἕλκεσιν.* Lucem aliquam adfert locus Apollodori ex lib. II. *Δεύτερον δὲ ἄθλον ἐπέταξεν* (scilic. Eurystheus) *αὐτῷ τὴν Λερναίαν Ὕδραν κτεῖναι.*

— *Μέχρις ἂν τύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλήσιον.*] Male sic legitur in vulgatis; ast recte in MSS. *Μέχρις ἂν τύχῃ ποταμῷ φύοντι πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλησίαν.* Intelligit sine dubio Stephanus Dracunculum, cuius caulis versicolor est, et maculis respersus purpureis adeo ut hydram sive anguem plane et examussim referat. Scholiastes Nicandri ad Theriaca: *Τὸ σκορπίουρον βοτάνη ἐστὶ, ὅπερ ἀβληχρέα λέγει, διὰ τὸ τὴν ῥίζαν αὐτοῦ τοῦ δηγματος τοῦ σκορπίου θεραπευτικὸν εἶναι. ἢ διὰ τὸ βλήχεσθαι ποιεῖν τὰς ὀδύνας. ἰσαζομένη δὲ, κατὰ τὴν ὁμοιότητα δηλαδὴ, ἤγουν ὁμοίαν. Θηρὸς δὲ, ἤγουν τοῦ σκορπίου.* Et infra inquit Stephanus: *ἧς ὁ καυλὸς ἥ τε ῥίζα πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ καὶ ταῖς κεφαλαῖς.*

— *Ἧς ὁ καρπὸς, ἥ τε ῥίζα, πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ ταῖς κεφαλαῖς.*] Locus est corruptus, quem schedae Palatinae et Vossianae ita habent: *ἧς ὁ καυλὸς ἥτε ῥίζα, πάντως ἐστὶν ὀφιώδης τῷ ποικίλῳ ταῖς κεφαλαῖς.* Posteriora tamen in MSS. non sunt emendatiora, quae Casaubonus ad Athenaeum et etiam Salmasius in Plinianis exerc. ita corrigunt: *τῷ ποικίλῳ καὶ ταῖς κεφαλαῖς.* Caulis igitur Dracunculi sive Ari varietate macularum

[redacted]

serpentes imitatur: radici vero Dracunculi sive Ari attribuit Claudius Iulius κεφαλὰς, easque ad instar hydrae capitum, ubi caesae fuerint, renasci dicit. Radix autem illa crassa est et rotunda, quae aliis ad latera adnatis se propagat, ut tradunt Herbarii neoterici, et illi qui ipsam plantam viderunt. Constat igitur illa radix capitibus, hoc est bulbis sive nucleis quam plurimis, quique effossi renascuntur. Capita de bulbis dici res est notissima: *capita allii, capita ulpici* passim apud auctores occurrunt: et apud Graecos, κεφαλαὶ σκορόδων et σκόροδον μονοκέφαλον, quem *unionem* vulgo Latini veteres appellarunt. Apuleius de Dracontia: *Imo radix caput draconis habet.*

— Κολοσαῖον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν etc.] Locus est corruptus, quem sic emendavit Salmasius in Plin. exercit. Κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν. Ibidem Colocasium tam docte descripit, ut actum ageret, qui tam eruditae descriptioni aliquid adderet. Radix igitur illa, secundum Claud. Iulium, plurimas habet κεφαλὰς, qui sunt bulbi dracontii, quos nunc κολοκάσιον appellat: quod profecto confundit cum Colocasia altera quae faba Aegyptia est. Ideo inferius περὶ Νεῖλον καὶ περὶ Βῆλον φύεσθαι 77
tradit, quod Ari Colocasii proprium est, quum Colocasia faba in a
ipsis amnibus ac paludibus nascatur. Legendum igitur apud eum in sequentibus: Κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν, τὸ ὑποπεφυκὸς κιβώριον. Hic manifeste idem facit Colocasium Arum cum faba Colocasia. ἡ δὲ περὶ τὸν Βῆλον ἕλκη θεραπεύει δυσίατα. Hoc Colocasiae fabae, quae κιβώριον fert, neutiquam congruit, sed Aro Colocasio prorsus convenit, cui hanc δύναμιν omnes vindicant.

— Τὸ δὲ ὑπερπεφυκὸς κιβώριον ὄψιν ἰδίαν, ἐδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχων Αἰγυπτίοις.] Totus hic locus, cuius partem commentario praecedente emendavimus, iuxta opinionem Salmasii ita est constituendus: τὸ δὲ ὑποπεφυκὸς κιβώριον ὄψιν ἡδεῖαν, ἐδωδίμους τε τὰς φλέβας παρέχον Αἰγυπτίοις. Non dicit radicem quae Colocasium vocabatur in cibos admissam ab Aegyptiis, sed Ciborium edules venas ac fila praebuisse. Κιβώριον vocat caulem ipsum, et quicquid ex radice surgit, atque aquis supereminet. Radix ipsa in fundo Nili est, caulis demetitur ac e Nilo caeditur, manditurque, non autem radix avellitur. Sed deinde pro ὄψιν ἰδίαν rescripsimus, auctoritate Strabonis adducti, ὄψιν ἡδεῖαν, et quid per *iucundum illud spectaculum* sit intelligendum, lib. XVII. explicat, ubi de hac faba Aegyptia ita loquitur: Οἱ οὖν κυαμῶνες ἡδεῖαν ὄψιν παρέχουσι καὶ τέρψιν τοῖς εὐωχεῖσθαι βουλομένοις. εὐωχοῦνται δὲ ἐν σκάφαις θαλαμηγοῖς, ἐνδύνοντες εἰς τὸ πύκνωμα τῶν κυάμων, καὶ συσκιαζόμενοι τοῖς φύλλοις. ἐστὶ

γὰρ σφόδρα μεγάλη, ὡς καὶ ἀντὶ ποτηρίων καὶ τρυβλίων χρῆσθαι. ἔχει γάρ τινα καὶ κοιλότητα ἐπιτήδειαν πρὸς τοῦτο.

— *Τριβομένη δὲ μετὰ τῆς ῥίζης.*] Subintellige *πόα.* Superius ea voce bis utitur: *πόαν τῇ ὕδρᾳ παραπλησίαν*: deinde, *καὶ τὴν πυθόχρηστον πόαν.* Nunc, *Τριβομένη δὲ ἡ πόα μετὰ τῆς ῥίζης.* Mendose habet cod. Vossianus: *τριβόμενος γὰρ μετὰ τὴν ῥίζαν.* Similiter etiam Salmasius in Palat. MS. invenit; sed alii codices cum vulgata conveniebant.

Ἀκκαβικόν. Πόλις περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας.] Mendum latet in hisce verbis: vel legendum est, *πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας*, vel *πόλις περὶ τὰς Ἡρακλείας στήλας*, ut in cod. Voss. legitur. Alio loco Stephanus haec habet: *Σάλμυκα, πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας.* Scylax Caryandensis periplum suum sic exorditur: *Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, μέχρι Ἡρακλείων στηλῶν τῶν ἐν Λιβύῃ. εἰσὶ δὲ ἀλλήλων καταντικρὺ αἱ Ἡράκλειαι στῆλαι* etc.

77 — *Ὡς ἐροῦμεν ἐν τῷ περὶ Σαλμύνης.*] Neque hic locus se
b bene habet, sine dubio legendum est: *ὡς ἐροῦμεν ἐν τῷ περὶ Σαλμύκης.* Sed de hac re in isthoc vocabulo nulla omnino fit mentio. Plurimas in hoc tractu Carthaginensium fuisse colonias et emporia, notius est, quam quod doceri debeat.

Ἀκμόνια πόλις Φρυγίας.] A Ptolemaeo lib. v. cap. II. haec inter magnae Phrygiae civitates recensetur, atque inter Iuliopolin et Eumeniam collocatur. Et Plinius lib. v. cap. XXIX. *Acmonenses* eodem tractu ponit. Ortelius vero ibidem *Acmonienses* legit.

— *Ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ.*] Idem auctor et opus a Stephano allegatur in voce *Φαρνακία.* Vide Voss. de Hist. Graec. lib. I. cap. XXII.

— *Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον.*] Haec verba non sunt huius loci, inferius eadem hoc commate ab epitomatore repetuntur. Fortassis rescribendum est: *ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Ἀκμόνιον λεγομένη.*

— *Ἀκμονίτης δὲ, ἀπὸ τῆς Ἄκμονος γενικῆς. Ἀκμόνεια, ἀφ' ἧς Ἀκμονειάτης. τοῦτο δέ μοι εἴρηται, ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς ἀπὸ τῆς ου γενικῆς.*] Haec partim sunt confusa et partim mutila. *Ἀκμονίτης* profecto non deducitur ab *Ἄκμονος γενικῆς*, unde melius *Ἀκμόνιος* deduci posset. Deinde hoc loco gentile etiam deberet ὁμοφωνεῖν τῷ κτιστῇ, ut in *Αἴσων*, *Αἵμων* et quam plurimis aliis. Totum hunc Epitomatoris locum ego sic constituerem. *Τὸ ἐθνικὸν Ἄκμων. Ἀκμόνιος δὲ, ἀπὸ τῆς Ἄκμονος γενικῆς. λέγεται καὶ Ἀκμόνεια, ἀφ' ἧς Ἀκμονειάτης. ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς ἀπὸ τῆς ου γενικῆς γίγνεται, ὡς Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου Ἀλεξανδρεύς.*

[redacted]

Male in Vossiano codice ultima verba ita leguntur, *Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρεια.*

— *Ἐπειδὴ τὰ εἰς ευς ἀπὸ τῆς ου γενικῆς γίγνεται.*] De hoc canone fusius egimus in vocabulo *Αἰλία*, quo nunc lectorem ablegamus.

— *Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος περὶ Θερμώδοντα, ἐφ' οὗ μιγεὶς Ἄρης τῇ Ἁρμονίᾳ, τὰς Ἀμάζονας ἔσχεν, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν δευτέρῳ.*] Vulgati codices scriptis non respondent, in quibus hoc modo exaratum est: *Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος περὶ Θερμώδοντα, ἀφ' οὗ μιγεὶς Ἄρης τὰς Ἁρμονίας εἶχεν.* Sed veri speciem libri scripti non habent, uti colligi potest ex loco Apollonii a Stephano citato:

> *Δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν Ἄρεος Ἁρμονίης τε*
> *Νύμφης, ἥτ' Ἀρηῒ φιλοπτολέμους τέκε κούρας*
> *Ἄλσεος Ἀκμονίοιο κατὰ πτύχας εὐνηθεῖσα.*

Ad haec verba ita scribit Scholiastes: *Ἁρμονία, νύμφη Ναΐς, ἐξ* 78
[sic lego] *ἧς καὶ Ἄρεος Ἀμάζονας εἶναι φησὶ Φερεκύδης.* Et mox a haec sequuntur: *οὐδέποτε ἄλσος Ἀκμόνιον ἐδήλωσεν Εἰρηναῖος. ἔστι δὲ περὶ Θερμώδοντα, μέμνηται αὐτοῦ Φερεκύδης ἐν β'.* Ex hoc Scholiastae loco manifeste satis apparet, illa Epitomatoris verba, *ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον, ὡς Φερεκύδης*, uti antea diximus, ibi nihil ad rem facere, cum idem illud sit Acmonium, de quo nunc loquitur, uti testimonio Pherecydae satis comprobavit.

— *Ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Ὕαντος πεδίῳ.*] Salmasius in schedis Palatinis invenit: *ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Δρύαντος πεδίου.* Codex Vossianus mihi exhibuit: *ἐν τῷ περὶ δ' Ὕαντος πεδίων.* Hic locus itaque in editis et manu exaratis libris profligatissime est corruptus, ut ante me observavit doctissimus Xylander, qui in praefatione ad lectorem in suam Stephani editionem, varia Epitomatoris loca enumerans, inter alia etiam hunc allegat, de quo conqueritur Epitomatorem lectorem amandare ad *Ὕαντος πεδίον*, quo si se ipsum convertat, nihil prorsus eorum quae promittuntur, ac ne rei quidem umbram inventurum. Sed mirum est ipsi hunc locum de mendo non fuisse suspectum, cum ex fabulae narratione certo certius coniici possit, Stephanum de huiusmodi campo, qui praeterea in rerum natura non exstat, nunquam mentionem fecisse. Hic locus ergo ita sanari debet: *ὅθεν δὲ κέκληται, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ Δοίαντος πεδίου.* Stephani verba in hac voce ita ex libris MSS. sunt legenda: *Δοίαντος, πεδίον Φρυγίας. Ἄκμονα γὰρ καὶ Δοίαντα φασιν ἀδελφοὺς, ἀφ' ὧν τὸ Δοιάντιον καὶ Ἀκμόνιον*

ἄλσῃ. Iam manifeste liquet, Epitomatorem, licet alio lectorem reiecerit, eum tamen inanem non dimisisse.

— Τὸ ἐθνικὸν ἀμφιδοξεῖται, καὶ Ἀκμονιεὺς, καὶ Ἀκμόνιος.] Praeter duo haec gentilia, alia insuper duo de hac urbe commodissime iuxta Stephani canonem formari et deduci possent: nam ab Ἀκμόνεια (ita enim etiam illud oppidi nomen scribitur) fit Ἀκμονειάτης. Praeterea conditori nomen fuit Ἄκμων, quod saepissime pro gentili usurpatur, uti praesertim in Αἱμονία observare licet. Αἱμονία, ἡ Θετταλία, ἀπὸ Αἵμονος. Αἵμων οὖν καὶ τὸ ἐθνικὸν, ὡς Αὔσων, καὶ Ἀρκὰς καὶ Μαίων, καὶ Ἴων. Et infra in eadem sectione inquit: λέγεται καὶ Αἱμονιεὺς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἀμβρακιεύς. καὶ Αἱμόνιος, καὶ Αἵμονες εἰσίν. Illa autem gentilium differentia etiam cerni potest in vocabulis Αἴσων, Αὔσων, et aliis locis quam plurimis. Similiter ab Ἀκμόνια gentilia derivari possunt Ἄκμων, quòd eodem modo sonat ut conditoris nomen, Ἀκμόνιος, Ἀκμονειάτης, et Ἀκμονιεύς. Quod si de ultimo gentili non sit dubitandum, in mendi suspicionem veniunt codices Ciceronis, qui in oratione pro L. Flacco aliquoties ACMONENSIS legunt. *Citat Praeco voce maxima legatos Acmonenses. Idem laudationem, quam nos ab Acmonensibus Flacco datam proferebamus, falsam esse dicebat.* Ciceronem loqui de hac Phrygiae civitate omnino ambigi non posset; ita enim ille in eadem oratione: *Hic ego, iudices, si vos Acmonensium decretis, si caeterorum Phrygum literis permoveri putarem, vociferarer, et, quantum maxime possem, contenderem.* Hinc
78 aperte liquet Ciceronem Phrygiae Acmoniam intelligere: sed hinc
b ille error, quòd imperiti librarii existimarunt urbis nomen *Acmona*, non vero *Acmonia* dici; et an non eundem errorem erraverit Gruterus vehementer me dubitare facit tertius index post illam editionem, quam notis suis auxit, nam ibi hoc modo excusum est: *Acmona, civitas Phrygiae.* Ast multo foediori modo conspurcatae sunt editiones Victorii, Pauli Manutii, et Caroli Stephani, in quibus legitur *Aemonensis*, et aliis casibus et numero *Aemonenses*, *Aemonensium* etc. Neque aliter edi curavit Gabriel Faërnus, qui ex operibus Ciceronis solam orationem pro Flacco recensuit et notis illustravit. Deduci posset illud gentile ab Aemonia vel Αἱμονία, cuius gentile est Αἵμων. Stephanus in isthac voce: λέγεται καὶ Αἱμονιεὺς τὸ ἐθνικὸν, ὡς Ἀμβρακιεύς. καὶ Αἱμόνιος. καὶ Αἵμονες εἰσί. Sed *Aemonia* et inde gentile *Aemonensis* nihil ad rem faciunt, cum illud antiquum Thessaliae, atque hoc Thessalorum nomen sit, et Cicero non de Thessalis, sed de quodam Phrygiae oppido loquatur. Idem mendum occurrit etiam apud Plinium. Vide p. 77. Nisi praevaleat authoritas huius

[redacted]

nummi quem nuper vulgarunt Patinus et Spanhemius, in quo excusum est *ΑΚΜΟΝΕΩΝ*, unde in casu recto contra Stephani canonem *Ἀκμονεὺς* deducitur. [Vid. tab. aen. fig. 1.]

Ἀκόναι, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας.] Recte inquit, prope Heracleam: nam inter doctos lis est, an Aconae non fuerint portus Heracleae. Solinus cap. XLIII. *Sagaris fluvius ortus in Phrygia, dictusque a plerisque Sangarius, exordium facit Maryandini sinus, in quo oppidum Heraclea adpositum Lyco flumini: et Acone portus, qui proventu malorum graminum usque eo celebris est, ut noxias herbas aconita illinc nominemus.* Strabo lib. XII. testatur Heracleam portum habuisse commodum. Ἡ μὲν οὖν Ἡράκλεια πόλις ἐστὶν εὐλίμενος. Vide et Athenaeum libro tertio cuius locum mox producam. Ammianus Marcellinus: *ultra haec loca Acherusius specus est, quod accolae μυχοπόντιον appellant, et portus Aconae.*

— *Τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ, καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ.*] Xylander in suo indice distinguit inter Patricium et magistrum Petrum, cum tamen haec nomina tanquam tituli honoris et dignitatis non sint separanda, sed τῷ Πέτρῳ tribuenda. Haud absimili modo legimus apud Photium in Olympiodoro: Ἡλίων δὲ ὁ μάγιστρος καὶ πατρίκιος, καταλαβὼν τὴν Ῥώμην. *Helion vero patricius et magister Romam invasit.* Adeo ut quis simul magistri et patricii titulo insigniri poterat. Sed rectius Stephanus patriciam dignitatem magisterio praeposuit.

— *Λέγεται καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον.*] In Aldina et Florentina pessime excusum est: *λέγεται καὶ ἀκόνιον δηλητήριον φάρμακον.* Proprie enim *ἀκόνιον* coticulam sive cotem denotat. Sed haec vox apud Dioscoridem lib. v. aliam significationem habet: *Γίνεται δὲ καὶ κολλύρια ἐξ αὐτοῦ καὶ ἀκόνια πρὸς τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς πάθη ἐπιτήδεια.* Videtur hoc loco esse medicamentum, quo oculorum vitia curari et tolli possunt. 79 a

— *Ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν.*] In scriptis codicibus libri numerus deest, legiturque hunc in modum: *ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ Δειπνοσοφιστῶν.* Locus tamen eodem libro apud Athenaeum exstat, ad quem locum Casaubonus Stephani citat verba, quae ipsi ita videntur constituenda: *Λέγεται δὲ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν, ἱστορῶν τοὺς προφαγόντας τὸ πήγανον, μηδὲν πάσχοντος ἐκ τοῦ κωνείου.* Non puto tamen hunc locum ita debere aut posse emendari: nam quo referendum sit illud *μηδὲν πάσχοντος* non video; fortassis typothetarum *σφάλμα* irrepsit, et pro eo vir doctissimus voluit *μηδὲν πάσχοντας*, quod tolerari posset: cum tamen vulgata lectio nihil contineat quod sit culpandum.

— *Μηδὲν πάσχειν ἐκ τοῦ κωνείου.*] Certo certius post haec verba quaedam exciderunt: nam in allegatis ex Athenaeo verbis necessario fieri debet mentio de Aconito. Hic erat Stephani scopus, Athenaei locum de Aconito producere, uti liquet ex praecedentibus. Hic locus itaque ex eo sic est supplendus: *Λέγεται καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν, ἱστορῶν τοὺς προφαγόντας τὸ πήγανον μηδὲν πάσχειν ἐκ τοῦ κωνείου ἢ τοῦ ἀκονίτου.*

— *Κληθῆναι δέ φασι, διὰ τὸ προσφύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ* etc.] In Vossiano MS. legitur, exigua mutatione, *διὰ τὸ προφύεσθαι ἐν τόπῳ.* Locus ita videtur refingendus: *κληθῆναι δέ φησι, διὰ τὸ προσφύεσθαι ἐν τόπῳ* etc. Nam refert hoc Athenaeus, vel potius Athenaeus ex Theopompo, qui libro xxxviii. Historiae suae narrat, Clearchum tyrannum per vim multos palam necavisse, et quam plurimos venenata potione per insidias e medio sustulisse: cum vero innotuisset omnibus propinandi huius veneni amoris specie saevus tyranni mos, priusquam ex aedibus progrederentur, esu rutae sibi cavisse, cuius praesidio nihil laeduntur vel qui aconitum biberint. Et denique subiungit Athenaeus: *ὃ κληθῆναί φησι διὰ τὸ φύεσθαι ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὄντι περὶ τὴν Ἡράκλειαν.* Sed Etymologici Magni auctor Aconitum in montibus Aconaeis in Mariandynorum finibus nasci affirmat, cuius verba, quia corrupta sunt, emendata adiiciam. *Ἀκόνιτον, βοτάνη δηλητηριώδης. ὅτι ἐν τοῖς Ἀκοναίοις ὄρεσι τῆς Μαριανδυνίας φύεται.* Procul dubio haec hausit ex Nicandro, qui de Aconito ita scribit:

Ἴδης ἐν κνημοῖσι, Φαλακραίης ἔνι βήσσης
Πολλάκι θηλυφόνον καὶ κάμμορον, ἐν δ' Ἀκοναίοις
79 b *Τῆλε λίην Ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις.*

Hoc est, vertente Salmasio:

Saepe Phalacraeis nemorosae in vallibus Idae
Thelyphonum invenias, et Cammoron: ast Aconarum
Per tetricas cautes nigra longe Aconita leguntur.

Ἀκόντιον, *πόλις Ἀρκαδίας.*] Huius oppidi mentionem facit Pausanias in Arcadicis, sive lib. viii.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀκοντιεύς, ὡς Δολιχεύς, Σουριεύς.*] Ita legunt MSS. et omnes vulgati codices, sed mendose, reponendum est: *τὸ ἐθνικὸν Ἀκοντιεύς, ὡς Δουλιχιεύς, Σουνιεύς.*

Ἀκούτεια, *πόλις Ἰβηρίας, καθὰ Στράβων ἐν τῷ τρίτῳ.*] Frustra apud Strabonem *Ἀκούτειαν* quaeres: *Ἀκοντίαν* invenies apud Geographum libro citato: *Καρπητανοί τε μετὰ τούτους πρὸς ἄρκτους, εἶτα Οὐέττωνες καὶ Οὐακαῖοι, δι' ὧν ὁ Δουρείας ῥεῖ, κατ' Ἀκοντίαν πόλιν τῶν Οὐακαίων ἔχων διάβασιν. Ab his ver-*

[redacted]

cus septentrionem sunt Carpetani, deinde Vettones et Vaccaei, per quos Durias fluit, urbem Vaccaeorum Acontiam perlabens. Sed merito quis suspicetur, inquit Casaubonus ad hunc locum, legendum apud Strabonem *'Ακούτειαν.*

— *Τὸ ἐθνικὸν 'Ακουτανοί, ὡς αὐτός.*] Facillime observari potest rescribendum esse: *τὸ ἐθνικὸν 'Ακουϊτανοί.* nam mox subiicit Epitomator, *ἔοικε δὲ τὸ ι κατὰ πλεονασμὸν ἔχειν.* Verum huiusmodi gentile mihi ab hoc oppido non videtur posse formari. Imo mirum est, inquit Casaubonus, *'Ακουϊτανοὺς* apud nostrum ab ista urbe dici: cum ille perpetuo sic appellet Aquitanos, gentem quamvis *τοῖς Ἴβηρσι προσεμφερῆ*, tamen in Gallia sitam.

Ἄκρα, 'Ιαπυγίας πόλις, κατά τινας Ὑδροῦσα λεγομένη. δευτέρα ἔστι καὶ ἑτέρα ἐν αὐτῇ ἔχουσα λιμένα Βρεντήσιον. ἔστι καὶ ἐν 'Ιταλίᾳ. τρίτη ἔστι Συρακουσίων κτίσμα, etc.] Hic locus in scriptis et editis exemplaribus profligatissime depravatus circumfertur, adeo ut neque sana sit nostra interpretatio, quam ei affinximus: et ut optime observat Cluverius, haec verba, praeterquam quod ipsius auctoris erroribus consperса, misere etiam partim luxata, et partim mutilata sunt. *Ἄκραν 'Ιαπυγίαν* in Italia intellexit: in eo an oppidum fuisse, aut quid tandem dicere voluerit, aut qua ratione Hydruntum Brundisiumque urbes ei admiscuerit, plane non liquet: nisi quod Iapygiae peninsulae duae praecipuae fuere urbes, quarum altera Hydrusa, altera Brundisium dicebantur; quarum haec etiam portu fuit insigni nobilis, ut ipse testatur in voce *Βρεντήσιον.* Reliqua ex parte ita possent restitui. *Ἔστι καὶ δευτέρα ἐν 'Ιταλίᾳ. τρίτη ἐν Σικελίᾳ Συρακουσίων κτίσμα. τετάρτη . . . πέμπτη Εὐβοίας. Ἕκτη Σκυθίας. Ἑβδόμη Κύπρου. ὀγδόη 'Ακαρνανίας.*

— *Τρίτη ἔστι καὶ Συρακουσίων κτίσμα.*] Iam rescripsimus: *τρίτη ἐν Σικελίᾳ Συρακουσίων κτίσμα.* Sed hanc Siciliae civitatem, uti idem vir doctus observat, non singularis, ut reliquae per 80 terrarum orbem urbes, sed pluralis numeri habuisse nomen *Ἄ-* a *κραι*, testes sunt auctores Graeci et Latini, quotquot eius meminerunt. Conditas fuisse a Syracusanis Acras testis est Thucydides lib. VI. his verbis: *Ἄκραι δὲ καὶ Κάσμεναι ὑπὸ Συρακουσίων ᾠκίσθησαν. Ἄκραι μὲν ἑβδομήκοντα ἔτεσι μετὰ Συρακούσας. Κάσμεναι δὲ ἐγγὺς εἴκοσι μετὰ Ἄκρας.* Hoc est: *Acrae et Casmenae a Syracusanis sunt conditae: et quidem Acrae* LXX. *annis post Syracusas; Casmenae vero prope* XX. *annis post Acras.* Cluverius *Acras* fuisse statuit apud Coenobium, quod inter duo oppida, quibus vulgaria vocabula *Noto* et *Avula*, vulgo incolis dicitur *Santa Maria d'Arcia*: quod et ipsum antiqui *Acrarum* nominis vestigia servare videtur. Edito in loco sitas fuisse *Acras*; unde

etiam haud dubie nomen eis quaesitum; testatur Silius lib. XIV. hisce verbis:

Non Thapsos, non tumulis glacialibus Acrae
Defuerunt.

— Ἕκτη Σκυθίας.] Puto eundem esse locum, quem Ptolemaeus lib. III. cap. V. in Sarmatia Europaea collocat, post Isthmum qui iuxta Carcinitum fluvium est.

— Ὀγδόη Ἀκαρνανίας.] Huius meminit Polybius lib. V.

— Τὸ θηλυκὸν Ἀκραία, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀκραῖος.] Haec ita videntur transponenda: τὸ ἐθνικὸν Ἀκραῖος, καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀκραία.

— Ἀκραῖται δὲ οἱ ἐξ αὐτῆς ἐκαλοῦντο.] Salmasius ad oram sui codicis variis modis illud gentile formavit: Ἀκραῖται κατὰ συγκοπὴν pro Ἀκραιῶται. De illo tamen postea videtur dubitare, scribens ἐθνικὸν efferendum Ἀκρῖται, uti Πατρῖται. Verum denique addit, se in antiquo MS. Palatino invenisse Ἀκραῖται, et in alio, ut exhibent vulgati codices, Ἀκραῖται.

— Πέραν τοῦ Τίγρητος.] Palatini manu exarati codices habent, πέραν τοῦ Πίγρητος, et ita etiam mihi Vossianus cod. exhibuit. Duplicem hanc scripturam agnoscit Eustathius ad Dionysium pag. 124. cuius verba hunc in modum sunt constituenda: Ἄλλοι δὲ καὶ τὴν ἄρχουσαν μετὰ τοῦ Πιγράφουσι. καὶ εὕρηται τοιαύτη γραφὴ παρά τε τῷ Ἰουλιανῷ, καὶ παρὰ τῷ Ἀῤῥιανῷ ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. πολλὰ γὰρ τῶν παλαιῶν ἀντιγράφων ἔχουσιν οὕτω. τῶν ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγρητος, οἳ τὴν μέσην σφῶν Ἀσσυρίαν ἀπείργουσιν. ὅθεν καὶ Μεσοποταμία. πρὸς τῶν ἐπιχωρίων κλήζεται ὁ Πίγρης, καὶ ταπεινότερός ἐστι τοῦ Εὐφράτου. Locus Arriani exstat lib. VII.

Ἀκράγας.] Acragas Graecis, Latinis vero haec urbs *Agrigentum* dicitur. Plinius lib. III. cap. VIII. *Oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri* dixere. Vulgo nunc vocatur *Gergenti*,
80 et variantibus, more incolarum, vocalibus *Girgenti*, ac *Giorgenti*,
b etiam dicitur. De ortu huius urbis vide Thucyd. lib. VI. Marcianum Heracleensem in Περίπλῳ: et Polybium lib. IX. Sed opulentiam simul et luxum Agrigentinorum eorumque urbis magnificentiam pluribus describit verbis Diodorus Siculus lib. XIII. quae huc transscripsisse nimis longum foret. Cicero in Verrem lib. IV. nonnulla istius urbis templa et simulacra recenset, quorum hodie permultae reperiuntur reliquiae. Sed singularum ad hanc urbem fabricarum situs atque monumenta cui cognoscere libeat, is adeat huius urbis descriptionem, quam doctissimus Fazellus rerum suarum Sicular. decad. I. lib. V. cap. I. inseruit accuratissimam. Caeterum urbs haec tam magna, tam potens, tamque ma-

[redacted]

gnifica a Carthaginensibus expugnata simul et direpta dirutaque fuit, uti Diodorus praedicto lib. refert.

— Ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος.] Pindarus Olympiorum Ode II. dulcissime carmine idem tradit, cum inquit:

Καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
Ἱερὸν ἔχον οἴκημα
Ποταμοῦ. Σικελίας τ' ἔσαν
Ὀφθαλμός. αἰών τ' ἔφε-
πε μόρσιμος, πλοῦτόν
τε καὶ χάριν ἄγων
Γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς.

Ad haec ita Scholia: Ἀρίσταρχος τὴν πόλιν οἴκημα ποταμοῦ προσηγορεῦσθαί φησι, διὰ τὸ ὁμώνυμον εἶναι τῷ ποταμῷ Ἀκράγαντι. τὴν γὰρ ὁμονοσίαν ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔσχεν. Hoc est: *Aristarchus ait, urbem (scilicet Agrigentum) ideo dici habitaculum fluvii, quod eiusdem sit cum fluvio Acragante nominis: cognomentum quippe urbs a fluvio accepit.* Vide etiam Aelianum Variar. histor. lib. II. cap. XXXIII.

— Φησὶ γὰρ Δοῦρις.] De hoc scriptore eiusque scriptis vide Voss. de Hist. Graec. I. cap. XV. Meminit Stephanus alterius cuiusdam Duridis, qui in cataclysmum Ephesi epigramma composuit. Vide in voce Ἔφεσος.

— Καὶ Κάμικον.] Sic editio habet Aldina et Basileensis: Ast in Florentina mendose, καὶ Κάμινον excusum est.

— Ἁλυκόν.] Puto Epitomatorem ex Duride errare, qui urbem Halycum ad amnem eiusdem nominis ponit: nulla enim hoc nomine urbs aut Graecis aut Latinis scriptoribus ad hunc fluvium, qui nunc vulgo *Platani* dicitur, memoratur. Censeo hanc debere intelligi, quam alio loco Epitomator Ἁλικύας nominat, et inter Lilybaeum et Entellam collocat: Ἁλικύαι, πόλις Σικελίας. Θεόπομπος. μεταξὺ κειμένη Ἐντέλλης καὶ Λιλυβαίου.

Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας.] Variis modis hoc oppidi nomen ab auctoribus exaratur, et eius usus admodum est inconstans, nunc enim singulari, nunc plurali numero effertur ab uno eodem auctore: apud Strabonem lib. IX. in Boeotiae descriptione altero loco habemus Ἀκραιφίαι, et altero Ἀκραίφιον, ubi etiam accurate illius situm declarat: Ὑπέρκειται δὲ τὸ Πτῶον, τοῦ Τηνερικοῦ πεδίου καὶ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς Ἀκραιφίῳ. Θηβαίων δ' ἦν τό τε μαντεῖον καὶ τὸ ὄρος· τὸ δ' Ἀκραίφιον καὶ αὐτὸ κεῖται ἐν ὕψει. Verum quia in secunda syllaba ubique cum diphthongo huius oppidi nomen scribitur, Ptolemaeus erit emendandus, qui lib. III. cap. XV. habet male Ἀκρίφια, et non Ἀκραιφία. Livius lib. XXXIII. cap. XV. etiam habet *Acraephia. Plurimi*

81 a

pedites circa Copaidem paludem inventi: ibi ex limo enuta, extractaque ex stagno cadavera, saxis aut amphoris, ut pondere traherentur in profundum, annexa: multa facinora Acraephiae et Coroneae facta inveniebantur.

— *Παυσανίας δὲ Ἀκραίφνιον οὐδετέρως.*] Locus est in Boeoticis lib. IX. eandemque scripturam agnoscunt hodierni Pausaniae codices, neque aliter apud Suidam reperies. In Aldina et Florentina edit. urbis nomen deest, legiturque in illis hoc modo: *Παυσανίας δὲ καὶ οὐδετέρως.*

— *Καὶ ὄρος κληθῆναι ἀπὸ Πτώου.*] Urbs Acraephia in monte Ptoo sita ab Acraepheo Apollinis filio nomen accepit: mons vero ab Ptoo sic appellatur, qui secundum nostrum filius etiam est Apollinis, sed quem ex Euxippe genuit. Aliud sentit Pausanias lib. IX. iam citato: *Προελθόντι δὲ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐν δεξιᾷ πέντε που καὶ δέκα σταδίους, τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστι τοῦ Πτώου τὸ ἱερόν. εἶναι δὲ Ἀθάμαντος καὶ Θεμιστοῦς παῖδα τὸν Πτῶον, ἀφ' οὗ τῷ τε Ἀπόλλωνι ἐπίκλησις καὶ τῷ ὄρει τὸ ὄνομα ἐγένετο, ὡς Ἄσιος ἐν τοῖς ἔπεσιν εἴρηκε. Progressus stadia ferme* XV. *ab urbe ad dexteram Apollinis Ptoi templum videas. Athamantis et Themistus filius fuit Ptous: ab eo Apollini cognomen, et monti nomen datum, uti Asius versibus prodidit.* Cum Pausania etiam convenit Apollod. lib. I qui refert Athamantem Themistum Hypsei filiam uxorem habuisse, ex qua Leuconem, Erythroem, Schoeneum et Ptoum genuit.

— *Ἢ ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν, προσεπιφανεὶς ὁ κάπρος ἐπτόησεν.*] Sic edidit Xylander, sed priores editiones habent; *Ἢ ὅτι Λητὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν, προσεπιφανεὶς ἐπτόησε.* Ita etiam nobis codex Vossian. et Salmasio Palatini exhibuerunt, cui scriptioni unicam tantum deesse syllabam in margine
81 sui libri affirmat, et locum hoc modo emendandum: *Ἢ ὅτι Λη-*
b *τὼ ἐκεῖ βουλομένην τεκεῖν κάπρος ἐπιφανεὶς ἐπτόησε.*

Ἄκριλλα, πόλις Σικελίας.] Huius oppidi meminit Livius lib. XXIV. cap. XXXV. et Plutarchus in Marcello. Vide Cluverium lib. II. Sicil. antiq.

Ἀκρόθυνοι, πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. Τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθυνος καὶ Ἀκροθυνίτης.] Hic locus Salmasio ad Solinum depravatus videbatur, quem ita ibi in integrum restituit: *Ἀκροάθωοι πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. τὸ ἐθνικὸν Ἀκροάθωος καὶ Ἀκροαθωίτης.* Primo intuitu commodissime hunc locum tali modo mihi videbatur redintegrasse vir summus, praesertim partes compositi consideranti; nam apud Melam habemus lib. II. cap. II. *Ima eius tenent parvae Pelasgorum coloniae. In summo fuit oppidum Acroathon, in quo, ut ferunt, dimidio longior quam in*

aliis terris aetas habitantium erat. Verum si codicum MSS. scripturam recte consideremus, nobis haerebit aqua, an non praestiterit ex iis Ἀκρόθωοι restituisse, nam nullum ex Graecis scriptoribus Salmasius exemplum produxit, quibus oppidi nomen Ἀκροάθωοι dicitur. Ipse in Palatinis schedis et nos in Vossianis ita legebamus: Ἀκρόθωοι πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω. τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθωος, καὶ Ἀκροθωΐτης. Hanc antiquam fuisse scripturam etiam colligitur ex prioribus editionibus, in quibus ultimum gentile satis sanum occurrit: τὸ ἐθνικὸν Ἀκρόθυνος, καὶ Ἀκροθωΐτης. Praeterea codices Thucyd. aliam lectionem non agnoscunt, lib. v. reperitur: Τὰς δὲ ἄλλας, Θύσσον, καὶ Κλεωνὰς καὶ Ἀκροθώους etc. ubi secundum Salmasii opinionem manifestum irrepsisset mendum, quod tamen alii non existimant, neque etiam puto.

— Ἔστι δὲ παρὰ τὸ Κρῶς.] Ut planior sit sensus, videtur legendum: Ἔστι δὲ ὡς παρὰ τὸ Κρῶς.

— Πόλις ἔστιν Ἀράβων.] Non constat sibi Epitomator, nam alio loco urbem Aegyptiam facit: Κρῶς, πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος περιηγήσει Ἀσίας. ὁ πολίτης Κρωΐτης. καὶ νομὸς Κρωΐτης. ἔστι καὶ Κρωῒς Ἀράβων πόλις. De hoc oppido et praefectura suo loco agemus.

Ἀ κ ρ ο κ ό ρ ι ν θ ο ς, ἀῤῥενικόν.] Satis hoc exemplum haberet ponderis ad probandum nos tantum habere epitomen huius operis: adeoque non puto ita Stephanum, sed Epitomatorem scripsisse: haec enim si a Stephani manu essent profecta, non tam concisa et arida fuissent, uti manifeste apparebit, si haec conferas cum eiusdem et similis argumenti locis. Verbosior est in Ἄρειος πάγος, in Βενναμία, Καμία, Καπετώλιον et eiusmodi nominibus, et satis fuse ibi disserit: sed hic non exprimitur quid 82
Acrocorinthi nomine intelligi debeat. Id nos docet Pausanias in a
Corinthiacis: ἡ δέ ἐστι ὄρους ὑπὲρ τὴν πόλιν κορυφή: *Montis iugum est urbi imminens.* Et notante Livio lib. XLV. cap. XXVIII, *Arx erat inter omnia in immanem altitudinem edita.* Adeo ut optime cecinerit Statius lib. VII. Thebaid.:

> *Iam pronis gradivus equis Ephyrea premebat*
> *Littora, qua summas caput Acrocorinthus in auras*
> *Tollit.* —— ——

Ἀ κ ρ ο κ ύ λ ε ι α, κεῖται ἐν τῷ κ.] Nulla profecto de hac voce in illa litera fit mentio: habes ibi Κροκύλειον, νῆσος Ἰθάκης: sed nihil ad rem facit. Et Κρωκύλεια Acarnaniae locus est, de quo apud Strabonem lib. VIII.

Ἀ κ ρ ό π ο λ ι ς, πόλις Λιβύης.] Sic rescripsimus pro πόλις

Λιβύας; ita enim in omnibus editis et scriptis codd. erat exaratum.

Ἀκρώρεια, ἄκρον ὄρους.] Ad hunc Stephani locum pertinere videntur haec verba Hesychii: *Ἀκρωρείαις*, ταῖς ἄκραις τῶν ὀρέων, ἤτοι ἐξοχαῖς, κορυφαῖς. εἰς τρία γὰρ τὸ ὄρος μεμέρισται, εἰς ἀκρώρειαν, εἰς ὑπώρειαν καὶ εἰς τέρμα. καὶ Ἀκρώρεια μέν ἐστι ἡ κορυφή.

— Οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο.] Quis ille sit Deus, qui hoc nomine apud Sicyonios colitur, non additur, et fortassis excidit. Vidit hunc hiatum Tanaq. Faber, vir acutissimus, et felicissime supplevit, legendo: οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο ὁ Διόνυσος. ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ μὲν Σικυωνίοις, Ἀκρωρείτης. παρὰ δὲ Μεταποντίνοις, Ἐρίφιος. Ut haec Stephani verba probe intelligantur, sciendum est, diis ipsis aliquando cognomina ex bestiarum nominibus fuisse indita: hinc est quod Apollo Lupinus dicatur et Delphinius, Minerva Equestris, ut et Neptunus; Hecate autem leaenam se et canem libenter vocari audiat. Nobilissimus in hanc rem exstat locus apud Porphyrium lib. III. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, cap. XVII. Αὐχεῖ δὲ καὶ τῶν παλαιῶν ἕκαστος, ὅστις ἐντύχησεν τῆς ἐκ τῶν ζώων ἀνατροφῆς, οὐχ οὕτως τοὺς πατέρας, ὡς τοὺς ἀναθρεψαμένους. ὡς ὁ μὲν λύκαιναν, ὁ δὲ ἔλαφον, ἄλλος αἶγα, ἄλλος μέλιτταν, Σεμίραμις δὲ τὰς περιστεράς, Κῦρος δὲ κύνα, κύκνον δὲ Θρᾷξ, καὶ τοὔνομα τοῦ θρέψαντος ἔφερεν. ὅθεν καὶ θεοῖς ἐπωνυμίαι, Διονύσῳ μὲν εἰραφιώτης, Ἀπόλλωνι δὲ λύκειος, καὶ δελφίνιος, Ποσειδῶνι δὲ ἵππιος, καὶ Ἀθηνᾷ ἱππία. ἡ δὲ Ἑκάτη ταῦρος, κύων, λέαινα ἀκούουσα, μᾶλλον ὑπακούει. *Quin etiam gloriatur veterum unusquisque, qui ab animalibus forte educatus fuerat, non tam de parentibus, quam de nutritoribus. Ita ut unus lupam nutricem iactet, alius cervam, alius capram, alius apem: Semiramis columbas, Cyrus canem, Thrax cygnum, a quo nomen etiam retulit. Unde cognomina Diis imposita sunt, Baccho haedi, Apollini Lycei et Delphinii, Neptuno equestris, ut et Minervae: Hecate vero tauri, canis, leae-*
82 *nae nominibus appellata, melius exaudit.* Verum illud Bacchi
b cognomen Εἰραφιώτης non inde fit, unde fieri voluerunt Eustathius et Hen. Stephanus, sed ab Ἐρίφιος. Hesychius: Ἐρίφιος ὁ Διόνυσος. ἔριφος ὁ μικρὸς αἴξ. Hisce iam adiungamus verba Stephani: οὕτω δὲ παρὰ Συκυωνίοις ἐτιμᾶτο Διόνυσος, ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ μὲν Σικυωνίοις, Ἀκρωρείτης. παρὰ δὲ Μεταποντίνοις, Ἐρίφιος. Acroritae appellatione colebatur Bacchus apud Sicyonios, qui idem est ac apud Metapontinos Eriphius. Hinc sole meridiano clarius apparet Ἐρίφιος et Ἀκρωρείτης pro eodem sumi posse: et qui caprini generis naturam norunt, sciunt illi nullum es-

se animal quod ταῖς ἀκρωρείαις seu summis montium gaudeat magis ac delectetur.

Ἀκρωρειοι. Τὸ ἐθνικὸν ὁμόφωνον.] Multa passim apud Epitomatorem occurrunt exempla, ubi oppidi et oppidani nomen eadem appellatione proferuntur: *Ἀμφίδολοι, πόλις τῆς Τριφυλίας. καὶ οἱ πολῖται ὁμοίως, ὡς Θούριοι, καὶ Θαύμακοι, καὶ Λεοντῖνοι, καὶ Δελφοὶ, οὕτως Ἀμφίδολοι.*

Ἀκτή. Ἀπὸ Ἀκταίου τινός.] Alii ab Actaeo sive Actaeone Atticam sic nuncupatam perhibent. Vide Eustathium ad versum 423. Dionysii de situ orbis. Regem hunc et ab ipso Atticam denominatam etiam agnoscunt Strabo lib. IX. Suidas, Etymologus, aliique.

— *Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν. οὕτω γὰρ ἐκλήθη, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς etc.*] Iam fabulas Stephanus valere iubet, et naturalem ex Apollodoro adfert rationem, quare hoc nomine Attica insignita sit: verum ut hoc ex Apollodori verbis manifeste demonstretur, necesse est, ut hiatus iste, quem videre mihi videor, suppleatur. Totum itaque locum sic constituerem: *Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν. οὕτω γὰρ ἐκλήθη παρὰ τὴν ἀκτὴν, διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθικνεῖσθαι εἰς θάλασσαν.* Quae lectionem consideranti verissima, spero, videbitur: praesertim si conferatur cum loco Eustathii ad versum supra citatum: *Ἀττικὴ δὲ ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται, καὶ Ἀτθίς. τοῦτο μὲν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς θυγατρὸς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναὴ λέγεται. ἐκεῖνο δὲ ἀπὸ Ἀκταίωνος, ἢ ἀπὸ Ἀκταίου αὐτόχθονος, ἀφ' οὗ καὶ παρὰ Λυκόφρονι, Ἀκταῖοι οἱ Ἀττικοί. ἢ παρὰ τὴν Ἀκτήν. τριγώνου γὰρ, φασὶν, οὔσης αὐτῆς, πολὺ μέρος καθικνεῖται εἰς τὴν θάλασσαν, διὸ καὶ μία τῶν ἐπὶ Κέκροπος τεσσάρων φυλῶν Παραλία ἐκλήθη, καὶ ἄλλη Ἀκταία.* Quia igitur Attica maxima ex parte littoralis est, et utrinque mari alluitur eique obiacet, haec regio *παρὰ τὴν ἀκτὴν* nomen accepit: eiusmodi autem vocis significationem habemus apud Hesychium: *Ἀκτὴ ἐπὶ προὐχούσῃ, ἐν τῷ ἐξέχοντι μέρει τοῦ αἰγιαλοῦ. Ἀκτὴ, ὁ αἰγιαλὸς καὶ ὁ παραθαλάσσιος τόπος.* Harpocration: *Ἀκτὴ, ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τὴν Ἀττικὴν οἱ μὲν ἀπό τινος βασιλέως, οἱ δὲ διὰ τὸ τὴν πλείω μοῖραν τῆς χώρας ἐπιθαλάττιον εἶναι.*

— *Ἀκταίαν καὶ Παραλίαν.*] Huc pertinet locus Eustathii 83
iam proxime allegatus. Stephanus in voce *Πάραλος*: *ἔστι δὲ καὶ* a
Παραλία τῆς Ἀττικῆς. οἱ οἰκήτορες λέγονται καὶ παράλιοι. Non recte igitur Hesychius totam Atticam Paraliam nominaverit: *Παραλία, ἡ Ἀττικὴ, ἔνθεν καὶ ἡ ναῦς πάραλος.* nisi quis dicat vocem hoc loco *προσηγορικῶς* debere intelligi.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀκταῖος καὶ Ἀκταία.] Athenienses a Graecis etiam Actaeos appellatos fuisse praeter alios testatur Etymologici Mag. auctor: Ἀττικὸς, τὸ ἐθνικὸν, ὁ Ἀθηναῖος, εἴρηται παρὰ τὸ Ἀκτὴ, Ἀκτικὸς καὶ Ἀττικός. Ἀκτὴ γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ Ἀττική. ὅθεν καὶ Ἀκταῖοι οἱ Ἀθηναῖοι ἐκαλοῦντο. Etiam Latini ea voce utuntur. Ovid. lib. II. Metam. cap. XII.

Sic super Actaeas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, et easdem circinat auras,

— Ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτου πέτρα.] Huius lapidis meminit etiam Suidas duobus in locis, et Hesychius in vocabulo Ἀκταία, sed quia locus est corruptus et mutilus, eum sic in integrum restituere conabor: Ἀκταία, ἡ Ἀττικὴ πρώτως οὕτως ἐκαλεῖτο. καὶ ἡ ἐκ τοῦ Ἀκτίτου λίθου κατασκευασθεῖσα εἰκὼν, ἢ ἐκ τοῦ Πεντελικοῦ. Antiquos ex hoc lapide simulacra confecisse, plurimorum testimonio constat. Epigramma Nicodemi Heracleotae:

Πραξιτέλης ἔπλασε Δανάην, καὶ φάρεα νυμφῶν
Λύγδινα, καὶ πέτρης Πᾶνά με Πεντελικῆς.

Cicero lib. I. epist. VIII. ad Atticum: *Hermae tui Pentelici cum capitibus aeneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc me admodum delectant.* De hoc lapide et marmore etiam mentionem faciunt Strabo lib. VIII. Lucian. in Iove Tragoedo aliique. Lapis autem ille generali appellatione Ἀκτίτης insigniebatur, quia in regione Attica exscindebatur, verum Pentelicus dicebatur, quia in pago quodam Attico, ad tribum Antiochidem pertinente, nascebatur. Stephanus: Πεντέλη δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. ὁ δημότης Πεντεληθεύς, τὸ κτητικὸν Πεντελικός. Lege etiam Pausan. in Atticis.

— Ἄκτιος Αἰγεύς.] Fuit hoc nomine rex Atheniensium, filius Pandionis minoris, de quo Pausan. in Atticis, Hyginus Fab. XXVI. et alii scriptores Mythologici.

— Ζεφυριώτης.] Optime sic habebant priores editiones, quas nunc sequimur. Xylander male edidit Ξεφυριώτης. Sed hae literae aliquando librariorum lapsu confunduntur.

— Καὶ Ἀττικὴ κατὰ τροπήν.] Strabo lib. IX. ferme idem tradit: Καὶ Ἀκτὴν φασὶ λεχθῆναι τὸ παλαιὸν καὶ Ἀκτικήν, τὴν νῦν Ἀττικήν.

— Ἄκτιος καὶ Ἐπάκτιος Ἀπόλλων τιμᾶται.] Diversis et plurimis in locis hoc nomine Apollo colitur. Vide locum Strabonis pag. 36. quem ex libro XIII. produximus, et insuper alium ex lib. I. Apollonii Rhod. Hisce duobus tertium addam ex Aeliano de animal. lib. XI. cap. VIII. Ἐν δὲ τῇ Λευκάδι ἄκρα μὲν ἐστιν ὑψηλὴ, νέως δὲ Ἀπόλλωνι ἵδρυται, καὶ Ἄκτιόν γε αὐτὸν οἱ τιμῶντες ὀνομάζουσι.

[redacted]

— Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἀκαρνανίας.] Ptolemaeus lib. III. cap. 83
XIV. in Acarnania ad sinum Ambracicum Actium collocat, et for- b
tassis de eo nunc loquitur Stephanus. Scylax Caryandensis in Periplo portum hoc nomine in Acarnania statuit. *Καὶ ἔξω τοῦ Ἀνακτορικοῦ κόλπου αἵδε, Ἀνακτόριον καὶ λιμὴν Ἀκτὴ, καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν.*

— *Ἧς μέμνηται Δημάγητος.*] Nec apud nostrum, nec apud alios eiusmodi nominis scriptor producitur, quare censeo nomen esse corruptum, licet constanter ita legant aliae editiones: MSS. codices habent *Δαμάγητος*, quod etiam vitio non caret. Sine dubio legendum est, *ἧς μέμνηται Δημάρατος.* Hic etiam ab Apollonii Scholiasta citatur: scripsit libros de fluminibus et de Phrygia; e priori opere tertium librum Plut. de Fluminib. et e posteriori quartum adducit. Plura scripsit, de quibus lege Voss. de Hist. Gr. pag. 352. lib. III.

— *Ἔστι καὶ Πελοποννήσου, ὡς Θουκυδίδης.*] In Peloponneso esse urbem *Actam* solus testatur Hesychius: *Ἀκτὴ ὁ Αἰγιαλὸς, καὶ ὁ παραθαλάσσιος τόπος. ἔστι δὲ καὶ πόλις Πελοποννήσου.* Sed quantum ponderis et authoritatis in Geographicis habeat huius Grammatici testimonium, omnes non ignorant, qui huic studio dederunt operam. Neque puto Stephanum nostrum hic intelligere civitatem hoc nomine, neque Thucydidis testimonium hoc docere. Nam non fuit oppidum *Acte* in Peloponneso, sed totus Peloponnesi littoris tractus orientalis a Graecis *Ἀκτὴ* dicebatur. Scymnus Chius describens omnes Peloponnesi partes, prout ventis obiacent, quae iam diximus confirmat:

Τὰ μὲν οὖν βόρεια τῆς Πελοποννήσου μέρη
Σικυώνιοι κατέχουσιν, οἵ τε πρὶν ποτὲ
Κόρινθον οἰκήσαντες ἐπιφανῆ πόλιν.
Ἀλλ' οἵ τ' Ἀχαιοὶ τοὺς πρὸς ἑσπέραν πόρους
Καὶ Ζέφυρον Ἠλεῖοί τε καὶ Μεσσήνιοι,
Τὸ πρὸς μεσημβρίαν τε καὶ νότον κλίμα
Λάκωνες Ἀργεῖοί τε, πρὸς ἀνιόντα δὲ
Ἥλιον, ὅσαι κατέχουσι τὴν Ἀκτὴν πόλεις.

Hinc iam satis apparet quinam populi versus Boream, quinam ad occidentem, quinam ad meridiem, et quinam in Peloponneso ad orientem habitant, nempe omnium urbium incolae, quas Acta continet. Et insignis est locus Polybii lib. V. Historiar. *Ἔδοξε καὶ ναῦς πλεῖν, τρεῖς μὲν περὶ τὴν Ἀκτὴν, καὶ τὸν Ἀργολικὸν κόλπον, τρεῖς δὲ κατὰ Πάτρας, καὶ Δύμην, καὶ τὴν ταύτῃ θάλατταν.* Imo omnia ista oppida a Thucydide lib. IV. Actaea appellantur: *Καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια, τάς τε ἄλλας πόλεις τὰς Ἀκταίας καλουμένας, ἃς πρότερον Μιτυληναίων νεμομένων Ἀθηναῖοι εἶχον, ἐλευ—*

θεροῦν. Et apud Diodorum lib. xv. legimus: οἱ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην οἰκοῦντες: quo loco, uti optime observavit Palmerius, Epidaurii, Troezenii aliique intelligendi sunt.

— Καὶ ἕκτη ἐν Ἰωνίᾳ.] Palatini codd. et Vossianus: καὶ πέμπτη ἐν Ἰωνίᾳ. Sed vulgata lectio videtur praeferenda.

84 — Καὶ τῆς περὶ τὸν Ἄθω χώρας.] Praeter Demetrium, etiam
a huius loci mentionem fecit Thucydides lib. iv. ubi de Brasida loquitur: Στράτευει ἐπὶ τὴν Ἀκτὴν καλουμένην, ἐστὶ δὲ ἀπὸ τοῦ βασιλέως διορύγματος ἔσω προὔχουσα καὶ ὁ Ἄθως ὄρος ὑψηλὸν τελευτᾷ ἐς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος.

— Ἄκτια, πόλις Ἀκαρνάνων.] Sic ultima, sic priores editiones, tamen prorsus sunt mendosae. Palatini codd. et Vossianus recte exhibent Ἄκτιον πόλις Ἀκαρνάνων: et ita esse legendum infra ipsum Stephanum, ubi Arcadium refutat, consentientem habemus: ἡ δὲ πόλις λέγεται οὐδετέρως, τὸ Ἄκτιον. Adeo ut hinc satis videatur evinci illud a Stephani manu non esse profectum. Praeterea Graeci Latinique scriptores omnes quotquot huius oppidi meminere, illud genere neutro efferunt. Ptolem. lib. III. cap. XIV. Appian. bellor. civil. lib. IV. Strab. lib. X. Cicero Epist. lib. XVI. Epist. VI. Livius lib. XLIV. cap. I. et Mela lib. II. cap. III.

— Ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου ἀρξαμένοις.] Hinc accurate discimus oppidi situm: sed locus videtur mutilus, quem citra scrupulum ita restituo: Ἄκτιον, πόλις Ἀκαρνάνων, πρώτη ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου ἀρξαμένοις. Hoc modo hunc locum debere suppleri satis apparet ex Strab. lib. X. ex quo eum desumsit Stephanus: Ἀπὸ γὰρ τοῦ στόματος ἀρξαμένοις, καὶ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου, πρῶτόν ἐστιν Ἀκαρνάνων χωρίον τὸ Ἄκτιον. ὁμωνύμως δὲ λέγεται τό τε ἱερὸν τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος, καὶ ἡ ἄκρα ἡ ποιοῦσα τὸ στόμα τοῦ κόλπου.

— Ἐν ταύτῃ Ἀπόλλωνος γυμνικὸς ἀγών, καὶ ἱππικὸς etc.] Cum aliis scriptoribus non convenit Stephanus, qui statuit hosce ludos et certamina singulis trienniis fuisse celebrata: contra refert Strabo lib. VII. illic quinquennale certamen, et ludos quoque Actios Apollinis in honorem fuisse editos, ob devictos ibi ab Augusto Antonium et Cleopatram; quorum cura Lacedaemoniis fuit demandata. Τό τε κατασκευασθὲν τέμενος ἐν τῷ προαστείῳ τὸ μὲν εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πεντετηρικόν, ἐν ἄλσει ἔχον γυμνάσιόν τε καὶ στάδιον, τὸ δ᾽ ἐν τῷ ὑπερκειμένῳ τοῦ ἄλσους ἱερῷ λόφῳ τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀποδέδεικται δ᾽ ὁ ἀγὼν Ὀλύμπιος τὰ Ἄκτια, ἱερὸς τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος. τὴν δ᾽ ἐπιμέλειαν ἔχουσιν αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι. Idem etiam testatur Dio lib. LI. de Augusto: ἀγῶνά τέ τινα καὶ μουσικὸν καὶ γυμνικόν, ἱπποδρομίας τε

πεντετηρικὸν ἱερὸν (οὕτω γὰρ τοὺς τὴν σίτησιν ἔχοντας ὀνομάζουσι) κατέδειξεν, Ἄκτια αὐτὸν προσαγορεύσας. Hi tamen ludi et certamina ante Augustum ibi fuere celebrata: nam de iis omnino loquitur Aeneas apud Virgil. lib. III.

Ergo insperata tandem tellure potiti
Lustramurque Iovi, votisque incendimus aras,
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Sed hi ludi ab Augusto fuerunt egregie instaurati, et multo magnificentius editi. De hisce ludis etiam fit mentio apud Aristidem orat. IV. et ab ipso vocantur *Apollonia*, hoc est, festum Apollinis, in quo τὴν ἱπποδρομίαν Ῥωμαῖοι ποιοῦσι τῷ θεῷ.

— Ὁμωνύμως δὲ λέγεται καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος.] Praeter Strabonis testimonium, quod supra produximus, etiam habemus Polybii, quod exstat lib. IV. Αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τὴν δύ- 84
ναμιν, προῆγε παρὰ Χαράδραν, σπεύδων διαβῆναι τὸν Ἀμβρα- b
κικὸν καλούμενον κόλπον. ὃς στενώτατός ἐστι κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν, καλούμενον Ἄκτιον. *Ipse propter Charadram cum exercitu ire pergit, ad traiiciendum sinum Ambracicum, properans qui iuxta fanum Acarnanum, quod Actium dicitur.*

— Καὶ Ἀκτιακός.] Hinc *bellum Actiacum*, sive *victoria Actiaca*, quae notior est ex Plutarcho, Dione aliisque, quam doceri debeat. Minime vero convenit illud epitheton frondibus sive ramis olivae, quae Palladi totius regionis Atticae tutatrici sacra essse dicitur: ab Ἀκτὴ enim, quo nomine gaudet Attica, non deducitur Ἀκτιακὸς, sed Ἀκταῖος, Ἀκταία, uti iam docuit Stephanus: ergo in mendo cubat locus Ovidii lib. pr. Fastor. ubi de eiusmodi frondibus mentio fit:

Frondibus Actiacis [lego Actaeis] *comptos redimita capillos*
Pax ades et toto mitis in orbe veni.

Sic idem Poëta de Actaeis arcibus loquitur lib. II. Metam.

Sic super Actaeas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, et easdem circinat auras.

— Λέγεται καὶ Ἀκταιῶτις θηλυκόν.] Sic curavimus edi ex MSS. et prioribus editionibus: pessime in Basileensi excusum est: λέγεται καὶ Ἀκτιῶτος θηλυκόν. Sed si feminino genere Ἀκταιῶτις, ergo etiam masculino genero Ἀκταιώτης dicere licebit: et si mei arbitrii res foret, legerem hoc loco: λέγεται καὶ Ἀκτιώτης καὶ Ἀκτιῶτις τὸ θηλυκόν.

— Ἀρκάδιος δ' ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ φησὶν, Ἀκτία καὶ ἡ πόλις.] Iure meritoque Arcadius a Stephano reprehenditur, nam oppidi nomen, uti iam probavimus, neque a Graecis neque a Latinis auctoribus feminino genere usurpatur. Arcadii Gramma-

tici praestantissimi opus etiamnum hodie ineditum in Europae bibliothecis latet, et saepissime a Salmasio, Vossio aliisque viris doctis allegatur.

'Ακυληΐα, πόλις Ἰταλίας. Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, 'Ακυλήϊος, ὡς Μεσαπία Μεσάπιος etc.] Ita hunc locum emendavimus et ex Vossiano codice supplevimus: in omnibus editionibus, quae nostram praecesserunt, hunc in modum erat excusum: *'Ακυληΐα, πόλις Ἰταλίας. Στράβων. τὸ ἐθνικὸν, 'Ακυλήϊος, ὡς Μεσάπεια, Μεσάλεια. ἔστι καὶ 'Ακυλήϊος κόλπος. λέγεται καὶ 'Ακυλεήσιος Ἰταλικῷ τύπῳ.* Haec ideo addimus, ut lectores, qui utramque lectionem volunt conferre, hinc animadverterent, quantum nostra editio ab aliis distet. Urbs Latinis scriptoribus dicitur AQUILEIA: sita est in Carnorum ditione ad Alsam et Natisonem amnes: Plinius lib. II. cap. XVIII. *Natiso cum Turro praefluentes Aquileiam coloniam, XII. millia passuum a mari sitam.* Mela lib. II. cap. IV. *Natiso non longe a mari ditem attingit Aquileiam.* Quo tempore condita sit urbs demonstrat Livius l. XXXVIII. nempe in consulatu Q. Marcii Philippi et Sept. Posthumii Albini anno ab urbe condita IↃLXVI. Magnitudinem Aquileiae et incolarum frequentiam inter alios Herodianus sub Maximino imperatore lib. VIII. maxime depraedicat. Quomodo autem Attila rex urbem penitus deleverit et vastaverit legi potest apud Iornandem in libro
85 a de rebus Gothicis, quibus addi possunt Cassiodorus, Freculphus et alii.

— *Στράβων.*] Alludit ad locum Strabonis lib. v. *'Ακυληΐα κτίσμα ἐστὶ Ῥωμαίων, ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις. Aquileia condita est a Romanis contra barbaros, qui supra eam incolunt.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, 'Ακυλήϊος.*] Eo utitur Dionysius Periegeta versu 380.

—— *τόθι σύρεται 'Αδριὰς ἅλμη*
Πόντον ἐς ἀγχίπορον 'Ακυλήϊον —
—— *Ubi trahitur Adrium solum*
Mare in finitimum Aquileense.

Quae verba etiam Eustath. de sinu Aquileensi vult intelligi.

— *Λέγεται καὶ 'Ακύλεια.*] Fortassis rescribendnm est: *λέγεται καὶ 'Ακυλία*; nam ita urbem fuisse appellatam scribit Eustath. ad Dionysium pag. 54. *Πόλις δὲ ἡ 'Ακυληΐα μεγίστη, ἡ λεγομένη καὶ 'Ακυλία τετρασυλλάβως. παρονομαζομένη ἀπὸ ἀετοῦ, ὃς 'Ακύλας πρὸς τῶν ἐκεῖ ἐλέγετο. Aquileia urbs est maxima, quae et Aquilia vocatur quatuor syllabis; a volucre, quam Itali aquilam appellant, denominata.* Huc etiam videntur pertinere verba Iuliani in oratione de Constantini rebus gestis: *Τῇ πόλει δὲ*

[redacted]

ἀετὸς, ὥς φασιν, οἰκιζομένῃ δεξιὸς ἐκ Διὸς ἱπτάμενος τὴν αὐτοῦ φήμην χαρίζεται: hoc est: *Urbi cum conderetur, aquila ex parte dextra coelitus advolans de suo nomine vocabulum imposuit.*

— *Λέγεται καὶ Ἀκυλεήσιος Ἰταλικῷ τύπῳ.*] Supra Stephanus Graecam nominis gentilitii formam indicavit, et nunc Latinam demonstrat. Oppidani ab hac urbe Latinis scriptoribus et lapidibus antiquis dicuntur Aquileienses. Graeci omnia haec in *ensis* suo ore in ησιος formarunt.

Ἀκυτά. Ἐπαρχία τῆς Κελτικῆς Γαλλατίας.] Sic omnes habent editiones: sed in codice Vossiano erat excusum: *Ἐπαρχία τῆς Κελτογαλατίας.*

— *Μία τῶν τεσσάρων.*] Haec Galliae in quatuor provincias divisio non est antiqua nec generalissima: posteriores enim omnes Geographi in totidem regiones eam diviserunt, nempe in *Galliam Narbonensem*, *Aquitanicam*, *Lugdunensem et Belgicam* : verum antiquis Romanorum temporibus Gallia generali divisione duplex, Cisalpina et Transalpina dicebatur. Sed haec sunt notissima et aliis iam saepenumero commemorata.

Ἀκύφας, Μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως.] Vide Strabonem lib. IX. et inde accuratum oppidi situm colligi potest.

Ἀκχηνοὶ, ἔθνος Ἀράβιον.] Putat Cl. Salmasius ad mar- 85
ginem sui libri Stephanum in mendosum Uranii codicem incidis- b
se, in quo *Ἀκχηνοὶ* exaratum erat pro *Σακχηνοὶ*, quorum etiam meminit suo loco Epitomator. Sed notissimum est τὸ *Σ* sexcentis nominibus in principio nunc addi, nunc demi. Ita dicuntur: *Ἀρδιαῖοι, Σαρδιαῖοι, Ἀλμυδησσὸς, Σαλμυδησσὸς, Ἐξιτανία, Σεξιτανία, Ἐλμάντικα, Σελμάντικα, Ἰνδικὴ, Σινδικὴ,* et alia plurima. Plinius lib. VI. cap. XXVIII. huius populi nomen etiam a primo elemento incipit, et eos *Acchitas* nominat.

Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Ἀντιόχεια.] Non sunt audiendi illi qui censent, aut textum esse vitiatum, aut Stephanum, binas hoc nomine civitates Cariae describentem, errorem commisisse: adeo ut egregie nugentur, qui pro *Καρίας* hoc loco *Φρυγίας* substituere conantur. Contra eos militat iste locus Herodoti, quem ex libro VIII. ad confirmandam sententiam producunt: nam textum consideranti luce meridiana clarius apparebit, Herodotum ibi etiam de Alabandis Cariae loqui, quam rex Phrygiae liberalitate sua cuidam Amyntae incolendam dederat. Verba Herodoti ita sonant: *Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀδελφὴν Γυγαίην, Ἀμύντεω δὲ θυγατέρα, Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε Ἀμύντης ὁ ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἔχων τὸ οὔνομα τοῦ μητροπάτορος, τῷ δὲ ἐκ βασιλῆος τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμε-*

σθαι. Verba haec de rege Phrygiae, et non de civitate sunt accipienda: praeterea neque in maiori neque minori Phrygia oppidum exstitit, quod Antiochiae nomen habuit. Intelligo igitur Antiochiam Cariae ad Maeandrum sitam, quae et Alabanda, et Athymbra, et Pythopolis et Nyssa dicta fuit, uti ex Stephano manifeste potest colligi.

— *'Ἀπὸ 'Ἀλαβάνδου.*] Graeci aliique gentiles urbium aliorumque locorum nomina a Diis vel heroibus deducere plerumque solebant. Stephanus hic non refert an Alabandus apud Caras inter numina aut heroës recensebatur. Constat tamen ex Cicerone lib. III. de Natura Deorum, ibi religiosissime cultum fuisse. Ita enim inquit: *Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, a quo est urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum. Apud quos non inurbane Stratonicus, ut multa, cum quidam, ei molestus, Alabandum Deum eese confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus.*

86 — *'Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη.*] Vox πόλις hoc loco sub-
a audienda est. Nam nomen urbis a Graecis Latinisque scriptoribus neutro genere et numero plurativo effertur. Strabo lib. XIV. unde et situm cognoscas: *Τὰ δὲ Λάβρανδα κώμη ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ 'Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μύλασα ἄποθεν τῆς πόλεως.* Sic etiam Herod. lib. VII. *'Εν τουτέων μιῇ 'Ἀρίδωλις πλέων ἥλω, τύραννος 'Ἀλαβάνδων τῶν ἐν Καρίῃ.* Eodem modo Livius hanc vocem lib. XXXIII. cap. II. et lib. XXXVIII. c. XIII. usurpavit. *Hic alteris castris ad Harpasum flumen ventum est, quo legati ab Alabandis venerunt.* Vide et Iuvenal. Sat. III. Plinium l. XXXVII. c. VII. aliosque. Quare autem haec urbs fortunatissima appelletur, habes apud Strabonem lib. supra allegato.

— *Κτίσμα δὲ Καρὸς ἦν.*] Mendose in MSS. legitur, *κτίσμα δὲ Καρὶς ἦν.*] Nomen huius herois est *Κὰρ*, non vero *Κάρης*, ut male quis posset coniicere ex voce *'Υλλούαλα.*

— *Καὶ κληθέντος 'Ἀλαβάνδου, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν, 'Ιππόνικος.*] Duo itaque secundum Stephani mentem Alabandi exstitere, quorum alter Euippi, alter Caris filius fuit, quem ex Callirrhoe Maeandri filia progenuit: sed utrum horum Alabandenses divino honore colunt, non facile dictu est, cum antiqui hac in parte non clare distinxerint, uti liquet ex loco Ciceronis supra citato: vel si unicus tantum fuerit, eius genealogia dubia et incerta est habenda. Puto tamen hunc fuisse quem Alabandenses in nummo quodam, in honorem Claudii Britannici divulgato, percusserunt: nam anterior eius pars Britannicum, versa vero Alabandum nudum cum equo repraesentabat, dextra

[redacted]

lapidem pretiosum sive carbunculum Alabandicum in patera (de quo Plinius lib. xxxvII. cap. vII.) et sinistra bacillum tenentem, cuius figura ex Tristano hic exhibetur. [Vid. fig. 2.] Verum hoc dolendum imprimis, Tristanum tantum ectypum huius nummi vidisse, quod tamen cum typo accurate potuit convenire: quare non libenter cum Cl. Seguino Tristani explicationem reiicerem, quae examussim in urbem et eius genium quadrat; sed mallem statuere diversos fuisse nummos, nam in aversa parte Seguini nummus cervum, et iuvenem nudum sine bacillo exhibet.

— *Ἄλα μὲν τὸν ἵππον.*] Idem Stephanus affirmat in vocabulo *Ὑλλουάλα*, ubi inquit: *Ἄλα γὰρ οἱ Κᾶρες τὸν ἵππον ἔλεγον, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται.* Neque hoc obscure in praecedenti numismate innuitur.

— *Ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, βάνδον τὴν νίκην φασίν.*] Salmasius ad oram sui codicis rescripsit: *ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις βάνδον τὸ σιγγὸν φασὶν*, quod ex glossatore quodam confirmare nititur: sed mallem cum eruditissimo Tristano statuere, haec verba ab imperita cuiusdam librarii, quam a Stephani manu esse profecta. An apud Caras *Banda victoriam* significaverit, mihi non constat, siquidem perpauca veteris linguae Caricae *λείψανα* apud auctores supersint. Audeo tamen confidenter hoc affirmare, Stephanum, et neotericos 86 b
qui eum sequuntur omnes, toto coelo aberrasse, cum ait *βάνδον* apud Romanos *victoriam* significare: tota enim posterioris aevi scriptorum turba ab ipso dissentit, apud quos haec vox pro vexillo, sive signo militari sumitur, et ita eam explicat Simocatta Histor. Mauric. lib. III. cap. vI. Apud Suidam habes: *Βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ.* Id est: *Bandum vocant Romani signum militare.* Apud Paulum Diaconum de gestis Longobardorum lib. I. cap. xx. *Tato vero Rodulphi vexillum, quod bandum appellant, abstulit.* Neque pigebit hic adscribere insignem Constantini locum: ita enim Imperator loquitur in Tacticis: *Μὴ ποιῇς τὰ βάνδα ὅλα ἴσα, ἵνα μὴ μετρῶσι οἱ ἐχθροὶ ὁπόσα βάνδα ἔχεις, καὶ ἐκ τούτου ψηφίζωσι καὶ εὑρίσκωσι τὴν ποσότητα τοῦ στρατοῦ ὅλου, ὅπερ προξενεῖ πολλάκις μεγάλας βλάβας. Διὰ τοῦτο καλόν ἐστιν, ἵνα ποιῇς καὶ μικρότερα βάνδα καὶ μεγαλύτερα.* Si *βάνδον* hoc loco victoriam denotaret, quam insulsa et inepta esset Imperatoris oratio: magis autem fidendum est ei, cui probro posset verti, voces militares ignorasse, quam huic Grammatico, qui potissimum Geographiae et nominibus gentilitiis intentus fuit. Ita etiam barbara illa Mauritii verba Stratag. I. intelligenda sunt, cum mandat: *KABETE NE BOC TOYPBE-*

TIC. OPΔINEM ΣEPBATE. BANΔOΣEKITE. NEMO ΔEMITTAT BANΔOTM. Hoc lectori diiudicandum relinquo, an non facillima mutatione vox militaris Belgica **Bende** hinc deduci posset: recte enim Belgico idiomate dicimus; **een Bende voet=knegten, of een Vaandel voet=knegten:** adeo ut etiam nostra lingua vox **Bende,** non pro cohorte, uti vulgo fieri solet, sed pro *βάνδῳ*, id est vexillo, sive signo militari sumi oporteat.

— *Ὁ πολίτης Ἀλαβανδεύς.*] Haec est solita apud Caras gentilia formandi ratio, uti perhibet Stephanus in voce *Ἄβαι. Δύναται*, inquit, *καὶ Ἀβεὺς τὸ ἐθνικὸν, διὰ τὸν εἰθισμένον τοῖς Καρικοῖς τύπον.* Sic etiam exhibent antiqua numismata, cuius rei exemplum ex Tristano supra produximus. Praeterea Goltzius habuit nummum in honorem Caracallae percussum cum inscriptione *ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ.* Et testatur Spanhemius se in singulari nummo Christinae Augustae eandem epigraphen vidisse. Sed a Latinis scriptoribus oppidani *Alabandeni* dicuntur, et *Alabandenses.* Liv. lib. XXXVIII. cap. XIII. *Consul tribuno militum misso cum modica manu, castellum vi receptum Alabandensibus reddit.* Et lib. XLV. cap. XXV. *Mylassenses Alabandenosque, qui Euromensium provincia adempta ad ipsos coniuncto exercitu venerunt, circa Orthosiam acie vicerunt.*

— *Οὕτως ἀναγράφεται.*] Sententia claudicat, et est oratio imperfecta: deest nomen viri cuiusdam docti et celebris ex hac civitate oriundi, atque a Pinacographis in *πίνακας* relati. Quinam apud Alabandenos eruditione claruere testatur Strabo lib. XIV. hisce verbis: *"Ἄνδρες δ' ἐγένοντο λόγου ἄξιοι δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, οὗ ἐμνήσθη μὲν μικρὸν ἐπάνω, καὶ Ἱεροκλῆς, οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ τε Ἀπολλώνιος καὶ ὁ Μόλων.* Ad quem locum vide Casaubonum. Ex hisce viris Salmasius ad oram sui codicis elegit Apollonium et Molonem, constituitque locum hunc in modum: *οὕτως ἀναγράφεται Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς καὶ Μόλων.* Verum neque incommode hic locus tali modo suppleri posset: *οὕτως γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι*, saepissime enim Stephanus hac phrasi utitur, ut in voce *Αἶνος: τὸ ἐθνικὸν Αἴνιος, ὡς Τήνιος. οὕτως γὰρ ἀναγράφεται ἐν τοῖς πίναξι.*

— *Λέγεται καὶ κτητικὸν Ἀλαβανδιακός.*] Latini pro pos-
87 sessivo utuntur *Alabandicus*: Plinius lib. XXI. cap. IV. ubi de ro-
a sarum generibus loquitur: *Mox Alabandicam viliorem albicantibus foliis.* Et lib. XIX. *Cannabia vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur, optima Alabandica plagarum praecipue usibus.*

[redacted]

— *Καὶ Ἀλαβανδιακὸν σύγγραμμα.*] Adagium hoc plerumque dicitur de opere sive scripto inepto ac barbaro. Vide Erasmum.

— *Ἀλαβανδιακὸς σολοικισμός.*] Barbaries linguae apud Caras (et inter illos apud Alabandenses, quod nos docet illud proverbium) prae ceteris Graeciae populis erat frequentissima et maxime conspicua; illi enim per totam Graeciam aliasque circumiacentes regiones mercede militantes, uti Strabo lib. XIV. testatur, cum aliis populis et infimae sortis hominibus plurimum negotii exercere necesse habebant, quorum moribus et linguae facillime assuescebant; adeo ut tandem Carice loqui pro soloecissare et male Graece loqui sumptum sit. Quid proprie sit soloecismus docet Apollonius Alexandrinus de Syntaxi lib. III. cap. III. et IV. Choeroboscus apud Etymol. Mag. auctorem in voce *Σόλοικοι*: et eius rei plurima occurrunt exempla in Luciani Soloecista.

— *Φιλόξενος τὴν Ὀδύσσειαν ἐξηγούμενος.*] Fuit Grammaticus Alexandrinus, qui Romae docuit, cuius meminit Suidas, et in operibus eius recenset librum de notis quae erant in Iliade, et alterum de Glossis apud Homerum. Huius grammatici passim etiam Etymologus meminit.

Ἀλάβαστρα. Πόλις Φρυγίας.] Nemo aut Geographorum aut Historicorum oppidum hoc nomine in Phrygia agnoscit; imo neque Herodotus, cuius testimonium adducit Stephanus, de eo mentionem fecit. Omnes unanimiter illud in Aegypto collocant. Vide Ptolemaeum lib. IV. cap. V. et Plinium lib. V. cap. IX. Caeterum quia Alabastrites lapis macularum similitudine et vario interstincto colore Synnadicum, qui ex Synnada magnae Phrygiae oppido deportabatur, examussim referebat, et ad eundem ut plurimum usum adhibebatur, hinc videtur factum, quod nonnulli Synnadicum illum sive Phrygium lapidem Alabastriten appellaverint, et Alabastra ex Aegypto in Phrygiam transtulerint.

— *Ἐν ταύτῃ λίθος διάσημος.*] De hoc lapide ita loquitur Isidorus: *Alabastrites lapis, candidus interstinctus variis coloribus.* Plinius lib. XXXVII. cap. X. *Alabastrites nascitur in Alabastro Aegypti et in Syriae Damasco, candore interstincto variis coloribus.* Varium habebat usum, nam teste eodem Plinio lib. XXXVI. cap. VIII. cavatur ad vasa unguentaria, quoniam optime servare incorrupta dicitur. Et Iuba auctor est, Smaragdum, quem 87
Cholon vocant, in Arabia aedificiorum ornamentis includi, et la- b
pidem, quem Alabastriten Aegyptii vocant: quod etiam apud eundem Plin. lib. XXXVII. cap. V. legimus.

Ἀλαβὼν, πόλις.] Non addit Epitomator ubinam terrarum haec sita sit civitas: scribendum est confidenter: *Ἀλαβὼν, πόλις Σικελίας.* Haud dubie ad amnem eiusdem nominis collocari debet; sed quo loco, et ad utram ripam, item quo tempore fuerit incertum est.

— *Καὶ ποταμός.*] Simili modo fluvii huius nomen scribitur apud Diod. Siculum lib. IV. *Πλησίον μὲν γὰρ τῆς Μεγαρίδος φιλοτέχνως ἐποίησε τὴν ὀνομαζομένην Κολυμβήθραν, ἐξ ἧς μέγας ποταμὸς εἰς τὴν πλησίον θάλατταν ἐξερεύγεται, καλούμενος Ἀλαβών. Nam prope Megaridem mira ingenii solertia Colymbethram, quam vocant, fecit; ex qua magnus fluvius Alabon in proximum mare eructatur.* Silio lib. XIII. dicitur Alabis:

Nec non qui potant Hypsamque Alabinque sonoros.

A Ptolemaeo vocatur Alabus sive *Ἄλαβος*. Locum transcribam, ut simul etiam situm cognoscas ex cap. IV. lib. III.

Ταῦρος ἄκρον	λθ ∠ ι	βλ. ζγ.
Ἀλάβου ποτ. ἐκβολαί	λθ γι	βλζ ∠.
Παντάχου ποτ. ἐκβολαί	λθ γ	λζ ∠ ιβ.

— *Δημήτριος ἐν συνωνύμοις.*] Fortassis intelligendus Demetrius cognomento Ixion, qui, ut Suidas auctor est, quaedam ad Grammaticam spectantia conscripsit.

Ἀλαζὼν, ἔθνος.] Hanc gentem describit Herod. lib. IV. *Ἀπὸ τοῦ Βορυσθενεϊτέων ἐμπορίου πρῶτοι Καλλιππίδαι νέμονται. ὑπὲρ δὲ τούτων ἄλλο ἔθνος, οἳ Ἀλαζόνες καλέονται.* Puto gentis nomen apud Herodotum esse corruptum et cum *Ω* debere scribi: ita enim similia inflectuntur nomina, sic *Ἀλαβὼν Ἀλαβῶνος*, et *Ἁλιζὼν* in genitivo *Ἁλιζῶνος* habet.

— *Διὰ τὸ ἐπιθετικὸν, καὶ φυλάττει τὸ ω.*] Nomen esse adiectivum vel pueri norunt, qui linguam Graecam extremis labris quasi degustarunt; nam a Graecis magistris pro superbo, iactabundo, arrogante, mendace et impostore sumitur. Suidas *Ἀλαζών. πλανός. ὑπερήφανος. ψευδής. παρὰ τὸ ἐν ἄλῃ ζῆν.* Et Etymolog. Mag. auctor; *Ἀλαζὼν, ὁ ἀπατεὼν καὶ κομπαστής. ὁ ἐν ἄλῃ καὶ πλάνῃ καὶ ἐκ τοῦ περιιέναι ζῶν, οὐκ ἐξ ἐπιτηδεύματος, ἀλλ' ἀπὸ ἀπάτης, ὁ ἐπὶ πλέον τὰ ἑαυτοῦ κομπάζων.* Vide etiam Hesychium et Phavorinum. Nomen hoc, adiective sumptum, cum o parvo in casibus obliquis declinatur, uti ex Suida, Luciano, Platone, aliisque pro certo constat.

Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, καὶ Ἁλαὶ Αἰξωνίδες.] De duobus hisce Demis etiam fit mentio apud Callimachi scholiast. *Δύο Ἁλαὶ δῆ-*
88 *μοι τῆς Ἀττικῆς, Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες, καὶ Ἁλαὶ Ζωνίδες.* Sed ul-
a timum vocabulum mendo laborat, pro quo *Αἰξωνίδες* substituendum est. Hi Demi etiam occurrunt extra compositionem, vide in

[redacted]

Αἰξωνία et *Ἀραφήν.* In antiquis libris manu exaratis et duabus primis editionibus prioris Demi nomen unico vocabulo legebatur *Ἀλαραφηνίδες.* Quam scripturam in totum improbare non audeo neque debeo, cum certum sit urbium et alia nomina propria, si ex pluribus componantur et constent vocabulis, plerumque a vulgo aliisque facilioris pronuntiationis gratia contrahi et compendiosius efferri. Sic pro *Albiúm Intemelium* [urbs Liguriae littoralis sub Archiepisc. Mediolanensi, ditionis tamen Genuatium.] dicimus *Albintemelium.* Postquam Hispani, uti refert Clariss. Vossius ad Melam, sibi illa firmiter persuaserint, quae de Sancto Iacobo Apostolo narrantur, Iria Flavia *ad Iacobum Apostolum,* et lingua Hispanica *Giacomo Postolo* appellari coepit, ex quibus vocibus *Compostel* sive *Compostella* contrahitur, quo nomine illud oppidum etiamnum hodie ab Hispanis aliisque nuncupatur. Rustici nostrates et circumiacentes accolae pagos illos inter Lugdunum Bat. et Traiectum vulgo **Swammerdam** et **Boorist** appellant, quae nomina contrahuntur ex **Swanenburgerdam** et **Bodengraven,** quae vera sunt illorum nomina. In Zelandia non procul ab urbe Goesana pagus quidam insignitur vulgo **Seraaskerke,** quod nomen componitur ex tribus vocabulis, nam proprie dicendum foret, **Singieur Adriaans Kerke.** Plurima huius rei exempla in medium produci possent, sed haec impraesens sufficere existimo.

— *Ὁ δημότης ἄνευ τοῦ ι, Ἁλεύς.*] Expresse Stephanus dicit populare nomen absque iota debere scribi. Contra Harpocration et ex eo Suidas populare nomen scripsere non tantum cum *I,* sed cum diphthongo: *Ἁλαιεύς, ὄνομα δημότου.* Ita etiam apud Suidam lege pro *δήμου.* Contra Stephani canonem apud Demosth. oratione adversus Conon. legimus: *Ἀρχεβιάδης δημοτελοῦς Ἁλαιεύς.* Verum si ex Epitomatoris opinione absque iota illud nomen efferendum sit, ipsum puto scripsisse *Ἁλαεύς* et non *Ἁλεύς,* ex qua voce non *I*, sed diphthongum reiecit.

— *Καὶ Ἁληθένδε Ξενόφαντος εἶπε.*] Constanter sic legimus in omnibus editionibus, ast locus mendo non caret. Libri scripti: *καὶ Ἀληθέοδε Ξενόφαντος εἶπε.* Hanc Salmasius lectionem in Palatinis codd. inveniens, veram existimat. Nihil enim dixerat de adverbio ad locum.

— *Ὡς Ληναῖος Ληναιεὺς* etc.] Ante haec verba quaedam excidisse suspicor, nam non possunt comparari cum *τετρασυλλάβῳ Ἁλαιαῖος.* Locum ita conceperam. *Καὶ ἀπὸ Ἁλαῖος Ἁλαιεύς, ὡς Ληναῖος Ληναιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς.*

— *Ἔνδειάν φησι τοῦ ι.*] Attici e multis vocabulis *I* abiiciunt.

Dicunt enim ἀετὸς pro αἰετὸς, pro κλαίω κλάω, pro καίω κάω, pro ποιῶ ποῶ, et ita in sexcentis aliis.

— *Τῆς Ἀραφηνίδος.*] Fortassis hoc loco legendum: τῆς *Ἀλαραφηνίδος.*

88 — *Καὶ Βραύρωνος.*] Male in Aldina et Florentina edit. ex-
b cusum est: *καὶ Βαύρωνος.*

— *Ἐγγὺς τοῦ ἄστεος.*] Intelligit *Athenas*, quae κατ' ἐξοχὴν urbs dicebantur. Stephanus in voce *Ἀλεξάνδρεια. Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς. ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι, καὶ Ἀστοὶ καὶ Ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι.*

— *Ἔστι καὶ λίμνη ἐκ θαλάσσης.*] Puto Stephanum hoc loco intelligere λιμνοθάλατταν Limnothalattam, sive stagnum mari propinquum, cuius exundatione aquae stagni salsae et marinis prorsus similes redduntur. Verum animadversione dignum est quod Strabo lib. primo refert, nempe eiusmodi Limnothalattas in mediterraneis locis reperiri, et quidem duo vel tria stadiorum millia a mari dissitis. *Μάλιστα δὲ φησὶ τὴν ζήτησιν παρασχεῖν, πῶς ἐν δισχιλίοις καὶ τρισχιλίοις ἀπὸ θαλάττης σταδίοις, κατὰ τὴν μεσόγαιαν ὁρᾶται πολλαχοῦ κόλχων καὶ ὀστρέων, καὶ χηραμίδων πλῆθος, καὶ λιμνοθάλατται.* Idem eodem libro refert Xanthum Lydum tempore Artaxerxis procul a mari vidisse lapides conchylii formam referentes, et Limnothalattam in Armenia, et Mattienis, et in inferiori Phrygia: adeo ut hinc sibi persuaserit, campos istos aliquando mare fuisse. Et lib. IV. supra Rhodani ostia etiam eiusmodi stagnum collocat: *Ὑπέρκειται δὲ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥοδανοῦ λιμνοθάλαττα.* Imo Ptolemaeus in desertis Libyae etiam talia stagna lib. et cap. IV. commemorat: *Ἔχει δὲ ἡ ἐπαρχία ὄρη τὰ καλούμενα*

Ἡρακλέους θῖνας, ὧν τὸ μέσον ἐπέχει μοίρας	μη γο κθ
Καὶ τὸ Οὔελπα ὄρη	μζ γο κε ∠
Καὶ τὸ Βαικόλικον ὄρος	να κϛ ∠
Καὶ λιμνοθάλασσαν, τήν τε ἀπὸ τοῦ Λάδωνος ποταμοῦ ἐκτρεπομένην λίμνην ἧς τὸ μέσον ἐπέχει	μζ ∠ δ λα ϛ.

Καὶ τὴν ὑπὸ Παλίουρον λίμνην, ἐν ᾗ ἐστι κογχύλιον. Ita debet hic locus legi et a foedissimo typothetarum mendo liberari. Vide Aristotelem lib. VIII. Animal. et Hannonis periplum, ubi etiam eiusmodi stagnum in insula quadam describitur, et λίμνη θαλασσώδης dicitur. Sed nemini mirum videatur eiusmodi limnothalattas in mediterraneis locis reperiri, cum anno MCDLXII. prope Bernam in Helvetia in intimis terrae visceribus integra navis cum omni apparatu et quadraginta defunctorum hominum sceletis detecta sit.

[redacted]

῾Αλαὶ, πόλισμα Βοιωτίας.] In Vossiano codice hunc in modum legebatur: *῾Αλαὶ, πληθυντικῶς πόλισμα Βοιωτίας.* Hac de causa sequentia ita constituerem: *καὶ ἡ πρόσχωρος τῇ ᾿Αργείᾳ ἑνικῶς ῾Αλὴ λέγεται.* Hanc lectionem non esse ineptam, unusquisque assentietur, qui utramque contulerit.

— *Παυσανίας πέμπτῳ.*] Locus Pausaniae non est lib. v. sed lib. ix. in Boeoticis, quare legendum *ἐννάτῳ*: et verba ita sonant, ad quae fortassis Epitomator respicit: *᾿Εν δεξιᾷ δὲ τοῦ ποταμοῦ, Βοιωτῶν ἔσχατοι ταύτῃ πόλισμα οἰκοῦσιν ῾Αλὰς ἐπὶ θαλάσσῃ, ἢ τὴν Λοκρίδα ἤπειρον ἀπὸ τῆς Εὐβοίας διείργει. Ad fluminis dex- 89
teram sunt Boeotiorum extremi, eius nempe accolae maris, quod a
Locrorum continentem agrum ab Euboea dividit; Halas oppidulum inhabitant.*

— *Καταντίον Μάσητος.*] Suspicor Epitomatorem errare, cum hasce Halas distinguit ab illa Hala quae Argivis est finitima: nam ipse Masetem in Argivorum ditione collocat. *Μάσης, πόλις ᾿Αργείων. Παυσανίας δευτέρῳ. ῾Οδός ἐστι ἐπὶ Μάσητι.* Thuc. lib. iv. hunc agrum sive locum *῾Αλιάδα* nuncupavit. *Καὶ φρούριον καταστησάμενοι ἐλῄστευον τὸν ἔπειτα χρόνον τήν τε Τροιζηνίαν γῆν, καὶ ῾Αλιάδα, καὶ ᾿Επιδαυρίαν. Impositoque praesidio, postea Troezenium, et Haliensem, et Epidaurium agrum latrociniis infestabant.*

— *Καὶ τῆς Κιλικίας.*] Manifeste huius oppidi situs sciri vix potest: non vane tamen quis coniecerit ex fabula, quae de Pegaso et Bellerophonte narratur, haud longe a Tarso Ciliciae dissitum fuisse. Vide in voce *Ταρσός.*

— *῾Αλήϊον πεδίον.*] Quia Grammatici duplicem vocis Etymologiam agnoscunt, idcirco prima vocalis nunc aspero, nunc leni spiritu exaratur. Clare hoc docet Etymologici magni auctor in voce *᾿Αλήϊον. ᾿Ιστέον δὲ ὅτι οἱ μὲν ἐψίλωσαν αὐτὸ, ἀπὸ τῆς ἄλης τοῦ Βελλεροφόντου, οἱ δὲ ἐδάσυναν, ἀπὸ τοῦ τοὺς ἅλας ἐκεῖ πήγνυσθαι.* Hinc itaque colligi posset supra dictae urbis etymon, nempe quod ibi primo sal indurabatur.

— *῾Αλαὶ, τὸ ἐθνικὸν ῾Αλεύς.*] Neque ab oppido Boeotiae, neque ab oppido Ciliciae eiusmodi gentile deducitur. Boeotiae urbis cives a Plutarcho in Sylla *῾Αλαῖοι* appellantur, neque aliter quondam Ciliciae urbis oppidani dicti fuere, uti observavit doctissimus Spanhemius in penu antiquaria Pyrrhi Ligorii, quam habet Christina Augusta; ibi enim Hadriani nummum vidit, in cuius aversa parte Bellerophon Pegaso vectus et Chimaera depinguntur, cum inscriptione *ΑΛΑΙΩΝ ΚΙΛΙΚΩΝ.*

— *Καὶ ῾Αλίκη ἡ χώρα.*] Refert Pausanias lib. ii. sive in Corinthiacis, Halicen sua aetate desertam fuisse, et se nullum scri-

ptum fide dignum vidisse, in quo vel de Halicensi civitate, vel de Halicensi quopiam homine ulla fieret mentio. Intelligit locum in Peloponneso circa Argos.

— *Καὶ χωρίον Ἅλικος πρὸς τῇ Αὐγούστᾳ.*] Fortassis nunc locum intelligit Ciliciae littoralem, inter Corycum et Pompeiopolin, quo tractu a Geographis etiam Augusta sive Sebaste collocatur.

Ἀλαλκομένιον, πόλις Βοιωτίας.] Huius oppidi nominis usus admodum est inconstans, nunc enim forma et genere feminino, nunc vero forma et genere neutro usurpatur. Epitomator ipse sibi non constat, hic neutro, et aliis in locis feminino genere effert. In voce *Τέλφουσσα* inquit: *Ἔφορος δὲ Τελφωσίων ὄρος ἐν Ἀλαλκομενίᾳ,* et alio loco: *Ὕαντες, ἔθνος περὶ Ἀλαλ-*
89 *κομενίαν.* Reperiuntur item alii, qui vocem quidem feminino ge-
b. nere, sed numero plurali efferunt. Pausanias lib. IX: *Ἀλαλκομεναὶ δὲ κώμη μέν ἐστιν οὐ μεγάλη, κεῖται δ' ὄρους οὐκ ἄγαν ὑψηλοῦ πρὸς τοῖς ποσὶν ἐσχάτοις.* Hinc apparet praeterea non esse urbem, sed vicum ad imas radices montis non admodum excelsi situm: sed non uno loco is, qui Stephanum in compendium redegit, urbem cum vico confundit. Etiam Strabo hac voce utitur genere feminino et neutro, ita enim scribit lib. IX. *Ἡ δ' Ὠκαλέη μέση Ἁλιάρτου καὶ Ἀλαλκομενίου, ἑκατέρου τριάκοντα σταδίους ἀπέχουσα.* Paulo post eandem vocem numero plurali et feminino genere usurpavit: *αἱ δ' ἄλλαι κύκλῳ εἰσὶν αἵδε. Ἀκραιφίαι, Φοινικὶς, Ὀγχηστὸς, Ἁλίαρτος, Ὠκάλεαι, Ἀλαλκομεναί.* Talem vocabuli usum etiam apud Eustathium in Homerum, et apud Etymologici magni auctorem invenies. Sita est haec urbs ad lacum Copaïdem, inter Haliartum et Coronaeam.

— *Ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως.*] Pausanias libro supra citato, cuius verba ita sunt constituenda; *γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα μὲν ἀπὸ Ἀλαλκομένους ἀνδρὸς αὐτόχθονος, ὑπὸ τούτου δὲ Ἀθηνᾶν τραφῆναι λέγουσιν. οἱ δὲ εἶναι καὶ τὴν Ἀλαλκομενίαν μίαν τῶν Ὠγύγου θυγατέρων φασίν. Ἀπωτέρω δὲ τῆς κώμης ἐπεποίητο ἐν τῷ χθαμαλῷ τῆς Ἀθηνᾶς ναὸς καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον ἐλέφαντος. Loco nomen datum ferunt ab Alalcomeneo homine indigena, a quo fuerit Minerva enutrita. Dixere alii Ogygi filiam Alalcomeniam fuisse. Non ita procul a vico, plano loco erecta fuit Minervae aedes; in ea priscum fuit ex ebore signum.* Sed male apud Pausaniam scribitur *ἀπὸ Ἀλαλκομένους* pro *ἀπὸ Ἀλαλκομενέως,* nam herois nomen in casu recto *Ἀλαλκομενεὺς* dicitur, uti ex Eustathio et Etymologo manifestissime apparet.

— *Οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν.*] A grammaticorum partibus non stat Stephanus, qui omnes in dubium vocant an ab heroe,

[redacted]

an vero a voce ἀλαλκεῖν Minervae nomen sit deducendum. Eustathius ad Iliad. Δ. pag. 439. ita scribit: Ἀλαλκομενηΐς δὲ ὡς γίνεται ἀπὸ τοῦ ἀλαλκεῖν ἤτοι βοηθεῖν διὰ μένος. ἢ ἀπό τινος Ἀλαλκομενέως ἥρωος. Eadem etiam habemus apud Etymologici Mag. auctorem in vocabulo Ἀλαλκομενηΐς.

— Ἐκ τοῦ Ἀλαλκομενέως δὲ, καὶ Ἀθηναΐδος τῆς Ἱπποβότου, Γλαύκωπος, ἀφ' οὗ τὸ Γλαυκώπιον, καὶ Γλαυκῶπις. καὶ Ζεὺς Πολιεύς. etc.] Totus hic locus tam misere est affectus, ut commodum inde sensum percipere nequeam: plurima videntur desiderari, nec a scriptis codicibus, aut ingenio praesidium. Quaedam habet Scholiastes Apollonii ad versum 1281. libri primi, quae ad hunc locum possunt pertinere, sed merito illa praeterimus, quia locum hunc prorsus desperatum non sanant.

— Καὶ Ζεὺς Πολιεύς.] Vide Stephanum nostrum in voce Πόλις.

— Τοῦ δ' Ἀλαλκομενῆ, Ἀλαλκομεναῖος.] Suspecta haec 90
lectio: fortassis rescribendum est: τοῦ δ' Ἀλαλκομεναὶ, Ἀλαλκομεναῖος. Similiter etiam Ἀμύκλαι facit Ἀμυκλαῖος, Ἁλαὶ Ἁλαῖος, Ἀραὶ Ἀραῖος, Ἀφεταὶ Ἀφεταῖος, et sic in reliquis. Merito nostra emendatio vulgatae lectioni est praeferenda, quia nusquam oppidi nomen Ἀλαλκομενῆ dicitur.

Ἀλαμανοὶ, ἔθνος Γερμανοῖς πρόσχωρον.] Sic plerumque Graeci scribunt huius gentis nomen, excepto Zosimo, qui ut puto minus recte Ἀλαμενοὶ habet: pro quo Latini scriptores *Alamanni* et *Alemanni* usurpant. Alemannos non fuisse Germanos, satis evinci potest ex hoc Stephani loco, qui gentem Germanis finitimam esse affirmat. Idem etiam indicat locus Eustathii ad Dionysium: τοὺς Γερμανοὺς, οἷς οἱ Ἀλαμανοὶ πρόσχωροι, λευκὰ λέγεται φῦλα. Ad antiquam huius populi sedem quod attinet, de ea optime iudicat Cluverius lib. III. cap. IV. Germaniae antiq. eam fuisse inter Moenum, Rhenum ac Danubium: et si Alemanni non fuerint Germani, nulli certe alii esse possunt quam Γαλατικὰ illa ἔθνη Strabonis inter Danubium et Rhenum, et quos Gallos vocat Tacitus *Decumates agros* inter eosdem amnes exercentes. Huc directo quoque facit ipsum Alemannorum nomen, de cuius etymologia veriorem testem habere nequimus, quam eum, qui origini gentis sive transmigrationi e Gallia in Germaniam fuit proximus: de quo sic Agathias lib. I. Οἱ δὲ Ἀλαμανοὶ, εἴγε χρὴ Ἀσινίῳ Κουαδράτῳ ἕπεσθαι ἀνδρὶ Ἰταλιώτῃ, καὶ τὰ Γερμανικὰ εἰς τὸ ἀκριβὲς ἀναγραψαμένῳ, ξυνήλυδες εἰσὶν ἄνθρωποι καὶ μιγάδες. καὶ τοῦτο δύναται αὐτοῖς ἡ ἐπωνυμία. *Alamani, si Asinium Quadratum sequi liceat, hominem Italum, et qui res Germanicas accurate conscripsit, convenae sunt, et miscellanei homines, quod*

et appellatio eorum lingua indicat. Nam **All** omnem significat et **Man** hominem; unde **Alemannen**.

Ἀλαρόδιοι. Ὡς Ἡρόδοτος.] Vide Herodotum lib. III. et VII. Sed posteriori loco gentis nomen duplici lambda exaratur. *Ἀλλαρόδιοι δὲ καὶ Σάσπειρες, κατάπερ Κόλχοι ὡπλισμένοι ἐστρατεύοντο. Alarodii et Saspires eodem quo Colchi ornatu militabant.*

Ἀλανός. Ὄρος Ἀρματίας.] Constanter ita legunt codices scripti et editi, sed minus recte: scribendum est: *ὄρος Σαρματίας*, uti manifeste colligitur ex Eustathio ad versum 305. Dionysii Alexand. *Ὅτι Ἀλανὸς ὄρος Σαρματίας, ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλανοὶ ἔοικεν ὀνομάζεσθαι.* Et Marcianus Heracleota in periplo inquit: *Ὁ δὲ Ῥούδων ποταμὸς ἐκ τοῦ Ἀλάνου ὄρους φέρεται. Παροικεῖ δὲ τό τε ὄρος καὶ τὴν χώραν ταύτην ἐπὶ πολὺ διῆκον τὸ τῶν Ἀλανῶν Σαρματῶν ἔθνος.*

Ἄλβα, πόλις Ἰταλίας.] Ad situm oppidi quod attinet, nemo de illo accuratius scripsit quam Dionys. Halicar. lib. I. hisce verbis: *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἑπομένοις χρόνοις ἐγένετο. ἡνίκα δὲ ᾠκίζετο, πρὸς ὄρει καὶ λίμνῃ κατεσκευάσθη, τὸ μέσον ἀπέχουσα ἀμφοῖν. καὶ ἦν ὥσπερ τείχη τῆς πόλεως ταῦτα, δυσάλωτον αὐτὴν ποιοῦντα. Verum haec evenerunt postea: olim cum aedificaretur, apud montem et lacum exstructa est; ita ut medium inter utrumque obtineret spatium: ac veluti muri uterque urbem tuebantur, ne facile caperetur.* Ex hisce verbis urbis situs minime ignorari potest, uti observat Cluverius, quando et mons hodieque exstat, et
90 item lacus. Mediam inquit Dionysius fuisse urbem inter montem
b et lacum; idque tam arcto spatio, uti hinc lacus inde mons vice murorum essent. Hoc sane nullo pacto de hodierno oppido *Albano*, in via Appia mille passus ab Aricia dissito, intelligi potest, ut quod duo millia passuum ab lacu et locis inter hunc et montem sitis abest. Fuit ergo Alba ad orientalem lacus ripam supra iam dictum oppidum *Albanum*, in iis tumulis, qui medii inter montem et lacum intercedunt.

— *Ἣν ἔκτισαν οἱ ἀπὸ τοῦ Λαβινίου Λατῖνοι, Τρῶες ὄντες.*] Conditor huius urbis fertur Ascanius, Aeneae filius, cognomento Iülus, quem alii ex Crëusa in Troade, alii ex Lavinia, Latini filia, Lavinii genitum tradunt. Virgilius lib. V. Aeneid.

Hunc morem, hos cursus, atque haec certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Retulit, et priscos docuit celebrare Latinos.

Huc etiam pertinet locus Livii dicentis lib. I. *Ascanius abundante Lavinii multitudine, florentem iam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matri, seu novercae reliquit. Novam ipse aliam sub Albano monte condidit: quae ab situ porrectae in dorso*

[redacted]

urbis Longa Alba appellata. Inter Laviniam et Albam Longam, coloniam deductam, xxx *ferme interfuere anni.* Sed veriores certioresque Albae Longae conditores apud Dionys. Hal. lib. II. circa initium reperiuntur.

— Ἔστι δ᾽ ἡ Ἄλβα καθ᾽ Ἑλλάδα, λευκή.] Ultima vox apud Epitomatorem adiective sumenda est. Ad promontorium Sallenticum sive Iapygium in Calabria oppidum hoc nomine collocatur, sed nihil ad rem facit. Ab alba sue, ut nugantur Grammatici aliique, urbs nomen accepit. Aurelius Victor de origine gentis Romanae: *Ascanius completis in Lavinio* xxx *annis, recordatus novae urbis condendae tempus advenisse ex numero porcorum, quos pepererat sus alba, circumspectis diligenter finitimis regionibus, speculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quae in eo condita est, Albanus nuncupatur, civitatem communiit; eamque ex forma, quod ita in longum porrecta est, Longam, ex colore suis Albam cognominavit.* Vide etiam Varronem de re rust. lib. II. cap. III. et de ling. Lat. lib. IV.

— Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἄλβας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις.] Constanter ita legunt codices scripti et editi, sed mendum latet in hisce verbis, quod neque subodoratus est vir doctissimus in epistolis criticis, ubi aliquot errores ex Eustathio auferre nititur. Nemo aut Graecorum aut Latinorum hunc amnem hoc nomine insignivit, quare cum Cluverio legendum existimo: Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἀλβούλας, ὁ νῦν λεγόμενος Τίβερις. Antiquissimum illud est mendum, et quod tempore Eustathii codices Stephani omnino obsederat. Nunc quidem in Henrici Steph. editione male Ἄλβουλος excusum est, ita enim scribit Archiepiscopus ille ad Dionysium: καὶ ὅτι ὁ Τίβερις, Ἄλβουλος ποτὲ καλούμενος, οὕτω μετεκλήθη: sed in notis ad Dionysium observavit, in quibusdam codicibus Ἄλβας, quod ex Stephano haustum est, reperiri; ex qua scriptura imperiti librarii tandem ad Latinam terminationem Ἄλβουλος finxere. Tiberis igitur antiquis temporibus a Graecis Ἀλβούλας dicebatur, teste Dionysio Hal. lib. I. Unde Latini suum *Albula* formarunt. Plinius lib. III. cap. V. *Tiberis; ante Tybris appellatus; et prius Albula.* Virgil. lib. VIII. Aeneid.

Tum reges, asperque immani corpore Tybris: 91
A quo post Itali fluvium cognomine Tybrim a
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.

Vide etiam Varronem de ling. Lat. lib. IV. Livium lib. I. Pompeium Festum: Isidorum lib. XIII. Origin. cap. XXI. et Servium ad iam allegatum locum Virgilii.

— Τιβερίνου τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῷ θανόντος.] Legendum videtur: ἀπὸ Τιβερίνου τοῦ βασιλέως ἐν αὐτῷ θανόντος. Quidam

de hoc rege mentionem facientes eum non *Tiberinum*, sed *Tiberium* appellant, quod Salmasius ad oram sui Stephani reprehendit. Festus: *Albula Tiberis fluvius dictus ab albo aquae colore: Tibris autem a Tiberio Silvio, rege Albanorum: quod is in eo exstinctus sit.* Eustathius ad Dionysium pag. 50. *Τίβερις οὕτω μετεκλήθη, ὡς βασιλέως Τιβερίου ἐν αὐτῷ θανόντος, ἄλλαι τε ἱστορίαι βοῶσι καὶ ἡ τοῦ Δίωνος. Τιβέριον δὲ ἐνταῦθα ἡ ἱστορία φησὶν, οὐ τὸν μετὰ τὸν Αὔγουστον, ἀλλ' ἕτερον ἀρχαιότερον.* Verum alii, quotquot huius regis meminere, omnes eum Tiberinum nuncupant. Sic etiam Anonymus in Historiarum *Συναγωγῇ. Τιβερῖνος ἔτη ὀκτώ. Τελευτῆσαι δὲ τοῦτον ἐν μάχῃ παρὰ τῷ ποταμῷ γενομένῃ λέγεται. παρενεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἐπώνυμον ἑαυτῷ κατέλιπε τὸν ποταμὸν Ἀλβούλαν καλούμενον τὸ πρότερον.*

— *Οἶνος Ἀλβανός.*] Vinum illud satis est notum. Dioscorides lib. v. cap. x. *ὁ μὲν οὖν δοκῶν πρωτεύειν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ οἴνων Φάλερνος καλεῖται. ὁ δὲ Ἀλβανὸς ἁδρομερέστερος τοῦ Φαλέρνου, ἔγγλυκος. Inter Italica vina, quod principem locum obtinet, Falernum vocatur. Albanum, quod crassius Falerno, dulce est.* Vide etiam Strabon. lib. v. Columellam rerum rusticar. lib. III. cap. VIII. et Dionys. Hal. lib. I.

— *Λέγεται καὶ Ἀλβανὸς ἐν Ἰταλίᾳ τόπος.*] Kircherus in veteris Latii descriptione contendit apud Stephanum rescribendum esse: *λέγεται καὶ Ἀλβανὸν ἐν Ἰταλίᾳ ὄρος.* Sed iam ante multos annos hunc Epitomatoris locum its emendaverat Cluverius lib. III. Italiae antiquae, cuius scrinia reverendus ille pater passim compilavit.

— *Ἐν ᾧ ἱεροποιΐαι ἐγένοντο.*] Sic ex aliis editionibus et MSS. rescripsimus, pro *ἐν ᾧ ἱεροποιΐαι ἐγένετο*, uti perperam Xylandri exhibet editio. Haec sacrificia fiebant *Feriis Latinis* in monte Albano, quas totius Latii populus ibi celebrare solebat. Varro de ling. Lat. lib. v. *Latinae feriae dies conceptivus dictus a Latinis populis; quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere fuit ius cum Romanis: a quibus Latinis Latinae dictae.* Livius lib. XXII. *Feriae Latinae Pontificum decreto instauratae sunt: quod legati ab Ardea questi in senatu erant, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut adsolet, datam non esse.* Sed nemo antiquorum hasce ferias, in monte Albano agitari solitas, accuratius descripsit quam Dion. Halicarnasseus lib. IV. quem legisse non poenitebit.

— *Καὶ λίμνη Ἀλβανίς.*] Lacus iste Albanus prodigio quodam est celeberrimus. Vide Val. Max. lib. I. cap. VI. Plutarchum
91 b in Camillo, Livium lib. v. et Ciceronem lib. v. Divinationum.

[redacted]

— Ἔστι καὶ Ἀλβὴ πόλις Κρήτης.] Neminem hactenus quaerendo invenire potui, qui minimam de hoc Cretae oppido mentionem fecerit.

Ἀλβανία, χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν.] Optime huius regionis situm docet Archiepiscopus Thessalonicensis ad Dionysii περιήγησιν pag. 97. Ἐκεῖ δὲ καὶ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλβανοὶ, ποιμενικοὶ, καὶ μετρίως πολεμικοὶ, μεταξὺ Ἰβήρων καὶ Κασπίας. Mela lib. III. cap. V. *Intus sunt ad Caspium sinum Caspii, et Amazones, sed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum Albani et Moschi.* Eundem situm Albanis tribuit Agathemerus lib. II. cap. VI. Ὑπόκειται δὲ τῇ Σαρματίᾳ πρὸς μὲν τῷ Πόντῳ ἡ Κολχική, πρὸς δὲ τῇ Κασπίᾳ ἡ Ἀλβανία, ἧς μεταξὺ κεῖται ἡ Ἰβηρία. Nomen habent Albani ab Albano flumine, uti quidam volunt: sed Iustinus Albanos Herculem ex Italia ab Albano monte secutos narrat, cum Geryone exstincto armenta eius per Italiam duceret, atque inde dictos.

— Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.] Locus, quem forte respicit Epitomator, ita se habet: Ἀκολούθως τοίνυν καὶ τῆς Ἀλβίωνος νήσου τὸν περίπλουν ἐκθήσομεν. ἡ Ἀλβίων νῆσος ἡ Πρετανικὴ περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῷ ὠκεανῷ τῷ καλουμένῳ Δουκαληδονίῳ etc.

Ἄλγιδος, πόλις Ἰταλίας.] A plerisque Graecis Latinisque scriptoribus oppidum *Algidus* dicitur, excepto Dionys. Halicarnasseo, a quo eius nomen Ἀλγιδὼν dicitur, ita enim ille lib. X. ἀκούων περὶ πόλιν Ἀλγιδόνα ἀθρόας εἶναι τάς τε Οὐολούσκων καὶ Αἰκανῶν δυνάμεις. Et ita etiam appellatur a Procopio Gothicarum lib. III. Oppidi situm non obscure indicat Strabo lib. V. hisce verbis: Ἄρχεται δὲ ἡ Λατίνη ὁδὸς ἀπὸ τῆς Ἀππίας, ἐν ἀριστερᾷ ἀπ' αὐτῆς ἐκτρεπομένη πλησίον Ῥώμης. εἶτα διὰ Τουσκλανοῦ ὄρους ὑπερβᾶσα, μεταξὺ Τούσκλου πόλεως καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους, κάτεισιν ἐπ' Ἄλγιδον πολίχνιον καὶ Πικτὰς πανδοχεῖα. Hoc est: *Incipit via Latina ab Appia, ad sinistrum ab ea prope Romam deflectens; ac super Tusculanum montem transit, inter Tusculum oppidum et montem Albanum: descenditque ad Algidum oppidulum et Pictas diversoria.*

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος.] Romanis oppidani dicebantur ALGIDENSES. Nam Plinius lib. XIX. cap. V. inter genera raphanorum *Algidense a loco* sic dictum refert.

Ἀλέα, πόλις Ἀρκαδίας.] Plinius hoc oppidum inter mediterranea collocat lib. IV. cap. VI. Eius etiam meminit Pausanias lib. VIII. hisce verbis: Μετὰ δὲ Στύμφαλόν ἐστι Ἀλέα, συνεδρίου μὲν Ἀργολικοῦ μετέχουσα καὶ αὐτή. *Post Stymphalium Alea numeratur, Argolici conventus particeps.*

— *Ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ.*] Idem Pausanias in Arcadicis conditorem urbis Aleum appellavit: *Ἀλεὸν δὲ τὸν Ἀφείδαντος γενέσθαι σφίσιν ἀποφαίνουσιν οἰκιστήν. Aleum Aphidantis filium conditorem celebrant.*

92 — *Ἀλέα ἐπὶ τῆς θερμασίας.*] Hac significatione vocem usur-
a pant Magistri Graeci. Etymologici Mag. auctor: *Ἀλέα, ἡ θερμασία. ἀλέα λέγεται ὁ τόπος ὁ ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινόμενος. παρὰ τὸν ἥλιον (ἅλιος γὰρ ὁ ἥλιος λέγεται). μεταφορικῶς δὲ πάντα τόπον θέρμην ἔχοντα.* Proprie locus apricus, sive sole tepens *Ἀλέα* dicitur: nam *ἅλιος* Dorice Sol appellatur, qui communi lingua *ἥλιος*. Transfertur autem *Ἀλέα* et ad omnia loca colorem habentia. Hesychius: *Ἀλέα, θέρμη, θάλπος.* Hinc *ἀλεᾶσθαι, θερμαίνεσθαι.*

— *Καὶ ὁπότε δηλοῖ τὴν φυγὴν, βαρύνεται.*] Etymologici Magni auctor: *Ἀλέσθαι, ἐκκλίναι, ἀναχωρῆσαι. κυρίως δὲ τὸ ἀπὸ πυρὸς ἐκφυγεῖν. ἀλέα γὰρ ἡ θέρμη τοῦ πυρός.* Sed quomodo nugentur Grammaticorum filii in eiusmodi rebus, facile est animadvertere, cum contrarium statuat in voce *Ἀλεείνω, τὸ ἐκφεύγω καὶ ἐκκλίνω, οἱονεὶ εἰς τὴν θερμασίαν ἐκ τοῦ ψύχους ἀποφεύγω.* Nobis satis sit hinc probari posse *τὸ ἀλέα* etiam effugium sive vitationem denotare.

— *Ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς ὀξύνεται.*] De hac Minerva legendus Pausanias in Arcadicis loco supra citato. Aleae Minervae eiusque fani meminit etiam Herodotus lib. I. cuius verba, quia de mendo sunt suspecta, in medium producere et emendare non pigebit: *Αἱ δὲ πέδαι αὗται ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἔτι ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλαίης Ἀθηναίης, κρεμάμεναι.* Quid audio? An Lacedaemonii compedes quibus vincti erant, circa templum Minervae Aleae, quod Tegeae fuit, suspenderunt? Templum et simulacrum huius deae non fuit Tegeae, sed Aleae in Arcadiae oppido, de quo hoc commate loquitur Stephanus: quare haec verba *ἐν Τεγέῃ*, non ab Herodoti, sed ab imperita librarii manu profecta, e textu expungerem, utpote qui Aleam Arcadiae civitatem ignorans, Minervae Aleae templo in Tegea locum assignavit, quia hic de Tegeatibus sermo non obscurus instituitur. Verum si hoc non placeat, pro *ἐν Τεγέῃ* sine ulla dubitatione *ἐν Ἀλέῃ* rescribendum esse nemo ibit inficias.

Ἀλεξάνδρεια. Πόλεις ὀκτωκαίδεκα.] De numero urbium quibus Alexandria nomen est etiam loquitur Eustathius in Dionys. de situ orbis: *Ἀριθμοῦνται δὲ ἐν ταῖς ἱστορίαις Ἀλεξάνδρειαι ὑπὲρ τὰς ιη. τούτων μία καὶ αὕτη, πόλις Λίβυσσα, ἤτοι Αἰγυπτία.* Certum est, plures quam octodecim hoc nomine reperiri. Fasti Siculi duodecim ab Alexandro urbes ex suo nomine conditas recensent: Alexandriam ad Pentapolin Mempheos empori-

[redacted]

um, quae prius Tettus dicebatur: II. Alexandriam in Aegypto: III. ad Harpam: IV. Cabiosam: V. Scythiam in Aegeis: VI. ad Porum: VII. ad Cypridis flumen: VIII. in Troade: IX. in Babylone: X. ad Mesargares: XI. in Perside: XII. Cason. Ex hisce Stephanus praeter secundam, quae est Aegypti, quintam ad Cypridis flumen, octavam, quae est Troadis, nullam agnoscit et enumerat. Sed Stephanus multas Alexandrias quasi diversas memorat, 92
quae prorsus eaedem sunt, cuius rei in subsequentibus commen- b
tariis nonnulla documenta daturi sumus.

— *Ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου.*] Sic etiam testatur Arrianus lib. III. de exped. Alexandri Magni: *Ἐλθὼν δὲ ἐς Κάνωβον, καὶ κατὰ τὴν λίμνην τὴν Μαρίαν περιπλεύσας, ἀποβαίνει ὅπου νῦν Ἀλεξάνδρεια πόλις ᾤκισται, Ἀλεξάνδρου ἐπώνυμος, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὁ χῶρος κάλλιστος κτίσαι ἐν αὐτῷ πόλιν, καὶ γενέσθαι ἂν εὐδαίμονα τὴν πόλιν. Cumque Canopum venisset, Mareotida paludem circumvectus, eo loci appulit, ubi nunc Alexandria, ab Alexandri nomine ita dicta, condita est. Eius loci situs ei maxime opportunus condendae urbi est visus, et opulentam urbem fore iam tum animo praesagiebat.* Vide Curtium lib. IV. cap. XXI. Diodorum Sicul. lib. XVII. Velleium Paterc. lib. I. cap. XIV. Plinium lib. V. cap. X. Livium lib. VIII. Strabonem lib. XVII. Hirtium de bello Alexandrino, Eusebium, Cedrenum. Eutropium, Dionis Chrysostomi orationem ad Alexandrinos, Aristidem oratione *εἰς Ῥώμην*, et alios quam plurimos. Qui scire avet, qualis hodiernus sit Alexandriae status, Bellonium et aliorum peregrinationes consulat.

— *Ἰάσων δὲ, ὁ τὸν βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις.*] Suidas etiam testatur ipsum scripsisse libros IV. de Graecia: qui praeter Graeciae antiquitates, etiam res gestas Alexandri Mag. complectebantur. Vide Vossium de Hist. Graec. lib. II. cap. XII.

— *Ἐχρησμοδοτήθη οὕτω.*] Alexandro in quiete spectrum oblatum oraculum hoc edidisse, auctor est Plutarchus in ipsius vita, ubi eadem carmina, quae a Stephano producuntur, legi possunt.

— *Νῆσος ἔπειτά τις etc.*] Haec quidem ipsum spectrum pronunciat, sive vir ille veneranda canitie, uti refert Plutarchus in vita Alexand. Mag. sed ex Homero sunt desumpta. Vide Odyss. *Δ*.

— *Διαγράφειν τὸ σχῆμα.*] Qui spatium condendae urbi designat, murorum ambitum circumscribit, vias omnes ad lineam dirigit, situm aedificiorum publicorum delineat, is proprie *urbem metari* dicitur. Plutarchus in vita Alexandri: *Εἰπὼν ὡς Ὅμηρος*

[redacted]

ἣν ἄρα τά τε ἄλλα θαυμαστὸς καὶ σοφώτατος ἀρχιτέκτων, ἐκέλευσε διαγράψαι τὸ σχῆμα τῆς πόλεως τῷ τόπῳ συναρμόττον. Plinius de eadem hac Alexandria lib. v. cap. x. *Metatus est eam Dinocrates Architectus pluribus modis memorabili ingenio.* Et lib. viii. cap. xxxvii. *Dinocrates metatus est Alexandro condente in Aegypto Alexandriam.* Neque aliter de metatione huius urbis locutus est Eustathius ad Dionysium pag. 37. λέγεται δὲ καὶ ὅτε τὴν ἀρχὴν ἡ πόλις ἐμελετᾶτο κτισθῆναι, καὶ διεγράφετο, γῆν μὲν μὴ εἶναι πρόχειρον λευκήν, ἧς χρεία ἦν τῇ διαγραφῇ κατὰ τὸ σύνηθες, ἀλφίτοις δὲ διαγραφῆναι αὐτήν. Hoc est: *Narratur etiam, quando primum civitas ut aedificaretur instituta, ac metanda iam esset,*
93 *cretam, qua in metatione ex more uterentur, defuisee, itaque fa-*
a *rina urbem metatam esse.*

— Οὐκ ἔχοντες δὲ λευκὴν γῆν, ἀλφίτοις διέγραφον. ὄρνιθες δὲ καταπτάντες.] Apud diversos scriptores haec historia refertur. Valerius Max. lib. i. cap. iv. *Cum rex Alexander urbem in Aegypto constituere vellet, Architectus Dinocrates cum cretam non haberet, polentaque futurae urbis lineamenta duxisset, ingens avium multitudo proximo lacu emersa, polentam depasta est: quod sacerdotes Aegyptiorum interpretati sunt, advenarum frequentiam alimentis suffecturam urbem.* De hoc prodigio etiam scripsit Curt. lib. iv. cap. xxi. *Fama est, cum rex urbis futurae muris polentam, ut Macedonum mos est, destinasset, avium greges advolasse, et polentam esse pastas Cumque id omen pro tristi a plerisque esset acceptum, respondisse vates, magnam illam urbem advenarum frequentiam culturam, multisque eam terris alimenta praebituram.* De hoc ostento lege quoque Plutarchum in vita Alexand. Mag. et Strabonem lib. xvii.

— Ταῦτα δὲ Ἀῤῥιανός.] Existimo Stephanum ipsum intelligere, qui de expeditione Alexandri Magni historiam posteris reliquit, quaeque hodie omnium manibus teritur. Sed magis cum Plutarcho, Curtio, et Valerio Max. convenit, quam cum Arriano quem producit: nam nihil de avium advolantium grege e proximo lacu, quae polentam depascebantur, commemorat. Historia apud Arrianum lib. iii. ita se habet: Λέγεται δέ τις καὶ τοιόσδε λόγος, οὐκ ἄπιστος ἔμοιγε. ἐθέλειν μὲν Ἀλέξανδρον καταλιπεῖν αὐτὸν τὰ σημεῖα τοῦ τειχισμοῦ τοῖς τέκτοσιν, οὐκ εἶναι δὲ ὅτῳ τὴν γῆν ἐπιγράψουσι. τῶν δὲ τεκτόνων τινὰ ἐπιφρασθέντα, ὅσα ἐν τεύχεσιν ἄλφιτα οἱ στρατιῶται ἐκόμιζον ξυναγαγόντα, ἐπιβάλλειν τῇ γῇ, ἵνα περ ὁ βασιλεὺς ὑφηγεῖτο. καὶ τὸν κύκλον οὕτω περιγραφῆναι τοῦ περιτειχισμοῦ, ὅντινα τῇ πόλει ἐποίει. τοῦτο δὲ ἐπιλεξαμένους τοὺς μάντεις, καὶ μάλιστα δὴ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισσέα (ὃς δὴ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀληθεῦσαι λέ-

[redacted]

γετο) *Ἀλεξάνδρῳ φάναι, εὐδαίμονα ἔσεσθαι τὴν πόλιν τά τε ἄλλα καὶ τῶν ἐκ γῆς καρπῶν εἵνεκα.*

— *Ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις.*] Ipse Stephanus: *Ῥακῶτις, οὕτως ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο.* Ibi quidem *Ῥακώτης* legitur, sed male. Strabo lib. XVII. partem Alexandriae navalibus imminentem *Rhacotin* appellavit. *Κατοικίαν δ' αὐτοῖς ἔδοσαν τὴν προσαγορευομένην Ῥακῶτιν, ἣ νῦν μὲν τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἐστι μέρος.* Plinius etiam huius loci meminit, cuius verba lib. V. cap. X. ita sunt legenda, uti iam ab aliis est observatum. *Iuxta Mareotin lacum, qui locus ante Rhacotis nominabatur.*

— *Καὶ Φάρος.*] Stephanus in isthoc vocabulo: *Φάρος δὲ καὶ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἐκαλεῖτο.* Praeter Stephanum neminem antiquorum habemus ea in re consentientem; neque puto id semper verum fuisse. Si Alexandria unquam Pharus fuerit dicta, id Ptolemaeorum tempore factum est, cum Pharus continua mole, idque impensis Cleopatrae, Alexandriae iungebatur. Nam Pharus prius octo stadiorum intervallo ab Alexandria aberat, et postea ponte cum oppido coniungebatur, uti testatur Caesar lib. III. de bello Civil. *A superioribus Aegypti regibus, in longitudinem passuum DCCCC. in mare iactis molibus, angusto itinere, et* 93 *ponte cum oppido coniungitur.* b

— *Καὶ Λεοντόπολις, διὰ τὸ τὴν τῆς Ὀλυμπιάδος γαστέρα etc.*] Paulo aliter haec refert Eustathius ad Dionysium pag. 33. *Ταύτην καὶ ἄλλοις μὲν ὀνόμασι διαφόροις κληθῆναί ποτε φασί. ὀνομασθῆναι δὲ καὶ Λεοντόπολιν, διὰ τὸν τῆς Ὀλυμπιάδος καὶ τοῦτον Ἀλέξανδρον, ἧς ἡ γαστὴρ ἐσφραγίσθαι λέοντος εἰκόνι λέγεται.* Vide Plut. in Alex. vita.

— *Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις.*] Idem etiam de Alexandria testatur Eustathius loco iam aliquoties allegato: *Λέγεται δὲ καὶ πόλις ποτὲ κληθῆναι κατ' ἐξοχήν, ὡς νῦν ἡ Κωνσταντίνου πόλις. καὶ ὡς αἱ Ἀθῆναι ποτέ, ἄστυ.* Eleganter Stephanus de Athenis dixit: *Ἀστὰς δὲ τὰς γυναῖκας ἔλεγον, οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι λέγειν Ἀθηναίας, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοὺς ἄνδρας ἀστοὺς ἐκάλουν. πρῶτοι γὰρ Ἀθηναῖοι τὰ ἄστη καὶ τὰς πόλεις εὑρεῖν ἱστοροῦνται. ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν πόλιν ἐκάλουν κυρίῳ ὀνόματι.*

— *Ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται οὖρψ.*] Hoc et Graecis et Latinis familiare fuit, Romam *κατ' ἐξοχὴν* urbem nominare. Tristium libros sic incipit Ovidius:

Parve, nec invideo, sine me liber ibis in Urbem,
Hei mihi, quo domino non licet ire tuo.

— *Σεβαστή, καὶ Ἰουλία, καὶ Κλαυδία, καὶ Δομετιανή.*] Nomina illa varia ipsius Alexandriae puto propter beneficia quaedam ab illis principibus in civitatem collata: quae etsi viventi-

bus ipsis per adulationem Aegyptiorum floruerint, post mortem illorum omissa, vicit memoria prioris conditoris. Claudius, referente Suetonio in ipsius vita, aliquid museo Alexandrino addidit, ob quod beneficium urbs fortassis, ipso vivente, de suo nomine nomen gerebat: sic Aelia aliquamdiu pro Hierosolymis valuit, quia urbem Aelius Adr. restauraverat: sed post Imperaratoris mortem pristinum nomen introductum est.

— *Καὶ Ἀλεξυντηρία.*] In MSS. *Ἀλλεξεντηρία* et *Ἀλλ' ἐνξεντηρία.* Sed fortassis scribendum est *Ἀλεξαντρία*: nam testatur Quintil. lib. I. Inst. Orat. 4. in vetustis operibus urbis Romanae, et celebribus templis *Alexanter* et *Cassantra* legi.

— *Τῷ δὲ συνοικισμῷ τριακοντατεσσάρων ἐστὶ σταδίων τὸ μῆκος, ὀκτὼ δὲ τὸ πλάτος, ἡ δὲ ὅλη περίμετρος, σταδίων ἑκατὸν δέκα.*] Numeri sunt corrupti, quod saepissime antiquorum scriptis evenit: nam si totius urbis ambitus CX. stadia contineat, necessario urbis longitudo et latitudo maior est habenda: quare ut totius urbis ambitus cum longitudine et latitudine accurate conveniat, hic locus legendus est hunc in modum: *τῷ δὲ συνοικισμῷ τριάκοντα ἐστὶ σταδίων τὸ μῆκος, δέκα δὲ τὸ πλάτος. ἡ δὲ ὅλη περίμετρος σταδίων ὀγδοήκοντα.* Ita hunc locum debere restitui suadet Curtius lib. IV. cap. XXI. ubi eundem stadiorum ambitum Alexandriae attribuit. *Complexus quicquid Soli est inter paludem et mare, octoginta stadiorum muri ambitum destinat: et qui exaedificandae urbi praeessent relictis, Memphin petit.* Hunc verum huius urbis fuisse ambitum etiam colligimus ex praestantissima Agrippae oratione ad populum Iudaicum habita, quam Iosephus lib. II. de bello Iud. reliquit. inter alia ibi de Alexandria haec leguntur: *πρὸς δὲ καὶ μεγέθους, μῆκος μὲν γε αὐτῆς, τριά-*
94 *κοντα σταδίων, εὖρος δὲ οὐκ ἔλαττον δέκα.* Strabo quidem de
a toto ambitu silet, sed urbis longitudinem etiam XXX. stadiorum et latitudinem septem vel octo stadiorum facit. Stephani calculum superat Plinii computatio, tradentis lib. V. cap. X. Alexandriae ambitum XV. M. passuum fuisse, qui CXX. stadia conficiunt: adeoque Pintiani reprehensione minime digni sunt, qui Plinium ex Curtio castigare nituntur, apud quem pro XV. M. pass. tantum X. M. pass. substituunt.

— *Δευτέρα ἐστι πόλις Τρωίας.*] Hanc urbem Anonymus (vel ipse Scaliger, ut existimat Holstenius) in Olympiadum ἀναγραφῇ appellat *τὴν Τρωϊκὴν Ἀλεξάνδρειαν.* Chronicon Alexandrinum manifeste Alexandrum Mag. huius conditorem statuit: sed scrupulum movet Strabo lib. XIII. qui prima civitatis fundamenta Antigono videtur tribuere, a quo antea Antigonea vocata fuit, deinde Alexandria a Lysimacho in honorem Alexandri: huic

[redacted]

etiam adstipulatur Plinius lib. v. cap. xxx. *Troadis primus locus Amaxitus, dein Cebrenia, ipsaque Troas, Antigonea, nunc Alexandria colonia Rom.* Illud etiam quodammodo confirmari posset ex nummo Titi Vespasiani apud Goltzium in thesauro, ubi oppidi nomina hoc ordine disposita sunt: COL. TROIAS ANTIGONIA ALEXANDRIA LEGIO XXI. Hic etiam *Antigonia Alexandriam* praecedit, quasi *Antigonia* magis antiquum esset nomen quam *Alexandria*. Sed ego cum aliis viris doctis crediderim ab Alexandro exstructam, postea vero ab Antigono incrementum et nomen accepisse, eoque deleto rursum praevaluisse pristinum nomen, quod utique Lysimachus potius reduxerit, quam ut hostem suum Antigonum isthoc honore frui sineret. In Actis Apostolorum cap. xvi. versu viii. *Troadis* meminit Lucas, quae pro Alexandria hac est accipienda, nam a scriptoribus subinde *Troas*, et subinde *Alexandria Troas* dicitur: Tristanus in nummis Caracallae et Crispinae Augustae hanc inscriptionem in aversa parte invenit: COL. AUG. TROAS. Et Spanhemius in huius Alexandriae nummis: COL. AUG. TRO. ALEXA. Id est: *Colonia Augusta Troas Alexandria.* Plerumque hoc nomine insigniebatur ad differentiam aliarum Alexandriarum: Livius lib. xxx. cap. xlii. *Tres eum civitates tenebant, Smyrna, et Alexandria Troas, et Lampsacus: quas neque vi expugnare ad eum diem poterat, neque conditionibus in amicitiam pellicere.*

— Ἐν ᾗ ἐγένετο Ἡγήμων ἐποποιός.] Praeter hunc bellum etiam Dardanica literis mandavit. Ex iis commemorat Aelianus historiam de dracone pastorem Thessalum amante. Vide eum lib. vii. Hist. Animal. cap. xi. Alius est ab Hegemone Thasio, qui Gigantomachiam, et priscam comoediam et parodias, et alia reliquit, ut observat Vossius de Hist. Graec. lib. iii.

— Δημοσθένης ἐν τετάρτῳ Βιθυνιακῶν.] Multis in locis hic historicus Stephano adest. Patria eius cognoscitur ex vocabulo Ἡραία, ubi Steph. inquit: Πιστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει, ἐν τῷ ιδ' βιβλίῳ. Aliis locis eiusdem Demosthenis lib. nonus et decimus citatur. Vide nostrum indicem auctorum a Stephano allegatorum.

— Τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Λακεδαιμονίᾳ.] Constanter ita legunt codices scripti et editi, sed rescribendum est: τρίτη Θρᾴκης, πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ. Et vereor ne tertia haec Alexandria eadem sit cum decima sexta, de qua sic infra scribit Stephanus: 94
ὀκτωκαιδεκάτη, κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον. Nam sinus ille Melas b
in Thracia fuit, uti nos docet Plinius lib. iv. cap. xi. *Circa quem locum fluvius Melas, a quo sinus appellatur. Oppida, Cypsella, Bisanthe, Macrontichos dictum, qua a Propontide ad Melanem sinum inter duo maria.* Vide etiam Ptolemaeum lib. iii. cap. xii.

— *Τετάρτη, πόλις Νεαρτῶν.*] Neartos Geographi non norunt, multo minus Alexandriam in isthac regione. Fortassis rescribendum erit: *τετάρτη, πόλις Ὠρειτῶν.* Plinius lib. VI. cap. XXIV. *Mox Ichthyophagos Oritas, propria, non Indorum lingua utentes, per* CC *mill. pass. Indo posterε Arbiorum gentem per* CC *mill. Ichthyophagos omnes Alexander vetuit piscibus vivere.* Eundem fuisse populum existimo, qui a Diodoro lib. XVII. *Νεωρῖται* dicuntur, et Dionysio versu 1096. *Ὠρῖται.* Ego antiquum illorum nomen *Ὠρῖται* fuisse arbitror, sed quod hunc in modum scribebatur *ΗΩΡΙΤΑΙ*, cuius primum elementum *H* saltem fuit *ἐπίσημον*, non vero litera, cuius rei Scaliger alibi plura adfert exempla. Librarii usum eiusmodi aspirationis non capientes, eam in proximae figurae literam *N* commutarunt, adeo ut pro *ΗΩΡΙΤΑΙ* reponerent *ΝΩΡΙΤΑΙ*, ex quo tandem *Νεωρῖται* et *Νεάρται* factum est.

— *Πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ, κατὰ τὴν Ἰνδικήν.*] Nullam profecto prope Indiam *Ὀπιανὴν* collocant Geographi, quare hic omnino rescribendum putat Salmasius: *ἐν τῇ Ἀριανῇ κατὰ τὴν Ἰνδικήν.* Arianem usque ad Indiam pertinere constat ex Strabone, et diversam esse ab Aria. Diversa igitur haec Alexandria *Ἀριανῆς* ab altera Alexandria, quae cognominatur *ἐν Ἀρίοις.* Et putat Salmasius hanc *Ἀριανῆς* Alexandriam ipsam esse, quam sub Caucaso condidit Alexander, quum Bactra trans montem illum transiturus esset. Nullam etiam reperit apud nostrum in mentione omnium urbium, quae hoc nomen tulere, cui melius ista conveniant. *Ἀριανὴ* usque ad Indum amnem teste Strabone pertinebat. Sub Paropamiso et Caucaso tota erat. Hinc Dionysius canit omnes populos, qui Paropamisum accolerent in universum appellatos *Ἀριηνούς.*

—— *ὅσσους τε παρὰ πτυχὶ Παρνησοῖο*
Ξυνῇ ὁμῶς μάλα πάντας ἐπωνυμίην Ἀριηνούς.

Idem alio loco *Ἐρυθραίους Ἀριηνοὺς* vocat, quasi usque ad Erythraeum sinum sive Persicum pertinerent. Latissime itaque patebat Ariena regio et multos populos comprehendebat. Strabo lib. XI. *μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικήν ἐστιν Ἀριανή. Ergo Indiae proxima Ariane.* Aria strictior sumitur, quam Strabo cum Magiana describit lib. XI.

— *Ἕκτη, πάλιν Ἰνδικῆς.*] Non unam tantum hoc nomine civitatem Alexander in India condidit: et cum Epitomator de eius situ nihil reliquit, quod accuratum decet Geographum, nihil certi proferre queo. Fulgosus lib. VIII. cap. 15. *Urbes ab Alexandro nominatae in India, apud Assyrios, Aegyptum atque Asi-*

[redacted]

am, item a Seleuco Seleuciae, Antiochiae ab Antiocho, Caesareae quoque per terrarum orbem a Caesaribus conditae.

— Ἑβδόμη, ἐν Ἀρίοις, ἔθνει Παρθυαίων, κατὰ τὴν Ἰνδικήν.] Hoc in loco, notante magno Salmasio, Stephanus Arios cum Arienis eosdem statuit; nam Ἀριηνοὶ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν sunt. Arii vero proprie sumpti vicini non sunt Indiae, utpote qui habeant ab oriente Paropamisadas. Inter provincias et satrapias orientis et imperii Parthici nullam nominant Arianem, sed Ἀρίαν 95
solam recensent auctores antiqui, Isidorus Characenus, Arrianus, a
Ptolemaeus aliique. Unde satis ostenditur Ἀρίαν et Ἀριανὴν eandem fuisse, sed modo strictius modo latius sumi solitam. Huius oppidi meminit Isidorus Characenus, cuius verba ex mente Salmasii ita sunt constituenda: ἐντεῦθεν Ἀρία, σχοῖνοι λ'. ἔνθα Κανδαὴ πόλις, καὶ Ἀρτακαύαν πόλις, καὶ Ἀλεξάνδρεια ἡ ἐν Ἀρίοις. Strabo lib. xv. Μέχρι μὲν Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν Ἀρίοις ἀπὸ Κασπίων πυλῶν διὰ τῆς Παρθυαίας, μία καὶ ἡ αὐτὴ ὁδός. Ammian. Marcell. lib. xxii. *Abundat autem haec eadem Aria oppidis: inter quae sunt celebria, Bitaxa, Sarmagina, et Sotira, et Nisibis et Alexandria.* Plinius lib. vi. cap. xxiii. *Oppidum Artacoana, Arius amnis, qui praefluit Alexandriam ab Alexandro conditam.*

— Ὀγδόη, τῆς Κιλικίας.] Satis notum est hoc Ciliciae oppidum, situm ad sinum Issicum, inter Issum et Seleuciam Pieriae. Hoc tractu describitur a Ptolemaeo l. v. c. xv. Μετὰ τὴν Ἰσσὸν καὶ τὰς Κιλικίας πύλας, Ἀλεξάνδρεια ἡ κατὰ Ἰσσόν. Μυρίανδρος, Ῥῶσσος, ὁ σκόπελος ὁ Ῥωσσικὸς, Σελεύκεια Πιερία, Ὀῤῥόντου ποτ. ἐκβολαί. Willebrandus ab Oldenburg, Canonicus Hildeshaemensis, qui anno cIɔccxI. terram sanctam lustravit, refert in itinerario suo urbem tunc temporis ab indigenis *Alexandrettam* appellari; eius verba quia urbis situm non obscure indicant, huc transcribam. *In prima planitie huius terrae, et in exitu montium* (intelligit sine dubio montem Amanum, qui se ab Issico sinu, sive ab Alexandria usque ad Euphratem extendit.) *quos uno die magna transivimus cum difficultate,* * *et venimus Alexandrettam, quae erat civitas murata, in littore maris sita, modo destructa. Istam, ut dicunt indigenae, Magnus Alexander, ad custodiam sui equi Bucephali, qui tunc infirmabatur, laboribus unius diei composuit, et a suo nomine denominavit: iuxta etiam illam prata sunt equis commodissima.*

— Ἐννάτη, ἐν Κύπρῳ.] Haec Alexandria non admodum est celebris, et dubito vehementer an aliis Geographis sit commemorata. Fasti Siculi mentionem faciunt de quadam Alexandria

ad Cypridis flumen exstructa, quae an pro hac eadem sit habenda, iudicabit lector.

— *Δεκάτη, πρὸς τῷ Λάτμῳ τῆς Καρίας.*] Et de hac Cariae Alexandria altum apud Geographos et historicos silentium. Latmus mons Cariae non ignobilis est, quem Mela lib. I. cap. XVIII. Ioniae tribuit.

— *Ἑνδεκάτη, κατὰ Βάκτρα.*] Bactrianorum urbs metropolis Bactra, alio nomine Zariaspa dicebatur, condita erat ad amnem eiusdem nominis. Curtius lib. VII. cap. VII, *Ipsa Bactra regionis eius caput, sita sunt sub monte Paropamiso. Bactrus amnis praeterit moenia: is urbi et regioni dedit nomen.* Sed cum urbs et amnis apud alios idem nomen gerant, ex Stephani verbis non facile colligitur, an urbs, an vero amnis intelligi debeat: et quia Geographus lib. XI. refert, Alexandrum in Bactriana et Sogdiana octo urbes aedificasse, difficulter huic urbi suum situm assignabimus.

— *Δυοδεκάτη, ἐν Ἀραχώτοις.*] Duodecima haec non est eadem neque confundenda cum decima quinta, de qua Stephanus ita loquitur: *Πεντεκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμοροῦσα τῇ Ἰνδικῇ.* Puto Isidorum Characenum in *Σταθμοῖς* Parthicis huius duodecimae meminisse, sed ab ipso Alexandropolis appella-
95 tur, quod discrimen auctores parvi faciunt: *εἶτα Ἀλεξανδρόπολις,*
b *μητρόπολις Ἀραχωσίας. ἔστι δὲ Ἑλληνίς, καὶ παραῤῥεῖ αὐτὴν ποταμὸς Ἀραχωτός.*

— *Τρισκαιδεκάτη, ἐν Μακαρήνῃ, ἣν παραῤῥεῖ ποταμὸς Μαξάτης.*] Turpissimis mendis hic locus est conspurcatus, quod vidit vir summus Salmasius, qui eum hoc modo in integrum restituit: *Τρισκαιδεκάτη ἐν Σακασηνῇ, ἣν παραῤῥεῖ ποταμὸς Ἰαξάρτης.* Inter tot Alexandrias, nullam in Sacarum regione collocasse, non est verisimile, cum alii auctores ibi plures enumerent. Isidorus in Parthicis *Σταθμοῖς* duas apud Sacas recenset: *ἔνθα βασίλεια Σάκων, καὶ πλησίον Ἀλεξάνδρεια πόλις, καὶ πλησίον Ἀλεξανδρόπολις πόλις.* Deinde pro *Μαξάτης* substituit *Ἰαξάρτης*, nam nullus hoc nomine fluvius reperitur: *Ἰαξάρτης* appellabatur Tanaïs Scythicus, ultimus Scythicorum amnium ad septentrionem, qui se in mare Caspium exonerat. Strabo lib. XI. *Καὶ ὁ Ἰαξάρτης ἐκδίδωσί τε ὁμοίως ἐκείνοις εἰς τὸ Κάσπιον πέλαγος, πάντων ἀρκτικώτατος· τοῦτον οὖν ὠνόμασαν Τάναϊν.* Hunc amnem ita nominari etiam scribit Arrianus lib. III. *Τῷ δὲ Ταναΐδι τούτῳ, ὃν δὴ καὶ Ἰαξάρτην ἄλλῳ ὀνόματι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων βαρβάρων καλεῖσθαι λέγει Ἀριστόβουλος, αἱ πηγαὶ μὲν ἐκ τοῦ Καυκάσου ὄρους καὶ αὐτῷ εἰσίν.* Ita hic locus est legendus, uti ante alios admonuit Salmasius. Stephanus

[redacted]

tamen non ignoravit hunc amnem ita fuisse dictum, sed eum confundit cum Tanai Maeotico, uti ex voce *Τάναϊς* liquido apparebit. Collocat igitur Stephanus quartam decimam Alexandriam ad fluvium Iaxartem finitimis barbaris sic dictum; qui tamen ab aliis Tanais vocabatur. Haec igitur eadem est Alexandria, quam pro decima octava ad Tanaim ab Alexandro conditam perhibet. Erroris autem huius fons in geminata fluvii appellatione consistere videtur.

— *Τεσσαρεσκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Σωριανοῖς, Ἰνδικῷ ἔθνει.*] Vossianus cod. *παρὰ τοῖς Σαριανοῖς.* Fortassis *Sorani* iidem erunt, qui a Ptolemaeo *Sorae* appellantur, suntque populi Indiae intra Gangem. Ita enim ille lib. VII. cap I. *Μεταξὺ δὲ τοῦ Βιττίγου ὄρους, καὶ τοῦ Διοάθρου Σῶραι νομάδες, ἐν οἷς πόλεις, Σαγγάμαρτα, Ἀρκάτου βασίλειον, Σῶρα* etc. *Sorani* enim nullibi sunt nisi in Italia, suntque oppidani ita dicti ab oppido *Sora*, sito supra Arpinium et villam Ciceronis apud dextram Liris ripam. Cicero in orat. pro Cn. Plancio: *Nemo Arpinae, non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Casinas.*

— *Πεντεκαιδεκάτη, παρὰ τοῖς Ἀραχώτοις, ὁμοροῦσα τῇ Ἰνδικῇ.*] Iam de Alexandria ad amnem Arachotum sita, supra egimus. Haec alia est Indiae proxima, et in ea Arachosiae parte, quam veteres *Ἰνδίαν λευκὴν* vocabant.

— *Ἑκκαιδεκάτη, κατὰ τὸν Μέλανα κόλπον.*] Haec eadem est Alexandria, quam supra tertio loco posuerat, ad quae Stephani verba commentarios nostros lege.

— *Ἑπτακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπαμισάδαις.*] Ptolemaeus duas in Sogdiana Alexandrias numerat, alteram *Ὠξιανὴν* cognominatam, alteram *ἐσχάτην*, quas longissime a fluminibus removet. Locum Ptolemaei habes lib. VI. cap. XII. Si hoc loco non intelligamus *Ἀλεξάνδρειαν Ὠξιανὴν*, eam confundemus cum decima octava, quae eadem est, quam pro decima tertia habuit Epitomator. Nam quae *ἐσχάτη* cognominatur, *ἐπ' αὐτῷ τῷ Ταναΐδι* constructam ab ipso Alexandro auctores commemorant.

— *Ὀκτωκαιδεκάτη, ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος, αὐτοῦ κτίσμα.*] Salmasius ex libris antiquis hunc locum ita constituit: *ὀκτωκαιδεκάτη, ἐπὶ τοῦ Ταναΐδος, αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου κτίσμα.* Huius oppidi ab Alexandro ipso conditi meminit Arrianus lib. IV. hisce verbis: *Αὐτὸς δὲ πρὸς τῷ Ταναΐδι ποταμῷ ἐπενόει πόλιν οἰκίσαι, καὶ ταύτην ἑαυτοῦ ἐπώνυμον.* Et paulo post sequitur: *Αὐτὸς δὲ τὴν πόλιν, ἣν ἐπενόει, τειχίσας ἐν ἡμέραις εἴκοσι.* Palam est Tanaïdis nomine apud Stephanum Iaxartem intelligi debere, uti supra multis docuimus. Plinius lib. VI. cap. XVI. *Gens haec obtinet a-*

96
a

versa montis Paropamisi ex adverso fontis Indi: includitur flumine Ocho: ultra Sogdiani, oppidum Panda: ut in ultimis eorum finibus Alexandria oppidum, ab Alexandro magno conditum. Arae ibi sunt ab Hercule ac Libero constitutae, item Cyro ac Semiramide, atque Alexandro: finis omnium eorum ductus ab illa parte terrarum includente flumine Iaxarte, quod Scythae Silin vocant: Alexander militesque eius Tanaïn putavere. Haec igitur Alexandria illa est, quam Ptolemaeus *Ἀλεξάνδρειαν ἐσχάτην* appellat lib. VI. cap. XII. et ibi metam expeditionum suarum posuit Alexander: sed eam longius a flumine Ptolemaeus collocavit.

— *Ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος.*] Ptolemaeum Geographum non intelligo, sed regem hoc nomine, qui Lagi filius dicebatur: qui teste Arriano lib. I. accuratissime Alexandri res gestas conscripsit. Huius scriptoris etiam meminit Stephanus in voce *Ἀγχιάλη*.

— *Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ, Ἀλεξάνδρειά λεγόμενος.*] Haec Alexandria non est confundenda cum Alexandria quae Troas cognominatur, quod nuper a viro quodam doctissimo factum animadverto. Nomen habet hic locus ab Alexandro, qui ibi iudex inter Deas sedit. Theophrastus, qui tempore Alexandri Magni vixit, *Ἀλεξάνδρειαν Δάφνην* hanc nominavit, ut videatur non recens nomen ab Alexandro Philippi, sed antiquius ab Alexandro Paride sortita; ita enim loquitur lib. III. cap. XVIII. *ἴδια δὲ καὶ τάδε περὶ τὴν Ἴδην ἐστὶ, οἷον ἥ τε Ἀλεξάνδρεια καλουμένη Δάφνη.*

— *Πάριν διακρῖναι τὰς θεάς.*] De hoc iudicio apud Ovidium legito epistola XVI. ubi Paris ita introducitur:

Praeposui regnis ego te; quae maxima quondam
Pollicita est nobis nupta sororque Iovis:
Dumque tuo possem circumdare brachia collo,
Contempta est virtus Pallade dante mihi:
Cum Venus et Iuno, Pallasque in vallibus Idae
Corpora iudicio supposuere meo.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλεξανδρεὺς, ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου γενικῆς.*] Igitur hoc gentile secundum Stephani canonem non deducitur a voce *Ἀλεξάνδρεια*, sed a genitivo primitivi *Ἀλεξάνδρου*. Idem etiam docet in voce *Αἴλια, πόλις Παλαιστίνης*: sed multo manifestius in vocabulo *Εὔβοια*. Locum, quia valde ad rem facit, ut in MSS. concipitur transcribam: *Τὸ ἐθνικὸν τῆς νήσου Εὐβοιεύς. καὶ Εὐβοιΐς τὸ θηλυκὸν, καὶ Εὐβοεὺς, χωρὶς τοῦ ι. καί
96 τοι ἀπὸ τῶν εἰς α παραγόμενα εἰς ευς φυλάττει τὴν παραλήγου-
b σαν. Διὸ καὶ τὸ Ἀλεξάνδρεια οὐ προϋπάρχει τοῦ Ἀλεξανδρεύς. Ἔδει*

[redacted]

γὰρ Ἀλεξανδρεύς, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀλέξανδρος, ὡς Ταρσὸς Ταρσεύς.] Hoc gentile etiam in nummis Gordiani conspicitur, in quibus Dianae Ephesiae ac Serapidis, vel etiam Phari expressae icones reperiuntur: *ΟΜΟΝΟΙΑ ΕΦΕCΙΩΝ Κ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ*, aut: *ΕΦΕCΙΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ*. Reliqua illa gentilia Ἀλεξανδρειώτης et Ἀλεξανδρειανός, quae ab hac voce formantur, non sunt in usu apud idoneos auctores, quare pro Grammaticorum nugamentis, vel saltem non magnopere aestimanda videntur.

— Τὸ Ἀλεξανδρίτης.] Haec esset Aegyptiorum forma: Aegyptii enim, uti docet Stephanus in voce Ἄβλις, gentilia sua plerumque in ιτης terminant, praesertim si a nominibus in ις deducantur. Attamen nomina quae apud illos in ος exeunt, etiam habent gentilia in ιτης desinentia: sic Κάνωβος habet Κανωβίτης; et sic Ἀλεξανδρίτης non posset formari ab Ἀλεξάνδρεια, sed a primitivo Ἀλέξανδρος.

— Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως.] Vossius in Syntagmate de Historicis Graecis ex hoc Stephani loco probare nititur Phavorinum Κυρηναϊκὰ scripsisse. Sed existimo hic specialem urbis cuiusdam descriptionem allegari.

— Ἀλεξανδρειώτην φησί, παρὰ τὸ Ἀλεξανδρειανός.] Hic locus non est integer, et ei quaedam videntur excidisse: si mei arbitrii res foret, legerem: Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρειώτην φησί, καὶ παρὰ τὸ Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρειανός, ὡς Μύρλεια Μυρλειανὸς etc. Sed apud Epitomatorem in voce Μύρλεια e gentili τὸ Ι reiicitur.

— Νικάνωρ δὲ ὁ Ἑρμείου, ἐν τῇ περὶ Ἀλεξανδρείας πρώτῃ.] Leander Nicanor Hermiae filius fuit Grammaticus Alexandrinus, ut Suidas in eius vita perhibet. Hic libros de Alexandria, ubi degebat, conscripsit, de quorum numero non sumus certi. Vide Voss. de Hist. Gr. lib. II. cap. XII.

— Καὶ τὸ Ἀλεξανδρῖνος.] Hoc gentili utitur Strabo lib. XIII. ubi refert Hestiaeam Alexandrinam dissertationem edidisse, utrum, quae Homerus de bello circa Troiam gesto cecinit, historia, an fabula sint: Παρατίθησι δ' ὁ Δημήτριος καὶ τὴν Ἀλεξανδρινὴν Ἑστιαίαν μάρτυρα, τὴν συγγράψασαν περὶ τῆς Ὁμήρου Ἰλιάδος. Et in nummo Lepidi haec inscriptio legitur: *ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ*.

— Οὐ μέν τοι τὸ Ἀλεξανδρεώτης.] Fortassis ut supra legendum: οὐ μέν τοι τὸ Ἀλεξανδρειώτης.

— Παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα.] Salmasius in Plinianis exercitationibus locum ex Apuleii herbario producit et corrigit, ubi haec planta etiam *Alexandra* appellatur: *Eupeplios Graeci, Da-*

phnoides, *Hypoglosson*, *Eupetalon*, *Diglosson*, *Daphne Samo-*
97 *thracia*, *Daphne*, *Stephanos Alexandra*, *chamaedaphne*, *carpo-*
a *phyllon*, *daphnitis*, *Latini pervincam*, *victoriae folium*, *laurum Alexandrinam*, *Macedonicam*, *lauraginem*, *mustellaginem terrestrem vocant.*

— Ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς ἀγῶσι.] Cave haec intelligas de Alexandro Magno: sunt enim de Alexandro Paride accipienda, qui in agonali certamine omnes vincebat atque superabat. Servius ad lib. v. Aeneid. et speciatim ad haec poëtae verba:

Solus qui Paridem solitus contendere contra.

Sane hic Paris, secundum Troica Neronis, fortissimus fuit, adeo ut in Troiae agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem: qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum, quod allatis crepundiis probavit: qui habitu rustici adhuc latebat.

— Τινὲς δὲ δανάην αὐτὴν καλοῦσιν. οἱ δὲ χαμαιδάφνην.] Libri calamo exarati a vulgatis nihil differunt, attamen contendit Salmasius in margine sui Stephani hic debere legi: τινὲς δὲ δάφνην αὐτὴν καλοῦσι. οἱ δὲ χαμαιδάφνην. Utroque modo haec planta appellatur, et δανάη et δάφνη, verum quia in Stephani verbis sequitur, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, a partibus Salmasii starem, et pro δανάην etiam δάφνην reponerem. Dioscorides lib. IV. cap. CXLII. hanc herbam δανάην appellat; cuius verba ex optimo codice ita emendavit Salmasius: Δάφνη Ἀλεξάνδρεια, οἱ δὲ Ἰδαίαν, οἱ δὲ Δανάην, οἱ δὲ Ζαλίαν, οἱ δὲ στέφανον Ἀλεξάνδρου καλοῦσι, φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει. Quae autem sit Alexandria, quae danaë, quae daphne et chamaedaphne apud Salmasium in Solinum legito.

— Οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον.] Salmasius in Plinianis exercitationibus et ad oram sui codicis testatur, se in optimo MS. invenisse: οἱ δὲ ἐπιφυλλάκανθον, καὶ φυλλόκαρπον: quam lectionem vulgatae longe praefert. Nam ἐπιφυλλάκανθος dicitur, quod folia pungentia haberet, ut Myrta sylvestris. Plinius de illa: *folio acutiore quam Myrti.* Dioscorides: φύλλα ὀξυμυρσίνῃ ὅμοια ἔχει. Plantam, quam Stephanus vocat φυλλόκαρπον, Plinius καρπόφυλλον et Theophrastus ἐπικαρπόφυλλον appellavit, quod fructum ex mediis foliis producat, ut et Myrtus sylvestris, quae κεντρομυῤῥίνη Theophrasto, aliis ὀξυμυρσίνη, et Latinis *Ruscus* dicitur.

Ἀλήσιος, τῆς Ἤλιδος πέτρης, τῆς Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου, ἀπὸ Ἀλησίου τοῦ Σκηλοῦντος υἱοῦ.] Constanter sic legunt codd. scripti et vulgati omnes; verum quia ab Epitomatore non additur

[redacted]

nomen urbis, merito hunc locum mutilatis annumeramus: imo hoc non tantum huic loco deest, sed praeterea etiam omni sensu est destitutus, cuius rei mala interpunctio praecipua causa est: nam illa verba, *πέτρης τῆς Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου*, non sunt Stephani aut Epitomatoris, sed Homeri, et desumpta ex Iliad. *Λ.* versu 755. cuius integer locus ita sonat:

Ὄφρ' ἐπὶ Βουπρασίου πολυπύρου βήσαμεν ἵππους,
Πέτρης τ' Ὠλενίης, καὶ Ἀλησίου, ἔνθα Κολώνη
Κέκληται. — — —
Donec in Buprasium frugum ferax egimus equos
Petramque Oleniam et Alesium, ubi est quae Colone 97
Appellatur. b

Proinde hunc locum ita supplerem et distinguerem: *Ἀλήσιος, πόλις τῆς Ἤλιδος. Ὅμηρος·*

Πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλησίου. — —

Ἀπὸ Ἀλησίου τοῦ Σκηλοῦντος υἱοῦ. Hanc veram esse lectionem, nemo in dubium vocabit. Non semper τὸ *Ἀλήσιος* cum *η* scribitur, sed aliquando *Ἀλείσιος* cum diphthongo, et ita olim Eustathius, ut Iliad. *B.* testatur, in antiquis Homeri exemplaribus invenit:

Πέτρη τ' Ὠλενίη, καὶ Ἀλείσιον ἐντὸς ἐέργει.

Ad quae verba Archiepiscopus ita commentatur, et huius scripturae apud Stephanum meminit: *Τὸ δὲ Ἀλείσιον, ἐν μὲν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων, διὰ διφθόγγου φέρεται. ὡς ἀπὸ τοῦ ἀλέω ἀλέσω, ἀλείσιον κατὰ τὸν Ἐτυμολόγον. ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἐκθέτης, διὰ τοῦ η γράφει αὐτό. λέγων οὕτω καλεῖσθαι, ἀπὸ Ἀλησίου υἱοῦ Σκιλλοῦντος, ἑνὸς τῶν τῆς Ἱπποδαμείας μνηστήρων.* Ita legenda sunt haec verba Eustathii, si ex iis verum sensum percipere desideres, uti manifeste declarat locus Etymologici magni auctoris: *Ἀλείσιον, τόπος οὕτω καλούμενος, ὥς λέγει ὁ Χοιροβοσκός. ἀπὸ τοῦ ἀλέω ἀλέσω Ἀλείσιον. Πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλεισίου.* Hinc liquet apud Homerum, loco a Stephano allegato, male scribi *Ἀλησίου* pro *Ἀλεισίου*. Hanc scripturam etiam agnoscit Strabo lib. VIII. Verum sua aetate locus appellabatur *Alesiaeum*; eratque situs iuxta Amphilochidem, ubi singulis mensibus in forum conveniebant vicini.

— *Τοῦ Σκηλοῦντος.*] Sic habent MSS. codices et editi: mallem tamen cum Eustathio scribere, *τοῦ Σκιλλοῦντος.*

— *Οὗτος ἦν.*] Melius in Vossiano Cod. *Οὗτος δὲ ἦν.*

— *Ὡς Συμπρασιεύς.*] Illud gentile videtur corruptum: fortassis legendum est: *ὡς Βουπρασιεύς,*

— *Ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πήγνυται πολὺ ἅλας.*] Ita Eustathius etiam hunc locum ex Epitomatore le-

git, pag. 805. ad Iliad. *B.* *Ἔστι δὲ φησι* (nempe ὁ *τὰ ἐθνικὰ γράψας*) *καὶ Ἀλήσιον Ἠπείρου, παρώνυμον τῷ ἁλί. ὡς πηγνυμένου ἐκεῖ πολλοῦ ἁλός.* Et pag. 883. ad Iliad. *Δ.* eadem ex Stephano referens, inquit: *ἦν δὲ καὶ Ἀλήσιόν φασι πεδίον Ἠπειρωτικὸν, κληθὲν ἀπὸ πηγνυμένου ἐκεῖ πολλοῦ ἁλός.* In schedis Palatinis et Vossianis longe aliter hic locus exaratur: *Ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πηγνυμένου πολλοῦ ἁλός.* Haec lectio magis quidem cum Eustathiana convenit, sed a Graecae linguae elegantia longe recedit, quare vulgata praeferenda videtur. Sed hoc imprimis nunc observandum est, Stephanum in vocabulo *Τράγασαι* hunc Epiri locum *Ἄλσιον* appellare, non vero *Ἀλήσιον*; sed quo in loco mendum lateat, postea videbimus.

Ἀλθαία. Οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας πλησιόχωροι Καρχηδόνος, ἣν ἐκάλουν καὶ καινὴν πόλιν.] Optime suspicatur Salmasius hanc glossam a sciolo quodam esse appositam. Quo enim pertinet hic referre, Carthaginem *καινὴν πόλιν* dictam esse? Hoc suo loco Stephanus docebit.

— *Πλησιόχωροι Καρχηδόνος.*] Recte sic edi curavit Xylander, sed male in aliis editionibus legitur, *πλησιόχωροι Καλχηδόνος.*

98 — *Εὕρομεν δὲ ἐν ταῖς γραφαῖς Δημητρίου.*] Multo melius
a exhibetur in Palatinis codd. *εὕρομεν δὲ ἐν ταῖς συγγραφαῖς Δημητρίου.* Quam emendationem non reiicient illi, quibus discrimen inter *γράφειν* et *συγγράφειν* omnino non est incognitum.

— *Ἀλθαιέα.*] Sic quatuor gentilium formae, in *αιος*, *ατης*, *ανος* et in *ευς* ab hac voce deducuntur; nam haec vox *Ἀλθαιέα* accusativus est a recto *Ἀλθαιεύς.*

Ἁλίαρτος, πόλις Βοιωτίας.] Geographi omnes et historici hanc urbem Boeotiae adscribunt: verum Ptolem. lib. 3. cap. 16. Messeniae mediterraneae etiam alteram tribuit cognominem. Male haec urbs in Hymno in Apollinem, qui Homero adscribitur, *Ἄμαρτος* appellatur:

> *Τὸν διαβὰς ἐκάεργε καὶ Ὠκαλέην πολύπυργον*
> *Ἔνθον ἄρ' εἰς Ἄμαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.*

Versus optime constabit, si legatur, uti sine dubio legendum est:

> *Ἔνθεν ἄῤ' εἰς Ἁλίαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.*

— *Ἀρσενικόν.*] Codex Vossianus, *ἀρσενικῶς:* de genere huius vocabuli inter se acerrime rixantur Grammatici: sed antiqua haec est lectio, quam etiam Eustathius ad Iliad. *B.* secutus est: *Σημείωσαι δὲ ὡς εἴπερ θῆλεος μὲν γένους ἡ Ἁλίαρτος, εὐσυντάκτως δὲ ἔχει οὕτω τὸ ποιήενθ' Ἁλίαρτον, ἄρα κατὰ γένος ὅμοιον προήνεκται καὶ τὸ Πύλον ἠμαθόεντα καὶ ὑλήεντα Ζάκυνθον. ὁ δὲ

[redacted]

τὰ ἐθνικὰ συγγραψάμενος, ἄῤῥενος γένους παραδίδωσι τὸν Ἁλίαρτον. εἰπών. Ἁλίαρτος, πόλις Βοιωτῶν ἀρσενικῶς.

— Ὅμηρος.] Vide locum circa initium Boeotiae.

— Λέγεται δὲ κτισθῆναι ὑπὸ Ἁλιάρτου τοῦ Θερσάνδρου.] De urbis conditore praeter alios legendus Pausanias in Boeoticis. Eustathius uti passim solet verbotenus haec ex Stephano transcripsit. Ἁλίαρτος δὲ ἀρσενικῶς λέγεται κατὰ τὸν τὰ ἐθνικὰ γράψαντα, κτισθεὶς ὑπὸ Ἁλιάρτου υἱοῦ Θερσάνδρου. Etymologici Magni auctor perhibet, hanc urbem ab Alexandro conditam esse, quod an sit verisimile, aliis diiudicandum relinquo.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἁλιάρτιος, ὡς Βοιώτιος.] De gentili non est dubitandum, cum passim apud Pausaniam, Polybium, Strabonem, Plutarchum aliosque scriptores antiquos occurrat: sed quid Βοιώτιος, quod fit a Βοιωτία, huc faciat non video: nisi quis dicat Ἁλιάρτιος et Βοιώτιος a conditorum nominibus derivari. Apud Suidam tamen corrupte legitur Ἁλίαρτας, ἀπὸ Ἁλιαρτίας χώρας. Sine dubio ibi rescribendum est: Ἁλιάρτιος, ἀπὸ Ἁλιαρτίας χώρας.

— Ἀρμενίδας δ' ἐν τῷ ρ, Ἀρίαρτόν φησι.] Scripsit Armenidas Θηβαϊκὰ, teste Scholiasta in lib. I. Apoll. Rhodii. Lubens mihi persuadeo, eundem hunc fuisse auctorem, quem nunc citat 98 b
Stephanus, licet Cl. Vossius male suspicetur, locum Scholiastae esse corruptum. Verum an non praeter *Thebaïca* alia quaedam scripserit, hinc dubitari potest, nam locus Stephani titulum operis non expressit, et si vitii sit immunis, libri centesimi mentionem facit. Sed meam non dissimulabo opinionem, censeo verba esse corrupta et debere legi: Ἀρμενίδας δὲ διὰ τοῦ ρ, Ἀρίαρτόν φησι.

— Ἀρίαρτον.] Vide etiam Eustathium ad Iliad. *B.* loco iam saepius a nobis allegato.

Ἁλιεῖς, πόλις Λακωνικῆς.] A Geographis et Historicis hanc urbem inter Laconicas recenseri non video, quare mendum suspicor, et pro Λακωνικῆς legendum Ἀργολικῆς, licet in scriptis codicibus et aliis editionibus constanter ita reperiatur: nam ipse Stephanus in Τίρυνς, quae Peloponnesi urbs est iuxta Argos sita, testatur, quod prius Ἁλιεῖς dicta sit. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἁλιεῖς, διὰ τὸ πολλοὺς Ἑρμιονέας ἁλιευομένους οἰκεῖν αὐτοῦ. Huc etiam pertinent verba Scholiastae in Thuc. qui ad librum primum ita refert: Ἁλίαι (quod mihi suspectum est) πόλις Πελοποννήσου περὶ Τροιζῆνα τῆς Ἀργολικῆς μοίρας. Eustathius in suis ad Homeri Boeotiam commentariis scribit, urbis nomen esse Ἁλιῦς, quod an mendo careat valde dubito. Καλεῖται δέ φασι Τίρυνς, ἀπὸ Τίρυνθος ἀδελφοῦ Ἀμφιτρύωνος. ἐκαλεῖτο δὲ πρό-

τερον Ἁλιῖς, διὰ τὸ πολλοὺς ἁλιευομένους οἰκεῖν ἐκεῖ. Apud Diodorum lib. XI. legimus: ἐνίκησαν μεγάλῳ στόλῳ καταπλεύσαντες εἰς τοὺς ὀνομαζομένους Ἁλιεῖς.

— Ποῖ τὺ λαβὼν, καὶ ποῖ τὺ καθίξω, καὶ ποῖ τὺ οἴκησιν ἔχων ἁλιέα τε κεκλῆσθαι.] Oraculum illud valde mendosum reperitur in libris scriptis et editis: Salmasius ad oram sui codicis hunc in modum emendare nititur: Ποῖ τὺ λαβὼν, καὶ ποῖ τὺ καθίσων, καὶ ποῖ τὺ οἴκησιν ἕξων ἁλιέα κεκλῆσθαι.

— Ἐλέγοντο δὲ οὕτω, διὰ τὸ πολλοὺς τῶν Ἑρμιονέων ἁλιευομένους, κατὰ τοῦτο etc.] Eadem haec a Strabone referuntur lib. VIII. Ἑρμιόνη δ' ἐστὶ τῶν οὐκ ἀσήμων πόλεων. ἧς τὴν παραλίαν ἔχουσιν Ἁλιεῖς λεγόμενοι θαλαττουργοί τινες ἄνδρες. Dicit eos marginem maritimam incolere; verum an urbem, an vicum possideant, hinc non cognoscitur. Solus Stephanus, cuius testimonio utitur Eustathius, de Haliensium urbe mentionem fecit; et fortassis Thucydidis Scholiastes idem etiam ex Epitomatore hausit.

— Τὸ θηλυκὸν, Ἁλίας.] Thucydides libro IV. Haliensium tractum Ἁλιάδα χώραν appellavit. Hesychio Ἁλικὴ dicitur ἐν Πελοποννήσῳ τῶν Ἁλιέων χώρα. Hinc apud eundem legimus: Ἁλικοὶ καλοῦνται οἱ τὰ πρὸς θάλασσαν οἰκοῦντες μέρη τῆς Πελοποννήσου.

99 a Ἁλιζῶνες. Αὐτὰρ Ἁλιζώνων.] Haec verba Epitomator ex Homeri Boeotia desumpsit.

— Ἔφορος.] Eustathius, uti sequenti commentario apparebit, male hunc scriptorem Εὔφορον appellat. Aliquoties observavi, librarios *Ephori* nomen in *Euphorum* commutasse. Sic in Ἀμαζόνες, ἔθνος γυναικεῖον πρὸς τῷ Θερμώδοντι, ὡς Ἔφορος, eo in loco libri veteres constanter Εὔφορος exhibent. De corrupto *Ephori* nomine lege Scaligerum ad Eusebium anno MCI.

— Τὴν μεταξὺ Μυσίας, καὶ Καρίας καὶ Λυδίας, κειμένην.] Hisce verbis aliquid deesse nemo ibit inficias; et tamen sic exhibent codd. scripti et editi: sine dubio hic locus ita est supplendus: τὴν παραλίαν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας, καὶ Λυδίας κειμένην. Hoc manifeste indicant verba Eustathii ad Iliad. *B.* cuius in Homerum et Dionysium Alexandrinum commentarii, si ad nostra tempora non pervenissent, in Stephano emendando subinde miserrime hallucinaremur. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ ἐπιλεξάμενος, Ἁλιζῶνας γράφει, οὐ μὴν Ἁλιζώνους. λέγων ὅτι Εὔφορός [legendum Ἔφορος] φησι, τοὺς Ἁλιζῶνας τὴν παραλίαν οἰκῆσαι τὴν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυδίας. Hinc luce meridiana clarius apparet in Stephano lacunam debere notari, sed ex Eustathii verbis suppleri posse: verum omnem dubitandi ansam tollit depravata codicis Vossiani lectio, in quam incidebam, postquam

[redacted]

haec typographis excudenda exhibuissem: *Τὴν παραλίαν μεταξὺ Μυσίας* etc. Pergit deinde, et etiam reliqua, quae ad Etymologiam vocis pertinent, transcribit: *Ἴσως δέ φησι διὰ τὸ ὑπερήφανον τοῦ πλούτου κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ α εἰς ι οὕτως ὠνομάσθησαν.*

Ἁλικαρνασσός, πόλις Καρίας.] Sita est urbs ad sinum Ceramicum inter Iasum et Gnidum. Mela lib. I. cap. XVI. refert Argivorum coloniam esse: Strabo lib. quarto decimo inquit, praeter alios Anthem cum Troezeniis urbis conditores fuisse: vide etiam Pausaniam in Corinthiacis. In hac civitate extitisse Mausoli monumentum, Artemisiae opus, unum de septem mundi miraculis, quis ignorat?

— *Ἄνθης φησίν.*] Plutarchus de Musica inter vetustissimos poëtas etiam Anthem nominat, sed an idem hic sit aliis diiudicandum relinquo: *Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν καὶ Λῖνον τὸν ἐξ Εὐβοίας θρήνους πεποιηκέναι λέγει, καὶ Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας ὕμνους.*

— *Ἀπὸ τοῦ ἀλία περιέχεσθαι τὴν Καρίαν.*] Ad marginem sui codicis scripsit Salmasius legendum esse, *ἀπὸ τοῦ ἁλὶ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν*, et ita esse rescribendum cum incomparabili viro censeo. Etymologici Magni Auctor: *Ἁλικαρνασσός, διὰ τὸ πρὸς τῇ ἁλὶ τῆς Καρίας ᾠκίσθαι. οὕτως Ὧρος.* Nusquam vox *ἀλία mare* denotat. Hesychius: *ἀλίαν, θαλαττίαν.* Et substantive si sumatur, tum vasculum significat, in quo sal contunditur, uti liquet ex alio Hesychii loco, qui cum mutilus sit, hoc modo 99
suppleri debet: *Ἁλία, σκεῦος ἐν ᾧ τρίβονται οἱ ἅλες, ἢ εἰς ὃ* b
ἀποτίθενται.

— *Αὐτὸς δὲ ὁ Ἄνθης ἐκ Τροιζῆνος μετῴκισε* etc.] Cave haec referas ad Anthem poëtam Anthedonium, iam statim a Stephano allegatum, de quo Plutarchi testimonium exhibuimus. Haec sunt Callimachi verba referentis, Anthem non tantum ex Troezene misisse coloniam, sed coloniae ducem fuisse, et capta Doriensium tribu, Halicarnassum transtulisse. Praeter Callimachi, etiam Strabonis testimonium habemus, libro XIV. ita scribentis: *Ἔχει δ' ἀκρόπολιν ἡ Ἁλικαρνασσός. πρόκειται δ' αὐτὴν ἡ Ἀρκόννησος. οἰκισταὶ αὐτῆς ἐγένοντο ἄλλοι τε καὶ Ἄνθης μετὰ Τροιζηνίων. Arcem habet Halicarnassus: et ante eam sita est Arconnesus. Conditores urbis sunt cum alii, tum Anthes cum Troezeniis.* De hac re etiam vide Pausaniam lib. II. Sed ibi male *Ἄνθα* appellari videtur. Ab hoc Anthe Halicarnassenses Antheadae appellabantur, uti noster docet in voce *Ἀθῆναι. Ἁλικαρνασσεῖς γοῦν Ἀνθεάδαι, καὶ Φαλανθιάδαι οἱ Ταραντῖνοι ἐλέγοντο.*

— *Λαβὼν τὴν Δύμαναν φυλήν.*] Sic in editis legitur: sed

schedae Palatinae exhibent, *Λαβὼν τὴν Δύμαιναν φυλήν*: haec mihi verissima videtur loci lectio. Ipse Stephanus: *Δυμᾶν*, *φῦλον Δωριέων* etc. *οἱ οἰκοῦντες*, *Δυμᾶνες. καὶ Δυμανὶς τὸ θηλυκὸν, καὶ Δύμαινα.*

— *Νάσασθαι αὐτὸν ἀπὸ Τροιζῆνος.*] Puto haec etiam debere referri ad Anthem. Estque haec locutio Graecis et Latinis non insolens. Virg. Pastor ab Amphriso. Phaed. Fabulator a Phrygia.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Ἰσθμός.*] Huius denominationis etiam Stephanus alio loco meminit: *Ἰσθμὸς, ἡ Ἁλικαρνασσὸς, τῆς Καρίας πόλις.*

— *Καὶ Ζεφύρια, ὡς Φίλων, καὶ Ζεφυρία.*] In scriptis codicibus legitur: *καὶ Ζεφύριον, ὡς Φίλων, καὶ Ζεφυρία.* Hanc veram huius loci lectionem esse coniicio ex alio Stephani loco, ubi inquit: *Ζεφύριον, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας.* Etiam testatur Strabo oppidi nomen antea *Ζεφύρα* fuisse; ita enim scribit lib. XIV: *Εἶθ' Ἁλικαρνασσὸς, τὸ βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, Ζεφύρα καλουμένη πρότερον.*

— *Ὁ πολίτης Ἁλικαρνασσεύς.*] De hoc gentili dubitari non potest, cum multi scriptores ex hac civitate oriundi, hoc nomine insigniantur, et etiam nummi hanc inscriptionem praeferant: in nummo Mediceo sub Geta percusso legimus *ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΜ ΑΤΤΟΝΟΜΩΝ*, et in nummo Lepidi *ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.*

— *Ἁλικαρνάσιός φησι.*] Urbis nomen apud Herodotum nunc cum simplici, nunc vero cum duplici *Σ* exaratur, quare gentile nomen etiam sic scribi posset: sed schedae Vossianae habent *Ἁλικαρνάσσιός φησι.*

100 *Ἁλικύαι. Μεταξὺ κειμένη Ἐντέλλης καὶ Λιλυβαίου.*] Eo-
a dem tractu hoc oppidum a Diodoro Siculo libro XIV. describitur. *Ὁ δὲ Διονύσιος τὴν Αἴγεσταν καὶ τὴν Ἔντελλαν πολιορκεῖν ἔταξεν. αὐτὸς δὲ, τοῦ θέρους ἤδη λήγοντος, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Συρακούσας. τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἔλαβε τὴν ἀρχὴν Φορμίων, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ἐννενηκοστὴ καὶ ἕκτη. ὁ δὲ Διονύσιος μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ Συρακουσῶν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν. πορθοῦντος δ' αὐτοῦ τὴν χώραν, Ἁλικυαῖοι μὲν καταπλαγέντες, διεπρεσβεύσαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ συμμαχίαν ἐποιήσαντο.* Hoc est: *Dionysius Aegestam atque Entellam obsidere iussit: ipse vero, exeunte iam aestate cum exercitu Syracusas regressus est. Anno ad finem delapso, Athenis summum magistratum adit Phormio, et Olympias tum agebatur* XCVI. *Tum Dionysius Syracusis educto exercitu, Carthaginiensium ditionem invadit. Dumque agros po-*

pulatur, Halicyenses metu perculsi, missis in castra legatis, societatem cum eo iunxerunt. Observat Geographiae peritissimus Cluverius, inter Entellae ruinas et Lilybaeum etiamnum celebre oppidum, vulgari vocabulo *Salemi* dictum: quod profecto antiquum illud nomen Ἁλικύαι in vulgarem linguam conversum gerit: nam Ἁλικύαι recte a voce ἅλς, sive ἁλικὸς *salsus*, et *Salemi* a Latina voce *Salum* deduci posset.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἁλικυαῖος.*] Sic passim a Diodoro huius oppidi gentile exprimitur: sed Latino ore oppidani HALICIENSES appellantur. Vide Pl. lib. III. cap. VIII. et Ciceronem oratione tertia in Verrem.

Ἀλίκυρνα, κώμη Ἀκαρνανίας.] Scylax Caryandensis in Periplo refert urbem esse, eamque non Acarnaniae sed Aetoliae attribuit: verum qui in Geographicis parum sunt versati optime norunt, urbes Aetoliae et Acarnaniae a scriptoribus saepenumero confundi. Scylacis verba haec sunt: *Μετὰ δὲ Ἀκαρνανίαν Αἰτωλία ἐστὶν ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· Καλυδὼν, Ἀλίκυρνα, Μολυκρεία, καὶ ὁ Δελφικὸς κόλπος.*

— *Στράβων.*] Nulla quod sciam apud Strabonem huius vici mentio reperitur.

Ἁλιμοῦς, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.] Huius demi in Vossiano codice nulla reperitur mentio. Unde nomen habeat legimus apud Etymol. Mag. auctorem: *Ἁλιμοῦς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἁλίμων, Ἁλιμόεις καὶ Ἁλιμοῦς. πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα χωρία οὕτως ὠνόμασται. καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ῥάμνων Ῥαμνοῦς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς.* In Xylandri editione gentile nomen huius Demi est Ἁλιμύσιος, pro quo ex aliis editionibus Ἁλιμούσιος rescripsimus.

Ἄλινα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. ὁ πολίτης, Ἀλινδεύς.] Locus est corruptus, et nullum auxilium a MSS. Schedae 100 b
Palatinae et Vossianae legunt: *Ἄλινα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. ὁ πολίτης, Ἀλινδρεύς.* Sine ulla dubitatione legendum est, uti et gentile manifeste indicat: *Ἄλινδα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυΐστωρ. ὁ πολίτης Ἀλινδεύς.* Ptolemaeus lib. V. cap. II. hanc civitatem Cariae inter Stratonicen et Badessum collocat: *Ἀλάβανδα, Στρατονίκη, Ἄλινδα, Βαδησσὸς, Μύλασσα* etc. Vide etiam Plinium lib. V. cap. XXIX. Arrianum de Exp. Alex. Mag. lib. I. Const. Porphyrog. de Them. lib. I. cap. 3.

— *Ὁ πολίτης Ἀλινδεύς.*] Bene se habet oppidani nomen: in vetere numismate *ΑΛΙΝΔΕΩΝ* excusum vidit Ful. Ursinus, uti notis ad Polybii Legat. testatur.

Ἀλίμαλα. Καπίτων Ἰσαυρικῶν δευτέρῳ.] Vide Vossium de Hist. Graecis lib. IV. cap. IV.

[redacted]

Ἀλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας.] Melius habet codex Vossianus: *Ἀλίσαρνα, πόλις τῆς Τρωάδος χώρας.* Apud Xenophontem variis modis oppidi nomen exaratur: lib. III. Hellen. *Ἀλισαρνία*, et Anabas. ultimo *Ἐλισάρνη* reperitur. Huius oppidi etiam meminit Plin. lib. v. cap. XXX, sed ab ipso Haliserne dicitur. Puto tamen Stephanum verum nomen habere.

— *Τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐτὸς, Ἀλισαρναῖος.*] Bene se habet hoc gentile: nam eodem modo in antiquis numismatibus legitur. Num. Vespasiani habet: *ΑΛΙΣΑΡΝΑΙΩΝ.*

Ἀλίφειρα πόλις Ἀρκαδίας etc.] Puto haec esse transcripta ex Pausaniae Arcadicis, sed ibi civitatis et gentilitii penultima syllaba per *η* exaratur, quam scripturam Stephanus prorsus improbat, nam infra addit: *εὕρηται ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου.* Pausaniae verba sic se habent: *Ἔστι δὲ Ἀλιφήρα πόλισμα οὐ μέγα. ἐξελείφθη γὰρ ὑπὸ οἰκητόρων πολλῶν, ὑπὸ τὸν συνοικισμὸν τῶν Ἀρκάδων ἐς Μεγάλην πόλιν. Est et Aliphera civitas haud sane magna, quod multitudinis bona pars tunc discessit, quo tempore communi Arcadum consilio Megalopolin colonia deducta est.* Paulo post de conditore haec subiiciuntur: *Ἀλιφηρεῦσι δὲ τὸ μὲν ὄνομα τῇ πόλει γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου Λυκάονος παιδός.* Hunc *Ἀλίφηρον* etiam is, qui Apollodorum in compendium redegit, lib. III. inter quinquaginta Lycaonis filios enumerat. Mallem tamen Stephani scripturam sequi, quam Pausaniae, utpote constantiorem, Polybius enim lib. IV. aliquoties urbem *Ἀλίφειραν* appellat, dicitque antiquitus fuisse Arcadicam, quam postea Elei suae ditionis fecerunt.

101 a — *Ὁ πολίτης, Ἀλιφειρεύς.*] Pausanias oppidani nomen fecit *Ἀλιφηρεὺς*, quod eandem terminationem obtinet, licet in penultima per *η* scribatur; sed Polybius *Ἀλιφειραῖος* lib. IV. *Προσελάβοντο καὶ τὴν τῶν Ἀλιφειραίων πόλιν, οὖσαν ἐξ ἀρχῆς Ἀρκαδίας.*

— *Εὕρηται ἡ παραλήγουσα διὰ διφθόγγου.*] Codices Palatini et Vossianus legunt: *εὕρηται ἡ παραλήγουσα δίφθογγος.* Sic etiam urbis nomen exaravit Polybius, ut iam ostendimus.

Ἀλκομεναί, πόλις ἐν Ἰθάκῃ τῇ νήσῳ.] De vero huius oppidi nomine, nihil quod sciam certi a quoquam statui posset, praesertim cum pauci antiquorum eius meminerint. Plutarchus in Quaestionibus Graecis huius urbis nomen non *Ἀλκομεναὶ*, sed *Ἀλαλκομεναὶ* esse scribit. Verum in alia opinione versatur Apollodorus apud Strabonem lib. x. affirmans, inter Ithacam et Cephalleniam parvam esse insulam Asteriam dictam, in eaque oppidulum exstare Alalcomenas, in ipso isthmo positum. Haec sunt Geographi verba: *Μεταξὺ δὲ τῆς Ἰθάκης καὶ τῆς Κεφαλληνίας*

[redacted]

ἡ Ἀστερία νῆσον. Ἀστερὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεται. ἣν ὁ μὲν Σκήψιος μὴ μένειν τοιαύτην οἵαν φησὶν ὁ ποιητής·

— — λιμένες δ' ἐνὶ ναύλοχοι αὐτῇ

Ἀμφίδυμοι.

Ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος μένειν καὶ νῦν, καὶ πολίχνιον λέγει ἐν αὐτῇ Ἀλαλκομενὰς, τὸ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἰσθμῷ κείμενον. Sed aperte dicam quod sentio: et Plutarchi et Strabonis locus mendo non carent. Transcriptores insigni vecordia primam huius nominis syllabam geminarunt, quod vitii genus haud raro in manu exaratis codicibus occurrit: nam nullo iure Stephani verba in mendi suspicionem venire possunt, quia iam antea et suo loco de oppido Boeotiae Ἀλαλκομεναὶ mentionem fecerat. Si haec civitas in Ithaca eodem nomine fuisset insignita, procul omni dubio ibi etiam eius meminisset: oppidorum enim in variis per totum orbem locis sitorum homonymiam tam accurate persequitur Epitomator, ut plurimas omnino enumeret, quae etiamnum latent et ignorantur, imo quorum apud alios scriptores et geographos ne minima quidem memoria exstat, cuius rei exempla videsis in Ἄβαι, Ἀλεξάνδρεια, et aliis locis quam plurimis. Si igitur oppidi nomen Ἀλαλκομεναὶ fuisset, certissime illud, commoda se ibi occasione offerente, recensuisset.

Ἀλλάλια, πόλις ἐν Κύρνῳ.] Ad oppidi nomen quod attinet, nusquam apud antiquos cum duplici lambda exaratum conspicitur, nisi apud Epitomatorem nostrum. Aliis scriptoribus dicitur Ἀλαλία, quod deinde mutatum est in Ἀλαρίαν, et tandem ab imperitis librariis in Ἀλερίαν, et apud Diodorum lib. v. in Κάλαριν. Diodori locum emendat Cluverius, quem tamen hoc modo constitutum volo: Ὑπάρχουσι δ' ἐν αὐτῇ καὶ πόλεις ἀξιόλογοι δύο· καὶ τούτων ἡ μὲν Ἀλαρία, ἡ δὲ Νίκαια προσαγορεύεται. 101
τούτων δὲ τὴν μὲν Ἀλαρίαν Φωκαιεῖς ἔκτισαν, καὶ χρόνον τινὰ b
κατοικήσαντες, ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς νήσου. *Urbes in ea sunt duae insignes, Alaria et Nicaea dictae. Alariam Phocaeenses condidere: quumque ad tempus eam habitassent, a Tyrrhenis fuerunt eiecti.* Huius oppidi ruinae teste Cluverio paululum a mari remotae conspiciuntur: de eius situ consulendus Ptolem. lib. III. II.

— Κτίσμα Φωκίων, ὡς Ἡρόδοτος.] Hoc loco pro Φωκίων sine ulla dubitatione rescribendum est, Φωκαιέων, ut apparebit, si Herodoti a Stephano allegatum locum inspiciamus: exstat lib. I. hisce verbis: Οἱ δὲ Φωκαιέες ἐπεί τε σφι Χῖοι τὰς νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλεντο ὠνευμένοισι πωλέειν, δειμαίνοντες μὴ αἱ μὲν ἐμπόριον γένωνται, ἡ δὲ αὐτέων νῆσος ἀποκληϊσθῇ τούτου εἵνεκα, πρὸς ταῦτα οἱ Φωκαιέες ἐστέλλοντο εἰς

Κύρνον. ἐν γὰρ τῇ Κύρνῳ εἴκοσι ἔτεσι πρότερον τούτων ἐκ θεοπροπίου ἀνεστήσαντο πόλιν τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη. Phocaeenses autem, quum ipsis Chii insulas, quae Oenussae vocantur, licitantibus addicere nollent, metuentes ne illuc emporium transferretur, obque hanc caussam haec eorum insula excluderetur, concesserunt in Cyrnum. Hic enim iam ante viginti annos civitatem ex vaticinio condiderant, nomine Alaliam.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλλαλιαῖος.*] Editiones, quae ante Xylandri editionem sunt divulgatae, habent: *τὸ ἐθνικὸν, Ἀλαλιαῖος* cum simplici lambda, licet oppidi nomen in iisdem cum duplici exaretur. Hinc coniicerem illud apud nostrum Epitomatorem sic esse rescribendum, si literarum ordo hoc pateretur.

Ἀλλάντη, πόλις Μακεδονίας.] A Plinio lib. IV. cap. X. in Macedonia *Allantenses* commemorantur; qui ab hoc oppido nomen accepisse videntur.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος, ὡς Κυλλήνιος.*] Sic exhibent editi omnes, sed aliter codices scripti. Schedae Vossianae: *τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος, ὡς Κυπαλήνιος*, sed hanc scripturam non admittimus. Salmasius in Palatinis invenit *Παλλήνιος* et *Παλάντιος*, verum ultimum gentile corruptum existimat.

Ἀλλώρια, πόλις τῆς Κρήτης.] Constanter ita legunt libri editi: multum ab hac lectione recedunt Palatini scripti: in optimo Salmasius optime legit: *Ἀλλάρια, πόλις τῆς Κρήτης*. Hoc verum oppidi nomen esse, quis dubitabit, praesertim ubi viderit, in scriptis et editis libris hinc deduci gentile *Ἀλλαριάτης*? In alio Palatino pessime legebat, *Ἀλλάριον, πόλις Κρήτης*. Oppidum est admodum ignobile, et nusquam apud scriptores commemoratum.

Ἀλμήνη, πόλις πρὸς τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, ὡς Ἀῤῥιανός.] Huius urbis in Arriani Periplo nulla exstat mentio. Puto hic
102 *Ἀρμήνην* debere intelligi, de qua infra agit Stephanus, et cuius
a Arrianus in Periplo Ponti Euxini mentionem facit.

Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικόν.] Populi sunt Galliae Narbonensis inter Alpes Graias, sive montem Sancti Bernardi (sic dictum a coenobio quodam, in quo peregrini hospitio excipiuntur) lacum Lemanum, et Hisaram et Rhodanum amnes contenti. Addit Epitomator ex Apollodoro gentem fuisse *δυνατώτατον*, quae vox non duntaxat de viribus corporis, sed etiam de opulentia intelligi potest, et de utroque si acceperis, debitum in gentem honorem conferes; nam omnino ante bella Punica, quemadmodum Livius lib. XXI. cap. XXXI. perhibet, nulla alia Gallica gente aut opibus aut fama inferior fuit; et uti Italiae erat proxima, sic etiam notissima, et Romanis prae caeteris me-

[redacted]

tuenda. Unde haec gens nomen sit sortita, dictu est difficillimum: fortassis a primario quodam oppido Allobriga: sic enim Latobrigi sive Latobrogii ab oppido Latobriga, ad flumen Saltinam in Vallesia sito, denominationem habent.

— Πολύβιος καὶ διὰ τοῦ ι αὐτοὺς καλεῖ Ἀλλόβριγας.] Cod. Vossianus corruptissime: Πολύβιος καὶ διὰ τοῦ ι αὐτὴν καλεῖ Ἀλλόβριγας. Sine dubio Epitomator locum aliquem innuit ex libro tertio, ubi aliquoties de hac gente fit mentio.

— Χάραξ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ Ἀλλόβρογας.] Casus rectus est Ἀλλόβροξ, quem infra ex Τεχνικῷ citat Stephanus noster. Multa nomina in ξ exeuntia, genitivum in γος terminant: ἅρπαξ ἅρπαγος, σάλπιγξ σάλπιγγος, μάστιξ μάστιγος etc. Sic Ἀλλόβροξ Ἀλλόβρογος. Eodem modo et Latini hanc vocem efferunt. Horat. Epod. XVI.

Aemula nec virtus Capuae, nec Spartacus acer
Novisque rebus infidelis Allobrox.

Et Ausonius in catalogo urbium:

Insinuant qua se Sequanus Allobroges oris.

— Οἱ πλείους δὲ διὰ τοῦ ι.] Graecos, non vero Latinos scriptores intellige: nempe Plutarchum, Strabonem, Polybium, Appianum et alios.

Ἄλμων, πόλις Βοιωτίας.] Constanter ita legunt codices vulgati omnes: sed in manu exaratis exstat: Ἄλμος, πόλις Βοιωτίας. Ex gentili infra inde deducto satis apparet, vulgatam lectionem hinc non esse exstirpandam. Posset tamen et manu exaratorum codicum lectio aliquam veri speciem habere, quia post haec verba statim sequitur: καὶ Σάλμον αὐτήν φησι κακῶς. De nomine et situ huius oppidi Boeotiae ex aliis scriptoribus nihil potui recognoscere. Puto Stephanum depravatissimo Hellanici codice usum fuisse, in eo nunc τὸ Ἄλμων, nunc vero τὸ Σάλμος invenisse, et denique τὸ Ἄλμων pro vero civitatis nomine habuisse. Qua in re toto coelo aberravit, cum sine dubio Ὄλμων vel Ὄλμος genuinum huius loci nomen sit: ipse Stephanus alibi inquit: Ὄλμωνες, κώμη Βοιωτίας, ἀπὸ Ὀλμοῦ τοῦ Σισύφου. Ad quae verba nostras observationes legito.

102 b

— Σάλμον αὐτήν φησι κακῶς.] Magna hinc Epitomatoris oscitantia, de qua saepenumero viri eruditione praestantissimi conquesti sunt, cognoscitur: nam hoc loco Hellanicum refutare aggreditur, et alio loco eius erroribus assensum praebet: imo quae nunc improbat, deinde in huius onomastici geographici seriem transfert: Σάλμος, πόλις Βοιωτίας, ἧς οἱ πολῖται Σαλμόνιοι, ὡς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Δευκαλιωνίας. Verum si oppidi nomen sit Ἄλμος, uti codices scripti praeferunt, Hellanicus Stephani

[redacted]

reprehensionem non meretur, nam certum est τὸ Σ nominibus propriis in principio nunc addi, nunc vero demi. Vide supra pag. 85.

Ἀλμωπία, χώρα τῆς Μακεδονίας.] Huius regionis mentio exstat apud Thucyd. lib. II. hisce verbis: *Ἀνέστησαν δὲ καὶ ἐκ τῆς νῦν Ἐορδίας καλουμένης Ἐόρδους, καὶ ἐξ Ἀλμωπίας, Ἀλμῶπας.* Et apud Constantinum Porph. lib. II. de Them. in Macedoniae Themate male *Ἀλμοπία* cum o parvo appellatur.

— *Ἐκ δ' Ἀλμωπίας.*] Ex hisce Stephani verbis quondam viri docti Lycophronis locum emendarunt, in quo pessime legebatur, *ἐκ δ' Ἀλμωνίας* etc.

— *Τυρσηνία.*] In Palatinis male est *Τυρσηνίων*, quod etiam Vossianae schedae exhibent.

— *Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄλμωπος γίγαντος, τὸ ἐθνικὸν, Ἄλμωψ* etc.] Haec et quae sequuntur verba ad finem huius tmematis usque, non satis cohaerent: videntur enim transposita, et hiulca; quare totum locum hunc in modum constituerem atque supplerem: *Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄλμωπος γίγαντος τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἕλλης τῆς Ἀθάμαντος. τὸ ἐθνικὸν, Ἄλμωψ, καὶ ἀπὸ Ἄλμωπος γενικῆς Ἀλμώπιος, καὶ Ἀλμωπία.* Hanc veram esse huius loci lectionem, in dubium vocari non potest. Nemini itaque mirum videatur, quod vocabulum *γενικῆς* inseruerim, nam phrasis est Stephano familiarissima, quaque etiam in praecedenti vocabulo usus est: *τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς Ἄλμωνος γενικῆς, Ἀλμώνιος.* In voce *Ἀκμόνια* haec habet: *Ἀκμονίτης δὲ, ἀπὸ τῆς Ἄκμονος γενικῆς.* Ad quem locum vide notas.

— *Καὶ Ἀλμώπιος.*] Plinius lib. IV. cap. X. Almopios in Macedonia collocat: *Ab hoc amne Paeoniae gentes, Parorei, Heordenses, Almopii, Pelagones, Mygdones.*

103 *Ἀλόπη, πόλις Θεσσαλίας.*] Ex hac epitome aliam confecit
a Eustathius *ἐν ταῖς Παρεκβολαῖς εἰς τὴν Βῆτα ῥαψῳδ. τῆς Ἰλιάδ.* *Ἡ δὲ Ἀλόπη*, inquit, *πόλις καὶ αὐτὴ Θεσσαλική, ὁμωνυμεῖ Ἀλόπῃ θυγατρὶ Κερκυόνος ἢ Ἄκτορος. ἔκειτο δέ φασι μεταξὺ Λαρίσσης τῆς κρεμαστῆς καὶ Ἐχίνου.* Reticentur ab Eustathio auctorum nomina, nempe Pherecydes et Philonides, quorum testimonio Stephanus usus est. Pergit deinde Archiepiscopus: *ὁ πολίτης, Ἀλοπίτης καὶ Ἀλοπεύς. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι Ἀλόπαι, ὧν μία μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυκίας. ἣν λέγει φασὶν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ, ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης.*

— *Τῆς Κερκυόνος.*] Pausanias lib. I. et Hyginus fabula CLXXXXIV. hunc Cercyonem Alopes patrem agnoscunt, non vero Actorem, uti Philonides hic statuere videtur.

— *Φερεκύδης.*] Vide Voss. de Hist. Graec. lib. IV. cap. IV.

[redacted]

— *Ἔστι δὲ καὶ μεταξὺ Λαρίσσης* etc.] De situ huius oppidi lege Strabo lib. IX. et Melam lib. II. III. qui remotius ab Echino collocat.

— *Καὶ τῆς Ἀττικῆς Ἀλόπη.*] In Attica neque fuit oppidum neque pagus hoc nomine, sed sepulchrum sive fons: nam Alope, cum Neptuno Hippothoontem peperisset, eo ipso in loco a Cercyone patre interfecta dicitur. Vide Paus. in Atticis. Hyginus scribit, fabula iam supra allegata, Neptunum Alopes corpus in fontem commutasse, qui ex Alopes nomine cognominatus est: adeo ut hinc coniicere liceat, in Attica vel sepulchrum vel fontem isthac appellatione, non vero oppidum, sive vicum exstitisse.

— *Τρίτη Πόντου.*] Utinam hoc Stephanus aliqua Scriptoris antiqui auctoritate confirmasset! In Ponto fuisse Alopam, ante Strabonis aetatem opinio erat vulgatissima, quam nonnulli ex mala codicum Homeri scriptura hauserant; nam hi poëtae versus Iliad. B.

Αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον
Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

a Palaephato, Menecrate, Demetrio, aliisque e veteribus legebantur depravatissime hunc in modum:

Αὐτὰρ Ἀμαζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
Ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

Sed multis argumentis huius sententiae falsitatem idem Strabo lib. XII. et XIII. prodidit: eius verba, quia valde ad rem faciunt, ex lib. XII. transcribam: *Οἱ μὲν Ἁλιζώνων, οἱ δὲ Ἀμαζώνων ποιοῦσι. τὸ δὲ ἐξ Ἀλύβης, ἐξ Ἀλόπης, ἐξ Ἀόλης.* Deinde paucis interiectis versibus sic pergit: *Ἡ δὲ Ἀλύβη, ὥς τινες Ἀλόβη, ἢ Ἀλόπη, πῶς ἂν ἐν τοῖς τόποις τούτοις ἐξητάζετο; πῶς δὲ τηλόθεν; πῶς δ' ἡ τοῦ ἀργύρου γενέθλη; ταῦτα μὲν ἀπολύεται τῇ μεταγραφῇ. γράφει γὰρ οὕτως·*

Αὐτὰρ Ἀμαζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον,
Ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

ταῦτα δ' ἀπολυσάμενος εἰς ἄλλο ἐμπέπτωκε πλάσμα. οὐδαμοῦ γὰρ ἐνθάδε εὑρίσκεται Ἀλόπη. καὶ ἡ μεταγραφὴ δὲ παρὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων τῶν ἀρχαίων πίστιν, καινοτομουμένη ἐπὶ τοσοῦτον, σχεδιασμῷ ἔοικεν. Vide etiam lib. XIII. in descriptione Troadis.

— *Πενθεσίλεια.*] Una ex Amazonibus; vide Hygin. Fab. CLXIII. et Iustin. lib. II. IV.

— *Τετάρτη, περὶ Εὔβοιαν.*] Mihi certe non fit verisimile in vicinis hisce regionibus circa Euboeam, Phocidem et Locri- 103
dem tres diversas civitates, eodem nomine gaudentes, unquam b
exstitisse. Fuit e regione Euboeae Alope, quam tamen Scylax

[redacted]

ad Locrorum ditionem pertinere affirmat. *Μετὰ δὲ Βοιωτοὺς εἰσὶ Λοκροὶ ἔθνος. Καὶ εἰσὶ κατὰ Εὔβοιαν αὐτοῖς πόλεις αἵδε· Λάρυμνα, Κυνόσουρος, Ἀλόπη. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ Λοκροῖς.* Locris in duas partes dividebatur: alteram habebant Locri Euboeae oppositi; alteram vero partem Locri occidui habitabant, qui et Ozolae appellabantur. Quare in Stephano vellem reponere, *τετάρτη, κατὰ Εὔβοιαν*, pro *περὶ Εὔβοιαν*: nihilominus tamen eadem manebit civitas, quae a Stephano pro sexta eiusdem nominis recensetur. In verbis Scylacis iam allegatis existimo latere mendum, quod viri doctissimi et de Geographia optime meriti nondum animadverterunt: nam *τὸ Κυνόσουρος* videtur ex duabus vocibus conflatum, nempe ex *Κύνος* et *Ὀποῦς*, quas imperiti librarii composuerunt, pro iis *Κυνόσουρος* exarantes: itaque Scylacis locus fortassis sic est restituendus: *Καὶ εἰσὶ κατὰ Εὔβοιαν αὐτοῖς πόλεις αἵδε· Λάρυμνα, Κύνος, Ὀποῦς, Ἀλόπη.* Cynosurus enim hoc loco vox est nihili.

— *Ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης, ὅθ' Ἀμαζονίδων γένος ἐστίν.*] Miror profecto Stephanum, alioquin in Strabonis lectione satis versatum commentitium et spurium hunc versiculum, qui nusquam apud Homerum reperitur, in testimonium advocasse: nam haec lectio, contra veterum librorum auctoritatem, a Menecrate et aliis novata, temeritatem sapit, quemadmodum Strabo, locis iam supra citatis, clarissime demonstravit. Legendum erat:

Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Non possum quin hic in transitu admoneam, versiculum qui hunc praecedit ferme in omnibus, quas videre licuit, Homeri editionibus, turpissimo mendo esse intaminatum. In Giphaniana, Porti, Hackiana, Amstelodamensi aliisque, hunc in modum legitur:

Αὐτὰρ Ἁλιζώνων ὁ Δίος, καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον.

Imperiti editores et fabularum Homericarum ignari interpretes ex *Ὀδίος* fecerunt *ὁ Δίος*, existimantes *τὸ ὁ* esse articulum praepositivum, et ducem illum *Δίον* appellari, quod non tantum textus Graecus, sed etiam illorum versio expresse indicat. Nae illi insigniter errant, nam idem hic est, qui Iliad. *E.* ab Agamemnone e curru eiicitur:

—— *Πρῶτος δὲ ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων*
Ἀρχὸν Ἁλιζώνων Ὀδίον μέγαν ἔκβαλε δίφρου.

Sed optime ille versiculus legitur apud Strabonem, Eustathium aliosque Homeri editores, linguae Graecae non imperitos.

— *Ἀλοπεύς.*] Bene sic habent priores editiones, sed pessime in Xylandri *Ἀλπεύς*, et in Vossiano codice *Ἀλυπεύς* legitur.

[redacted]

Ἁλόνησος.] Fallitur omnino Ortelius existimans hic quendam Thessaliae locum debere intelligi, cum certum sit ex bello, quod Philippus Atheniensibus intulit, Stephanum de maris Aegaei insula loqui. Mela lib. II. cap. VII. *In Aegaeo mari prope Thraciam Thasos, Imbros, Samothrace, Scandice, Polyaegos, Sciathos, Halonesos: et quam aliquando, omnibus qui mares erant caesis, tantum feminae tenuise dicuntur.*

— *Φίλιππος καὶ Ἀθηναῖοι διεφέροντο.*] Historia nota est 104
ex Strabone lib. IX. Nam Philippus viribus auctus, cum videret pe- a
nes Athenienses imperium maris esse, celebriores maris Aegaei insulas in suam potestatem redegit: *Ὕστερον δὲ Φίλιππος αὐξηθεὶς, ὁρῶν Ἀθηναίους ἐπικρατοῦντας τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν νήσων ἄρχοντας καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ἐποίησε τὰς πλησίον ἑαυτῷ μάλιστα ἐνδόξους.*

— *Προκονήσιος.*] Sic edi curavimus: scripti et editiones omnes male exhibebant *Προικονήσιος.* Stephanus: *Προκόνησος, μία τῶν Σποράδων ἐν τῇ Προποντίδι. ὁ πολίτης, Προκονήσιος.*

— *Ἑτέρα τῆς Ἰωνίας.*] Apud Strab. lib. XIII. huius insulae fit mentio, ubi per duplex *N* exaratur. *Μετὰ δὲ Κώρυκον Ἁλόννησος νησίον.*

Ἅλος, πόλις Ἀχαΐας.] Herodotus lib. VII. de hoc oppido mentionem facit, sed ibi per duplex *Λ* scribitur, et etiam in Achaïa ponitur. De hoc oppido etiam loquitur Mela lib. II. cap. III. *At cum littora leguntur, a promontorio Sepiade per Demetrion et Halon et Pteleon et Echinon, ad Pogasaeum sinum cursus est.* In scriptis Stephani codicibus haec vox cum aspiratione scribitur, uti ad oram sui libri observat Salmasius; et quosdam ita hanc vocem exarasse testatur Eustathius ad Hom. pag. 320. *Τινὲς δὲ οἴονται δασύνεσθαι τὴν Ἅλον, ὡς ἀπὸ τῆς ἁλὸς, ὅ ἐστι τῆς θαλάσσης, ἀκολούθως τῷ γεωγράφῳ εἰπόντι, Ἅλος καὶ Ἁλιοῦς, ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Λοκρῶν.*

— *Καὶ Φθιώτιδος ὑπὸ τῷ πέρατι τῆς Ὄθρυος.*] Sic omnes habent editiones, sed observavit clarissimus Vossius ad Melam in veteribus libris alio modo haec verba concipi: *Καὶ Φθιώτιδος ὑπάρχει τῷ πέρατι τῆς Ὄθρυος,* ex quibus verbis locum hunc in modum emendavit: *ὑπ' ἀρκτείῳ πέρατι τῆς Ὄθρυος.* Haec incomparabilis viri emendatio etiam confirmari potest verbis Strabonis, quae lib. IX. leguntur: *Ὁ δὲ Φθιωτικὸς Ἅλος ὑπὸ τῷ πέρατι κεῖται τῆς Ὄθρυος ὄρους πρὸς ἄρκτον κειμένου τῇ Φθιώτιδι:* nam certum est Stephanum ex Strabone hunc locum desumpsisse, uti mox probaturus sum.

— *Ἀπέχει δὲ Ἴτωνος ὡς ἑξήκοντα σταδίους* etc.] Haec verba Stephanus et quae sequuntur ex Strabone transcripsit, cuius lo-

cus ita est legendus: ἀπέχει δ' Ἴτωνος περὶ ἑξήκοντα σταδίους ὁ Ἅλος, ἢ ἡ Ἅλος, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως. ᾤκισε δὲ ὁ Ἀθάμας τὴν Ἅλον.

— *Κτίσαι δ' αὐτὴν Ἀθάμαντα, ἀπὸ τῆς συμβάσης* etc.] Epitomatorem sequitur Eustathius in suis ad Catalogum commentariis: Ἅλος δὲ, οὐ μόνον ἡ Φθιῶτις αὕτη, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀχαΐας πόλις. κτισθεῖσα δέ φασιν ὑπὸ Ἀθάμαντος, ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς αὐτῷ συμβεβηκυίας ἄλης ἤτοι πλάνης, ἣν ἔπαθεν εἰς μανίαν ἐμπεσών. ἕτεροι δὲ ἱστοροῦσι, θεράπαιναν Ἀθάμαντος εἶναι τὴν Ἅλον, τὴν μηνύσασαν τὴν Ἰνὼ φρύγειν τὰ σπέρματα. ἧς εἰς τιμὴν ἡ πόλις ὠνόμασται. γυνὴ δὲ Ἀθάμαντος ἡ Ἰνώ.

— *Ἀπὸ τῆς συμβάσης αὐτῷ ἄλης.*] Athamantem Boeotia pulsum multum terrarum peragrasse, et post longum errorem in Thessaliam venisse testantur passim Mythologiae doctores. Apoll. lib. I. Ἐκπεσὼν δὲ τῆς Βοιωτίας, ἐπυνθάνετο τοῦ θεοῦ,
104 ποῦ κατοικήσει. χρησθέντος δὲ αὐτῷ κατοικεῖν ἐν ᾧπερ ἂν τόπῳ
b ὑπὸ ζώων ἀγρίων ξενισθῇ, πολλὴν χώραν διελθὼν etc.

— *Θέων δέ φησιν, ὅτι Ἅλος* etc.] Intelligo illum, qui in Lycophronem est commentatus. Stephanus in Αἴγεια: Θέων ὑπομνηματίζων τὸν Λυκόφρονα. In commentariis ad Lycophronem quae hodie circumferuntur, nulla huius Ali exstat memoria. attamen ibi Scholiastes refert, Iunonem triticum, ne germinaret, torrefecisse, et hanc ob causam magnam annonae caritatem invaluisse. Similiter neque apud Hygini Epitomatorem Avianum in luculenta huius fabulae descriptione, ulla huius ancillae memoria reperitur, ita enim ille cap. II. *Ino Cadmi et Hermionae filia, cum Phrixum et Hellen ex Nebula natos interficere voluisset, iniit consilium cum totius generis matronis, et coniuravit, ut fruges in sementem quas darent, torrerent, ne nascerentur.* Vide etiam Apollod. lib. I.

— *Ὠνόμασαν.*] Schedae Vossianae num. sing. ὠνόμασε exhibent.

— *Παρμενίσκος.*] Vide Vossium de Hist. Graecis lib. III.

— *Τὸν μὲν Μαλιακὸν, ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ.*] Salmasius, uti videtur, ad oram sui codicis hunc locum correxit, sed bona fide dicam, me ex verbis nullum posse sensum percipere. Incomparabilis Vossius in suo codice MS. quo nos etiamnum utimur, hunc locum hoc modo invenit: τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπάρχειν Πρωτεσιλάου. Verum haec verba, prout in MSS. et vulgatis libris concipiuntur, viro summo non satis videntur sana, quare emendat: τὸν μὲν Μαλιακὸν ὑπὸ Ἀχιλλεῖ, τὸν δὲ ὑπάρκτειον Πρωτεσιλάου, vel ὑπάρκειον quod idem est: nam pro ἄρκτος olim quoque ἄρκος scribebant

[redacted]

euphoniae gratia, ut Grammaticis notatum. Alos quae sub Protesilao erat, quamque borealem hic vocat Stephanus, etiam Phthiotica dicebatur. Utriusque, et Maliacae et Achaicae, meminit Strabo lib. IX. cuius verba a Vossio ex Plethonis Thessaliae descriptione emendata transcribere libet: *ὑπὸ δὲ τῷ Κροκίῳ Θῆβαι εἰσὶν αἱ Φθιώτιδες. Καὶ ἡ Ἅλος δὲ Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαΐκὴ συνάπτουσα τοῖς Μαλιεῦσι, ὥσπερ καὶ οἱ τῆς Ὀθρύος πρόποδες.*

— *Τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ.*] Commentario praecedenti locum secundum Cl. Vossii mentem emendavimus: sed operae pretium videtur obiter monuisse, Eustathium iisdem vocibus hunc Stephani locum in sua commentaria retulisse; ita enim ille ad Iliad. *B. λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς ὁ Ἅλος, καὶ θηλυκῶς ἡ Ἅλος, ἣν δὲ καὶ ἕτερος Ἅλος ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ, κατὰ τὸν ἐνδιατρίψαντα τοῖς ἐθνικοῖς. ὃς καὶ Μαλιακόν φησι τὸν Ἅλον τοῦτον τὸν ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ. ἤγουν περὶ τοὺς Μαλιεῖς κείμενον.* Tempore igitur Eustathii haec verba non aliter legebantur, quam uti nunc in vulgatis codicibus circumferuntur.

— *Ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς*] Idem affirmant Strabo lib. IX. et Eustathius loco iam allegato.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλεὺς* etc.] Tria haec gentilia *Ἀλεύς, Ἀλούσιος*, et *Ἅλιος* etiam apud Archiepiscopum Thessalonicensem loco supra citato; reperiuntur. *ἐθνικὸν τῆς Ἅλου Ἀλεὺς καὶ Ἅλιος. κατὰ δέ τινας καὶ Ἀλούσιος.*

Ἄλπεια. Ἠϊών.] Codices Palatini et schedae Vossianae 105 a
pro *ἠϊὼν* habent *κιὼν*, quod ferri non potest; *η* et *κ* a librariis facili negotio confunduntur.

— *Καὶ Ἄλπεια ὄρη.*] Haec vox numero plurali usurpatur, uti inquit Eustathius, quia mons est maximus: *Ἡ δὲ Ἄλπις, μέγιστον ὄρος, διὸ καὶ πληθυντικῶς λέγονται αἱ Ἄλπεις.* Vide comment. in Dionys. Perieg. pag. 42. Festus Pompeius inquit, *Alpes nomen habere a candore nivium, quia perpetuis fere nivibus albescunt: Sabini enim alpum dixere, quod postea Latini album.* Neque tamen improbabilis videtur Isidori sententia, lib. XIV. cap. VIII. ita dicentis: *Alpes proprie montes Galliae sunt: de quibus Virgil. Aërias Alpes: et dicendo aërias, verbum expressit a verbo: nam Gallorum lingua Alpes, montes alti vocantur.* De Alpium tractu generatim lege Polyb. lib. II. Melam lib. II. cap. IV. Iulianum in oratione ad Constantinum: Herodianum lib. II. et VIII. multosque alios, quos omnes recensere nimis longum foret. Alpium latitudinem demonstrat Plinius lib. III. cap. XVIII. Strabo lib. IV. et Zonoras lib. II. Annalium: altitudinem Strabo ex Polybii lib. IV. hisce verbis indicat: *Τὰς δ' Ἄλπεις οὐδ' ἂν πεμπταῖος ἀναβαίη τις.* Quis primus mortalium Alpium iuga transcenderit,

[redacted]

refert Iustinus lib. xxiv. cap. iv. *Gens aspera, audax, bellicosa, quae prima post Herculem, cui ea res virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta iuga, et frigore intractabilia loca transcendit.*

— *Καὶ διὰ τοῦ π, καὶ διὰ τοῦ β.*] Utroque modo scripsisse hoc nomen veteres Graecos, testatur etiam Strabo lib. iv. *τὰ γὰρ Ἄλπια, καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια.* Et ex Stephano idem affirmat Eustathius ad Dionys. pag. 42. *Ἐκαλεῖτο δὲ κατὰ γένος οὐδέτερον, τὰ Ἄλπια, καὶ Ἄλβια δὲ μετὰ τοῦ Β.*

— *Ἡρόδοτος*] Eius verba leguntur lib. vii. *Κώμη δέ ἐστι ἀγχοτάτω τῆς ὁδοῦ Ἀλπηνοὶ οὔνομα, ἐκ ταύτης δὲ ἐπισιτιεῖσθαι ἐλογίζοντο οἱ Ἕλληνες.*

— *Ἔστι καὶ μητρόπολις Λοκρῶν.*] Primo intuitu haesitabam, quibusnam e Locris haec civitas esset attribuenda: sed puto eandem esse, de qua infra in vocabulo *Ἄλπωνος* agitur. *Ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων.* Locri Epicnemidii Oetaeis et Maliensibus contigui, a monte Cnemide sic dicti sunt, teste
105 Strabone lib. ix. *Οἱ δ' Ἐπικνημίδιοι, ἀπὸ ὄρους Κνημῖδος προσ-
b εχεῖς Οἰταίοις τε καὶ Μαλιεῦσιν.* Herodotus lib. vii. huius oppidi meminit, sed numero sing. eundem prorsus ei situm adscribens: *Τείνει δὲ ἡ Ἀνόπαια αὕτη κατὰ ῥάχιν τοῦ οὔρεος, λήγει δὲ κατά τε Ἀλπηνὸν πόλιν, πρώτην οὖσαν τῶν Λοκρίδων πρὸς Μηλιέων.*

Ἄλπωνος, πόλις καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ.] Assentior Ortelio, existimanti hunc locum eundem esse de quo praecedenti commate Stephanus egit, nam circa situm notabilem non conspicio differentiam. Hausit haec noster, quemadmodum ipse fatetur, ex Herodoto et Euphorione, qui diverso idiomate scripserunt: quidam enim e Graecis, propter sonum pleniorem, *Η* in *Ω* mutarunt, ut *ῥήγνυμι ῥώγνυμι, ῥηγμὸς ῥωχμὸς, ῥῆγμα ῥωγμὴ, ῥηγὴ ῥωγὴ, ψήγω ψώγω, πτήσσω πτώσσω, ἀρηγὸς ἀρωγὸς*, et sic in sexcentis aliis.

— *Τινὲς δὲ Θετταλίας.*] Dubitarunt itaque cui solo deberet assignari: unde etiam evinci potest, Alpenos, vicum prope Thermopylas, et Alponum in Macedonia, sive ut alii volunt, in Thessalia, eosdem fuisse: nam omnes norunt harum regionum confinia a scriptoribus saepe confundi.

— *Ἄλλη Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδ.*] Sine dubio et haec eadem est urbs de qua supra: *ἔστι καὶ μητρόπολις Λοκρῶν* quemadmodum luculenter probavimus.

Ἀλτὸς, χωρίον πλησίον Θεσσαλ.] Sic supplevimus locum ex Vossiano cod. qui in aliis editionibus mutilus circumferebatur: *Ἀλτὸς, πλησίον Θεσσαλονίκης.*

[redacted]

— *Θεαγένης ἐν Μακεδονίᾳ.*] Praeter res Macedonicas, etiam Caricas consignavit, uti apparet in voce *Κασταλία*: saepissime autem absque operis indice allegatur.

Ἀλύαττα, χωρίον Βιθυνίας.] Apud Liv. lib. XXXVIII. cap. X. occurrit *Alyattus*, locus circa Tectosagos in minori Asia.

Ἀλύβας, τοῦτον οἱ μὲν Μεταπόντιον ἤκουσαν τῆς Ἰταλίας] Sic dictum fuisse Metapontium etiam testatur Ioh. Tzetzes Hist. Chil. XII. Num. CCCCIV.

Ἀλύβη πόλις ἄριστον τὸν ἄργυρον γεννῶσα,
Ὡς ὁ χρυσοῦς κατέλεξεν Ὅμηρος Βοιωτίᾳ,
Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.
Ἀλύβας δ' ἡ Μετάποντος πόλις τῆς Ἰταλίας.

— *Τινὲς δὲ Θράκης πόλιν.*] Legebat Salmasius e Palatinis 106
codicibus: *τινὲς δὲ Θράκης πόλιν, ὡς Ὅμηρος*, Corruptissime in a
Vossiano inveni: *τινὲς δὲ Θράκης πόλεως.* Sed Poëtae nomen non est huius loci: sequuturae sectioni excidit, quod imperitus librarius hic inserebat.

Ἀλύβη.] Si non accuratum situm, saltem regionis nomen addere solet Epitomator, et haec causa est, cur putem haec ab ipsius manu haud esse profecta. Verum alia insuper est ratio cur hoc velim: redundabat commate praecedenti poëtae nomen, quod hic desideratur, nam sequens versiculus ex Homeri Boeotia est desumptus, ad quem vide Eustathium p. 363. Post *Ἀλύβη* itaque adderem, *Ὅμηρος.* De scriptura vocis *Ἀλύβη*, et quomodo veteres eam mutarunt, ex illa *Ἀλόπη*, *Ἀλόη* et *Ἀλόβη* facientes, legi potest apud Strabonem lib. XII. et XIII.

— *Παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέαν, τὸν Δία φέρουσαν νεογνόν.*] Manifeste vox quaedam ad sententiae expletionem desideratur. Editiones quae Basileensem praecesserunt, cum illa non conveniunt; in iis enim locus sic constituitur: *παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέαν τε Δία* etc. Codex Vossianus habet: *παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέαν τε Δία* etc. Salmasius e Palatinis schedis legebat: *παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέα λε Δία φέρουσα νεογνὸν*, et praeterea, *Ῥέα δὲ Δία φέρουσα* etc. Concludit tandem haec verba ita esse restituenda et supplenda: *παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέα λέγεται, Δία φέρουσα νεογνόν*: cui sententiae libenter calculum album adiicio.

— *Οἱ νῦν Χαλδαῖοι ὡς Στράβων.*] Stephanum respicere verba Strabonis, quae leguntur libro XII. nemo sanus negaturus est. *Οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι, Χάλυβες τοπαλαιὸν ὠνομάζοντο, καθ' οὓς μάλιστα ἡ Φαρνακία ἵδρυται.* Verum codices Stephani manu exarati, nec non Aldina Florentinaque editio quartam literam e voce *Χαλδαῖοι* reiiciunt, habentque: *οἱ νῦν Χαλαῖοι, ὡς Στρά-*

βων. Proxime ad hanc scripturam accedit Menippus, qui in Periplo suo *Χαλδίαν*, Armeniae minoris regionem, et incolas *Χάλδους* appellatos fuisse perhibet: Menippi locus exstat apud nostrum in voce *Χαλδία*, estque ita legendus, ut postea docebimus: *Τὴν μέχρι τούτων τῶν Τιβαρηνῶν ἔστιν ἡ Ποντικὴ βασίλεια, καὶ κατὰ Τιβαρηνίην καὶ Χαλδίην καὶ Σαννίκην. οἱ ἐν ταύτῃ κατοικοῦντες Χάλδοι. οὕτω γὰρ ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια.* Hi Chaldi, Tibarenis et Sannis sive Macronibus proxime adiacentes, a Strabone etiam *Χαλδαῖοι* appellantur, ita enim legimus lib. iam allegato: *Τῆς δὲ Τραπεζοῦντος ὑπέρκεινται, καὶ τῆς Φαρνακίας, Τιβαρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Σάννοι, οὓς πρότερον ἐκάλουν Μάκρωνας.* Prope Colchidem etiam habitasse testatur Stephanus in vocabulo *Χαλδαῖοι* ex Sophoclis Tympanistis. *Εἰσὶ δὲ καὶ Χαλδαῖοι ἔθνος πλησίον τῆς Κολχίδος. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς,*

Κόλχος τε, Χαλδαῖός τε, καὶ Σύρων ἔθνος.

οἱ μέν τοι χαριέστεροι περὶ Βαβυλῶνα λέγουσιν οἰκεῖν αὐτούς, ὡς δέδεικται. Verum cum subiiciat Stephanus, doctiores hoc nomen Chaldaeis circa Babylonem, non vero circa Colchidem
106 habitantibus, attribuere, et ego de illis etiam Sophoclis locum pos-
b se intelligi censeam, dubium non est, quin in Strabonis codicibus lateat mendum, quod an ex iis transscripserit Stephanus, affirmare nequaquam audeo, cum in Palatt. et Vossianis schedis constanter legatur, *οἱ νῦν Χαλαῖοι, ὡς Στράβων.* Scriberem itaque hoc loco: *οἱ νῦν Χάλδοι, ὡς Στράβων:* et apud Strabonem utroque loco: *Τιβαρηνοί τε καὶ Χάλδοι* etc. Rursum, *οἱ δὲ νῦν Χάλδοι, Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο.* Ita autem esse legendum, etiam Menippi locus non obscure indicat.

— *Εὐφορίων ἐν Ἀραῖς, ἢ Ποτηροκλέπτῃ.*] Locus est corruptus, et a MSS. schedis nullum auxilium; pessime enim Vossianae exhibent, *ἢ Ποτεροκλέπτῃ.* Legendum est sine dubio, vel *Ποτηριοκλέπτῃ*, quemadmodum restituit Xylander in indice post suam Stephani editionem, vel *Ποτεριογλύπτῃ*, quod confirmari potest auctoritate Scholiastae in Theocritum. ita enim ille ad haec verba Idyl. secund. *Στέψον τὰν κελέβαν. Στεφάνωσον τὴν κελέβην. Κελέβη δέ ἐστιν ὄνομα πόλεως. ἔστι δὲ καὶ ποτήριον ξύλινον κυλικῶδες. Εὐφορίων ἐν Ποτηριογλύπτῃ.* Monet Casaubonus ad Theocritum, scriptos codices hoc in loco utramque lectionem, et *Ποτηριοκλέπτῃ* et *Ποτηριογλύπτῃ* agnoscere; sed primum nos retinebimus.

— *Ὅστις μεῦ κέλκην* etc.] Haec sunt corruptissima in omnibus editionibus. Libri scripti: *ὅστις μὲν κέλβην,* quod etiam est nihili: ex qua scriptura Salmasius ad oram sui codicis fecit, *ὅστις*

[redacted]

μὲν κελέβην etc. Eundem hunc Euphorionis versum citat Scholiastes in Theocritum loco iam allegato:

"Οστις ἐμὴν κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπήυρα.

Verum etiam corruptus est. Legendum hic et apud Stephanum, uti admonuit Casaubonus:

"Οστις μεῦ κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπήυρα.

Xylander edidit, ἀπούρα: editiones priores et libri scripti habent ἀπήυρα: sed res eodem redibit, si vocem recte pensitaveris. Lubet obiter admonere, Scholiastem ad hunc Theocriti versum, nugas agere, et quidem tales, quae Siculas gerras multis parasangis superant, statuentem τὴν κελέβην etiam urbis nomen esse: in easdem quoque per summam inscitiam incidit Phavorinus, hinc *Celebenos* ducens.

Ἀλύζεια, πόλις Ἀκαρνανίας.] Varie hoc urbis nomen apud scriptores exaratum exstat: Strabo lib. x. in Acarnaniae descriptione aliquoties habet Ἀλυζία: et ita etiam Thucydides lib. v. Scylax, Ἀλυττία, quod Clarissimus Vossius mutavit in Ἀλυζεία. Longius ab hac scriptura recedunt Xenophon et Ptolemaeus: hic Hellenic. v. circa libri finem Αἰλυζίαν nominavit hanc urbem; ille vero lib. III. cap. XIV. Ἀζυλεῖαν, transpositis literis, quod inter typothetarum σφάλματα recenseri meretur. Ad oppidi situm quod attinet, manifestissime describitur a Strabone libro supra citato hisce verbis: Ἀπὸ δὲ Λευκάδος ἑξῆς Πάλαιρος καὶ Ἀλυζία τῆς Ἀκαρνανίας ἐστὶ πόλις, ὧν ἡ Ἀλυζία πεντεκαίδεκα ἀπὸ θαλάττης διέχει σταδίους.

— Ἀπὸ τοῦ παιδὸς Ἰκάρου κληθεῖσα Ἀλύζου.] Haec hausit 107
Stephanus ex Strabonis lib. x. et Strabo ex illo qui Alcmaeonidem conscripsit: B
Ὁ δὲ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γράψας, Ἰκαρίου τοῦ Πηνελόπης πατρὸς, υἱοὺς γενέσθαι δύο, Ἀλυζέα καὶ Λευκάδιον, δυναστεῦσαι δ' ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ τούτους μετὰ τοῦ πατρός. Sed Icari filius Stephano "Αλυζος, Straboni Ἀλυζεὺς dicitur: a vero aberrat noster, qui eundem male Lyxeum nominavit, in vocabulo Λύξεια: confidenter itaque apud Stephanum Ἀλυζέως vel Ἀλυζέος pro Ἀλύζου repone. Nam Λύξεια et Ἀλύζεια idem est oppidum, ut postea demonstraturi sumus.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλυζεὺς, καὶ Ἀλυζαῖος.] Utrumque gentile Stephani canones admittunt, nam uti ab Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεὺς, Λυκώρεια Λυκωρεὺς, Ἀπάμεια Ἀπαμεὺς, Ἀντινόεια Ἀντινοεὺς, sic Ἀλύζεια Ἀλυζεύς. Ad secundum gentile quod attinet, illud apud Thuc. lib. VII. legitur quinque syllabis Ἀλυζιαῖοι, quod, si Stephani codices non fallant, aperte mendosum est, et restituendum Ἀλυζαῖοι; ita enim Λυκώρεια habet Λυκωρεὺς et Λυκωραῖος. Nummi nobis desunt, ex quibus infallibile testimonium peti

[redacted]

posset, saltem probabile mihi videtur, quod ex voce *Λύξεια* adferam. *Λύξεια, πόλις Ἀκαρνανίας. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ, ἀπὸ Λυξέως τινός. τὸ ἐθνικὸν, Λυξεύς, καὶ Λυξαῖος.* ita hic locus est legendus, qui in vulgatis corruptus et mutilus circumfertur: imo omne dubium solvitur, si mecum statuas, idem esse oppidum, quod hic a Stephano ex Strabone *Ἀλύζεια,* et deinde ex depravato Hecataei codice *Λύξεια* appellatur.

Ἄλυκος, πόλις Πελοποννήσου.] Urbis situm et nominis originem nemo antiquorum tradidit: ex allegato Callimachi versu apparet, non procul ab Asinaeo sinu fuisse. Plutarchus in Theseo, observante Ortelio, etiam *Alycum* in Megaride collocat, quae Achaïae regio est.

— *Εἰς Ἀσίνην, Ἄλυκόν τε καὶ ἀμπ.* etc.] Versus erat corruptus in Xylandri editione: pro *Ἑρμονίων* rescripsimus *Ἑρμιονίων,* uti priores editiones exhibebant: mallem tamen *Ἑρμιονήων,* qui genitivus est Ionicus ab *Ἑρμιονεύς,* quia et noster in voce *Ἕρμιον,* et nummi veteres illud gentile agnoscunt, uti postea demonstrabimus.

— *Ἀμπόλιν.*] Sic legendum est pro *ἀνὰ πόλιν,* ut alibi apud Poëtas occurrit.

Ἀλύχμη.] Altum ubique apud utriusque linguae scriptores de hoc loco silentium: sed noster est mendosus, et legendum censeo, *Ἀλύμνη,* quae Phrygiae maioris urbs habetur prope Gibyram, uti colligo ex Livio lib. XXXVIII. cap. XIV. *Erant autem sub eo, praeter Gibyram, Syleum et quae Alymne appellatur.* Hanc coniecturam hausi ex depravata lectione codicis Voss. in quo exaratum erat: *Ἄλυχαν, ἐν ᾗ τιμᾶται Ἀλύμνιος Ἑρμῆς.*

— *Ἀλύχμιος Ἑρμῆς.*] Assumsit Xylander lectionem aliarum editionum, in quibus erat *Ἄλυχμος Ἑρμῆς;* sed omnes errant. Infra ipse Stephanus: *οὕτω καὶ Ἀλύχμιος,* uti reposuimus, quam scripturam quoque Salmasius ex Palatinis libris produxit: malim tamen, uti supra, *Ἀλύμνιος Ἑρμῆς.*

107 — *Βοίβη Βοίβαιος.*] Constanter sic legunt libri scripti et e-
b diti: sed manifeste rescribendum: *Βοίβη Βοίβιος,* ne similitudo claudicet. Si mei arbitrii res foret, totum hunc locum ita constituerem: *Ἀλύμνη, πόλις μεγάλης Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται Ἀλύμνιος Ἑρμῆς. τὸ ἐθνικὸν, ὡς τοῦ Βοίβη Βοίβιος, Ἀκτὴ Ἄκτιος, οὕτω καὶ Ἀλύμνιος.* Stephanum hoc vel simili modo locum hunc concepisse nemo est qui dubitare potest.

Ἀλώϊον. Τεμπέων.] Dubitabat Salmasius ad oram sui libri, an haec vox semper cum *M* esset exaranda, cum in scriptis codi-

[redacted]

cibus aliquoties *Τέννη* occurrat: quod obiter admonere ipsi visum fuit.

— *Οἱ Ἀλωάδαι.*] A nominibus in *ευς* quo pacto formentur patronymica masculina, fusius docent Grammatici et Scholiastae; nusquam tamen *Ἀλωάδης* fit ab *Ἀλωεὺς*, nisi hic apud nostrum. Virgil. lib. 6. Aeneid.

Hinc et Aloïdas geminos immania vidi
Corpora, etc.

Apollodorus in descriptione huius fabulae lib. I. ab *Ἀλωεὺς* facit *Ἀλωείδης*, ita enim inquit: *συνελθὼν δὲ αὐτῇ Ποσειδῶν, δύο ἐγέννησε παῖδας, Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην τοὺς Ἀλωείδας λεγομένους*, et simili prorsus modo Eustath. ad Iliad. *E.* pag. 560. Horum etiam meminit Hyginus Fab. XXIIX. cuius verba, cum mendis pluribus scateant, sic emendare conabimur: *Otos et Ephialtes Aloei et Iphimediae Neptuni filiae filii, mira magnitudine dicuntur fuisse. Hi singuli singulis mensibus novem digitis crescebant. Itaque cum essent annorum novem, in coelum ascendere sunt conati, qui aditum sibi ita faciebant: montem enim Ossam super Pelion posuerunt, unde etiam Pelion Ossa mons appellatur, aliosque montes construebant, qui ab avo nacti, sunt interfecti. Alii autem auctores dicunt Neptuni et Iphimediae filios fuisse atrotos. Hi cum Dianam comprimere voluissent, quae cum non posset viribus eorum resistere, Apollo inter eos cervam misit, quam illi, furore incensi, dum volunt iaculis interficere, alius alium interfecerunt. Qui ad inferos dicuntur hanc poenam pati: ad columnam, aversi alter ab altero, serpentibus sunt deligati. Est strix viscera columnam sedens, ad quam sunt deligati.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωεύς.*] Fortassis ab Aloëo oppidum est conditum, et sic gentile et conditoris nomen idem esset, ut saepissime aliis in locis. Libri scripti et editi nihil omnino variant, tamen rescribendum existimo: *τὸ ἐθνικὸν Ἀλωιεύς.*

Ἁλώνη, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ.] Diogenes Cyzicenus lib. I. in descriptione septem insularum patriae, huius insulae non obscuram mentionem facit, eius verba in voce *Βέσβικος* Stephanus integra reservavit: *Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον, ὡς Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῆς πατρίδος νήσων, λέγων· Προκόννησος, καὶ Φοίβη, καὶ Ἁλώνη, καὶ Φυσία, καὶ Ὀφιόεσσα, καὶ Βέσβικος, καὶ Γόνιμοι, καὶ Λιπαραί.* Censeo tamen insulas admodum fuisse ignobiles, quia pauci scriptores earum meminerunt. Plinius lib. V. cap. XXXII. hanc Halonam etiam inter insulas circa Propontidem recenset. *Sequuntur Ophiusa,*

108 *Acanthus, Phoebe, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido, a Delphacia, Polydora.*

— Ἤ τις καὶ Νευρὶς, καὶ Προχώνη.] Ne γοῦ quidem apud Stephanum de hisce nominibus reperies. Si fides sit habenda Plinii codicibus, Νευρὶς dicta fuit Elaphonnesus; quae ipso auctore ab Halone diversa statuitur. Eius verba ita sunt transponenda legendaque, loco iam citato: *Insula in Propontide ante Cyzicum Elaphonesus, unde Cyzicenum marmor, eadem Neuris dicta, et Proconnesus. Sequuntur Ophiusa, Acanthus etc.*

Ἀλωνὶς, νῆσος καὶ πόλις Μασσαλ.] Pomponio Mel. lib. II. cap. VI. Alone, et Ptolemaeo lib. II. cap. VI. Ἀλωναὶ numero plurativo dicitur. Urbs est Hispaniae Tarracon. in littore regni Valentini, Massiliensium colonia uti noster testatur. Clar. Vossius in suis ad Melam observationibus, verum nomen putat esse Ἁλώνα vel Ἁλώνη. Graecum igitur est vocabulum, nam quemadmodum παρὰ τῶν ἀνέμων ἀνεμώνη, et similia, sic παρὰ τῶν ἁλῶν fit ἁλώνη. Praestantissimo enim sale et olim et nunc quoque abundat. Atque hoc solo argumento convinci possunt, qui Alonam hodie putant esse Alicante, cum ea urbs nullas habeat salinas. Certum est Alonam esse id oppidum, quod olim Arabes *Tudemir*, Hispani vero *Guardamar* vocant, situm in peninsula ad os Taberis fluminis, quem vulgo Seguram vocant. Innumerae illic et praestantissimae salinae, eoque ipso loco veteres *Alonam* describunt.

Ἀλωπέκη, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλ.] Eadem haec apud Suidam invenies. Harpocration numero plurali Demi nomen Ἀλωπεκαὶ fecit. huius etiam Herodot. lib. V. et Diog. Laert. lib. II. meminerunt.

Ἀλωπεκῆδε, Ἀλωπεκῆς.] Adverbia haec corrupta sunt. Lege Ἀλωπεκῆνδε, Ἀλωπεκῆσι.

Ἀλωπεκία, νῆσος.] Plinio lib. IV. cap. XII. Alopece dicitur, et Ptolemaeo lib. III. cap. V. Ἀλωπεκία, νῆσος δὲ παράκειται ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ταναΐδος ποταμοῦ. Ἀλωπεκία, ἡ καὶ Ταναῒς νῆσος. Hinc etiam de situ certi sumus, de quo nihil omnino Epitomator hoc loco, sed in voce Ταυρικὴ situm satis clare describit, et insulam Ἀλωπέκειαν nominat: Ταυρικὴ, νῆσος μεγάλη, καὶ λίαν ἐπίσημος, καὶ πολλὰ ἔχουσα ἔθνη, καὶ περικλείουσα τῇ θέσει τὴν Μαιῶτιν λίμνην. ἧς οὐ πολὺ διεστῶσα ἡ Ἀλωπέκεια ἐστὶ μικρά. Alopecia etiam a nostro Κάλαρος appellari videtur: Κάλαρος, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀλωπεκία νῆσος, ἀπὸ Καλήρου βασιλέως. Sed haec pessime sunt contaminata: veterem et minime dubiam lectionem reducemus, ubi ad illa verba pervenerimus.

— Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Sine dubio respicit haec verba:

[redacted]

Πρόκειται δ' ἐν ἑκατὸν σταδίοις τοῦ ἐμπορείου νῆσος Ἀλωπεκία, κατοικία μεγάδων ἀνθρώπων.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωπεκιεύς*] Visum fuit ita faciendum, eiecto spurio *Ἀλωπεκεύς*, quod omnes editiones et codices scri- 108 b
ptos obsederat, sequenti voce illud exposcente, a qua non deducitur *ἐθνικὸν Οἰχαλεύς*, sed *Οἰχαλιεύς*.

Ἀλωπεκόνησος, πόλις τῆς Ἑλλησποντίας χεῤῥονήσου.] Livius lib. XXXI. cap. XVI. oppidi nomen cum duplici N protulit; ex cuius verbis etiam cognoscere licet, urbem illum obtinere situm, quem ei Stephanus adsignavit: *Aenum inde cum magno labore, postremo per proditionem Ganymedis praefecti Ptolemaei cepit: deinceps alia castella, Cypsela, et Doriscon, et Serrheum occupat: inde progressus ad Chersonesum, Elaeunta et Alopeconnesum, tradentibus ipsis, recipit.* Urbs condita est teste Marciano Heracleota, seu potius Scymno Chio (ut docti viri censent) ab Aeoliis, cuius Senarii ita supplendi et restituendi sunt:

Εἶτ' Αἰολέων Ἀλωπεκόννησος πόλις,
Ἑξῆς Ἐλαιοῦς Ἀττικὴν ἀποικίαν
Ἔχουσα, Φόρβας ἣν συνοικίσαι δοκεῖ.

Urbs haec etiam Calarus a rege Calaro dicta fuit, uti noster in voce *Κάλαρος* refert: sed locus est mendosus, uti iam admonui, eumque deinde emendabimus.

— *Κατὰ χρησμὸν κτισθεῖσα*] Sine dubio vitiosa est scriptura editionum ante Xylandrum, in quibus legitur: *κατὰ χρησμὸν χρησθεῖσα.*

— *Κελεύσαντα.*] Codex Vossianus male, *κελεύσαντος*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωπεκονίσιος*] Schedae Voss. et priores editiones, *Ἀλωπεκονήσιος*. Unde Xylander hanc lectionem assumserit, et quam ob causam, divinando assequi non possum. Si oppido nomen sit *Ἀλωπεκόνησος*, qua ratione inde gentile *Ἀλωπεκονίσιος* deducetur? Etiam tamen sic exhibet nummus C. Caesaris Augusti, in quo haec est inscriptio, *ΑΛΩΠΕΚΟΝΙΣΙΩΝ*.

— *Ὅτι ὅτε ἔκτιζον τὴν πόλιν.*] Optime sic legunt omnes editiones: male liber Voss. scriptus: *ὅτι ἔκτιζον τὴν πόλιν*: affinitas duarum vocum *ὅτι* et *ὅτε* hunc quoque locum mutilandi imperitis librariis occasionem dedit. Partem huius fabulae etiam Stephanus in voce *Κάλαρος* narrat: *Ἀλωπεκόνησος δὲ, ὅτι ἐκεῖ εἶδον σκύμνους φέρουσαν, καὶ κατατιθεῖσαν ἀλώπεκα.*

Ἄλωρος, πόλις Μακεδονίας.] In voce *Ἄζωρος* omnino dixerat Alorum Macedoniae urbem esse, verum nunc accuratius eius situm perstringit, eam ad Thermaïcum sinum collocando. Sic omnes Geographi: Scylax, *ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ ποταμοῦ Μακεδόνες εἰσὶν ἔθνος, καὶ κόλπος Θερμαῖος. Πρώτη πόλις Μακεδό-*

νίας Ἡράκλειον, Μεθώνη πόλις Ἑλληνὶς, καὶ Ἀλιάκμων ποταμὸς, Ἄλωρος πόλις etc. Mela lib. II. cap. III. *Caeterum longis in altum immissis lateribus, ingens inde Thermaicus sinus est. In eum A-
109 *xius per Macedonas, et iam per Thessalos Peneus excurrit. Ante*
a *Axium Thessalonice est: inter utrumque Cassandria, Cydne, Aloros, Icaris.* Haec urbs Stephano etiam Ἔλωρος dicitur: vide in isthac voce.

— *Τοῦ Ἑρμαίου κόλπου.*] Constanter sic legunt libri scripti et editi, sed male. Rescribendum est sine dubio: *Τοῦ Θερμαίου κόλπου.* Hermaeus sinus nusquam est.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωρίτης, καὶ Ἀλωρῖτις*] Haec erat scriptura editionum ante Xylandrum, quam ut probam et optimam reduximus. Xylandri editio habet: *τὸ ἐθνικὸν, Ἀλωρίτις, καὶ Ἀλωρῖσης.* Priorem scripturam etiam libri scripti confirmant. Polybius (cuius *τὰ σωζόμενα* politissimus Iacobus Gronovius nuper ad praelum revocavit et observationibus suis illustravit) lib. v. Ἅμα δὲ τούτοις Εὐρυλόχῳ τῷ Μάγνητι, καὶ Σωκράτει τῷ Βοιωτίῳ, σὺν οἷς ἦν καὶ Κνωπίας ὁ Ἀλωρίτης.

Ἀμάδοκοι. *Ἡ γῆ δὲ τούτων, Ἀμαδόκιον.*] Ptolemaeus de Amadocorum regione meminit lib. III. cap. v. *Περὶ δὲ τὸν Βορυσθένην ποταμὸν, Ἀζαγάριον, Ἀμάδοκα, Σάρον* etc.

Ἀμαζόνειον, *τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ.*] Ita habent codices calamo exarati et priores editiones. Xylander divulgavit, *Ἀμαζόνιον*, quod Graecis auribus est insolitum. Locus hoc nomine fuit in agro Attico prope Athenas, sic dictus quod in eum sinistrum Amazonum cornu se convertit, quum ipsae cum Theseo duce Atheniensium confligerent, de quo praelio et loco legendus est Plutarchus in Thesei vita. Diodorus idem refert lib. IV. *Τέλος δὲ πολλὴν τῆς Εὐρώπης ἐπελθοῦσαι, κατήντησαν εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ κατεστρατοπέδευσαν ὅπου νῦν ἐστὶ τὸ καλούμενον ἀπ' ἐκείνων Ἀμαζόνειον.*

— *Τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησεν.*] Praeter Plutarchum et Diodorum, etiam habemus Arrianum libro VII. testantem Amazonas a Theseo fuisse devictas.

— *Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Κύμη.*] Vide in voce *Κύμη*.

— *Ἐν τοῖς Αἰολικοῖς διὰ τοῦ ι γράφει.*] Hinc manifestissime evincitur, superius a Stephano *Ἀμαζόνειον* scriptum fuisse, sed Hecataeum in Aeolicis illud nomen cum *Ι* exarasse.

— *Τὸ ἐθνικὸν Μαζαιεὺς, ὡς Μιδαχεύς.*] Haec sunt corruptissima in libris editis; rescribendum est, ut annotavit Cl. Salmasius ad oram sui codicis, *τὸ ἐθνικὸν Μαζαεὺς, ὡς Μιδαεύς.* Ultimum gentile in Vossiano codice sic invenimus; et licet a Stephano in voce *Μιδάειον* non agnoscatur, nos tamen ad illam vo-

[redacted]

cem genuinum ac probum esse, ex nummis antiquis demonstrabimus.

Ἀμαζόνες. Ἔθνος γυναικεῖον.] De Amazonibus frequentissima apud auctores antiquos reperitur mentio, et earum res gestae notiores sunt, quam quod hic referri debeant. Hoc tamen lubet in memoriam revocare, Palaephatum censere, eas non fuisse mulieres, sed viros barbaros, gestantes tunicas talares, quales in more erant feminis Thracibus. Hi quia comam mitris alligabant, et barbas radebant, ab hostibus mulieres appellabantur. E- 109
ruditissimus Archiepiscopus Thessalonicensis reputans neque ex- b
ercitum, neque urbem, neque gentem sine viris consistere posse, etiam non credebat Amazonas fuisse. ita enim ille ad Iliad. I. *Τίς ἂν πιστεύσειεν ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συσταίη ἂν χωρὶς ἀνδρῶν; καὶ οὐ μόνον συσταίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσεται ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ κρατήσει; ὅμοιον γὰρ τοῦτο, ὡς ἄν εἴ τις λέγῃ, τοὺς μὲν ἄνδρας τούτους τότε γυναῖκας γεγονέναι, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας.* Haec Eustathius hausit de verbo ad verbum ex Strabone lib. XI. sed Plato lib. VII. de Legibus relationes de Amazonibus non prorsus fabulosas habet, certo sciens circa Pontum innumeras esse mulieres, quae se non duntaxat equitatione, sed etiam arcu et alio armorum genere exercent: *Οἶδα*, inquit, *ὅτι μυριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ τῶν περὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυροματίδας καλοῦσιν, αἷς οὐχ ἵππων μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων, καὶ τῶν ἄλλων ὅπλων κοινωνία καὶ τοῖς ἀνδράσι ἴση προστεταγμένη, ἴσως ἀσκεῖται.* Praestantissimus etiam de iis exstat locus apud Hippocratem Medicorum principem lib. de Aëribus, Aquis et locis. *Τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσιν, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσιν. οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ, μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι.* Et mox sequitur: *τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσιν, παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις αἱ μητέρες χάλκεον τετεχνημένον, ἢ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασι τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται.* Haec profecto fabulis non videntur annumeranda: imo tantorum virorum auctoritas plus apud me valet, quam hodiernae de Americanis mulieribus relationes: de iis enim a peregrinantibus non minora narrantur.

— *Πρὸς τῷ Θερμώδοντι.*] Hac in re Geographi conveniunt omnes: Arrianus in Periplo Ponti Euxini: *Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἴριος τῶν ἐκβολῶν ἐς Ἡράκλειαν ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι, ὅρμος ναυσίν. ἐνθένδε ἐπὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν τεσσαράκοντα· οὗτος ὁ Θερμώδων ἐστὶν, ἵνα περ αἱ Ἀμαζόνες οἰκῆσαι λέγονται.* Vide etiam Apollod. Biblioth. lib. II. Curtium, Iustinum et alios.

[redacted]

— Ὡς Ἔφορος.] Sequimur Xylandrum, qui primus sic edidit: codices scripti et priores editiones exhibent, ὡς Εὔφορος, sed male. Ephorus de Amazonibus scripsit et quidem libro nono, ut nos docet Apollonii Rhodii eruditissimus Scholiastes lib. II. ad versum 967. Ἔφορος δὲ ἐν ἐννάτῳ φησὶ, τὰς Ἀμαζόνας ὑβριζομένας ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἐξελθόντων αὐτῶν etc.

— Ἃς νῦν Σαυροματίδας καλοῦσι.] Haec etiam desumpta sunt ex Ephoro, et fortassis libro iam allegato: nam de Sauromatis auctor anonymus in Periplo Ponti Euxini et Maeotidis paludis, quem Clar. Vossius post Scylacem edidit, haec habet: Ὡς δὲ Ἔφορος λέγει, Σαυροματῶν λέγεται ἔθνος. τούτοις δὲ ἐπιμεμίχθαι τὰς Ἀμαζόνας τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν γενομένης μάχης.

110 — Ἐγὼ δὲ φυσικὰ νομίζω.] Ita legunt editiones omnes:
a libri veteres calamo exarati: ἐγὼ δὲ φυσικὸν νομίζω τὰ κοινὰ πάντων πάθη.

— Οἱ γὰρ Σαυρομάται ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην etc.] Existimo hanc historiam tangi a Iustino lib. II. cap. IV. cuius verba inferius producemus.

— Τὰς γυναῖκας οὔσας μόνας.] Illarum coniuges populorum conspiratione per insidias erant trucidati. Tota historia est apud Iustinum lib. II. cap. IV. *Ibi Scythae per multos annos spoliare finitimos assueti, conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horum uxores, cum viderent exsilio additam orbitatem, arma sumunt; finesque suos, summoventes primo, mox etiam inferentes bella defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omisere; servitutem, non matrimonium appellantes. Singulare omnium seculorum exemplum ausae, auxere Rempub. sine viris: iam etiam cum contemptu virorum se tuentur. Et ne feliciores aliae aliis viderentur, viros qui domi remanserant interficiunt. Ultionem quoque caesorum coniugum excidio finitimorum consequuntur.*

— Στασιάσαι πρὸς τὰς γυναῖκας.] Haec absurda et insana sunt: lego, licet omnes editiones et libri calamo exarati ita scribant, στασιάσαι πρὸς τοὺς ἄνδρας: et sic suadet legendum totius historiae series et ratio; nihil enim hoc loco invenio, quam ob caussam mulieres contra mulieres seditionem moverent: maribus igitur multiplicatis, ipsae seditionem excitarunt, eosque superarunt. Sed apud Apollonii Rhodii Scholiastam huius seditionis in viros longe aliam caussam legimus; ita enim ille ad lib. II. ex Ephoro refert: Ἔφορος δὲ ἐν ἐννάτῳ φησὶ, τὰς Ἀμαζόνας ὑβριζομένας ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν, ἐξελθόντων αὐτῶν ἐπί τινα πόλεμον,

[redacted]

τοὺς μὲν καταλειφθέντας ἀναιρεῖν, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ξένης προσιόντας μὴ δέχεσθαι. Qui igitur falsitatem huius lectionis non videt, illum ἀλαοσκοπίῃ habet inemendabilis.

— *Σαυροπάτιδες, παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν, καὶ ἐσθίειν.*] Suspectum mihi fuit vocabulum antepenultimum: censebam aliquando, minuta quadam correctiuncula πασεῖν reponendum. Sed τὸ πατεῖν integrum est et sanum, et significationem hoc loco non vulgarem obtinet, siquidem idem quod τὸ ἐσθίειν sive γεύεσθαι denotare debeat. Ad probandum hunc vocis significatum, unicum lexicographi ex Herodot. l. II. exemplum in medium adducunt: *πατέονται τῶν κρεῶν*, i. e. *vescuntur carnibus*. Sed similis etiam reperitur l. IV. apud eundem auctorem: *βοῶν μὲν νῦν θηλέων, οὐδ' αἱ Κυρηναίων γυναῖκες δικαιεῦσι πατέεσθαι, διὰ τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἶσιν, ἀλλὰ καὶ νηστείας αὐτῇ καὶ ὁρτὰς ἐπιτελέουσι. αἱ δὲ τῶν Βαρκαίων γυναῖκες οὐδὲ ὑῶν πρὸς τῇσι βουσὶ γεύονται.* Ex his verbis manifestissime liquet τὸ πατέεσθαι nihil aliud hoc loco quam τὸ ἐσθίειν sive γεύεσθαι denotare. Quaedam huius verbi tempora apud Hesychium occurrunt, verum illa sunt vel corruptissima, vel significationes nihil ad rem faciunt: *Πάτειθε, εὐθίεται:* ibi rescripserunt viri docti: *Πατεῖται*, vel *πατέεται, ἐσθίεται*. Deinde *Πατέοντο, ἐγένοντο*, et pro *ἐγένοντο, ἐγεύοντο* emendarunt. Sequitur apud Hesychium post illa quae iam allegavimus, *Πατερῇ* * *ται, ἐσθίουσι*: verum nemo hactenus hunc locum tentavit, multo minus supplevit, quod me levissima mutatione praestaturum spero: sine dubio Hesychius scripserat, *πατέονται, ἐσθίουσι*. Nam si 110
linea sive virgula illa longior literae ἦτα dematur, inde ν forma- b
bitur. Hanc autem virgulam τῷ ο μικρῷ si quis subiungat, imaginem τοῦ ρ delineabit: quemadmodum ab imperitis librariis fuit factum: verum expungenda est haec lineola, ut item illa τοῦ ἦτα et pro *πατερῆται* habebimus *πατέονται*, quae legitima huius loci est lectio. Fortassis Eustathius, qui passim *τὸν τὰ ἐθνικὰ καταγραψάμενον* aut imitatur, aut transcribit, de significatione huius verbi dubitavit, nam in suis ad Dionysium commentariis pro *σαύρας πατεῖν*, habet *σαύρας πάσασθαι*. Sed locum integrum, quia egregie ad rem pertinere videtur, adducam: *Ἐκαλοῦντο δέ ποτε καὶ Σαυρομάτιδες, διὰ τὸ ἐν Σαυροματικῇ ποτε Σκυθίᾳ οἰκῆσαι, καθάπερ προγέγραπται ἐν τοῖς περὶ Σαυροματῶν. ἢ οἱονεὶ Σαυροπάτιδες, διὰ τὸ σαύρας πάσασθαι, ὅ ἐστι γεύσασθαι. τοιούτων γὰρ ἤσθιον κρεῶν. διὸ καὶ Ἀμαζόνες ἐκαλοῦντο κατά τινας οὐ μόνον ὡς μονόμαζοι (ἐπεκαίοντο γὰρ βρεφόθεν τὸν δεξιὸν μαζὸν, ὡς ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τὴν τοξείαν) ἀλλὰ καὶ οἷα μὴ μάζαις, ἀλλὰ καὶ κρέασι θηρίων ἐπιτρεφόμεναι.* Sic igitur apparet, Eustathium de significatione τοῦ πατεῖν dubitasse, quia loco illius πά-

[redacted]

σασθαι adhibuit, quod infra pluribus ostendam. Istum autem significatum τὸ πατεῖν obtinuisse, alio argumento clarissime evincam ex verbis Posidonii, quae leguntur apud Strabonem lib. VII. ita enim ille: *Λέγει δὲ τοὺς Μυσοὺς Ποσειδώνιος καὶ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι κατ' εὐσέβειαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ θρεμμάτων. μέλιτι δὲ χρῆσθαι, καὶ γάλακτι, καὶ τυρῷ, ζῶντας καθ' ἡσυχίαν. διὰ δὲ τούτου καλεῖσθαι θεοσεβεῖς τε καὶ καπνοβάτας.* Hoc est, ut exhibet Xylandri a Casaubono recognita versio: *Idem Posidonius ait, Mysos pietatis ergo cum animatis, tum ea propter etiam pecudibus abstinere, vitam degere otiosam, melle et lacte et caseo nutritos: ideoque eos et deum cultores nominari, et Capnobatas, vox Scansores fumi notat.* Hic locus, praestantissima cum aliquando Reipublicae literariae lumina torserit, dignus est, cui paululum immoremur. In confesso est Xylandrum haec κατὰ πόδα vertisse, sed genuinum huius loci sensum non percepisse; nam in eo quidem non errat, quod καπνοβάτας *fumi scansores* transtulerit, sed quod nihil vitii subesse odoratus sit. Apud Hannonem Carthaginensem in periplo, τῶν κρημνοβατῶν mentio est, qui erant homines agrestes, praecipitia et loca praerupta ambulantes [*Διώκοντες δὲ, inquit, ἄνδρας μὲν συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ πάντες μὲν ἐξέφυγον, κρημνοβάται ὄντες.*] sic etiam apud alios νευροβατῶν et σχοινοβατῶν memoria reperitur, verum nemo καπνοβάτας, *fumi scansores* aut cogitavit aut somniavit. Cl. Casaubonus vidit τὸ ἄτοπον, damnavitque, nihil tamen exhibens quo suspectae notioni occurri possit: deinde locum communicavit cum Dionysio Gothofredo Iurisconsulto Clariss. qui legendum putabat σεμνοβάτας, vel σεμνοβιώτας, vel ἀπνοβιώτας, quod more Pythagoreorum rebus inanimatis tantum vescerentur; sed haec merae sunt coniecturae, quae parum certi et nihil lucis obscuro huic loco adferunt, quibusque nemo facile adstipulabitur. Ego autem aperte dico, vocem in levissimo mendo delitescere, τὸ β in π mutandum, legendumque esse *Καπνοπάτας*, et ferme deierare ausim olim ita Strabonem exarasse. Componitur
111 haec vox ex καπνὸς et πατέω, hoc est ἐσθίω sive γεύομαι, quae
a significatio viris longe doctissimis adeo fuit incognita, ut omnem de *Capnopatarum* nomine fluctuandi ansam praebuisse videatur. Καπνοπάτης igitur est, qui καπνῷ, non fumo, sed qui rebus vilissimis et despicatissimis, ut est omne leguminum genus, vescuntur et latrantem stomachum leniunt. Graeci enim magistri, Suidas et Aristophanis scholiastes τὸ καπνὸς non duntaxat de fumo, sed etiam ἐπὶ τῶν οὐδαμινῶν καὶ μηδενὸς ἀξίων accipiunt: adeo ut καπνοπατῶν appellatio optime quadret in illos, quos Belgico idiomate nuncupamus Luyden die halff by de wind

[redacted]

leben, quia parce, frugaliter et abiectissimis utensilibus vitam sustinent. Bis hoc mendum in Strabone eodem libro occurrit, estque antiquissimum, nam eius codices tempore Eustathii omnino obsederat, qui locum non probe intellexit, et in suas ad Il. *N.* *παρεκβολὰς* reiecit; ita enim ille pag. 916: *Ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι οἱ παρ' Ὁμήρῳ Ἄβιοι οὕτω λέγονται διὰ τὸ χωρὶς εἶναι γυναικῶν. ἀπέχονται δὲ ἐμψύχων, μέλιτι χρώμενοι καὶ γάλακτι καὶ τύρῳ. διὸ καὶ καλοῦνται θεοσεβεῖς καὶ καπνοβάται.* Verum ibi etiam *καπνοπάται* reponendum est. Haec verba hunc in finem adduco, ut certo constaret, Eustathio significationem τοῦ *πατεῖν* non satis perspectam fuisse, et ut alterum e verbis Strabonis mendum expungi possit: existimo enim *καὶ θρεμμάτων* a glossatore quodam margini adiectam, deinde in textum irrepsisse. Totus itaque Strabonis locus ita est restituendus: *λέγει δὲ τοὺς Μυσοὺς Ποσειδώνιος καὶ ἐμψύχων ἀπέχεσθαι κατ' εὐσέβειαν, καὶ διὰ τοῦτο δὲ μέλιτι χρῆσθαι καὶ γάλακτι καὶ τύρῳ, ζῶντας καθ' ἡσυχίαν, διὰ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι θεοσεβεῖς τε καὶ καπνοπάτας.* Hunc locum igitur nequaquam intellectum, et pessime interpretatum, posthac intelliges, Lector, et interpretaberis.

— *Ἢ διὰ τὸ ἐν τῇ Σαυροματικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν.*] Etsi omnes codices, tam scripti quam editi, ita habeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo, nam sine dubio vox *Σαυρομάτιδες* inducenda est, et totus locus sic legendus: *Ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Σαυροπάτιδες, παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν, καὶ ἐσθίειν. ἢ Σαυρομάτιδες, διὰ τὸ ἐν Σαυροματικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν.* Vide locum praecedenti commentario ex Eustathio ad Dionysium allegatum, et hac in re facile mihi assensum praebebis.

— *Ἔστι καὶ Ἀμαζονία πόλις Μεσαπίας.*] Oppidum sane admodum ignobile, de quo apud veteres nulla, quod sciam, fit mentio. Haec urbs etiam doctissimi Cluverii diligentiam in accuratissima Italiae antiquae descriptione fugiebat. Sed fortassis noster locum in Boeotia intelligit, quem praecedenti tmemate cum *K* scribi affirmabat: nam olim Boeotia etiam Messapiae nomine gaudebat, uti Stephanus postea in vocabulo *Βοιωτία* docebit.

— *Λέγεται καὶ Ἀμαζὼν ἀρσενικῶς.*] Sic pro *paupere* sumitur, uti me docuit Etymologici magni auctor. ita enim ille: *Ἀμαζόνες, λέγονται δὲ οὕτω καὶ οἱ πένητες, οἱ μάζαν οὐκ ἔχοντες.*

— *Ἀμαζόνιον τὸ οὐδέτερον.*] Apollonius Rhod. lib. II. Argonaut.

Ἡ μὲν τ' ἐξ ὀρέων κατανείσεται ἠπειρόνδε
Τψηλῶν, ἅτε φασὶν Ἀμαζόνια κλείεσθαι.

— *Καὶ Ἀμαζονίδης.*] Puto hanc vocem esse corruptam, licet in scriptis et editis ita legatur, nam nusquam apud antiquos

[redacted]

tale nomen ἀπὸ τῶν Ἀμαζόνων formatum reperies: rescribendum est sine dubio, καὶ Ἀμαζονίδες: quod est numerus pluralis ab Ἀμαζονίς. Eustathius ad Dionysii Periegesin pag. 34. Σημειῶσαι δὲ ὅτι καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς δέ που τὴν Ἀσίαν, Ἀσίδα φησὶ, κατὰ παρωνυμίαν, οὐ μὴν κατὰ ὑποκορισμόν. οὐ γὰρ εἰκὸς ὑποκορίσαι αὐτὸν τὴν τοσαύτην ἤπειρον. οὕτω δὲ καὶ αἱ Ἀμαζόνες παρωνύμως λέγονται Ἀμαζονίδες. Non possum etiam praeterire alium eiusdem commentatoris locum, qui est pag. 90. Τὸ δὲ Ἀμαζονίδες, οὐχ ὑποκοριστικὸν (ἵνα μὴ τὰς ἰφθίμους τῷ ὑποκορισμῷ ταπεινοῖ) ἀλλὰ κατὰ παραγωγήν. τοιοῦτον δὲ ἐφάνη πρὸ τούτων καὶ τὸ, Ἀσίδα γῆν. Possem etiam ex Poëtis in hanc rem varia loca producere, sed clariori probatione res non indiget. Apoll. lib. II.

— — Ἤματι δ' αὐτῷ
Γνάμψαν Ἀμαζονίδων ἕκαθεν λιμενηόχον ἄκρην.

Poëta hic promiscue nunc vocem Ἀμαζόνες, nunc vero Ἀμαζονίδες usurpavit.

Ἄμαθα, οὐδετέρως τῆς Ἀραβίας χωρίον.] Plurima Arabiae oppida in θα desinunt: Αὔαθα, Γοίραθα, Μαρίμαθα, Σάβαθα, Φάραθα, Χαρίαθα etc. Iosephus lib. XVII. cap. XII. urbem Amatha ad Iordanem collocat; sed an eadem sit, quae a nostro τῆς Ἀραβίας χωρίον appellatur, dubitare licet, donec aliquis id evidentissime doceat. Hoc unum scio, apud Geographos Arabiae Petraeae partem tertiae Palaestinae, id est Iudaeae nomine, saepenumero venire. Stephanus: Πέτρα, πόλις νῦν τῆς τρίτης Παλαιστίνης. Haec tamen ab aliis Arabiae adscribitur: sic etiam Χαράκμωβα in tertia Palaestina ab illo collocatur, cum Ptolemaeus id oppidum ἐν ταῖς Ἀραβικαῖς πόλεσι recenseat. Hinc igitur quis posset hanc coniecturam facere, Iosephum et Stephanum eundem fortassis locum, ad Iordanem Palaestinae amnem situm, in mente habuisse.

— *Κέκληται ἀπὸ τῆς ψάμμου.*] Ab Arabico fonte etymologiam huius χωρίου possemus deducere: nam apud Arabas اصتن *Amton* locum elatiorem, colles, et cumulos exiguos, etiam terram iis constantem denotat: hinc igitur, terminatione Arabica *ton* mutata, facillime Ἄμαθα formatur. Sed inquit Stephanus illud χωρίον μετὰ τοῦ κ Ἄκμαθα appellari, quae vox etiam Arabicam originem redolet: nam اكمة *Acamaton* tumulum terrae arenosum, et locum circumstantibus reliquis altiorem significat. Et quia Stephanus deinde addit, magnam Arabiae partem a maris rubri aquis fuisse perditam, verisimile admodum videtur, istius regionis incolas, necessitate coactos, ad elatiorem quem-

[redacted]

[redacted]

dam locum aufugisse, ibique castellum sive χωρίον, quod e re nomen habebat, condidisse.

Ἀμάθη, πόλις Φοινίκης.] Huius urbis nomen in S. Scriptura satis est celebre. Vide 2. Reg. xxv. xxi. Amos vi. ii. Zach. ix. ii. Haec Amathe, si Olympiodoro credimus et Paraphrastis Ionathani et Ierusalem et Rabbino Selomoni, est celeberrima illa Antiochia, ut ex iis docet Bochartus Geog. Sac. lib. iv. cap. xxxvi.

— Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀμαθαὶ, πληθυντικῶς.] Ita ex scriptis codicibus edi curavimus: nam haec pessime in omnibus editioni- 112
bus erant contaminata, in quibus legebatur: ἐστὶ καὶ Σικελίας a
Ἀμαθαίπων, κύριον. Placebit iis haec emendatio, qui non ignorant, quid distent aera lupinis. De hoc Siciliae oppido ab aliis auctoribus nulla fit mentio.

Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη.] Est urbs maritima in ora australi. Ab antiquissimo hoc oppido tota Cyprus Amathusia olim dicta fuit, ut postea docebit Stephanus: et haec causa est, quare Scylax huius urbis incolas αὐτόχθονας appellet, quod epitheton alias solis Atheniensibus adscribitur: Κατὰ δὲ Κιλικίαν ἐστὶ νῆσος Κύπρος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ αἵδε· Σαλαμὶς Ἑλληνὶς etc. Μάριον Ἑλληνὶς, Ἀμαθοῦς αὐτόχθονές εἰσιν. Vide Strab. lib. xiv. et Plin. lib. v. cap. xxxi. Mirum est Stephanum ab hoc oppido non deduxisse nomen gentile, quod rarissime et ferme nusquam omittit: haec non est Stephani, sed Epitomatoris negligentia, qui plerumque huic auctori aliquid addere et auferre solet. Gentile est Ἀμαθούσιος, ut habet Photius ex Theopompi lib. xii. et Strabo lib. viii. ex Hipponacte,

Κυπρίων βέκος φαγοῦσι καὶ Ἀμαθουσίων πυρόν.

Item nummus M. Aurelii apud Goltzium ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ exhibet.

— Ἐν ῇ Ἄδωνις Ὄσιρις ἐτιμᾶτο.] Diu me vexavit hic locus, et etiam magna aliquando exercuit ingenia: Lud. Nonius in Goltzii universam Graeciam (qui hic mendum latere suspicaretur, nisi eadem apud Suidam legisset) nec non Seldenus atque Bochartus eum citant, nihil tamen ad discutiendas tenebras adferentes: existimo hoc loco rescribendum, ἐν ῇ Ἀδωνόσιρις ἐτιμᾶτο. Librarii, quibus hoc numen erat incognitum, vocem compositam resolventes, eam ad sua simplicia reduxerunt. Quis non videt esse appellationes duorum numinum in unam conflatas? quales variae apud varias gentes, Aegyptios praesertim et Graecos, occurrunt et in usu fuere; ut Heraclammon, Hermammon, Serapammon, Neilammon sive Melammon, Philammon, Hermochymius, Hermeracla, Hermerotes, Hermathena, Besantinous, Titanopan, Hermopan, Horapollo, Panapollo, Zenpposidon,

Petosiris, Macrosiris, Parthamosiris et similiter etiam *Adonosiris*, qui ad hunc locum pertinet. Mirum non est horum numinum imagines antiquis copulatas, vel duo haec numina in uno signo fuisse culta, cum ipse *Adon* sive *Adonis* appelletur *Osiris*, ut perhibent Martianus Capella, et Ausonius Epig. XXIX. in Myrobarbum liberi patris.

Ogygia me Bacchum vocat,
Osirin Aegyptus putat,
Arabica gens Adoneum.

Macrobius Adonidem pro sole accipit, lib. I. Saturn. cap. XXI. *Adonin quoque inquit solem esse non dubitabitur, inspecta religione Assyriorum.* Hoc olim etiam Orpheus fecit, ita enim ille in Hymnis:

Εὔβουλε, πολύμορφε, τροφὴ πάντων ἀρίδηλε
Κούρη καὶ κόρη σὺ πᾶσι θάλος αἰὲν Ἄδωνι,
Σβεννύμενε, λάμπων τε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥραις.

Osirim quoque solem fuisse nemo nescit, nisi qui vetustissimos theologiae mythicae doctores nequaquam legerit. Vide Merc. Trismegistum in *τῇ Κόρῃ Κόσμου*, et alios. Praeterea in honorem Adonidis et Osiridis eadem sacra fuisse instituta, fusius docet Seldenus lib. II. de Diis Syris. Non immerito igitur et praeter ra-
112 tionem Cyprii atque Phoenices haec numina coniungebant, quan-
b doquidem officia, sacra, et nomina illis affinia fuerint.

— *Ὃν Αἰγύπτιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦνται.*] Numen Aegyptium fuit Adonosiris, quod Phoenices et Cyprii ex Phoenicii maris insula, quorum sacra et ritus ab Aegyptiacis fuere diversissima, sibi proprium fecere, et eodem prorsus modo ac Aegyptii coluere. Phoenicas et Aegyptios non eadem habuisse sacra et ceremonias, nos docet Athanasius in oratione adversus gentes: *Φοίνικες γοῦν οὐκ ἴσασι τοὺς παρ' Αἰγυπτίοις λεγομένους θεοὺς, οὐδὲ Αἰγύπτιοι τὰ αὐτὰ τοῖς Φοίνιξι προσκυνοῦσιν εἴδωλα.* Sacra, quae Aegyptii et Phoenices inter se communia habuere, sunt, ut ego quidem opinor, *ζήτησις* et *εὕρεσις* Adonidis sive Osiridis [eundem enim Osiridem et Adonidem omnes agnoscunt]. Quotannis nimirum Alexandrini epistolam olla seu vase papyraceo [Lucianus de Syria Dea vas illud caput papyraceum vocat] inclusam in mare immittebant, quod Daemonum virtute ex Aegypto Byblum in Phoeniciam septem dierum spatio deferebatur, et repertum Adonosiridem denunciabat. Mulieres vas illud sive epistolam accipientes, lamenta gemitusque ob amissum numen in gaudia commutabant, et quod festi diei reliquum erat, hilares transigebant. Procopius in cap. XVII. Esaiae rem totam ita narrat, et a Luciano, qui testis fuit *αὐτόπτης*, aliquantulum

[redacted]

differt: *Κέραμον λαβόντες* [scil. Alexandrini] *ἐνέβαλλον ἐπιστολὴν πρὸς τὰς ἐν Βύβλῳ γυναῖκας, ὡς εὑρηθέντος Ἀδώνιδος. εἶτα σφραγίσαντες ἐνέβαλλον τῇ θαλάττῃ, τελετάς τινας ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενοι, καὶ ὡς οἱ πέμποντες ἔλεγον, αὐτομάτως εἰς Βύβλον ἀπεκομίζετο, καὶ πέρας θρήνου ταῖς ἐκεῖ γυναιξὶν ἀπεργάζετο.* Vide hac de re etiam Cyrillum lib. II. Tom. II. in Esaiam, et Lucianum tractatu supra laudato.

— *Ἀπὸ τῆς Κινύρου μητρὸς Ἀμαθούσης.*] Non eandem Cinyrae matrem statuunt scriptores Mythologici. Hesychius: *Κινύρας, Ἀπόλλωνος καὶ Φαρνακῆς παῖς, βασιλεὺς Κυπρίων.* Sic etiam Apollodorus lib. III. Pharnacen Cinyrae matrem commemorat, sed quia locus emendatione indiget, eum transcribam: *Τούτου δὲ* (scil. Phäethontis) *Ἀστύνοος. τοῦ δὲ, Σάνδοκος, ὃς ἐκ Συρίας ἐλθὼν εἰς Κιλικίαν, πόλιν ἔκτισε Κελένδεριν, καὶ γήμας Φαρνάκην* [male in vulgatis *Θανάκην*] *τὴν Μεγεσσάρου Κινύραν τῶν Ἀσσυρίων βασιλέα ἐγέννησε.*

Ἀμαμασσός, πόλις Κύπρου.] Suspicabar aliquando appellationem huius oppidi esse vitiosam, et Stephanum in corruptum auctoris antiqui locum incidisse, quod non semel observavimus: tentabam rescribere *Τάμασσος, πόλις Κύπρου.* Verum de hoc oppido mentionem facit Dionysius Bassaricorum lib. III. ex quo liquet maritimum fuisse:

Οἵ τ' ἔχον Ὑλάτοιο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος,
Τέμβρον, Ἐρύσθειόν τε, καὶ εἰναλίην Ἀμαμασσόν.

— *Ὑλάτης Ἀπόλλων.*] Sic dicitur hoc numen ab Hyla oppido Cyprio, quod non duntaxat ibi, sed etiam Amamassi, Erysthiae et Tembri colitur.

Ἄμανον. Ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ.] Vide Stephanum in voce *Μελιτήνη*, ex quo loco et montis situm cognosces.

— *Ὀρέστην σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν* etc.] Sic omnes editiones, verum aliter legunt codices manu exarati: *Ὀρέστην ἀπὸ Ταύρων σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσαντα* etc. hanc veram et indubitatam huius loci scripturam esse, certo certius ex Suida apparet, qui eum ex nostro in suum lexicon reiecit. *Ἄμανον,* 113
ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ· ἐκλήθη δὲ Ἄμανον ἀπὸ τοιαύτης ἱστορίας. a
Ὀρέστης ἀπὸ Ταύρων σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσας ἐν τῷ τοιούτῳ ὄρει τῆς μανίας τὴν λύσιν εὗρε.

— *Λύσιν εὑρεῖν.*] Vox *ἐκεῖ* aut simile quid fortassis hic excidit.

— *Γένος τῶν Ναβαταίων Ἀράβων.*] Felicis Arabiae incolae fuere Ammanitae, qui et Homeritae dicebantur, inter mare rubrum et Indicum. Theophanes, qui circa initia noni seculi vixit, in Biblioth. Pat. Graecolat. tom. 2. pag. 283. de Amanitis sic

scribit: *Εἰσὶ δὲ καὶ ἐνδότεροι αὐτῶν, μὴ ὄντες τῆς φυλῆς αὐτῶν, ἀλλὰ τοῦ Ἰεκτὰν, οἱ λεγόμενοι Ἀμανῖται, τοῦτ' ἔστιν Ὁμηρῖται.* Plura hisce addere noluimus, sed consulat lector diligens Bocharti Geog. Sac. lib. II. cap. XV. qui fusius demonstrat Amanitas Homeritas fuisse.

— *Ἰώσηπος.*] Iosephi testimonium exstat lib. prim. Antiq. Iud. cap. XXII.

— *Ἀπὸ Ἀμμάνου τοῦ παιδὸς Λώτου, καὶ τῆς νεωτέρας θυγατρός.*] Haec Stephanus ex sacro hausit codice: locus exstat Gen. XIX. 36. 37. 38. quem ex Septuag. Interp. transcribam: *Καὶ συνέλαβον αἱ δύο θυγατέρες Λὼτ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. Καὶ ἔτεκεν ἡ πρεσβυτέρα υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μωὰβ, λέγουσα, ἐκ τοῦ πατρός μου. οὗτος πατὴρ Μωαβιτῶν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. ἔτεκεν δὲ καὶ ἡ νεωτέρα υἱὸν, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἀμμὰν, λέγουσα, υἱὸς γένους μου, οὗτος πατὴρ Ἀμμανιτῶν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.*

Ἀμαντία. Πλησίον Ὠρικοῦ καὶ Κερκύρας.] Adeo vicina fuit Amantia τῷ Ὠρικῷ, ut Scylax Caryandensis dixerit, Oricum in Amantinorum terra situm esse, ita enim ille capite Ὠρίκιοι: *Οἱ δὲ Ὠρίκιοι κατοικοῦσιν τῆς Ἀμαντίας χώραν. οἱ δὲ Ἀμαντιεῖς εἰσὶν μέχρι ἐνταῦθα Ἰλλύριοι ἀπὸ Βουλινῶν.* Fuerunt, ut testatur Ptolemaeus, hoc tractu duo eius nominis oppida, quorum aliud in mediterraneis, aliud circa mare collocat: de mediterraneo oppido, quod etiam Sophiani mappae agnoscunt; nihil omnino apud alios occurrit: censeo tamen Ptolemaeum a vero non aberrare: nam littoralis haec, de qua nunc agimus, Amantia, ad differentiam alterius, *Amantia Oricia* insigniebatur antiquis, atque abs Abantibus ex Euboea profectis condita, et corrupte Amatia dicta est, ut nos docet Callimachus apud Stephanum hoc versiculo:

Καὶ Ἀμαντίνην ᾤκεσαν Ὠρικίην.

Qua de re vide in voce *Ἀβάντις.*

— *Κερκύρας.*] Codex Voss. *Κορκύρας.*

— *Ἐξ Ἀβάντων τῶν ἀπὸ Τροίας νοστησάντων ᾠκισμένη.*] De Amantiae conditoribus etiam loquitur Etymol. mag. auctor in voce *Ἄμαντες*, ubi sic legitur: *Οἱ περὶ Ἐλεφήνορα μετὰ Τροίας ἅλωσιν διέβησαν εἰς τὴν Ἤπειρον, καὶ ᾤκησαν παρὰ τὰ Κεραύνια ὄρη. ἔκτισαν δὲ Εὔβοιαν, ὅθεν Ἄβαντες ἐκλήθησαν ἐν ὑπομνήμασι Λυκόφρονος, καὶ κατὰ μεταφορὰν* (fortassis legendum est: *καὶ κατὰ παραφθορὰν*) *Ἄμαντες.* Historiam hanc omnibus suis circumstantiis et accuratissime descripsit Pausanias in Eliacis lib. I.

113 b *Ἡ δὲ Ἀβαντὶς καλουμένη χώρα, καὶ πόλισμα ἐν αὐτῇ Θρόνιον, τῆς Θεσπρωτίδος ἦσαν ἠπείρου κατὰ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια. Σκάφα-*

σθεισῶν γὰρ Ἕλλησιν ὡς ἐκομίζοντο ἐξ Ἰλίου τῶν νεῶν, Λοκροί τε ἐκ Θρονίου τῆς ἐπὶ Βοαγρίῳ ποταμῷ καὶ Ἄβαντες ἀπὸ Εὐβοίας, ναυσὶν ὀκτὼ συναμφότεροι πρὸς τὰ ὄρη κατηνέχθησαν τὰ Κεραύνια, οἰκήσαντες δὲ ἐνταῦθα, καὶ πόλιν οἰκίσαντες Θρόνιον, καὶ τῆς γῆς ἐφ' ὅσον ἐνέμοντο, Ἀβαντίδος ὄνομα ἀπὸ κοινοῦ λόγου θέμενοι. Observandum est hoc loco, vocem ἠπείρου Pausaniam nimium extendisse, nisi hic appellative pro *continente* accipiatur, nam antiquis temporibus Illyris nunquam Epirus dicta fuit.

— Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτήν φησι.] Callimachi locum iam produximus, exstatque apud Stephanum in voce Ἄβαντις, uti admonuimus.

— Λέγονται καὶ Ἄβαντες.] Vide locum supra ex Pausania productum: sic fuisse appellatos etiam testatur Lycophronis Scholiastes ad versum 137. Ἔνθεν εἰς τὴν Ἀμαντίαν ἐξ αὐτοῦ κληθεῖσαν, ὅθεν καὶ οἱ ἐν αὐτῇ οἰκοῦντες ἀντὶ τῶν Ἀβάντων Ἄμαντες μετωνομάσθησαν.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβαντιεύς.] Legendum videtur, τὸ ἐθνικὸν Ἀμαντιεύς; nam abs Ἀμαντία, non vero ab Ἀβαντία gentile formandum erat hoc loco. Infra in voce Ἀμαξία eo utitur: τὸ ἐθνικὸν Ἀμαξιεὺς, ὡς τῆς Ἀμαντίας Ἀμαντιεύς.

— Καὶ Ἄβαντας αὐτούς φασι.] Constanter sic legunt libri editi et calamo exarati, sed ineptissimam secum adferunt haec verba tautologiam, dixerat enim omnino Stephanus: λέγονται καὶ Ἄβαντες: atque ita liquet, illorum verborum repetitionem hoc loco esse supervacaneam et minime necessariam: sine dubio Stephan. scripserat: καὶ Ἀμάντας αὐτούς φασι.

Ἄμαξα, χωρίον Βιθυνίας.] Ita libri editi omnes. Schedae Vossianae: Ἄμαξα, χώρα Βιθυνίας. Quae lectio vulgatae non est praeferenda.

— Τὸ κτητικὸν, Ἀμαξικός.] Ad hunc Stephani locum non pertinent *Amaxici*, populi hoc possessivo insigniti, qui ultra Tanaïm, Maeotidem et Borysthenem habitant, et huic Europae parti contermini sunt, quae ob frigus incoli non potest, de quibus Strab. lib. II. Bithynia enim inter Propontidem et Galatiam sita est, cum Tanaïs et Maeotis trans Pontum Euxinum versus Scythiam se extendant. Verba Strabonis haec sunt: Ἐπειδὴ συμπᾶσα (Europa scil.) οἰκήσιμός ἐστι πλὴν ὀλίγης τῆς ἀνοικήτου διὰ ψύχος, αὐτῇ δ' ὁμορεῖ τοῖς Ἁμαξικοῖς τοῖς περὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Μαιῶτιν, καὶ τὸν Βορυσθένη. Sed miror viros doctos levissimum mendum in hisce verbis non observasse, nam pro Ἁμαξικοῖς sine dubio Ἁμαξοικοῖς rescribendum est. Profecto miraculum est, Casaubonum hoc non animadvertisse, nam libro VII. ali-

quoties Ἀμαξοικῶν memoria reperitur: Ἀλλὰ καὶ νῦν εἰσὶν Ἀμαξοικοί, καὶ Νομάδες καλούμενοι. Et eodem libro: Τοὺς Ἀβίους δὲ τοὺς χήρους οὐ μᾶλλον ἢ τοὺς ἀνεστίους καὶ τοὺς Ἀμαξοικοὺς δέξαιτ' ἄν τις. Vide etiam Eustathium ad Iliad. *N*. pag. 916.

Ἀμαξάντεια, δῆμος etc.] Mallem hoc demi nomen cum vocali in penultima exaratum, quia deinde localia sic efferuntur. Vide Hesychium et Harpocrationem.

114 — Καὶ Ἀμαξίανδε.] Mendosum est hoc locale in libris scri-
a ptis et vulgatis: rescribendum sine dubio, καὶ Ἀμαξαντίανδε, quae verissima est lectio.

Ἀμαξία. Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.] Strabo dicit esse κατοικίαν in colle sitam cum navali prope Coracesium et Sydram. Haec sunt eius verba: Μετὰ δὲ τὸ Κορακήσιον Συδρὴ πόλις, εἶτ' Ἀμαξία ἐπὶ βουνοῦ κατοικία τις, ὕφορμον ἔχουσα, ὅπου κατάγεται ἡ ναυπηγήσιμος ὕλη. Κέδρος δ' ἐστὶν ἡ πλείστη, καὶ δοκεῖ ταῦτα τὰ μέρη πλεονεκτεῖν τῇ τοιαύτῃ ξυλείᾳ.

Ἀμαξιτός. Στράβων τρισκαιδεκάτῃ.] Verba Strabonis, quae innuit Stephanus, fortassis haec sunt: Ἦν δὲ τῷ Ἀχαιῷ συνεχὴς ἥ τε Λάρισσα καὶ Κολωναὶ τῆς Δίας οὖσαι πρότερον, καὶ ἡ νῦν Χρύσα ἐφ' ὕψους τινὸς πετρώδους ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, καὶ ἡ Ἀμαξιτὸς ἡ τῷ Λέκτῳ ὑποκειμένη συνεχής. Ex his verbis liquet Amaxitum Lecto valde vicinam fuisse. Scylax in Troadis descriptione refert, ibi Apollinis templum fuisse, in quo Chryses sacra peragebat.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαξιτεύς.] Utitur hoc gentili Strabo, libro iam a Stephano allegato: περιεχόμενα τῇ τε Ἀντανδρίᾳ καὶ τῇ Κεβρηνίων, καὶ Νεανδριέων, καὶ Ἀμαξιτέων.

— Ἀμαξιτηνούς φησι.] Forma Romana erat Ἀμαξιτεύς: nunc vero de vernacula agit. Haec enim gentilium in ηνος formandi ratio, circa Hellespontum, Troada et Adramyttenum sinum habitantibus, non fuit insolita. Stephanus in Ἀδράστεια. τὸ ἐθνικὸν, Ἀδραστεύς. οἱ δ' ἐπιχώριοι, Ἀδραστηνὸς, ὡς Κυζικηνός φασιν. Ab Ἄβυδος, quia vicina ei oppida isthac forma gaudent, etiam fit Ἀβυδηνὸς, ita enim Stephanus illa voce: Τὸ ἐθνικὸν, Ἀβυδηνός. λέγεται δὲ καὶ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, ἐπὶ τῶν ἀηδῶν. Σημειωτέον δὲ, ὅτι τοῦ μὲν Ἄραδος Ἀράδιος, καὶ Τένεδος Τενέδιος καὶ Τενεδεὺς, καὶ Λέβεδος Λεβέδιος, τοῦ δὲ Ἄβυδος Ἀβυδηνὸς, ἴσως διὰ τὸ πλησιόχωρον, Κυζικηνὸς, καὶ τὰ ὅμοια. Apollodorus itaque hinc κατὰ τὸ ἐπιχώριον gentile Ἀμαξιτηνὸς formavit: quam formandi rationem vicinorum oppidorum incolae etiam observarunt: sic a Κύζικος fit Κυζικηνὸς, Λάμψακος Λαμψακηνὸς, Πρίαπος Πριαπηνὸς, Ἀδραμύττειον Ἀδραμυττηνὸς etc.

[redacted]

Ἀμαραντοὶ, ὀξυτόνως, Κολχικὸν ἔθνος.] Huius gentis exstat memoria apud Scholiastam in lib. III. Apol. Rhodii, sed ibi *Ἀμαράντιοι*, accenu et terminatione diversa appellantur: *Ἀμαράντιοι, ἔθνος βάρβαρον ὑπὲρ Κόλχων ἐν τῇ ἠπείρῳ. ὅθεν αἱ τοῦ Φάσιδος πηγαὶ ἐξερεύγονται, ἢ ὄρος Κολχικὸν καλούμενον Ἀμαράντιον, ὅθεν ὁ Φάσις καταφέρεται.*

— *Ἀμαράντιόν τὸν Φάσιν φασίν.*] Sine dubio Stephanus respicit locum Apoll. Rhodii, qui est lib. III. versu 1217. 114 b

—— —— Αἱ δ' ὀλόλυξαν
Νύμφαι ἑλειονόμοι ποταμηΐδες, αἳ περὶ κείνην
Φάσιδος εἱαμενὴν Ἀμαραντίου εἱλίσσονται.

Ἀμαρδοί. Στράβων ιά.] Frequentissima illo libro Amardorum exstat memoria.

— *Περσῶν Μαρδοί.*] Strabo lib. XI. ex Nearcho Mardos Persis contiguos facit: *Νέαρχος δέ φησι τεττάρων ὄντων λῃστρικῶν ἐθνῶν, ὧν Μαρδοὶ μὲν Πέρσαις προσεχεῖς ἦσαν, Οὔξιοι δὲ, καὶ Ἐλυμαῖοι τούτοις τε καὶ Σουσίοις, Κοσσαῖοι δὲ Μήδοις.*

Ἀμάρυνθος, νῆσος Εὐβοίας.] Ita libri scripti et editi sed manifesto errore: nam quis in Euboea insulam conciperet? vel scribendnm est, *πόλις Εὐβοίας*, eo ipso, quem citat, teste Pausania lib. I. (ita enim ille, *ἔστι Ἀμάρυνθος ἐν Εὐβοίᾳ*) vel *κώμη Εὐβοίας*, cum Strabone lib. x. *Ταύτης δ' ἐστὶ κώμη ἡ Ἀμάρυνθος, ἀφ' ἑπτὰ σταδίων τοῦ τείχους. τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν πόλιν κατέσκαψαν Πέρσαι.*

— *Ἀμαρύνθιος, καὶ Ἀμαρύσιος.*] Primum gentile est apud Strab. lib. iam allegato, ubi Amarynthiae Dianae meminit: *Τὴν δὲ δύναμιν τὴν Ἐρετριέων ἣν ἔσχον ποτὲ, μαρτυρεῖ ἡ στήλη, ἣν ἀνέθεσαν ποτὲ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀμαρυνθίας Ἀρτέμιδος.* Alterum gentile est apud Pausaniam, qui Amarysiae Dianae mentionem facit.

— *Τρικορύσιος.*] Sic reposuimus ex MSS. et ipso Stephano: *Τρικόρυνθον, ῥυδετέρως* etc. *ὁ δημότης, Τρικορύσιος.* Male enim in vulgatis legebatur, *ὡς Τρικαρύσιος.*

— *Ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ τὸ διὰ τὸ σ.*] Si haec verba *οὕτω γὰρ Παυσανίας ἐν πρώτῃ*, referri debeant ad gentile *Ἀμαρύσιος*, quo Pausanias usus est, necessario iam corrigendum erit, *ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ διὰ τὸ θ*, quemadmodum ante nos iam observarunt Casaubonus ad Strabonem et Salmasius in margine sui codicis. Et quis non intelligit, *τὸ Ἀμαρύνθιος* rationi magis consentaneum esse quam *τὸ Ἀμαρύσιος*? Nam a *Προβάλινθος, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς*, deducitur apud Epitomatorem nostrum *Προβαλίνθιος*: et sic a *Βερέκυνθος* fit *Βερεκύνθιος* teste Scholiaste in Callimachum.

Ἀμάσεια, πόλις Ποντική.] Urbs etiamnum hodie clarissima in Ponto ad Irim fluvium sita, Turcarum imperio subdita, qui eam nunc corrupto nomine *Amnasan* appellant. Antiquum
115 urbis nomen nunc per Z, nunc per S in in veteribus nummis per-
a cussum vidit disertissimus Busbequius, quemadmodum testatur in epistolis.

— *Ἀφ' ἧς Στράβων.*] Perhibet hoc ipse Strabo, et idem de se profitetur lib. duodecimo: *Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν προσάρκτειον πλευρὸν ἡ Γαζηλωτὸς συγκλείει, καὶ ἡ τῶν Ἀμισηνῶν, τὸ δὲ ἑσπέριον ὁ Ἅλυς, τὸ δ' ἑῷον ἡ Φαναροία, τὸ δὲ λοιπὸν ἡ ἡμετέρα ἡ τῶν Ἀμασέων πολὺ πασῶν πλείστη καὶ ἀρίστη.*

— *Στωϊκὸς Φιλόσοφος.*] Strabonem Stoïcae Philosophiae sectatorem, et Peripateticae non ignarum fuisse, in dubium vocare non possunt illi, qui eius scripta evolverint.

— *Ὁ πολίτης Ἀμασεύς.*] Vide locum Strabonis e libro duodecimo supra allegatum.

Ἄμαστρις, πόλις Παφλαγονίας.] Civitatis huius situs ex Strabone, Plinio, fragmentis Memnonis, Marciano, Mela, Arriano aliisque satis est notus et manifestus. Hoc observatione non videtur indignum, Strabonem lib. XII. referre, hanc urbem ex quatuor pagis esse compositam, nempe Sesamo, Cytoro, Cromna et Teïo. Ergo absolutissimae veritatis fundamentis non nititur, Amastrin prioribus temporibus Cromnam vocatam fuisse, ut hoc loco perhibet Stephanus, cum ex historicis et geographis certum sit, Cromnam solummodo *Ἀμάστριος* quartam partem extitisse. Nam quod hoc loco de Amastri affirmat Stephanus, etiam tradit Plinius lib. VI. cap. II. de Sesamo, scilicet etiam *Ἀμάστριος* nomine insignitum fuisse. *Sesamum oppidum, quod nunc Amastris.*

— *Ἡ πρότερον Κρῶμνα.*] Stephanus: *Κρῶμνα πόλις Παφλαγονίας, ἡ νῦν Ἄμαστρις, ὡς εἴρηται. τινὲς δέ φασιν χωρίον Ἀμάστριδος.*

— *Καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.*] Sic legunt libri manuarii omnes et Strabo et Eustathius, qui hunc Poëtae versiculum ex Boeotia transscripsere. Male exhibent vulgati: *καὶ ὑψηλὴν Ἐρύθειαν.* Ipse Stephanus vocem plurali numero protulit: *Ἐρυθινοί, πόλις Παφλαγονίας*, etc.

— *Περσίδος.*] Sola excepta hac voce, totus ille locus de verbo ad verbum fere ex Strabonis duodecimo desumptus est, ita enim ille: *Μετὰ δὲ τὸν Παρθένιον ποταμόν ἐστιν Ἄμαστρις, ὁμώνυμος τῆς συνῳκικυίας πόλις. ἵδρυται δὲ ἐπὶ χεῤῥονήσου λιμένας ἔχουσα τοῦ Ἰσθμοῦ ἑκατέρωθεν. ἦν δὲ ἡ Ἄμαστρις γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δὲ Ὀξυάθρου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ.*

[redacted]

— *Τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου.*] Praeter Strabonem iam allegatum, etiam hanc historiam tangunt non obscure Memnon apud Photium, Diodorus Siculus, aliique e veteribus.

— *Δημοσθένης.*] Fortassis idem est, cuius *κτίσεις* citantur Stephano in voce *Ὀλιζών*, ubi ita inquit: *Θεσσαλοὶ γάρ, ὡς ἱστορεῖ Δημοσθένης ἐν κτίσεσι, τὸ μικρὸν ὄλιζον καλοῦσι.*

— *Ἐξ Ἀμαζόνος.*] Doctissimus Archiepiscopus Thessalonicensis ad Iliad. *Γ.* pleraque illustrium Amazonum nomina recenset, verum *τῆς Ἀμάστριος* non meminit.

— *Ἀμάστρεως δὲ κλίνει Στράβων. ἄλλοι Ἀμάστριδος.*] Strabonem sic declinasse pro certo constat, ita enim ille lib. XII. *Σή-* 115
σαμος ἀκρόπολις τῆς Ἀμάστρεως. Idem testatur Eustathius ad Iliad. b
B. pag. 362. *Σήσαμος δέ, κατὰ τὸν γεωγράφον, ἀκρόπολις Ἀμάστρεως, καὶ ὅρα τὸ Ἀμάστρεως, οὐ γὰρ κλίνει Ἀμάστριδος.* Stephanus tamen aliorum exemplum sequutus, in voce *Κρῶμνα* pro obliquo casu non habet *Ἀμάστρεως*, sed *Ἀμάστριδος*, existimans utramque *χρῆσιν* tuto admitti posse. Verum Cl. Spanhemius in erudito de numismatibus antiquis opere, non omittendam profecto huius vocis inflexionem ex nummo exhibuit, cuius iconem hunc transferre libuit. [Vid. fig. 3.] Ergo iam tertiam habemus obliqui casus formam: *ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ.* Haec Graecis non fuit insolita, uti exemplis ex Stephano aliisque allegandis demonstrari clarissime potest. Stephanus in voce *Ἄβοτις* ita scribit: *Μάκρις Μάκριος Μακριεύς, Χάλκις Χάλκιος Χαλκιεύς, Ἄβοτις Ἀβότιος Ἀβοτιεύς.* Idem in *Μέμφις*: *καὶ κλίνεται Μέμφιδος καὶ Μέμφιος.* Et apud Pindarum *Πάρις Πάριδος* et *Πάριος* occurrit. Herodotus lib. VII. ubi de uxore Xerxis loquitur, iuxta nummi scripturam *Ἀμήστριος* habet: *Καὶ ἄρχοντα παρείχοντο Ὀτάνεα τὸν Ἀμήστριος πατέρα τῆς Ξέρξεω γυναικός.* Verum haec declinandi varietas mihi hactenus tantum fuit observata in nominibus propriis virorum et mulierum, nam verbalia et appellativa hanc diversitatem in flectendo non agnoscunt, praesertim si quis dialectorum licentiam excipiat. *ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ* igitur est genitivus Ionicus, quo usus est Herodotus: sic Hippocrates in *Νόμῳ. τῆς φύσιος ἀντικραττούσης.* *ΑΜΑΣΤΡΕΩΣ* est genitivus Atticus, quemadmodum *ἡ κρίσις κρίσεως, ὄφις ὄφεως.* *ΑΜΑΣΤΡΙΔΟΣ* denique ad quintam simplicium referri debet: verum *τὸ Δ* huc irrepsisse, deinde probabimus; quanquam sciam, apud Marc. Heracleotam vocem isthac forma aliquoties occurrere.

— *Τὸ ἐθνικόν, Ἀμαστριανός.*] Gentile hoc genuinum esse probat Stephanus ex Strab. lib. XII. Passim quoque ab antiquariis ostenduntur nummi, inscripti *ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ.*

— *Στράβων δυοκαιδεκάτῃ.*] Fusissime Geographus lib. XII. de situ huius oppidi et aliis rebus hoc themate contentis disserit, quare pessime in Aldina Florentinaque editione excusum reperitur, *Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ.*

— *Τὸ Κύτωρον.*] Sic Strabo, et sic etiam Eustathius ad
116 Iliad. *P.* p. 361. ex Strabone transcripsit: et male meo quidem
a iudicio exhibent codices scripti, *καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρα,* et libri ante Xylandri editionem divulgati.

— *Ὡς Κάλατις Καλάτιος Καλατία.*] Hunc locum in vulgatis et MSS. esse depravatum, nemo sanae mentis ibit inficias. Rescribendum videtur: *ὡς Κάλατις Καλάτιος Καλατιανός.* Hanc emendationem non esse vanam, apparebit ex voce *Κάλατις.* Vult enim demonstrare Epitomator, gentile *Ἀμάστριος* eandem sortiri formam, quam habet gentile *τῆς Καλάτιος.* Haec autem ratio est quare existimem supra latere mendum, et non debere legi, *ἄλλοι Ἀμάστριδος,* sed scribendum esse, *ἄλλοι Ἀμάστριος.* Nam derivatio nominis gentilitii non recte procedet, si illo loco *τὸ Ἀμάστριδος* retineamus. Gentile nomen ab hac urbe hoc modo videtur derivandum: *τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανὸς, ἀπὸ τῆς γενικῆς τῆς Ἀμάστριος, ὡς Κάλατις Καλάτιος Καλατιανός.* A genitivo Ionico *τὸ Καλατιανὸς* debere deduci, expressis verbis apud Stephanum in isthac voce legitur.

— *Καὶ πόλις Φάσις, Φασιανός.*] Haec in MSS. et duabus prioribus editionibus transposita inveniuntur hoc modo: *καὶ Φάσις πόλις Φασιανός.*

— *Τὰ γὰρ τοιαῦτα, ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ος εὐθειῶν, ὡς Βάκτριος Βακτριανός.*] Qui verba haec curiosius consideraverit, deprehendet esse mutila, et ad expletionem sententiae nonnulla in iis desiderari. Mentem Stephani si probe perceperim, existimo eum hac in re esse occupatum, ut probet scilicet gentilia in *ανος* duobus modis posse formari, vel a casu recto in *ος,* vel a genitivo puro sive Ionico. Si igitur mei arbitrii res foret, totum hunc locum ex mente *τοῦ γράψαντος τὰ ἐθνικὰ* ita legerem atque constituerem, *Τὰ γὰρ τοιαῦτα, ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ος εὐθειῶν, ὡς Βάκτριος Βακτριανὸς, ἢ ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς γέγονε.* Hunc locum hoc vel simili modo esse supplendum, sole meridiano clarius ex vocabulo *Κάλατις* liquet, ubi eundem ferme canonem Stephanus exhibuit. Sed ut minime dubio coniecturam nostram argumento confirmemus, huc transcripturi sumus verba Stephani ex voce *Ἄγκυρα,* quae ita a nobis sunt correcta atque emendata: *Τὰ εἰς ανος ἐθνικὰ ἐὰν ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ πρωτοτύπου γένοιτο καθαρευούσης, τῷ α παραλήγει μακρῷ καὶ μιᾷ συλλαβῇ τῆς γενικῆς περιττεύει, οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ λόγου. οὐ γὰρ ὅσα τὸ α κατὰ*

τὴν παραλήγουσαν ἔχει, ταῦτα ἐκ θηλυκῶν προῆκται. τοῦ μὲν προτέρου παραδείγματος, Ἀσιανὸς, Καρδιανὸς, Ὀλβιανὸς, Φασιανὸς, ἀπὸ τῆς Φάσιος πόλεως, Τράλλιος Τραλλιανὸς, Σάρδιος Σαρδιανός. Τοῦ δὲ δευτέρου παραδείγματος Πάριον Παρίου Παριανὸς, Βοσπόριον Βοσπορίου Βοσποριανὸς, ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν ἐθνικά. Gentilia igitur in ανος vel formantur a genitivo puro (et quod idem est, a genitivo Ionico, uti Τράλλις Τράλλιος Τραλλιανὸς, Κάλατις Καλάτιος Καλατιανὸς) vel ab ipsis gentilibus, uti liquet in voce Πάριον, ubi inquit: τὸ ἐθνικὸν Πάριος. ὁ πολίτης Παριανός. Vide commentarios nostros pag. 22. et 23.

— Κακῶς Ἀμαστρανοὺς λέγουσιν αὐτούς.] Ita libri editi omnes. Sched. Voss. pessime legunt: κακῶς Ἀμαστρανεὺς λέγει αὐτούς.

Ἄμβασον, μητρόπολις τῶν Φρυγῶν.] De situ huius oppidi ex scriptoribus antiquis nihil certi expiscari hactenus mihi licuit. Fortassis haec metropolis prope Ancyram sita fuit in tra- 116
ctu Ambasitide: qui tractus ab urbe Ambasum etiam nomen ha- b
bere potuit. Strabo lib. XII. Ambasitidis tractus meminit, in quo Ancyram collocat, sed ibi fortassis non Ἀβασίτιδος sed Ἀμβασίτιδος erit legendum. Si cuipiam haec coniectura displiceat, doceat meliora certioraque, et manus porrigemus.

— Ὁ πολίτης Ἀμβασίτης.] Optime sic habet Xylandri editio, pessime autem in aliis, Ἀμβαΐτης. Nisi Stephanus ex Polyhistore huius oppidi meminisset, et Claudii nummus apud Goltzium cum inscriptione ΑΜΒΑΣΙΤΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ exstaret, protinus huius civitatis memoria interiisset.

Ἄμβλαδα. καὶ τῇ Καρίᾳ, Τιάβα, καὶ Σίνδα.] Hic locus apud Stephanum in vulgatis codicibus deturpatissime et mutile circumfertur. Editio Ald. et Flor. exhibent: καὶ τῇ Καρίᾳ, Τάβα καὶ Ἴσιδα. Rescribendum est ex Sched. Voss. et codd. Palatinis, nunc vero Vaticanis: Εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι, καὶ τῇ Καρίᾳ, Τάβαι, καὶ Ἴσινδα, καὶ Ἄμβλαδα. Haec est certissima et indubitata lectio. Τὸ Ἄμβλαδα apud nostrum excidisse, nemo non videt; nam ut Ambladorum situm demonstraret, Strabonis testimonium in medium producit, quod in vulgatis libris hanc vocem non continebat, qua non immerito Stephani textum auximus. Strabo libro a Steph. citato: Εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι καὶ τῇ Καρίᾳ, Τίαβα, καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα, ὅθεν καὶ ὁ Ἀβλαδεὺς οἶνος ἐκφέρεται, πρὸς διαίτας ἰατρικὰς ἐπιτήδειος. Miror profecto Casaubonum hos errores non subolfecisse, nam pro Τίαβα reponendum esse Τάβαι et pro Σίνδα Ἴσινδα, suis locis demonstrabimus.

Ἀμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας.] Laudem profecto non infimam hoc nomine noster meretur Stephanus, quod passim exquisitam diligentiam in recensendis variis urbium regionumque appellationibus adhibuerit; solus enim ille, quod sciam, inter tot

[redacted]

historicos et geographos refert, urbem hanc duobus aliis nominibus fuisse insignitam. *Ἐπουΐα, πόλις ἡ νῦν Ἀμβρακία, ἡ πρότερον Παραλία. Καὶ οἱ οἰκοῦντες, Παράλιοι.* Praeterea quoque ex ipso discimus, aliquam Ambraciae partem *Δεξαμεναὶ* fuisse appellatam. *Δεξαμεναί, μέρος τῆς Ἀμβρακίας, ἀπὸ Δεξαμένου τοῦ Μεσόλου παιδὸς, καὶ Ἀμβρακίας τῆς θυγατρὸς Φόρβαντος, τοῦ Ἡλίου. τὸ ἐθνικὸν, Δεξαμεναῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν τῇ Ἀμβρακιωτῶν πολιτείᾳ.* Sed de hisce nominibus suo tempore et loco agemus, sufficiat impraesentiarum illa in memoriam revocasse. Thesprotiae a Geographis haec civitas adscribitur et ab historicis. Pausan. lib. v. *Ἀμβρακιῶται δὲ ἐξ Ἠπείρου τῆς Θεσπρωτίδος.* Sed accuratissime eius situm perstringit Scylax cap. *Ἀμβρακία. Μετὰ δὲ Μολοττίαν Ἀμβρακία πόλις Ἑλληνὶς, ἀπέχει δὲ αὕτη ἀπὸ θαλάσσης στάδια Π. ἐστὶ δὲ καὶ ἐπὶ θαλάσσης τεῖχος καὶ λιμὴν κάλλιστος.* In eadem quoque opinione versabatur Dicaearchus:

—— Κατὰ τὸν κόλπον δὲ τὸν καλούμενον
Ἀμβρακικὸν ᾤκισται μέση, σταδίους δ' ἔχει
Ἀπὸ τῆς θαλάσσης ὀγδοήκοντα.

117 Non puto tamen urbem tam procul a mari sitam fuisse, quod
a dico auctoritate Strabonis inductus, qui libro vii. ita refert: *Παραῤῥεῖ δὲ αὐτὴν Ἄραχθος ποταμὸς ἀνάπλουν ἔχων θαλάσσης ὀλίγων σταδίων.* Sed fortassis Scylax et Dicaearchus mare Ionium intelligunt, et Strabo vel ipsum sinum Ambracicum, vel mare illud quod inter Corcyram et Thesprotiae littus interiacet. Hisce cum scriptoribus si contuleris Polybium in Excerpt. Legat. cap. xxviii. ubi de M. Fulvio Consule loquitur, et Livium lib. xxxviii. civitatis huius situs satis erit manifestus et clarus.

— *Ἀπὸ Ἄμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λαοκόωντος.*] Sic exhibent constanter priores editiones: scripti codices *Λαόκωνος* habent pro *Λαοκόωντος.* Verum hoc loco scribendum esse *Λυκάονος*, non obscure patet ex voce *Ἔφυρα*, ubi Stephanus sic inquit: *Ἔφυρα, πόλις Ἠπείρου ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἄμβρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ, τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ Λυκάονος, τοῦ Γηγενοῦς, τοῦ Ἀρκάδος.* De urbis conditoribus parum inter se conveniunt scriptores antiqui, sed Corinthiorum coloniam fuisse, plures statuunt. Scymnus Chius:

Μετὰ δὲ τοὺς Μολόττους Ἀμβρακία Κορινθίων
Ἀποικός ἐστιν. ᾤκισεν δ' ὁ Κυψέλου
Αὐτὴν πρότερον παῖς Γόργος.

Strabo lib. vii. hunc Tolgum appellavit: *Μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ Ἀμβρακίας. ὑπέρκειται δὲ ἡ αὐτὴ τοῦ μυχοῦ μικρὸν Τόλγου τοῦ Κυψέλου κτίσμα.* Verum idem Strabo lib. x. Gorgasi cuius-

[redacted]

dam, quasi etiam coloniae conditor fuisset, meminit: *Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον, καί ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον.* Fuerunt illi quidem coloniae duces, sed tamen urbi nomen ex suo homine non imposuerunt, quemadmodum plerumque contingebat: sed appellationem sortiebatur ab Ambrace Thesproti filio, vel ab Ambracia Augei filia, ut sequenti commentario probabimus. Dionysius Halicarnass. lib. I. in descriptione navigationis Aeneae, Ambracem hunc Dexameni filium statuit. Opiniones igitur sic in contrarium abeuntes, quis certi quid hinc elicere posset?

— *Ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰγέου.*] Lectionem omnium editionum retinuimus, sed manifesto errore sic exhibent: reponendum est, *ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου*, quae mutatio facili transscriptorum incuria fieri potuit. Eustathius ad Dionys. de situ orbis: *Οἱ Ἀμβρακιεῖς δὲ, Ἠπειρωτικὸν μὲν καὶ αὐτοὶ ἔθνος. οὕτω δὲ λέγονται, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αὐγέου θυγατρὸς, ἢ ἀπὸ Ἄμβρακος υἱοῦ Θεσπρωτοῦ.* Antoninus Liberalis Metamorph. libro perhibet, Melaneum Dryopum regem liberos habuisse Eurytum et Ambraciam, a qua qua urbs Ambracia nomen accepit, ita enim ille: *Καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων ἑαυτῷ προσήκειν ἔλεγε τὴν πόλιν, ὅτι Μελανεὺς υἱὸς ἦν αὐτοῦ, βασιλεύσας μὲν Δρυόπων, καὶ πολέμῳ λαβὼν τὴν πᾶσαν Ἤπειρον. γεννήσας δὲ παῖδας Εὔρυτον καὶ Ἀμβρακίαν ἀφ' ἧς ἡ πόλις Ἀμβρακία καλεῖται.*

— *Ἀμβρακιεύς.*] Utitur hoc gentili Dionysius de situ orbis:

Πρὸς δὲ νότον μετὰ δρυμὰ Κεραύνια νηῒ θεούσῃ 117

Νῆσοί κεν φαίνοιντο περαιόθεν Ἀμβρακιήων. b

Ad quem locum lege Eustathii verba iam supra allegata. *Οἱ Ἀμβρακιεῖς* etc. Qui etiam hoc gentile habet.

— *Καὶ Ἀμβρακιώτης.*] Gentile illud magis est in usu: passim occurrit apud Thucydidem: et nullus ferme circumfertur antiquarius, quin proferat nummum cum inscriptione *ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΩΝ*, vel Dorica dialecto, *ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ.*

— *Σικελικῷ τύπῳ.*] Siculos atque Italos habere gentilia in *ινος* desinentia, ante probavimus. Vide Stephanum in voce *Ἀβακαῖνον*, et ad illum locum nostras observationes, in quibus fusius docemus, quot modis Siculi gentilia sua formare soleant.

— *Εὕρηται καὶ διὰ τοῦ Π, ἀντὶ τοῦ Β.*] Tradit etiam Eustathius in suis ad Dionysium commentariis, antiquitus scripturam huius vocis et per *Π* et per *Β* obinuisse; ita enim ille pag. 70. *Τὸ δὲ Ἄμβραξ, εἰσὶν οἳ ἀρχαϊκώτερον διὰ τοῦ Π γράφουσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν χώραν Ἀμπρακίαν, ὡς καὶ τὰς νήσους τὰς Βρεταννικὰς, Πρεταννικάς. πλείων δὲ ἡ διὰ τοῦ Β γραφή.*

— *Τὰ γὰρ εἰς ια θηλυκὰ, καὶ εἰς ιον οὐδέτερα, διὰ τοῦ ωτης* etc.] Optime sic edi curavit Xylander: pessime vero in aliis editionibus excusum est: *τὰ γὰρ εἰς α θηλυκὰ καὶ εἰς ον οὐδέτερα, διὰ τοῦ ωτης ποιεῖ τὰ ἐθνικά. Σικελιώτης, Πηλιώτης.* Ex duobus hisce exemplis, *Πήλιον* scilicet et *Σικελία* satis clare patet, Xylandro esse assentiendum. Scripti codices prorsus cum Aldina ac Florentina editione conveniunt. Huic canoni haud absimilem etiam tradit Stephanus in vocabulo *Ῥαφανεία*, ubi ita inquit: *Τῶν εἰς ωτης ἐθνικῶν τὰ πολλὰ τὸ Ι πρὸ τοῦ Ω ἔχει, Πηλιώτης, Φθιώτης. σπάνια δὲ τὸ ε, καὶ σχεδὸν ἀπὸ τῆς ει συσταλέντα, Ἡρακλεώτης, οὕτω καὶ Ῥαφανεώτης.*

— *Καὶ Ἀμβρακία ἡ γυνή.*] Fortasse vox *χώρα* huic loco excidit; quare non inepta videbitur haec emendatio, si legitur, *καὶ Ἀμβρακία ἡ γυνὴ καὶ ἡ χώρα.* Urbem enim et circumiacentem regionem eodem nomine insignita fuisse, fusius narrant historici atque geographi. Etymologici Magni auctor: *Ἀμβρακία πόλις Ἠπείρου, ἀφ' ἧς ἐκλήθη Ἀμβρακία ἡ χώρα.* Vide inferius quoque locum ex Polybio citatum.

Ἄμβρακος, πολίχνιον τῆς Ἠπείρου.] Praeter Stephanum solus Polybius huius loci meminit lib. IV. scribitque non *πολίχνιον*, sed *χωρίον* esse, id est castellum moenibus et propugnaculis optime instructum. Quia autem Historici verba huius munimenti situm accuratissime depingunt, illa huc transcribere placuit: *Ὁ γὰρ Ἄμβρακος ἐστὶ μὲν χωρίον εὖ κατεσκευασμένον, καὶ προτειχίσμασι καὶ τείχει. κεῖται δ' ἐν λίμναις, μίαν ἀπὸ τῆς χώρας στενὴν καὶ χωστὴν ἔχων πρόσοδον. ἐπίκειται δ' εὐκαίρως τῇ τε χώρᾳ τῶν Ἀμβρακιωτῶν καὶ τῇ πόλει.* Ex hisce verbis manifestissime liquet, non longe ab Ambracia, et per consequens in Thesprotia situm fuisse, cum dicatur opportune imminere, *ἐπικεῖσθαι*, et regioni Ambraciotarum et urbi.

118 *Ἀμέριον, πόλις Ἰταλίας.*] Latinis scriptoribus passim di-
a citur genere feminino *Ameria*, et sic quoque antiqua inscriptio apud Gruterum. Verum Servius ad Virg. Georg. lib. I. civitatis nomen neutro genere protulit ad haec verba:

Atque Amerina parant lentae retinacula vitae.

Virgas de quibus vites religantur: quae virgae abundant circa Amerinum oppidum: cuius crebram in Rosciana facit Cicero mentionem. Verum posset quis existimare in istis verbis gentile nomen, non vero civitatis exprimi, quod etiam mordicus negare non ausim, praesertim cum Latini sic loqui ament. De vetustate atque origine huius urbis exstat testimonium Catonis apud Plinium lib. III. cap. XIV. *Ameriam*, inquit, *supra scriptam Cato ante Persei bellum conditam annis* DCCCCLXIV. *prodidit.* De

[redacted]

conditore legimus apud festum Pompeium hisce verbis: *Ameria, urbs in Umbria, ab Amerio sic appellata.*

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμερῖνος.] AMERINI dicuntur Plinio libro III. cap. XIV. Melius tamen secundum Stephani canones ab *Amerium* posset deduci *Amerinus*, quam a voce *Ameria*.

Ἀμήστρατος, πόλις Σικελίας.] Inter alia nomina quibus haec civitas fuit insignita, hoc antiquissimum non est: puto enim antea *Μυτίστρατον* praevaluisse, quo utuntur Polybius, Diodorus, Zonaras et alii. Antiqua isthaec appellatio apud Stephanum occurrit: *Μυτίστρατον πολίχνιον περὶ Καρχηδόνα. Πολύβιος πρώτῳ. τὸ ἐθνικὸν Μυτιστράτιος, ὡς Στρατὸς Στράτιος, ἡ Ἀκαρνανικὴ πόλις.* Sed Cluverius imperitiam Epitomatoris pluribus exagitavit, statuentis oppidum circa Carthaginem in Africa situm esse. Deinde idem Epitomator, qui fortassis in corruptissimos auctorum quos citat codices incidit, hanc civitatem *Μυτίστρατα* appellavit, scil. auctoritate Philisti rerum Sicularum scriptoris inducti: *Μυτίστρατα, φρούριον Σικελίας. Φίλιστος δεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Μυτιστρατῖνος, ὡς αὐτός.* Itaque, ut accuratissime observavit Cluverius, tribus appellationibus haec civitas ab Epitomatore insignitur, qui etiam testimonio trium egregiorum et magni alias nominis scriptorum utitur, quorum scripta, praeter illa Polybii, iam interiere. Situm erat oppidum hoc, sive castellum ultra Paropum circa Alaesum amnem, qui nunc vulgato nomine *Pettino* appellatur. Oppidum nunc communi vocabulo *Mistretta* dicitur, uti testatur Fazellus decad. I. lib. X. *Mysistratum Polybio lib. I. est pervetustum oppidum, Amestrata Ciceroni et Plinio dictum; cuius nomen adhuc aedis ibi divae Catharinae retinet: hodie vero Mistretta appellatur. Vetusti oppidi circa montem plura spectantur monumenta, et arx vetustissima.*

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμηστρατῖνος.] Urbem sive castellum illud, de quo sumus locuti, tempore Ciceronis Ἀμήστρατα vel Ἀμήστρατον fuisse appellatum, hinc liquet, quod ille loci incolas in Verrina III. AMESTRATINOS nuncupaverit. *Amestratinos homines tenues, quum eorum decumas medimnis IↃCCC vendidisses, cogis eos plus lucri dare, quam quanti venierant, cum magno venissent.* Et in eadem oratione paulo inferius eidem Ciceroni 118
oppiduli nomen exprimitur: *Calactinis quamobrem imperasti anno tertio, ut decumas agri sui, quae Calactae dare consueverant, Amestrati M. Caesio decumano darent?* b

Ἀμικονεία, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλ.] Apud veteres, quod sciam, huius insulae nulla memoria exstat. Puto tamen ex similitudine aliorum, hunc locum vitii haud immunem esse: nam si verum nomen esset Ἀμμονεία, inde κατὰ περίφρασιν deducta

cendum esse gentile, ἐξ Ἀμικωνίας νήσου, non vero ἐξ Ἀμίκου νήσου. Quia autem Stephani auctoritate ultimum obtinuit, fortassis erit recribendum Ἀμίκου νῆσος, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ: nam simili prorsus appellatione insula quaedam Aegyptia vocitata fuit. Stephanus: Ἀργέου νῆσος, νῆσος μικρὰ πρὸς τῷ Κανώβῳ Αἰγυπτία.

— *Τὸ ἐθνικὸν, ἐξ Ἀμίκου νήσου, κατὰ περίφρασιν.*] Docet noster in vocabulo *Βάτη*, et in Ἀβρότονον, omnes locorum appellationes non pati ut inde gentilia deducantur, admonetque nonnunquam genitivo cum praepositione esse utendum, sive περιφράσει, uti hoc loco statuit. Huiusmodi locutionis exemplum et formandi ratio etiam in voce Ἀκόναι occurrit. Ἀκόναι, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας. λέγεται κατὰ περίφρασιν, ὁ οἰκῶν τὰς Ἀκόνας. Vide commentarios nostros ad vocem Ἀβρότονον pag. 13. ubi fusius de ratione formandorum gentilium egimus.

Ἄμιλος, πόλις Ἀρκαδίας.] Tempore Pausaniae erat χωρίον, quod non procul ab Aristocratis sepulchro et Teniis fontibus collocat. Sine dubio Stephanus haec Pausaniae verba respicit: Μετὰ δὲ Ἀριστοκράτους τὸν τάφον, πηγαί τε εἰσὶ καλούμεναι Τενεῖαι, καὶ ἀπέχει τῶν πηγῶν στάδια ὡς ἑπτὰ Ἄμιλος χωρίον. πόλιν δὲ τὴν Ἄμιλόν ποτε εἶναι λέγουσι.

Ἄμισσα, πόλις Γερμανίας.] Non possum assentiri Ortelio, existimanti Stephanum hoc loco agere de **Marpurg**, Cattorum in Hassia oppido. Cum Cluverio in eadem versor opinione, hic apud nostrum Latinorum *Amisiam* debere intelligi, quam Ptolemaeus lib. II. in Germaniae descriptione Ἀμασίαν, et lib. VIII. Ἀμεισεῖαν appellavit, vocabulo sane ad Latinorum *Amisiam* prope accedente. Nomen obtinet ab *Amisio* amne, quem sic nominarunt Plinius et Marc. Heracleota in Periplo magnae Germaniae: adeo ut dubitari non possit, esse idem oppidum, quod etiamnum hodie **Embden** appellatur, et ad ostium fluminis **Ems** situm est, iuxta sinum nostratibus **den Dullart** dictum.

— *Μαρκιανὸς ἐν τοῖς ἀπὸ Ῥώμης.*] Multis in locis hic scriptor Stephano adest, sed semel tantum hoc indice. Procul dubio illud Marciani opus tale fuit, quale nunc superest imperatoris Antonini, scilicet Itinerarium ab urbe Roma ad illustres per terrarum orbem civitates.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμισσαῖος.*] Si gentile non fallat, oppidi nomen per simplex S erit scribendum, ut tanto propius ad Latinorum Amisiam, et Graecorum Ἀμίσιον accedat.

119 *Ἀμισὸς, πόλις ἀξιόλογος.*] Supprimere aliquando so-
a let Epitomator illorum nomina, qui ipsi in concinnanda hac epitome auxilio fuere. Haec transcripta esse ex lib. XII. Strabonis,

[redacted]

non opus est ut multis demonstrem, ipsissima verba in medium producturus. *Μετὰ δὲ Γαδιλῶνα, ἡ Σαραμηνὴ, καὶ Ἀμισὸς πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα τῆς Σινώπης περὶ ἐννακοσίους σταδίους. φησὶ δὲ αὐτὴν Θεόπομπος πρώτους Μιλησίους κτίσαι, Καππαδόκων ἄρχοντας.*

— *Σταδίους ἐννακοσίους.*] Convenit cum Strabone Stephanus, sed ex intervallis quae ab Arriano in Periplo sunt annotata, paulo plura colliges,

A Sinope Carusam usque stad.	150.
A Carusa ad Zagora stad.	150.
Inde ad Halym amnem stad.	300.
Ab Haly ad Naustathmum stad.	90.
A Naustathmo ad Conopeum stad.	50.
A Conopeo ad Eusenem stad.	120.
Ab Eusene ad Amisum stad.	160.
Stadia	1020.

Ab Arriani computatione non longe recedit Plinius, qui tamen omnium maximam habet, statuens lib. VI. cap. II. a Sinopa Amisum usque CXXX. M. passuum, qui 1040 stadia conficiunt. Sed stadiorum numerus in Periplo Marciani Heracleotae profligatissime est depravatus, nam ubi librarii 350 scil. *τῇ* exararunt, alius numerus est reponendus. *Ἀπὸ Κωνωπίου εἰς Ἀμισὸν πόλιν στάδια ρν΄. οἱ πάντες ἀπὸ Σινώπης εἰς Ἀμισὸν στάδια πί λ.* Quicunque enim in Marciano uniuscuiusque intervalli numerum collegerit, inde debere summam nongentorum et triginta stadiorum colligi, manifestissime comperiet.

— *Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, Ἀμισηνός. λέγεται καὶ Ἀμίσιος.*] Huic loco aliquid excidisse, licet ita in scriptis et codicibus excusis concipiatur, nemo sanae mentis ibit inficias: eum sic in integrum restituo: *λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. τὸ ἐθνικὸν, Ἀμισηνός. λέγεται καὶ Ἀμίσιος.* Primam horum verborum partem, *λέγεται καὶ ἀρσενικῶς*, refero ad urbem ipsam, cuius nomen fortassis isthoc genere profertur, nam ridiculum foret eam de gentilii accipere, quod triplici genere gaudet. Gentile *Ἀμισηνὸς* legitur apud Strabonem lib. XII. *Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὴν μὲν ἔχουσιν Ἀμισηνοὶ, τὴν δ' ἔδωκε Δηϊοτάρῳ Πομπήϊος*: et apud Plutarchum in Lucullo. Polybius inde videtur formasse gentile *Ἀμισεὺς*, ita enim reperimus in excerpt. Legat. ex lib. LV, si locus mendo careat, *καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἀμισέων χώραν.*

— *Λέγεται καὶ Ἀμίσιος.*] Haec non refero ad ipsam urbis appellationem, quasi *τοῦ Ἀμισίου* nomine fuisset insignita. sed ad alteram nominis gentilitii formam. Videtur enim Stephanus

manifeste innuere, gentile *'Αμισηνὸς* et *'Αμίσιος* inde deduci posse: animadverto tamen Tristanum sensisse, Philonem a Stephano hac de causa citari, quasi eius testimonio probaret urbem etiam *'Αμίσιον* fuisse dictam: sed non puto hoc Stephanum in animo habuisse.

— *Φίλων ἐν τῷ περὶ πόλεων.*] Huius operis etiam meminere Etymologici Mag. auctor et Suidas. Puto discipulum fuisse Aga-
119 themeri, qui vixit circa annum ducentesimum post natum Chri-
b stum. Non obscure hoc ipse Agathemerus videtur indicare lib. I. cap. VI. ita enim ille: *Τῶν δὲ τῇ αἰσθήσει ὡς ψευδῆ ἀπολελεγμένα, ἐπιστημονικῶς διορθούμενοι, δεῖν προσεπενοήσαμεν καὶ αὐτοὶ, τὴν τοῦ παντὸς ὡς ἐν χειριδίῳ συνελεῖν πραγματείαν, ὡς ἂν ἐπὶ μνήμης ἔχῃς, ὦ Φίλων ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παρ' ἡμῶν ἀκήκοας.* Igitur Philo geographum hunc habuit praeceptorem, qui ipse plurima geographica scripsit, quae iam interierunt.

'Αμμωνία, ἡ μεσόγειος Λιβύης.] Depravata admodum est lectio codicum MSS. *'Αμμωνία, ἡ μεσόγειος Λιγὺς, καὶ αὕτη δὲ πᾶσα ἡ Λιβὺς οὕτως ἐκαλεῖτο.* Existimo Stephanum intelligere *Libyam Propriam*, scilicet unam ex undecim Africae regionibus. De Libya Propria vide Ptol. lib. IV. Locus in hanc rem egregius etiam apud Eustathium in Dionys. de situ orbis exstat pag. 27. *Σημειωτέον δὲ ὅτι καὶ μέρος τι τῆς Λιβύης τῆς χώρας ἐστὶν ἰδίως οὕτω καλούμενον Λιβύη. παρὰ γοῦν τοῖς παλαιοῖς εὑρίσκομεν τὸ, ἀμφοτέρας Λιβύας. τοῦτο δὲ τάχα ἐμφαίνει καὶ τριχῶς τὴν Λιβύην λέγεσθαι, τήν τε ὅλην χώραν, καὶ μέρος τι αὐτῆς, εἰς δύο Λιβύας ὑποδιαιρούμενον. ὥσπερ καὶ τὴν 'Αρμενίαν καὶ τὴν Καππαδοκίαν εἰς πολλὰς Καππαδοκίας καὶ 'Αρμενίας οἱ παλαιοὶ κατανέμουσι.*

— *Οὕτως ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἄμμωνος.*] Libyam fuisse regionem *πολυώνυμον*, refert Stephanus in vocabulo *Λιβύη*. ubi inter alias appellationes *τὸ 'Αμμωνὶς* exhibet.

— *Τὸ δ' 'Αμμωνεῖον, διὰ διφθόγγου.*] Intelligit templum vel alium quendam locum, in quo Ammon honorabatur, et sic deinde etiam accipe *τὸ Δημητριεῖον, καὶ 'Απολλωνιεῖον*, pro locis Cereri et Apollini sacris. Suetonius in Cal. cap. XXI: *Destinaverat et Sami Polycratis regiam restituere, Mileti DIDYMEUM peragere*, etc. Id est templum in quo Apollo Didymaeus colebatur.

'Αμνισός, πόλις Κρήτης.] Tempore Strabonis videtur fuisse Gnossi navale in boreali Cretae ora, de quo Strab. lib. x. Vide Eustath. in Hom. pag. 1861, et in Dionysium pag. 71.

— *Αἱ τούτου νύμφαι 'Αμνισιάδες, καὶ 'Αμνισίδες.*] In Flo-

[redacted]

rentima desiderantur haec verba, καὶ Ἀμνισίδες. Vidit Salmasius hunc locum esse corruptum: sed male ipsi suppeditabant MSS, ἀφ' αἱ τούτου νύμφαι: pro quo ad oram sui codicis rescripsit: Κρητικαὶ ἀπὸ τούτου νύμφαι etc. Harum Nympharum mentio est apud Callimachum Epig. in Dianam:

Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας.

Ad quem locum ita scribit Scholiastes: Ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης. ἀφ' οὗ Κρητικάς.

Ἀμοργὸς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.] Ambigui iuris est haec insula, nam a scriptoribus et geographis nunc Sporadibus, nunc vero Cycladibus annumeratur.

— Ἔχουσα τρεῖς πόλεις.] Scylax Caryandensis etiam scribit hanc insulam tres habuisse urbes, sed illarum nomina non expressit: Ἀμοργὸς, αὕτη τρίπολις, καὶ λιμήν. Nomina addidit Stephanus Arcesinen, Minoam et Aegialen. De Arcesine et Minoa sumus satis certi, sed de Aegiale dubium moveri potest, an tali appellatione fuerit insignita: nam substituit noster in voce Ἀρκεσίνη pro Aegiale Μελανίαν, ita enim ille: Ἀρκεσίνη, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ. ἦσαν γὰρ, Μελανία, 120
Μίνωα, Ἀρκεσίνη. Placuit hoc obiter admonere, nam quo in a
loco vitium lateat, nondum compertum habeo.

— Σιμωνίδης ὁ Ἰαμβοποιός.] Vide Strabonem lib. x. circa finem, Procli Chrestomath. Gram. pag. 342. (ubi Sylburgius pro Ἀμόργιος optime Ἀμοργῖνος rescripsit) et Eustathium in Dionys. pag. 76.

— Ἀμόργην αὐτὴν καλεῖ.] Pessime codex Vossianus: Μόργην αὐτὴν καλεῖ.

— Ἀμόργινος χιτὼν χρώματος ἴδιον.] In Vossianis schedis legitur: τὸ δὲ Ἀμόργιον χιτών. Quae sit distinctio inter Ἀμοργῖνος et Ἀμόργινος praeclare docet Archiepiscopus Thess. in suis ad Dionys. comment. pag. 76. Ἡ Ἀμοργὸς, ἐξ ἧς Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιὸς, Ἀμοργῖνος ἐντεῦθεν λεγόμενος προπερισπωμένως, τύπῳ ἐθνικῷ. τὸ δὲ Ἀμόργινος, προπαροξυτόνως, χίτωνος ἐπίθετον, ἀπὸ χρώματος ἴσως ἐλαιοχρόου τινός. Haec ab Epitomatore hausit; sed verum est, quod ante nos observavit Salmasius, Stephanum, cui ego Eustathium adiungo, τὸ ἀμόργινος χιτὼν, male de coloris genere sumsisse, cum revera Ἀμόργινοι χιτῶνες tunicae lineae sint, factae ex lini genere in Amorgo insula nasci aut praeparari soliti. indicat hoc manifeste Cratini versus Salmasio citatus:

Ἀμοργὸν ἔνδον βρυττίνην νήθειν τινά.

In eadem opinione versabatur Pausanias, qui Lexicon Atticum conscripsit, cuius verba integra reservavit Eustath. ad Dionys.

loco iam citato. Παυσανίας δὲ, οὐ τὸ Ἀττικὸν λεξικὸν, ἄλλο τι ἐμφαίνει, λέγων· Ἀμοργὸς ὅμοιον βύσσῳ. καὶ ὅτι ἀμοργὶς κυρίως ἡ λινοκαλάμη, ἐξ ἧς ἐνδύματα ἀμοργίδια λεγόμενα, ὡς ὁ κωμικὸς ἐν Λυσιστράτῃ δηλοῖ. In eadem quoque sententia fuere Hesychius, Pollux, Harpocration, Suidas, Phavorinus et alii.

Ἄμολβος. Βάλαγρος ἐν Μακεδ.] Etiam aliis in vocibus hic scriptor Stephano adest. Vide in Δυρράχιον et Ὄρβηλος.

Ἀμόριον. Στράβων δυοκαιδεκάτῃ.] Innuit procul omni dubio hunc locum, ex quo et situm colliges. Ἐν ᾗ ἐστιν ἥ τε παρώρειος λεγομένη Φρυγία, καὶ ἡ πρὸς Πισιδίαν, καὶ τὰ περὶ Ἀμόριον καὶ Εὐμενίαν, καὶ Σύναδα. De situ praeter Strabonem etiam lege Ptolemaeum lib. cap.

— Νοτιαεὺς, Δορυλαεύς.] Neutrum horum gentilium respondet τῷ Ἀμοριεύς. Pro Νοτιαεὺς reponendum, uti ex Stephano est manifestum, Νοτιεύς. Etiam Δορυλαεὺς non est huius loci, et Stephani canones in voce Δορυλάειον formam gentilitiam, quae huc applicari posset, nequaquam admittunt: quod si inde formaretur Δορυλιεὺς, hoc examussim suo simili responderet.

120 — Πόλις τῆς Αἰγυστικῆς.] Infra in eadem hac sectione
b aliam Italiae urbem et promontorium et portum commemorat: ἔστι καὶ Ἰταλίας ἄκρα καὶ λιμὴν καὶ πόλις. Igitur geminas hoc nomine urbes in Italia collocat; sed illarum, uti nec promontorii, nec portus, veteres aut recentiores geographi meminere, et apud doctissimum Cluverium ne γρῦ quidem reperies; imo ut verum fatear, in antiquorum scriptis hactenus nihil mihi fuit obvium, quod aliquo colore huc referri posset.

— Ἄκρα Τορωναίων.] Inter Toronaeum sinum et Singiticum promontorium est, quod Ampelus dicitur, sed in mappis se magis ad Singiticum sinum, quam ad Toronaeum extendere videtur. Huius meminit Herod. in Polymnia: Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω, συντάμνων ἀπὸ Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίην ἄκρην. Hesychius fortassis totum hunc littoralem tractum Ampelum appellavit: Αἰγιαλὸς καὶ πόλις Θρᾴκης καὶ ἡ Ἄμπελος.

— Ἄκρα τῆς Σάμου.] Memoria satis frequens huius promontorii in antiquorum scriptis occurrit, vide Strabonem lib. XIV. et alios plurimos, Agathemerus lib. I. cap. IV. Ἐπ' Ἀκρίτην νῆσον στάδια σλ'. ἐπὶ Κορσίας ρ. ἐπὶ Σαμίων Ἄμπελον στάδια λ'.

— Καὶ ἄλλη ἐν Κυρήνῃ.] Emendabat ὁ πάνυ Salmasius, ἐν τῇ Κυρηναίᾳ: verum Clariss. Vossius in Obser. suis ad Melam, cui hac in re libenter assensum praebemus, vulgatam Epitomatoris lectionem retinet, manifeste demonstrans, saepissime ab antiquis Cyrenen pro Cyrenaïca accipi. Nunc autem hoc nomine magno Salmasio gratias agimus, quod in Plinianis Exercitationi-

[redacted]

bus ex Suida, cuius tamen nomen reticet, in Libya Ampelitas sive Ampeliotas esse, demonstraverit, ita enim ille pag. 270. ex lexicographo transcripsit: *Καὶ ἁπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ πολλῆς τιμῆς ἄξιόν ἐστι. Καὶ οἱ Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὥς φησιν Ἀλεξανδρίδης.* Scribit Stephanus urbem in Cyrene esse superiorem et inferiorem: de superiori suspicari licet in monte fuisse sitam, nam montis hoc nomine videtur meminisse Hesychius: *Ἄμπελος. ἡ μηχανή, καὶ ἄκρα Μυκάλης, ἤγουν ὄρους, Κυρηναῖοι δὲ, Αἰγιαλὸς. καὶ πόλις Θράκης, καὶ ἡ Ἄμπελος.* Intendit aliquid de monte Cyrenaïco proferre, verum quia eius verba mihi videntur mutila et hiulca, nihil certi statuo. Fortassis reponendum est: *Ἄμπελος, ἡ μηχανή, καὶ ἄκρα Μυκάλης. ἤγουν ὄρος Κυρηναίων. Αἰγιαλὸς καὶ πόλις Θράκης, καὶ ἡ Ἄμπελος.*

— *Ἀγροίτας δὲ δύο πόλεις φησί.*] Vossianae schedae: *Ἀγροίτας δὲ δύο πόλεις εἶναι φησί.* Quis hic Agroetas fuerit et qua ae- 121
tate vixerit, nemo hactenus testificatus est: scripsisse eum *Libyca* a
perhibet Apoll. Rhodii scholiastes ad lib. iv. observante Vossio in Syntagmate de Hist. Graec. Stephanum Agroetae *Λιβυκὰ* intelligere, nemo est qui non videat.

— *Ὁ γὰρ τύπος τῶν Ἰταλῶν.*] Variis in locis hoc inculcat, Italorum gentilia in *ινος* plerumque desinere. Haec forma tamen et Siculis non est insolens, uti in voce *Ἀβακαῖνον* clare indicat, ad quam etiam nostras observationes legito.

— *Ἀμπελίτην εἶναι.*] Scripturam hanc probam esse, nullus ego dubito: et sic hoc loco excudi curavimus, auctoribus schedis Vossianis et primis editionibus: male enim habet Xylandri editio: *τῶν δὲ λοιπῶν, δυνατὸν Ἀμπελήτην εἶναι.* Forma Libyca et Aegyptia exigit, ut gentilia in *ιτης* exeant, ut passim docet Stephanus, et praesertim in voce *Ἄζιλις.* Quod autem supra in Alexandridae verbis *Ἀμπελιῶται* Salmasius mutaverit in *Ἀμπελῖται*, uti liquet in Plin. Ex. loco allegato, id quidem mihi temere a tanto viro videtur factum: nam variant gentilia, prout variat scriptorum patria. Phavorinus, qui, teste Stephano in *Ἀλεξάνδρεια*, de Cyrenaica urbe librum conscripsit, inde *Ἀλεξανδρειώτην* formavit: *Φαβωρῖνος δὲ ἐν τῷ περὶ Κυρηναϊκῆς πόλεως Ἀλεξανδρειώτην φησί.* Et sic hoc loco *Ἀμπελιώτης* integrum est: non tamen nego Libycum et Aegyptium characterem *Ἀμπελίτην* postulare, uti a *Κάνωβος* deducitur *Κανωβίτης*, et ab *Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρίτης.*

Ἄμπη. Ἡρόδοτος ἕκτῃ.] Hunc locum noster respicit: *Ἐντεῦθεν οἱ ζωγρηθέντες τῶν Μιλησίων ἤγοντο ἐς Σοῦσα. βασιλεὺς δέ σφεας Δαρεῖος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, κατοίκισε ἐπὶ τῇ*

Ἐρυθρῇ καλεομένῃ θαλάσσῃ, ἐν Ἄμπη πόλι, παρ' ἣν Τίγρης ποταμὸς παραῤῥέων ἐς θάλασσαν ἐξίει. Editiones quas consulere licuit, constanter legunt Ἀμπὶ πόλι; mallem tamen auctoritate Stephani Ἄμπῃ πόλι. Sed hic aliud ulcus latet: sunt haec verba aut insigniter corrupta, aut Herodotus summam geographiae imperitiam prodit; nam quid Tigris cum mari rubro? Non audeo tamen pro Τίγρης Βαίτιος reponere, et nisi quis ita fecerit, nullam huic loco medelam adferet, uti alias docebimus.

121 b *Ἀμυδών, πόλις Παιονίας.*] Eustathius in commentariis ad Iliad. *B.* pag. 360. huius urbis ex Stephano videtur mentionem fecisse. Vide etiam in voce Ἀβυδών.

Ἀμυθαονία. Τοῦ Κρηθέως.] Testantur mythologi Cretheum Amythaonis patrem fuisse. Vide Paus. in Eliacis prior. et Apollod. lib. I.

Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνική.] Manifesta satis, quae a geographis et historicis de Amyclis sunt annotata. non possum tamen quin huc transferam elegantissimum locum ex lib. V. Polyb. ubi situm et amoenitatem accuratissime describit: *Αἱ δ' Ἀμύκλαι καλούμεναι, τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλιδενδρότατος, καὶ καλικαρπότατος. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. προάρχει δὲ καὶ τέμενος Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ, σχεδὸν ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν. κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς θάλασσαν κεκλιμένοις μέρεσι.*

— *Ἣν Ἀμύκλας ὁ Λακεδαίμονος etc.*] Lege Pausaniam in Laconicis circa libri initium.

— *Κλίνεται δὲ καὶ Ἀμύκλα τὸ ὄνομα τοῦ κτίσαντος, καὶ Ἀμύκλαντος.*] Prima χρῆσις apud Pausaniam lib. iam citato aliquoties occurrit: *Ἀποθανόντος δὲ Ἀμύκλα, ἐς Ἄργαλον τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἀμύκλα παίδων, καὶ ὕστερον ἐς Κυνόρταν, Ἀργάλου τελευτήσαντος, ἀφίκετο ἡ ἀρχή.* Huc etiam referri possunt verba Eustathii ex commentariis in Hom. pag. 295. *Ἀμύκλαι δὲ μία φασὶ τῶν ἑκατὸν τῆς Λακωνικῆς πόλεων. Ἀπόλλωνος ἱερά, ὡς εἴρηται. ἣν Ἀμύκλας ὁ Λακεδαίμονος υἱὸς ἔκτισεν. ὃς καὶ περιττοσυλλάβως κλίνεται Ἀμύκλαντος, καὶ ἰσοσυλλάβως δὲ Ἀμύκλα. πολίτης ταύτης, Ἀμυκλαΐτης. ἔτι δὲ καὶ Ἀμυκλαῖος, ἐξ οὗ καὶ Ἀμυκλαιεύς. Ἔστι δὲ καὶ Ἀμύκλαιον πόλις ἐν Κρήτῃ καὶ ὅρμος.* Hunc locum ab Eustathio esse transcriptum ex nostro, non est quod lectori multis persuadeam.

— *Ὡς Σιμίας ἐν μησίν.*] Huius poëtae nomen in Palatinis codd. duplici *M* erat exaratum, *ὡς Σιμμίας ἐν μησίν*, estque proba lectio, cum passim apud alios nomen ita scriptum occurrat.

— *Ὡς Κρηταῖος Κρηταιεύς.*] Vide in vocabulo *Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες*, et nostros ad istum locum commentarios.

— *Καὶ τὸ θηλυκὸν τοῦ Ἀμυκλαῖος.*] Pessime mihi Vossianae schedae exhibuerunt: *καὶ τὸ ἐθνικὸν τοῦ Ἀμυκλαῖος.*

— *Ἔστι καὶ πόλις.*] Sic rescripsimus ex Vossiano codice, *ἔστι πόλις Ἀμύκλαιον*, sicuti in aliis editionibus erat excusum. 122
Eustathius, loco iam citato, etiam huius civitatis, fortassis ex a
Stephano, mentionem facit.

*Ἀμυμνοι. Ῥιανός. * λέγεται καὶ Ἀμυμναῖος.*] In omnibus vulgatis codicibus hic locus circumfertur mutilus, et ex MSS. nullum omnino auxilium. Posset tamen, uti tentavit Salmasius ad oram sui Stephani, hoc modo in integrum restitui atque suppleri: *Ῥιανός· τὸ ἐθνικὸν, Ἀμύμνιος· λέγεται καὶ Ἀμυμναῖος, καὶ Ἀμυμναία.*

Ἀμύνται. Μένος πνείοντες Ἀμύνται.] Corrupte in omnibus MSS. et vulgatis legitur: *μένος πνείοντες Ἀμύντου.*

Ἀμύργιον. Ἑλλάνικος Σκύθαις.] Censet Xylander pro *Σκύθαις* reponendum esse *Σκυθικοῖς*, quo titulo Stephanus in voce *Ἀμάδοκοι* quendam Hellanici tractatum citat. Lubet tamen a Xylandro hac in re dissentire, et cum Salmasio legere: *Ἑλλάνικος Σκυθῶν*, quasi alii Sacis, Hellanicus vero Scythis, campum hunc annumerarent.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος.*] Amyrgiorum meminit Herodotus lib. VII. *τούτους δὲ ἐόντας Σκύθας Ἀμυργίους, Σάκας ἐκάλεον. Οἱ δὲ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας καλέουσι Σάκας.*

Ἄμυρος, πόλις Θεσσαλίας.] Urbem et fluvium hoc nomine in Thessalia commemorat Apoll. Rhodii scholiastes ad lib. I: *Ἄμυρος Θεσσαλίας ποταμὸς ἐκρέων, μετὰ τὴν Μελίβοιαν κείμενος, προσαγορευόμενος ἀπὸ Ἀμύρου τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος. ἔστι δὲ καὶ πόλις αὐτόθι.* Fluvii etiam meminit Val. Flaccus lib. II.

— *Vidisse putabant Dolopeïa busta,*
Intrantemque Amyron curvas quaesita per oras
Aequora. — — —

— *Ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀργοναυτῶν.*] Apollonium Rhodium, Apollodorum, Hyginum et Val. Flaccum catalogum omnium Argonautarum pertexuisse, omnes norunt, qui bonas literas de limine salutarunt: sed *Amyrum* hunc inter illos recenseri, non video.

— *Ἀντ' Ἀμύροιο.*] Xylandrum sequimur. Priores editiones corruptissime exhibent, *αὐταμύροιο*, et libri scripti, *ἀνταμύροιο.* Casaubonus in suis ad Strabonem commentariis emendat, *ἄγχ' Ἀμύροιο*, addens se nescire, quid sit *ἀντ' Ἀμύροιο.* Existimo ego, scriptum esse pro *ἄντα Ἀμύροιο*, id est *ἀντικρὺ*, contra, e regione: tali enim significatu *τὸ ἄντα* reperitur apud 122
b

Dionys. de situ orbis, ubi refert Rhodum ex adverso orae Aegyptiae sitam esse:

— — Ἄντα δὲ πέζης
Αἰγυπτίης Ῥόδος ἐστὶν, Ἰηλυσίων πέδον ἀνδρῶν.

— Καὶ πο * θηλυκόν.] In omnibus editionibus hic locus hiulcus conspicitur. In schedis Vossianis lacunam non observavi, in iis enim erat exaratum: ἡ πόλις θηλυκόν: et simili modo Salmasius in cod. Palatino invenit. Legendum fortassis: ἡ πόλις θηλυκῶς, quo dicendi genere Stephanus passim utitur.

— Ἄδηλον δὲ τὸ Ἡσιόδειον.] Nisi bis apud Strab. lib. IX. et lib. XIV. hoc Hesiodi carmen legeretur, starem a partibus magni Salmasii, censentis hic mendam latere, et pro τὸ, quod omnes vulgati servant, ἡ legendum. Quasi incertum esset an Hesiodo, an vero alii poëtae attribui deberet, nam in antiquorum manibus versabatur poëma inscriptum Αἰγίμιος, incerti auctoris, quem tamen alii Hesiodum, alii vero Cercopem Milesium existimaverunt, uti pag. 4. luculenter demonstravimus Verum candide meam lectori opinionem aperiam, scilicet Stephanum hisce verbis indicare voluisse, non satis manifeste ex hoc carmine liquere, quo genere Hesiodus τὸ Ἄμυρος usurpaverit.

— Δωτίῳ ἐν πεδίῳ etc.] Locum integrum ex Strabone huc transcribam:

Ἢ οἵη Διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς,
Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἄντ' Ἀμύροιο,
Νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.

— Ὡς Κάμειρος Καμειρεύς.] Sic libri editi omnes: sed suo loco Stephanus exhibet, Κάμιρος Καμιρεύς.

— Σουΐδας ἐν ταῖς γενεαλογίαις.] Lexicographum, Stephani aetate multo inferiorem, cave intelligas. Eiusdem scriptoris noster meminit in Δωδώνη, verum libri index ibi reticetur: Καὶ Σουΐδας δέ φησι, Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ.

— Ἀμυρικὴν καλεῖ.] Polybius lib. v. campi Amyrici meminit, quem collocat ultra Demetrienses et Pharsalios, in quem saepius Aetoli populabundi invadebant: Πολλάκις γὰρ ἐποιοῦντο τὰς καταδρομὰς, ἕως ἐπὶ τὸ καλούμενον Ἀμυρικὸν πεδίον.

123 a Ἀμφ' Ἄξιον, δύο μέρη λόγου, ποταμός.] Longe aliter haec verba in codice Vossiano concipiuntur: Ἀμφάξιον, δύο μέρη λόγου, πόλις. τὸ ἐξ αὐτοῦ Ἀμφαξίτης. Hic vides vocem esse compositam, et de urbe mentionem fieri: verum neutra lectio, neque vulgata neque scripta, mihi videtur approbanda: nam aut fluvium aut urbem hoc nomine fuisse, veterum testimonio nemo evincet. Regiones et tractus fluminibus adiacentes saepius ab iisdem denominationem sortiri, unicuique notius est, quam quod

doceri debeat: sic in nostro Belgio **Rhijnland, Amstelland, Schieland**, a fluviis per istos tractus decurrentibus, nomen accepere. Adeo ut censeam, hoc loco debere intelligi tractum quendam, Axio adiacentem, non vero fluvium neque urbem; quique ab aliis scriptoribus non Ἀμφ' Ἄξιον sed Ἀμφαξῖτις appellabatur: quod dico inductus testimonio Strabonis, ita enim in epitome libri septimi legimus· Ὅτι τὴν Πέλλαν οὖσαν μικρὰν πρότερον, Φίλιππος εἰς μῆκος ηὔξησε, τραφεὶς ἐν αὐτῇ. ἔχει δὲ λίμνην, πρὸ αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Λούδιας ποταμὸς ῥεῖ. τὴν δὲ λίμνην πληροῖ τοῦ Ἀξιοῦ τι ποταμοῦ ἀπόσπασμα. εἶτα ὁ Ἀξιὸς, διαιρῶν τήν τε Βοττιαίαν καὶ τὴν Ἀμφαξῖτιν γῆν. Bis etiam Ptolemaeus lib. III. cap. XIII. Amphaxitidis meminit, quae circa Axium in Macedonia regio est, et Polyb. lib. V. Verum per me quoque licebit, vulgatam huius vocabuli lectionem integram servare, cum constanter omnes libri ita legant, et simili modo una ex Foederati Belgii provinciis **d'Ommelanden** appelletur.

Ἄ μ φ ε ι α. Παυσανίας τετάρτῳ.] Quia Pausanias oppidi situm accuratissime descripsit, eius verba ex libro quarto huc transferre libuit. Ἡ δὲ Ἄμφεια πρὸς τῇ Λακωνικῇ πόλισμα ἦν ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ, μεγέθει μὲν οὐ μέγα, ἐπὶ λόφου δὲ ὑψηλοῦ κείμενον, καὶ ὑδάτων πηγὰς εἶχεν ἀφθόνους.

Ἀ μ φ ι γ έ ν ε ι α. Στράβων ὀγδόῃ.] Procul dubio ad hunc Strabonis locum respicit: Καὶ Ἀμφιγένεια δὲ τῆς Μακιστίας ἐστὶ περὶ τὸν Ὑψόεντα, ὅπου τὸ τῆς Λητοῦς ἱερόν. Sequitur Apollodori sententiam Strabo, etiam Amphigeniam Macistiae attribuens.

— Μακιστίας.] In Aldina et Florentina editione corruptissime legitur, τῆς Μαστικίας, quod Strabonis auctoritati repugnat.

— Φασὶ γὰρ, ὅτι ἐκεῖ παραγενομένη Λητὼ, τεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα.] Non puto hunc locum esse vitii plane immunem: fortassis legendum hunc in modum: φασὶ γὰρ, ὅτι ἐκεῖ παραγενομένη Λητὼ ἔτεκεν τὸν Ἀπόλλωνα. Vel si expungas τὸ ὅτι, legendum erit: φασὶ γὰρ, ἐκεῖ παραγενομένην Λητὼ, τεκεῖν τὸν Ἀπόλλωνα. 123 b

— Μενέλαος δέ φησι, καὶ Ἀμφιγένειον εἰρῆσθαι.] Ita reposuimus auctoribus libris manu exaratis. Pessime vulgati codices exhibebant: Μενέλαος δέ φησι, καὶ Ἀμφιγένειαν εἰρῆσθαι. Nos antiquam et veram lectionem revocasse, etiam Eustathii testimonio confirmare possumus, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 297. Ἡ δὲ Ἀμφιγένεια, παρά τισι καὶ οὐδετέρως λέγεται, τὸ Ἀμφιγένειον. πολίτης αὐτῆς Ἀμφιγενειάτης καὶ Ἀμφιγενεύς. εἶχε δὲ Λητοῦς ἱερὸν, ἐπεὶ, φασιν, ἐκεῖ Λητὼ παραγενομένη, ἔτεκεν Ἀπόλλωνα. Quis hic Menelaus fuerit, lege in voce Ἀνθία.

— Διὰ τὸν Πελοποννήσιον χαρακτῆρα.] Sic vulgati omnes.

Liber Vossianus: *διὰ τὸν Πελοποννησίων χαρακτῆρα.* Sed res eodem redit, quocunque modo legeris.

Ἀμφίδολοι. Θαυμακοί.] Nihil ad rem facere videtur haec vox, quia οἱ πολῖται ὁμωνύμως τῇ πόλει sunt appellandi. *Θαυμακία* urbs est Magnesiae, cuius incolae *Θαυμακοὶ* dicuntur Stephano et Eustathio. Sed *Ἀμφίδολοι* est nomen urbis, et *πολῖται ὁμοίως* appellantur. Eadem etiam ratio in multis aliis obtinet, ut in *Δελθάνιοι, Δίφροι*, etc.

Ἀμφίκαια. Παυσανίας δεκάτῃ, ὁ αὐτὸς Ἀμφίκλειαν εἶπεν.] Nusquam hoc oppidum a Pausania *Ἀμφίκαια*, sed passim *Ἀμφίκλεια* dicitur. *Ὁδὸς δὲ ἡ ἐς Ἀμφίκλειαν σταδίων ἐκ Λιλαίας ἐστὶν ἑξήκοντα. ταύτην τὴν Ἀμφίκλειαν ἐλυμήναντο οἵ τε ἐπιχώριοι τῷ ὀνόματι, καὶ Ἡρόδοτος μὲν Ὀφιτείαν ἐκάλεσεν, ἑπόμενος τῷ ἀρχαιοτάτῳ τῶν λόγων.* Falsum est quod scribit Pausanias, Herodotum urbem Ophitiam appellasse, cum certissimum sit, hoc nomen in eius libris non occurrere. verum malo statuere Pausaniae locum corruptum, et pro *Ὀφιτείαν* rescribendum esse *Ἀμφίκαιαν*, quo nomine urbs ab Herodoto lib. VIII. insignitur: *Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν ἐδήουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδρην, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν* etc.

124 — *Ὁ πολίτης, Ἀμφικαιεύς.*] Non utitur hoc gentili Pausa-
a nias, sed multis in locis libri decimi formavit *Ἀμφικλειεὺς*, a voce *Ἀμφίκλεια*. ita enim ille: *Λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν Ἀμφικλειέων, μάντιν τε σφίσι τὸν θεὸν τοῦτον καὶ βοηθὸν νόσων σφίσι καθεστηκέναι.*

Ἀμφίλοχοι, πόλις Ἀκαρνανίας etc.] Ita Clarissimus Vossius in observationibus ad Melam ex libris antiquis hunc locum supplevit, qui in vulgatis exemplaribus mutilus circumferebatur; nam hunc in modum exhibebant: *Ἀμφίλοχοι, καὶ Ἀμφιλοχικοὶ, ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους.* Ista itaque lectio habebat, quod Graeci dicunt, *οὐδὲν ὑγιές*: nam sensum ex verbis expiscari nemo poterat. Urbis nomen a nostro *πληθυντικῶς* effertur, contra auctoritatem omnium scriptorum tam Graecorum quam Latinorum, uti infra fiet manifestum.

— *Ἀκαρνανίας.*] A plerisque auctoribus Amphilochicum Argos Acarnaniae accensetur. Scylax Caryandensis ab hoc oppido Acarnaniam exorditur, ita enim ille: *Μετὰ δὲ Ἀμβρακίαν Ἀκαρνανία ἔθνος ἐστί. καὶ πρώτη πόλις αὐτόθι Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ Εὔριπος, καὶ Οὔριτον ἐν τῷ Ἰκονίῳ.* Secundum Polybium in excerpt. Legat. cap. XXVIII. distabat Argos Amphilochicum ab Ambracia centum et octoginta stadia: *παραγενόμενος δὲ πρὸς*

[redacted]

Ἄργος τὸ καλούμενον Ἀμφιλοχικὸν κατεστρατοπέδευσεν, ὅπερ ἀπέχει τῆς Ἀμβρακίας ρπ´ στάδια.

— Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος.] Haec tritissima est appellatio et passim in antiquorum scriptis obvia, numero plurativo nusquam effertur. Dicitur a Pomp. Mela lib. II. cap. III. *Argia Amphilochis*, uti olim emendavit Clar. Vossius. *In Epiro nihil Ambracio sinu nobilius est. Facit sinus, qui angustis faucibus, et quae minus mille passibus pateant, grande pelagus admittit. Faciunt urbes quae assidunt; Actium, Argia Amphilochis, Ambracia etc.*

— Ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου.] Urbem condidisse Amphiaraum et ab eo nomen accepisse luculenter testatur Thuc. lib. II. hisce verbis: Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικὸν, καὶ Ἀμφιλοχίαν ἄλλην ἔκτισε μετὰ τὰ Τρωϊκὰ οἴκαδε ἀναχωρήσας καὶ οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει καταστάσει. Ἀμφίλοχος ὁ Ἀμφιαρέω ἐν τῷ Ἀμβρακικῷ κόλπῳ ὁμώνυμον τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι Ἄργος ὀνομάσας, καὶ ἦν ἡ πόλις αὕτη μεγίστη τῆς Ἀμφιλοχίας. Versabatur Scymnus Chius in eadem cum Thucyd. opinione, nam sic ille:

— — Εἶτ᾽ Ἀμφιλοχικὸν
Ἄργος λεγόμενον. τοῦτο δὲ κτίσαι δοκεῖ
Ἀμφίλοχος υἱὸς Ἀμφιαράου μαντέως.

Vide etiam hac de re Strabonem libro VII. qui cum Thucydide consentit, et eius testimonium in medium producit. Apollod. lib. III. de origine Deorum neque Thucydidem neque alios sequitur, nam non statuit Amphilochum Amphiarai filium, sed ex Alcmaeone nepotem facit.

— Καὶ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα.] Vide locum Thucydidis commentario praecedente allegatum.

— Οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι.] Sic oppidani et oppidum eodem, 124
iuxta Stephani opinionem, nomine gauderent: verum de urbis b
appellatione hac non est manifestum. Passim Strabo hoc voce utitur, ut lib. VI: Εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας. Et lib. VII. Ἠπειρῶται δ᾽ εἰσὶ καὶ Ἀμφίλοχοι. Polyb. lib. XVII: Ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων, οὐκ ἔστιν Ἑλλάς. Verum Hub. Goltzius *ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ* in antiquo numismate percussum vidit.

Ἀμφιμάλλιον. Λέγεται καὶ Ἀμφίμαλλα.] Strab. lib. X. maritimam κατοικίαν, et Plinius lib. IV. cap. XII. urbem hoc nomine agnoscit. Facile mihi persuadeo ad mare fuisse sitam, cum Ptolemaeus lib. III. cap. XVII. de Amphumali sinu mentionem facit. Apud Dicaearchum occurrit Amphimela, sed ibi Ἀμφίμαλαν rescribendum est.

— — Εἶτ᾽ ἐχόμενον
Κεδρισὸν, Ἀμφίμαλάν τε καὶ Μεσσάπον,
Ὄρος τε Δικτύναιον ἐπὶ δυσμὰς φέρον.

Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην.] Ad Strymonem fluvium sitam esse hanc urbem, inferius docet Epitomator. De situ consulendi sunt Thuc. Scylax, Strabo, Ptolemaeus, Constantinus Prophyrog. et alii.

— *Ἥτις ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο.*] Ita antiquis temporibus urbem fuisse appellatam, satis est manifestum ex Polyaeno, apud quem lib. VI. ita est legendum: *Ἄγνων Ἀττικὴν ἀποικίαν ἤγαγεν, οἰκίσαι βουλόμενος τὰς καλουμένας Θ΄ ὁδοὺς ἐπὶ τῷ Στρυμόνι.* Tempore Agnonis erat pagus, et uti ex eodem strategemate discimus, ab ipso fossa et vallo muniebatur, et alio nomine Amphipolis dicebatur.

— *Κεκλῆσθαι δὲ Μυρίκην καὶ Ἠϊόνα.*] Cod. scripti exhibent: *κεκλῆσθαι δὲ Μυρίκην καὶ Ἠϊόναν.* *Μυρίκη* hic nihil ad rem facit; nam maris rubri insula est, cuius Stephanus alibi ex Marciano meminit. Clarissimus Vossius optime, uti solet, reposuit *Μύρκινον*, et luculenter ostendit, Stephani Epitomatorem ex Thucydide, quem testem adfert, miserrime caecutire: nam hoc palam falsum est, Amphipolin Myricen aut Murcinum fuisse appellatam, cum revera ab Amphipoli diversum sit oppidum, quemadmodum diserte testatur Thuc. ubi inquit: *τὰ δὲ περὶ τὴν Ἀμφίπολιν ἐξηρτύετο. καὶ Μύρκινός τε αὐτῷ προσεχώρησεν Ἠδωνικὴ πόλις.* Item alibi, ubi Prusidae copias enumerat: *καὶ Μυρκινίων, καὶ Χαλκιδέων χιλίους πελταστὰς εἶχε, πρὸς τοῖς ἐν Ἀμφιπόλει.* Sed etiam Eionem aliam esse ab Amphipoli, idem Thuc. declarat, cum hanc maritimum esse ait emporium: nam Amphipolis magis mediterranea est, et viginti quinque stadiis inde abest. Haec sunt eius verba: *ὡρμῶντο δ' ἐκ τῆς Ἠϊόνος, ἣν αὐτοὶ εἶχον ἐμπόριον πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους ἀπέχον ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως, ἣν Ἀμφίπολιν Ἄγνων ὠνόμασεν.* Quid istis verbis aut clarius aut distinctius dici potuerit, ego non video.

— *Καὶ Κράδεμνα, καὶ Ἀνάδραιμος.*] Ex ipso Thucydide, quem auctorem citat, ratio ipsa et veritas Stephanum iam erro-
125 ris atque falsi convicerunt. Quoniam autem de hisce appellatio-
a nibus apud antiquos, excepto Suida, altissimum est silentium, facile hac in re assensum praebemus.

— *Ὑπὸ τῶν Σύρων Τούρμεδα.*] Stephanum plurimis in locis Punica, Hebraïca et ad alias linguas spectantia, non duntaxat male pronuntiasse, verum etiam perverse exarasse et intellexisse, multis argumentis posset demonstrari: *Ἰδουμαῖοι* inquit, *ἔθνος Ἑβραίων ἀπὸ Ἀδόμου. ἄδομα. γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρόν.* Quam insulse et inficete haec dixerit, ad illum locum videbis, et aliud exemplum tibi vox *Σκυθόπολις* suppeditabit. Si quid conjectura valeam, censeo urbem, de qua nunc loquitur, eandem

[redacted]

esse, quam geographus Nubiensis طور عامدين *Tur-aamdin* appellat, et non procul ab Euphrate, in regione Daiar-Rabiaa inter Tigrim et Euphratem, collocat; ita enim ille parte sexta, climate quarto: *De provinciis Daiar-Rabiaa sunt Nisibin, Azun, Amed, Rasdain, Maiafarecqin, Bacibaia, Balad, Sangiar, Farda, Barida, Tur-aamdim.* Situs non male quadrat, nam Syriae nomen in antiquorum scriptis latissime patuit. Si quis obiiciat *Τούρμεδα* ab Arabica notione aliquantulum differre, ei regeram, sic solere nostrum, ubi barbara vocabula Graeca terminatione exornat, nam a *Beth-shemesch*, quod proprie fanum solis denotat, ille *Βαίσαμψα* formavit, uti suo loco ostendemus. Quam facile igitur a Beth-shemesch *Βαίσαμψα*, tam facile etiam, et facilius a Tur-aamdin *Τούρμεδα* deducetur.

Ἄμφισσα, πόλις Ὀζόλων Λοκρῶν.] Fuit haec primaria Locrorum Ozolorum urbs, in Phocidis confiniis non longe a Delphis sita: ut hoc appareat verum esse, unicum tantum adducam locum ex Aeschine: *τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἥκομεν ἕωθεν εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κατέβημεν εἰς τὸ Κιῤῥαῖον πεδίον, καὶ τὸν λιμένα κατασκάψαντες, καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσαντες ἀνεχωροῦμεν. ταῦτα δὲ ἡμῶν πραττόντων, οἱ Λοκροὶ οἱ Ἀμφισσεῖς, ἑξήκοντα στάδια ἄπωθεν οἰκοῦντες Δελφῶν, ἧκον πρὸς ἡμᾶς μεθ' ὅπλων πανδημεί.* Si cui lubeat cum Aeschine conferre Herodotum, Scylacem, Demosthenem oratione de corona, Strabonem, Ptolemaeum, et alios quam plurimos, ille de situ erit certissimus.

— *Διὰ τὸ ἐμπεριέχεσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς παρακειμένοις.*] Adfert Stephanus nominis rationem, quam fortassis ex Aristotele hausit, qui in Opuntiorum Republica, teste Harpocratione, ita scripsit: *Ἀριστοτέλης ἐν Ὀπουντίων πολιτείᾳ οὕτω λέγει. Ἀνδραίμων δὲ ἦν οἰκιστής, Ἄμφισσαν δὲ ὠνόμασε, διὰ τὸ περιέχεσθαι τὸν τόπον ὄρεσι.* Sed operae pretium videtur huc etiam Pausaniae verba transcripsisse, in quibus non tantum nominis origo, sed et urbis memorabilia in lucem protrahuntur. ita enim ille lib. x. *Τὸ μέν τοι ἐξ ἀρχῆς τοῦ γένους Λοκρῶν εἰσι. τεθῆναι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἀπὸ Ἀμφίσσης τῆς Μάκαρος τοῦ Αἰόλου φασίν, καὶ Ἀπόλλωνα ἐραστὴν γενέσθαι τῆς Ἀμφίσσης. κεκόσμηται,* 125
δὲ ἡ πόλις κατασκευῇ τε ἄλλῃ, καὶ τὰ μάλιστα ἥκοντα ἐς μνήμην, b
ἔστι μὲν μνῆμα Ἀμφίσσης, ἔστι δὲ Ἀνδραίμονος. Pausanias igitur non *ἀπὸ τοῦ περιέχεσθαι τοῖς ὄρεσι*, sed ab Amphissa Macaris filia nominis etymologiam deducit, et in eo tantum cum Aristotele convenit, quod etiam Andraemonem urbis conditorem agnoscat.

— *Ἀντὶ Ἄντισσα, καὶ τῆς ἐπὶ Ἔπισσα.*] Antissam in Lesbo

insula esse, postea Stephanus indicabit: sed de Ἔπισσα aliis in locis nihil invenies: et quoniam haec vox nusquam ab antiquis pro regione aut urbe sumitur, necesse est ut aliud quid statuamus. Urbium nomina noster, ut et gentilia, aliquando solet conferre cum appellativis et aliis: huius rei exempla habemus passim. In Ἀγάμεια, λέγεται καὶ Ἀγάμη, ὡς πρέσβεια πρέσβη. καὶ τὸ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη, οὕτως Ἀγάμεια Ἀγάμη. Similiter in voce Ἀγγελή, ubi ita inquit: ὀξύνεται δὲ κατὰ δύο τρόπους, ὅτι δήμου ὄνομα, ὡς τὸ Περγασὴ καὶ Καλὴ, καὶ ὅτι τὰ τοῦ ελη μονογενῆ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύνεται, εἰ μὴ ἀπὸ φύσει μακρᾶς, ἢ θέσει ἄρχοιτο. Σεμέλη, ἀγέλη. διὰ τὰ παντελὴ, καὶ Ἀγγελή. τὸ πιμελὴ σεσημείωται. Plurimis argumentis ex Stephano petitis, hoc quod diximus confirmari potest; sed veritas clariori probatione non indiget. Τὸ ἔπισσα igitur est adiectivum, quod in masculino habet ἔπισσος, et nunc duplici, alias vero simplici σ exaratur. Hesychius: Ἔπισα, ὕστερον γενομένη, νεωτέρα. Ἔπισσον, τὸ ὕστερον γενόμενον. Eodem modo a περὶ posset deduci περισσὸς, et a μετὰ μέτασσα, qua de voce consulendus Etymologici Magni auctor. Verum praeter iam allegata exempla, in aliud apud Stephanum incidi, ubi gentilia cum appellativis confert. Locum ex voce Δῶρος transcribam, quia mirum in modum ad rem facere videtur. Τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης, ὃ καὶ ταῖς δύο καλῆξεσιν ἀναλογεῖ, τῇ μὲν Δῶρος Δωρίτης, ὡς Στάγειρα Σταγειρίτης, ὡς εἴρηται. τῆς δὲ Δῶρος ὁμοίως Δωρίτης. Σκίρος Σκιρίτης, χῶρος χωρίτης, μέσος μεσίτης. Sic manifestissime apparet, nomina προσηγορικὰ propriis, et propria saepissime appellativis a Stephano commisceri.

— Ὡς Στράβων ιβ΄.] In libris manu exaratis legitur: ὡς Στράβων ιά.

Ἀμφιτρόπη, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος.] Huius Demi etiam memoria reperitur apud Aeschinem Oratione in Timarchum, et apud Hesychium.

— Ἀμφιτροπαιεύς.] Puto hoc populare nomen esse corruptum, rescribendum Ἀμφιτροπεύς. Alias enim canon ille, quem inferius exhibet Stephanus, non est huius loci, neque τὸ Ἀμφιτροπαιεὺς ἰσοσυλλαβεῖ τῷ πρωτοτύπῳ.

— Καὶ Ἀμφιτρόπης.] Et haec lectio in omnibus libris vitiosa est: sine dubio rescribendum, καὶ Ἀμφιτροπῆσι.

— Ἀμφιτροπαιεὺς ἐξ ἄλλου εἶναι, τοῦ Ἀμφιτροπαῖος.] Salmasius ad oram sui codicis emendavit hunc locum, sed adeo ex-
126 a oleta est scriptura, ut sensum inde elicere nequeam. Fortassis voluit sic restituere: Δοκεῖ δὲ τὸ Ἀμφιτροπαιεὺς ἐξ ἄλλου εἶναι, ἐκ τοῦ Ἀμφιτροπαῖος. Nam secundum hunc Stephani cano-

[redacted]

nem ab *'Αμφιτρόπη* non potest formari *'Αμφιτροπαιεύς*, ut supra probavimus: sed quidem ab *'Αμφιτροπαῖος*, quemadmodum a *Κρηταῖος Κρηταιεύς*, *Ληναῖος Ληναιεύς*, docente hoc Stephano in voce *'Αμύκλαι*.

"Αμφρυσος, πόλις Φωκίδος] Sub ipso monte Parnasso sita fuit Amphrysus, et ab Ambryso heroe nomen ei impositum est, teste Pausania lib. x. *'Η δὲ "Αμβρυσος κεῖται μὲν ὑπὸ τὸ ὄρος τὸν Παρνασσὸν, τὰ ἐπέκεινα δὲ οἱ Δελφοί. τεθῆναι δὲ τὰ ὄνομα τῇ πόλει ἀπὸ ἥρωος φασὶν 'Αμβρύσσου.* Plura ibi legantur de duplici muro, quo Thebani, contra Philippum Macedonem bello suscepto, urbem cinxerunt. Non longe abfuisse a Daulide, colligimus ex lib. iv. Polybii: *'Εγκαλούντων δὲ Βοιωτῶν μὲν, ὅτι συλήσαιεν τὸ τῆς 'Αθηνᾶς τῆς 'Ιτωνίας ἱερὸν εἰρήνης ὑπαρχούσης. Φωκέων δὲ, διότι στρατεύσαντες ἐπ' "Αμβρυσον καὶ Δαύλιον ἐπιβάλοιντο καταλαβέσθαι τὰς πόλεις.* De situ qui plura petit, etiam legat Strab. lib. x.

— *Τινὲς διὰ τοῦ Β φασίν.*] Promiscue oppidi nomen exaratur in Pausaniae codicibus, nunc per *Β*, nunc per *Π*. Frequentior tamen est scriptura per *Β*, qua etiam utuntur Polyb. et Strabo.

— *"Εστι καὶ ποταμὸς Μαγνησίας.*] Apollonii Rhodii Scholiastes ad lib. i. Thessaliae fluvium statuit: *Γράφεται καὶ διὰ τοῦ Β, ὡς Διονύσιος. ἔστι δὲ ποταμὸς Θεσσαλίας. προπαροξύνεται δὲ, ὡς ἐν τῇ ἡ τῆς καθόλου.* Idem quoque Callimachi Scholiast. perhibet.

— *Τὸ ἐθνικὸν, 'Αμφρύσιος.*] Goltzius in nummo Domitillae excusum vidit: *ΑΜΦΡΥΣΙΩΝ ΚΑΙ ΔΑΥΛΙΔΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.* Hinc liquet Stephanum optimam scribendi rationem adhibuisse, et quotquot hanc vocem per *Φ* exararunt.

— *Εὐρυαμπίων*] In scriptis codicibus corruptissime legebatur, *εὐρυαμπύον*: et in Aldi et Flor. edit. nihilo correctior, in illis enim erat: *εὐρὺ ἄμπιον.* Sed optime Xylander, quem sequimur, restituerat.

— *"Εστι καὶ 'Αμφρυσεύς.*] Huius formae gentilibus utitur Pausanias libro iam citato: *"Αμπελοι δὲ τὸ πολὺ εἰσι τοῦ πεδίου καὶ ἐν γῇ τῇ 'Αμβρυσσέων.* Et paulo post: *"Εστι δὲ ἀγορά τε 'Αμβρυσσεῦσιν οὐ μεγάλη* In Vossiano codice, uti hic apud Pausaniam, gentile nomen duplici sigma scribebatur hunc in modum: *ἔστι καὶ 'Αμφρυσσεύς.*

'Αναγυροῦς, δῆμος 'Ερεχθηΐδος φυλῆς.] Eius Aristophanes in Lysistrata et Harpocration meminere. Erat illic, teste Pausania in Atticis, templum Matris Deum: *'Αναγυρασίοις δὲ μητρὸς θεῶν ἱερόν.* Erat quoque planta Anagyris, gravissimi odo-

[redacted]

ris: alii etiam heroem commemorant, qui vicinorum aedes everterit, quod fanum suum violare aggressi essent. Unde proverbium apud Graecos Ἀνάγυρον κινεῖν. Zenobius Cent. II. Proverb. LV.
126 Ἀνάγυρον κινεῖν. ἔστιν ὁ Ἀνάγυρος δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα
b δυσώδες φύεται. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ κακῷ ἑαυτῶν. Τινὲς δὲ λέγουσι ὅτι ἄνθρωπος ἥρως γέγονεν, ὅστις τοὺς οἴκους τῶν γειτονούντων αὐτῷ ἐκ βάθρων ἀνέστρεψεν, ἐπειδὴ τὸ ἡρῷον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν. De Heroë Anagyro etiam est apud Diogenianum Cent. I. Proverb. XXV. Plantae et Hesychius meminit: hinc illud apud Aristophanem loco iam citato.

Ὅ γ' οὖν Ἀνάγυρός μοι κεκινῆσθαι δοκεῖ.

— Ὁ δημότης, Ἀναγυρουντόθεν.] Gentile, adverbii in modum formatum, usurpavit Aristophanes fabula iam allegata: Πόθεν εἰσίν; Ἀναγυρουντόθεν.

— Λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος.] Vide locum Pausaniae, quem supra in medium produximus, et Strabonem lib. IX.

— Ἔδει γὰρ ὡς Ῥαμνούσιος.] In Vossiano codice vocula ὡς exciderat, quae ad sententiae expletionem necessario requiritur.

— Ἔοικε τὸ Ρ αἴτιον εἶναι.] Alio loco dicit, non literam hanc in causa esse, sed hoc fieri per pleonasmum τοῦ Α. quemadmodum in voce Φλιοῦς manifeste liquet: ὤφειλε δὲ ἀπὸ τῆς Φλιοῦντος γενικῆς, Φλιούσιος. πλεονασμῷ δὲ τοῦ α Φλιάσιος.

— Ὡς τὸ Φλυοῦς Φλυάσιος.] Sic exhibent libri editi, excepta Florentina editione, in qua erat: ὡς τὸ Φλυοῦς Φλάσιος. Codex Vossianus: Φλιοῦς Φλιάσιος. Hanc veram esse lectionem existimo, quia isthac voce rationem reddit pleonasmi literae alpha.

Ἀναζαρβά, πόλις Κιλικίας.] Difficile dictu est, an haec sit genuina nominis terminatio, cum apud Ptol. lib. v. cap. VIII. in dandi casu Ἀναζάρβῳ legatur. Plinius lib. v. cap. XXVII. Anazarbenorum meminit: *Sed in continenti oppida, Myanda, Anemurium, Coracesium, sinusque antiquus Ciliciae, Melas amnis. Intus autem dicendi Anazarbeni, qui nunc Caesar augustani* etc. Fuit igitur mediterranea et ut coniicio non procul ab Euphrate.

— Ἀπὸ τοῦ προκειμένου ὄρους.] Hunc locum ex Vossianis schedis supplevimus: mutilus enim in omnibus vulgatis codd. circumferebatur: ἀπὸ τοῦ προκειμένου, ἢ ἀπὸ Ἀναζάρβου. Nomen habere potuit urbs ex eo quod mons ille procul adspicientibus flavo colore appareret, nam زرب *Zaraba* flavescere, et *Ain-zarba* عين زربة proprie fontem flavescentem denotat.

[redacted]

Plurima per terrarum orbem loca a colore nomen esse sortita, notius est quam quod doceri debeat.

— *Ἀπὸ Ἀναζάρβου.*] Sic rescribere atque edere placuit, suadente nummo vetere apud Cl. Spanhemium, in quo excusum erat *ΑΝΑΖΑΡΒΟΥ.* Incertus tamen sum an urbis, an vero regis alicuius nomen ibi intelligi debeat. In libris vulgatis et scriptis constanter, sed pessime meo iudicio, *ἀπὸ Ἀζάρβα* legebatur, nam hoc neque nummi inscriptio, neque urbis appellatio patitur.

— *Καρυανδεύς.*] Sic correximus: passim enim vitiose *Σκαρυανδεὺς* scriptum erat atque legebatur. 127 a

— *Ἀφ' ἧς ἦν Διοσκορίδης.*] Hanc fuisse Dioscoridis patriam etiam testatur eximius historicus Gregor. Abul-Pharaiius Historia Dynast. VI. cuius verba ex versione Pocockii huc transscribam. *Hoc tempore floruit Dioscorides, medicus eximius, qui de Plantis scripsit, ex AINZARBAE incolis.* Apud Tristanum nummus est cum inscriptione *ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΝ.*

Ἄναια. Αἴλαια, Ἱστίαια, Κάρθαια.] Male legebat cod. Voss. *Αἴγαια.* Hinc etiam liquet vocabulum *Κάρθαια* ubi Stephanus de illo loquitur, non bene signari.

— *Ἔστι δὲ Καρίας, ἀντικρὺ Σάμου.*] Nisi Stephani verba essent clariora quam Thucydidis, fluctuandum nobis foret, an Cariae an vero Samo haec civitas esset attribuenda. eius verba lib. IV. ita sunt constituenda, ut sensum ex iis elicias: *Καὶ ἐδόκει αὐτοῖς δεινὸν εἶναι, μὴ ὥσπερ τὰ ἐν Ἀναίᾳ ἐπὶ τῇ Σάμῳ γένηται, ἔνθα οἱ φεύγοντες τῶν Σαμίων καταστάντες.* Valla haec ita transtulit, quasi *Ἄναια* in Samo esset sita, cum debuisset vertere *apud* vel *iuxta Samum*: nam sic Graeci dicunt *ἐπὶ τῷ ποταμῷ,* et *ἐπὶ ταῖς θύραις.* Pausanias in Achaïc. etiam Samiorum profugorum meminit, quorum pars Samothraciam occupavit, et pars in continenti iuxta Anaeam castellum aedificavit. *Οἱ δὲ ὁμοῦ Λεωγόρῳ περὶ Ἀναίαν τὴν ἐν τῇ πέραν βαλλόμενοι τεῖχος* etc. Hinc manifeste liquet e regione Sami sitam fuisse.

— *Ἀπὸ Ἀναίας Ἀμαζόνος.*] Testatur etiam Eustathius nomen ab Amazone accepisse, in comment. ad Dionys. pag. 109. *Ὅτι δὲ αἱ Ἀμαζόνες πολλοὺς ἐν Ἀσίᾳ κατέσχον τόπους ποτὲ, δηλοῦσι καὶ κρῆναί τινες Ἀμαζόνων ὁμώνυμοι, καὶ μὴν καὶ πόλεις. οἷον αὐτὴ ἡ Ἔφεσος, ἡ Ἀναία.* Ibi etiam haec vox malo accentu, contra Stephani mentem, notabatur.

— *Ἔφορος.*] Scripti libri, *Εὔφορος.* De qua scriptura et solenni transcriptorum mutatione alibi diximus.

— *Ἀναῖτας φησὶ τοὺς πολίτας.*] Innuit hunc historici locum: *Ὁ δὲ ἄλλα τε ἠργυρολόγει καὶ περιέπλει, καὶ τῆς Καρίας ἐκ*

Μυοῦντος ἀναβὰς διὰ τοῦ Μαιάνδρου πεδίου μέχρι τοῦ Σανδίου λόφου, ἐπιθεμένων τῶν Καρῶν καὶ Ἀναιιτῶν, αὐτός τε διαφθείρεται, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς πολλοί. Posset quis contra haec verba obiicere, si Anaeitae sint in Caria, quare a Thucydide communi gentis vocabulo non comprehenditur? Nullum aliud da-
127 bo responsum, quam quod fortassis Anaeitae caeteris Cariae in-
b colis se hac occasione fortiores gesserint. Sed in Thucydidis codicibus legitur *Ἀναιϊτῶν*, et Stephanus format *Ἀναΐτης*, ubi alterum iota transcriptorum incuria neglectum videtur.

— *Καὶ θηλυκῶς.*] Eodem modo se habent omnes editiones. Liber Voss. *καὶ θηλυκόν.* Huic loco aliquid excidisse, sole meridiano clarius est. Legendum fortassis: *καὶ θηλυκὸν, Ἀναιΐτις.*

Ἀνάκαια, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς.] Eadem habent Suidas et Harpocration. Huius Demi etiam meminit Diogenes Laërtius lib. VIII.

— *Ἀνακαίαδε, Ἀνακαίας.*] Localia haec in omnibus libris corrupta sunt. rescribendum: *Ἀνακαίανδε Ἀνακαιᾶσι.*

— *Ἀνακώναδε, Ἀνακωνᾶς.*] Etiam haec vitiosa apparent: fortassis restituendum, *Ἀνακώνανδε, Ἀνακωνᾶσι.*

Ἀνάκη, ὡς Ἀνάφη.] Hic locus in schedis Vossianis ita concipitur: *Ἀνάγκη, ὡς Ἀνάφη, πόλις Ἀχαΐας. τὸ ἐθνικὸν Ἀναγκαῖος ὡς Ἀναφαῖος.*

Ἀνακτόριον, Ἀκαρνανίας πόλις, οὐδετέρως.] Ita reposuimus suadentibus scriptoribus antiquis, qui nusquam hanc vocem feminina terminatione efferunt, uti satis absurde in omnibus vulgatis et scriptis libris legebatur: *Ἀνακτόρεια, Ἀκαρνανίας πόλις οὐδετέρως.* Hanc scripturam a mala librariorum manu originem duxisse, ex eo liquet, quod Stephanus in voce *Δυῤῥάχιον*, urbis nomen neutro genere et terminatione pronuntiaverit. sic enim ille: *Καὶ δῆλον ὅτι Δυῤῥάχιος τὸ τοῦτον ἀρσενικὸν, ὡς τοῦ Ἀνακτόριον τὸ Ἀνακτόριος, Βυζάντιον Βυζάντιος, Θούριον Θούριος, Κούριον Κούριος.* Haec de voce et eius forma sufficiant, nunc de situ etiam aliquid subliciamus. certum est urbem fuisse sitam in littore sinus Ambracici. docet hoc Strabo lib. x. hisce verbis: *Τοῦ δὲ ἱεροῦ* (nempe Apollinis Actii) *τεσσαράκοντα μὲν σταδίους ἀπέχει τὸ Ἀνακτόριον, ἐν τῷ κόλπῳ ἱδρυμένον.* Idem quoque statuit Plin. lib. IV. cap. I. *In sinu oppidum est Ambracia. Molossorum flumina Aphas et Arachtus, civitas Anactorica.*

— *Κορινθίων ἄποικος.*] Scribit Scymnus Chius non duntaxat a Corinthiis, sed etiam ab Acarnanibus conditam. ita enim ille:

[redacted]

Ἐν τῇ παραλίᾳ δὲ ἐστὶ Ἀνακτόριον πόλις,
Ταύτην δ᾽ Ἀκαρνᾶνες καὶ Κορίνθιοι
Ἀπῴκισαν.

Strabo libro iam citato tantum de Corinthiis mentionem facit, 128
cuius verba ad vocem *Ἀμβρακία* citavimus, et illic legi possunt a
ab iis, qui rem tanti fecerint.

— *Θουκυδίδης. τετάρτῃ.*] Verba Thucydidis transcribam: *Καὶ οἱ ἐν τῇ Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀκαρνᾶνες, ἅμα τελευτῶντος τοῦ θέρους στρατευσάμενοι, Ἀνακτόριον Κορινθίων πόλιν, ἣ κεῖται ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, ἔλαβον προδοσίᾳ.*

— *Τὸ θηλυκὸν, Ἀνακτόριος, καὶ Ἀνακτορία ἡ γῆ.*] Haec verba esse mutila, et corrupta quis non videt? Restituebat Salmasius in margine sui libri: *τὸ ἐθνικὸν Ἀνακτόριος καὶ θηλυκὸν Ἀνακτορία ἡ γῆ.*

— *Εὐγένιος.*] De illo satis in allocutione ad lectorem diximus.

— *Ἀγενεῖ.*] Codex Voss. *ἀστιγεῖ.* Sed vulgatam lectionem retinemus: nam aperte dico *τὸ ἀστιγεῖ* Graecum non esse, licet in voce *Βάβρας* apud Stephanum occurrat. *Βάβρας, πολίχνιον Αἰολίδος, ἐγγὺς Χίου. τὸ ἐθνικὸν Βαβράντιος. εὕρηται καὶ ἰσοσύλλαβος ἡ κλίσις ἐν ἀστιγεῖ βιβλίῳ.* Verum ibi quoque *ἀγενεῖ* legendum esse, ad illum locum docebimus.

Ἀναριάκη. Στράβων.] Locus est apud Strabonem lib. XI. *Τὸν δὲ παρὰ τὴν Ἀναριάκων καὶ Μάρδων, καὶ Ὑρκανῶν, μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Ὤξου ποταμοῦ, τετρακισχιλίων καὶ ὀκτακοσίων.* Si hunc locum non respiciat, necessario erit alter eiusdem libri, qui interiectis quibusdam versibus, sic se habet: *Τὸ δὲ πλέον Γέλαι, καὶ Δοκουσῖνοι, καὶ Ἀμάδροι, καὶ Κουῖντοι καὶ Ἀναριάκαι.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀναριάκης.*] Codex Voss. *τὸ ἐθνικὸν Ἀναριακός*: et ita quoque Salmasius in Palatino invenit. Alter codex ipsi exhibebat: *τὸ ἐθνικὸν, Ἀναριακαί.* Ex diversa hac scribendi ratione colligo, locum esse depravatissimum, eique auxilium non posse ferri citra insignem mutationem. Totum ego locum ita conceperam: *τὸ ἐθνικὸν Ἀναριακαῖος, ὡς λέσχη λεσχαῖος, καὶ ἀράχνη ἀραχναῖος.* Non dubito quin Stephanus hoc, vel simili modo olim scripserit. Quid sit *λέσχη* docet nos Hesychius: *Λέσχη, ὁμιλία καὶ ἡ φλυαρία. καὶ ὁ δημόσιος τόπος ἐν ᾧ διέτριβον οἱ πτωχοί, καὶ διελέγοντο ἀλλήλοις.* Huius etiam meminit Suidas, cuius verba ita sunt legenda: *Λέσχη, πολλὴ ὁμιλία καὶ φλυαρία. τὸ δὲ παλαιὸν αἱ καθέδραι, καὶ οἱ τόποι, ἐν οἷς εἰώθεσαν ἀθροιζόμενοι* 128
φιλοσοφεῖν, λέσχαι ἐκαλοῦντο. Λέσχαι itaque sunt tabernae alia- b

que loca publica, in quibus homines otiosi garriendi et confabulandi causa conveniebant, quae Latinis *stationes* appellabantur. Suet. Neron. *Salvidieno Orfito obiectum est, quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem collocasset.* Vide quoque Plin. lib. II. epist. IX. Talis autem homo, qui hanc ob causam in huiusmodi locum accedebat, *Λεσχαῖος* Graecis dicebatur. Hesychius: *Λεσχαῖος, ἐξηγητής, ὁμιλητής.* Ab *ἀράχνη* etiam *ἀραχναῖος* deduci, illis non est ignotum, qui Graecas literas sibi serio habent et amant. Stephanum aliquando uti appellativis, ut gentilium analogiam recte probet, fusius docuimus in commentariis ad vocem *Ἄμφισσα*, quo lectorem ablegamus.

— *Μαντεῖον κοιμωμένων.*] Haec ex eodem Strabonis libro transcripsit: sed admonuit Casaubonus apud Geographum et Stephanum debere legi, *μαντεῖον ἐγκοιμωμένων.* Nusquam enim reperiri *κοιμωμένων μαντεῖα*, nec dormientium: sed *ἐγκοιμωμένων*, et incubantium, quorum apud Plautum, Virgilium, et alios Graecos Latinosque scriptores passim est mentio.

Ἄνανα. Ὡς Ἡρόδοτος.] Innuit locum libri septimi: *Ταῦτα δὲ εἴπας, καὶ ἐπιτελέα ποιήσας, ἐπορεύετο αἰεὶ τοπρόσω. Ἄνανα δὲ καλεομένην Φρυγῶν πόλιν παραμειβόμενος* etc.

Ἀνάφη. Πλησίον Θήρας.] Strabo lib. X. *Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶν νῆσοι, Θήρα μὲν ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων, καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερόν.* Vide Plinium lib. II. cap. LXXXVII.

— *Ἀπὸ Μεμβλιάρου.*] Sic rescripsimus ex MSS. Palatinis. Vulgati codices corruptissime *ἀπὸ Μεμβλίαρος* exhibebant. Vide Stephani locum proxime citatum. Male liber Voss. *Ἀπὸ Μεμβλιάρους.*

— *Μεμβλίαρος ἐκαλεῖτο.*] Stephanus: *Μεμβλίαρος νῆσος πλησίον Θήρας καὶ Ἀνάφης, ἀπὸ Μεμβλιάρου τοῦ Θήραν οἰκήσαντος*, etc.

— *Ὑπὸ χειμῶνος τρυχομένοις καὶ σκοτομένης ἀναφανεῖσα.*] Non placuit sequi scripturam editionem veterum, quam etiam retinuit Xylander, divulgando, *ὑπὸ χειμῶνος τρυχομένοις καὶ σκοτομένῃ ἀναφανεῖσα.* Hanc, quam expressimus, Salmasius in Palatinis, et nos in Vossiano codice invenimus, et verissimam iudicamus.

129 a — *Ἀνάφη ἐπικέκληται.*] Refert Apoll. Rhodius lib. IV. ita dictam esse insulam, quia Argonautis metu perculsis ibidem sol illuxerit.

—— *Ἀνάφην δέ τε λισσάδα νῆσον*
Ἴσκον, ὅ δὴ Φοῖβος μὲν ἀτυζομένοις ἀνέφηνε.

[redacted]

Aliam nominis etymologiam lego apud Bochartum parte ... lib. prim. cap. xv. Geogr. Sac.

Ἀνάφλυστος, πόλις τῆς Ἀντιοχίδος.] Huius meminit Herodotus lib. IV. Vide quoque Harpocrationem et Suidam.

— Ἀπὸ Ἀναφλύστου ἥρωος. Παυσανίας β.] Integra Pausaniae verba ex Corinthiacis apponam: Τροιζῆνος δὲ οἱ παῖδες Ἀνάφλυστος καὶ Σφῆττος μετοικοῦσιν εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ οἱ δῆμοι τὰ ὀνόματα ἔχουσιν ἀπὸ τούτων. Nugas agit Aristophanis scholiastes ad Concion. ubi inquit: Ἀναφλύστιον παρὰ τὸ ἀναφλᾶν παίζει.

— Ὁ δημότης, Ἀναφλύστιος.] Goltzius numisma vetus habuit cum inscriptione ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΩΝ.

— Ἀνδανία, πόλις Μεσσήνης.] Vide Pausaniae Messeniaca. Hanc urbem Homerus Oechaliam nominavit, teste Eustathio ad Iliad. Ι.

— Διὰ τὸ μὴ ἁνδάνειν αὐτοῖς.] Salmasius in Palatinis libris reperit, Διὰ τὸ μὴ ἐνδάνειν αὐτούς. Sed vulgata lectio est praeferenda.

— Μετὰ Κρεσφόντου.] Totam de Cresphonte historiam legito apud Pausaniam lib. IV. in Messeniacis, ubi refert Messeniam ipsi sorte obtigisse.

— Ἐκ ταύτης Ἀριστομένης ἥρως.] Aristomenis parentes et res gestae etiam a Pausania narrantur libro iam bis citato: Ἐπετράφη δὲ νεότης καὶ ἀλλαχοῦ τῆς Μεσσηνίας, οἱ δὲ ἄριστοι καὶ ἀριθμὸν πλεῖστοι περὶ τὴν Ἀνδανίαν, καὶ ἐν αὐτοῖς καὶ Ἀριστομένης, ὃς καὶ νῦν ἔτι ὡς ἥρως ἔχει παρὰ Μεσσηνίοις τιμάς. De praeliis inter Lacedaemonios et hunc ducem, deque eius fortitudine et aliis rebus legendus idem Pausanias eodem libro.

— Ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ.] Sic legunt vulgati omnes: sed melius MSS. meo quidem iudicio, ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς, ut hoc in-
telligere liceat de bellis, quae saepenumero Aristomenes cum Lacedaemoniis gessit. Notum enim est Graecos sic solere loqui, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ, et sic Appianus libris suis hunc praefixit indicem: Ἀππιανοῦ Λιβυκὰ, Ἰβηρικὰ, Ῥωμαϊκὰ etc. Dionys. Hal. Μέχρι τῶν Πελοποννησιακῶν. c

— Καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον.] In genere noster 129
hic loquitur de visceris cuiusdam immutatione sive degeneratione, quam deinde speciatim in cordis hirsutia sitam perhibet. Τὸ σπλάγχνον generalem significationem habere etiam pueri norunt; adeo ut veteribus medicis aliquando pro corde, iecore, pulmone et aliis internis partibus sumatur. Hesychius: σπλάγχνα, ἧπαρ, ἔγκατα, καὶ τὰ ἐντὸς τῶν ζώων. Possit itaque etiam hic locus intelligi de viscere, quod praeter naturam sedem mutaverat, sic- b

uti aliquando Anatomici veteres et recentiores de iecore et liene observarunt. Aristoteles lib. I. Histor. animal. cap. XVII. De iecore et liene loquens: ἤδη γὰρ ὦπται μεταλλαχότα τὴν τάξιν ἔν τισι τῶν τετραπόδων τερατωδῶς. Plin. lib. XI. cap. LI. *Lien in sinistra parte adversus iecori, cum quo locum aliquando permutat, sed prodigiose.* Verum hoc in quadrupedibus magis quam in hominibus conspicitur. Gal. lib. VI. Adm. Anat. Ἡρόφιλος ὀλίγων μὲν ἐπ' ἀνθρώπων, οὐκ ὀλίγων δ' ἐπ' ἄλλων ζώων ἐπιλαμβάνειν αὐτὸ τῶν ἀριστερῶν μερῶν ἀληθῶς ἔγραψεν. Sic mihi amicissimus, et in arte anatomica incomparabilis Carolus Drelincurtius nuper retulit, se Parisiis in cadavere humano vidisse lienem cum annexis vasibus in dextro, et iecur in sinistro hypochondrio situm.

— Καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν.] Refert Valerius Max. lib. I. cap. VIII. ad Athenienses, non vero ad Lacedaemonios hanc administrationem anatomicam, ita enim ille: *Oculis eius admirabilius Aristomenis Messenii cor: quod Athenienses ob eximiam calliditatem excelum, pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, et astutia elapsum, cepissent.* Sed optime Plinius lib. XI. cap. XXXVII. hanc ἐγχείρησιν Lacedaemoniis adscribit, nam nulla ipsi cum Atheniensibus res fuit. *Hirsuto corde gigni quosdam homines proditur, neque alios fortioris esse industriae, sicut Aristomenem Messenium, qui occidit Lacedaemonios. Ipse convulneratus et captus semel per cavernam latomiarum evasit, angustos vulpium aditus sequutus. Iterum captus, sopitis custodibus somno, ad ignem advolutus lora cum corpore exussit. Tertio capto Lacedaemonii pectus dissecuere causa videndi, hirsutumque cor repertum est.*

— Ὡς Ἡρόδοτος καὶ Πλούταρχος, καὶ Ῥιανός.] In Herodoti libris neque huius ducis, neque totius historiae mentionem reperies, adeo ut nonnulli optime coniiciant, Herodotum praeter no-
180 vem libros, qui hodie circumferuntur, etiam alia quaedam exa-
a rasse. In Plutarchi operibus de hirsuto Aristomenis corde, et de immutato viscere nihil omnino exstat. Rhianum accuratissime clarissimi huius ducis vitam et res ab eo gestas descripsisse, Pausanias in Messeniacis testificatus est, ubi inter Myronis et Rhiani scripta comparationem instituit; ita enim ille: Ῥιανῷ δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν οὐδὲν Ἀριστομένης ἐστὶν ἀφανέστερος, ἢ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἰλιάδι Ὁμήρῳ. διάφορα οὖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρηκότων, προέσθαι μὲν τὸν ἕτερόν μοι τῶν λόγων, καὶ οὐχ' ἅμα ἀμφοτέρους, ὑπελείπετο· Ῥιανὸς δέ μοι ποιῆσαι μᾶλλον ἐφαίνετο εἰκότα εἰς τὴν Ἀριστομένους ἡλικίαν. Rhiani opus non exstat, fragmenta nonnulla apud nostrum et alios scriptores inveniuntur.

Ἄνδειρα, πόλις οὐδετέρως, ἐν ᾗ λίθος etc.] Non puto

[redacted]

haec ab Epitomatoris, multo minus a Stephani manu profecta: excidit enim transcriptorum incuria regionis nomen, quod rarissime omittitur. Sine dubio legendum Ἄνδειρα, τῆς Τρωάδος πόλις, οὐδετέρως. Situm satis accurate cognosces ex loco Strabonis lib. XIII. quem noster citat, et ferme verbotenus transcripsit; ita enim ille: Μετὰ δὲ Σκῆψιν Ἄνδειρα, καὶ Πιονία, καὶ ἡ Γαργαρίς. ἔστι δὲ λίθος περὶ τὰ Ἄνδειρα, ὃς καιόμενος, σίδηρος γίνεται. εἶτα μετὰ γῆς τινὸς καμινευθεὶς, ἀποστάζει ψευδάργυρον, ἣ προσλαβοῦσα χαλκὸν τὸ καλούμενον γίνεται κρᾶμα, ὅ τινες ὀρείχαλκον καλοῦσι.

— Ὀρείχαλκος γίγνεται.] Vide de orichalco doctissimum Bochartum de Animal. Sac. Script. pag. 883.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀνδειρηνός.] Haec forma regioni est solita, nam in Troade, et circa Hellespontum locis, gentilia in ηνος formantur, uti alias luculenter demonstravimus.

Ἀνδρία. Τεύπαλος ὁ γράψας Ἰλιακά.] Mendose sic exhibent omnes editiones: Salmasius ex Palatinis codicibus optime legebat: Τεύπαλος, ὁ γράψας Ἠλειακά. Hanc indubitatam esse lectionem inde evincitur, quia nunc de Elidis urbe Epitomator sermonem instituit.

Ἄνδρος. Ἀνίου ἀδελφοῦ.] Ita rescribere placuit ex veteribus libris: corruptissime vulgati exhibebant omnes, Ἀνανίου, ἀδελφοῦ. veram lectionem Salmasius in Palatinis et nos in Vossiano codice invenimus. Non possum non laudare doctissimi Meursii κρίσιν in notis ad Lycophronem, veram et veterem lectionem ex coniectura Stephano nostro reddentis, qui etiam magnum Bochartum consentientem animadverti in collectaneis, quae admodum reverendus et eruditissimus Stephanus Morinus nuper ad me ex Galliis transmisit. 130 b

— Τοῦ πατρὸς τῶν Οἰνοτρόπων.] Anius ille, de quo mentionem fecimus, teste scholiasta ad Lycophronem, Dorippam uxorem duxit, ex qua genuit tres Oenotropas, Oeno, Spermo, et Elaïdem, quibus Bacchus hoc impertiverat, ut quotiescunque cuperent, pro nominum ipsis impositorum ratione, vinum, semina et oleum consequerentur. Harum etiam meminit Hesychius: Οἰνοτρόποι, αἱ Ἀνίου θυγατέρες.

— Ἀνδριέα.] Fortassis rescribendum Ἀνδρέα, quem Pausanias huius insulae conditorem statuit libro decimo: Τοῦ Βίσωνός τε τῆς κεφαλῆς καταντικρὺ τῆς χαλκῆς ἀνδρίας ἐστὶ, θώρακά τε ἐνδεδυκὼς καὶ χλαμύδα ἐπὶ τῷ θώρακι. Ἀνδρίων δὲ ἀνάθημα οἱ Δελφοὶ λέγουσιν Ἀνδρέα εἶναι τὸν οἰκιστήν. Ovidius lib. XIII. Metam. Andrum Anii filium scribit:

—— *Quod enim mihi filius absens*

Auxilium? quem dicta suo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumque et regna tenentem.

— *Καὶ Ἀνίου παῖδα.*] Sic etiam hoc loco rescribere placuit, suadentibus libris manu exaratis: male in vulgatis excusum erat, *καὶ Ἀνανίου παῖδα.*

— *Αὔνδιος.*] Non possum hanc scripturam pro genuina habere, etiamsi omnes editiones ita exhibeant: sine dubio *Αἴνδιος* rescribendum est. Vide Stephanum in *Αἶνδος.*

— *Μύνδιος.*] Optime sic edidit Xylander: male in aliis editionibus et Vossianis schedis *Μύδιος* reperi.

Ἀνεμώρεια, πόλις Φωκίδος.] Tempore Homeri Anemoria et Hyampolis videntur diversae et vicinae admodum urbes fuisse, quae interiecto longi temporis spatio in unam civitatem coaluere: cuius rei non pauca apud antiquos scriptores exempla occurrunt atque inveniuntur. Nomen habet teste scholiasta in Lycophronem, quod frigida sit et ventis exposita: *Ἀνεμώρεια δὲ ἐκλήθη διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ψυχρὰν καὶ ἀνεμώδη.* Sita erat circa angustias, per quas ad Phocidem itur e Thessalia, non procul ab Orchomeno et Lebadaea, quod antiquorum testimoniis mox sumus confirmaturi.

— *Ἡ νῦν Ἀνεμώλεια.*] Infra hoc videbimus ex loco Strabonis quem noster transcripsit.

— *Οἵ τ' Ἀνεμώρειον.*] Versiculus est ex Homeri Catalogo, quem constanter ita legunt libri editi et manu exarati: verum hic
131 *Ἀνεμώρειαν* corrigendum esse, huius tmematis inscriptio et poë-
a tae editiones clare satis indicant.

— *Ἀνεμωρείας πέδον.*] Rectius in Lycophrone legitur, *κ' Ἀνεμωρείας πέδον.* Ita etiam MSS. et aliae editiones exhibent.

— *Ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος.*] Quamquam ferri posset haec lectio, non puto tamen eam a Stephani manu profectam; rescribendum est: *ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους.* Ultro enim fatetur Eustathius ad Iliad. *B.* p. 274. sic quondam in Ethnicis fuisse exaratum, inquiens: *Ἡ δὲ Ἀνεμώρεια ὠνόμασται μέν, φασιν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους. ὑπέρκειται γὰρ αὐτῆς τὸ καλούμενον Κατοπτήριον χωρίον, ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν. ἔστι δὲ μεθόριον Φωκίδος καὶ Δελφῶν, κειμένη ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ. ταῦτα ἐν τοῖς Ἐθνικοῖς. ἐν οἷς καὶ ὅτι Ἀνεμώρεια, ἡ νῦν Ἀνεμώλεια.* Verum neque hoc silentio videtur praetereundum, haec Stephanum de Anemoria prorsus ex Strabone hausisse, ita enim ille lib. IX. *Ἡ δὲ Ἀνεμώρεια ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους. καταιγίζει γὰρ εἰς αὐτὴν ὁ καλούμενος Κατοπτήριος χῶρος, κρημνός τις, ἀπὸ τοῦ Παρνασσοῦ διήκων· ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος Δελφῶν καὶ Φωκέων, ἡνίκα ἀπέστη-*

[redacted]

σαν τοὺς Δελφοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ συστήματος τῶν Φωκέων Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἐπέτρεψαν κατ' αὐτοὺς πολιτεύεσθαι. τινὲς δὲ Ἀνεμώλειαν καλοῦσιν. Ex duobus hisce locis iam perspicuum est, τὸ πάθους librariorum vecordia excidisse, et Stephanum haec ex Strabone, cuius reticetur nomen, desumpsisse.

— Κατοπτήριον χωρίον.] Sic etiam Eustathius ex hoc loco transscripsit: apud geographum loco iam allegato invenies, Κατοπτήριος χώρας.

— Δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγιζόμενον etc.] Haec librorum editorum est lectio: constanter codices scripti exhibent: δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται, quod parum iuvat. Hunc locum esse mutilum nemo sanae mentis ibit inficias: lege confidenter et quidem meo periculo, ut sententia sit perfecta: ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν. Hanc lectionem esse veram et indubitatam, ex Eustathii verbis iam allegatis clarissime liquet, qui sua aetate non aliter ἐν Ἐθνικοῖς invenisse testificatus est.

— Ἔστι δὲ μεθόριον Φωκίδος.] Sic etiam apud Stephanum invenit Eustathius. Strabo: ὅριον δ' ἦν ὁ τόπος οὗτος etc. Sed haec differentia non est magni momenti.

— Κειμένη ὑπὸ λόφου ὑψηλοῦ.] Statius lib. VII. Thebaïd.

Et valles, Lebadaea tuas, et Hyampolin acri
Subnixam scopulo.

Anemoriam Hyampolim fuisse appellatam, testantur Strabo, Eustathius et alii, quorum verba iam non transcribam.

— Ὁ πολίτης Ἀνεμωρεύς.] Mendosum esse hoc gentile, licet libri editi ita praeferant, vidit Salmasius, qui in margine sui libri rescripsit, ὁ πολίτης Ἀνεμωρεύς. Hanc emendationem esse probam, ex proximo gentili liquet.

— Λυκωρεὺς Ἀπόλλων.] Stephanus in Λυκώρεια. Ἔστι καὶ Λυκωραῖος Ζεύς. 131 b

Ἀνήτουσσα, πόλις Λιβύης. ὁ πολίτης etc.] Ita hunc locum ex Vossianis schedis refinximus, qui in vulgatis inverso ordine concipiebatur: Ἀνήτουσσα, ὁ πολίτης Ἀνητουσαῖος, ὡς Σχοτουσαῖος, ὡς Πολυΐστωρ φησίν. ἔστι δὲ πόλις Λιβύης.

Ἀνθάνα.] Plinius, observante Ortelio, huius oppidi meminit lib. IV. cap. V. *Oppida Taenarum, Amyclae, Pherae, Leuctra et intus Sparta, Theramne, atque ubi fuere Cardamyle, Pitane, Anthane.* Sed expunxit Salmasius *Anthane*, et reposuit *Anthia*: nam libri Pliniani manu exarati *Antiane* et *Anxiane* exhibebant. Haec illa urbs est, quam Thucydides lib. V. Ἀνθήνην appellat, et in Cynuria collocat: Ἔχει δ' ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ἀνθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. Adeo ut An-

[redacted]

thane sive *Anthene* ab *Anthia* plane diversa sit. Codex Vossianus legebat, *'Ανθήνη πόλις Λακωνική.*

— *"Ανθην τὸν Ποσειδῶνος.*] Hyginus inter Neptuni filios recenset Antheum ex Astyphile Phoenicis filia. Aliam genealogiam tradit Pausanias libro secundo: *Τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύσαντας οὐκ ἴσασιν, ἄχρις Ὑπέρητός καὶ Ἄνθα. τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἄτλαντος θυγατρός.*

— *Ἔγραφεν ἐν τῷ δέρματι.*] Libri scripti: *ἔγραψεν ἐν τῷ δέρματι.* Horribile crudelitatis et saevitiae exemplum refert Stephanus: et alia de eodem duee Lacedaemoniorum apud Pausaniam alibi inveniuntur. Verum postea ipse a Ptolemaeo pelle nudatus, et cruci affixus est, teste Plutarcho.

— *Τοὺς χρησμοὺς τηρεῖσθαι.*] Citat hunc locum Meursius in Laconicis, sed vocem *τηρεῖσθαι* non addidit; quod an data opera, vel emendandi animo fecerit, me latet. Fortassis oraculum de Anthe Neptuni filio hoc praedixerat, quod Cleomenes, ne falleret, exsequutus est.

— *Χάραξ 'Ανθήνην.*] Ita etiam civitatem appellavit Thucyd. libro iam allegato.

"Ανθεια, πόλις Πελοποννήσου.] Male codex Voss. *"Ανθη, πόλις Πελοποννήσου, πλησίον Ἄργους.* Quantum ex antiquis historicis et Geographis coniicio, geminae hac appellatione in Peloponneso civitates exstitere, altera Laconica, altera Messeniaca; sed neutra, si accuratum eorundem situm consideremus, Argo vicina, uti ex ipso Stephano mox probabimus. Falsus itaque est Philo, et Stephanus, qui hac in re Philoni assensum praebet; imo miror doctissimum Archiepiscopum Thessalonicensem hoc non subolfecisse, qui haec de Anthea sine aliqua falsi suspicione ex Epitomatore transcripsit et in commentarios ad Iliad. *I* reiecit; ita enim ille pag. 745. *Τὴν δὲ Ἄνθειαν, ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, πλησίον Ἄργους εἶναί φησιν, ἱστορῶν καὶ Πόντου πόλιν Ἄν-*
132 *θειαν, καὶ κώμην Λιβύης, καὶ Ἰταλίας.* Messeniaca, quam longe
a haec ab Argo distet, geographiae paulo peritiores non ignorant; ab ipso Stephano in voce *Τροιζὴν* appellatur *'Ανθανίς*, ita enim ille: *Τροιζὴν, πόλις Πελοποννήσου, ἀπὸ Τροιζῆνος τοῦ Πέλοπος. ἐκαλεῖτο δὲ 'Αφροδισιάς, καὶ Σαρωνία, καὶ Ποσειδωνιάς, καὶ 'Απολλωνιάς, καὶ 'Ανθανίς.* Verum ne unius Stephani auctoritati acquiesceremus, hanc veritatem etiam ex Pausaniae Corinthiacis confirmabimus, dicentis: *'Αποθανόντος γὰρ Τροιζῆνος, Πιθεεὺς τὴν νῦν πόλιν, συναγαγὼν τοὺς ἀνθρώπους, ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Τροιζῆνα, συλλαβὼν Ὑπέρειάν τε καὶ Ἄνθειαν.* Laconica Anthea, quae etiam Messeniaca dici posset, si quis eius fines tam late extendat, uti aliquando apud historicos obser-

vavimus, erat sita inter fluvios Paemisum et Eurotam non procul a Cardamyle, Argo vicinior quam Tralin, de qua iam locuti sumus, quam tamen nollem Argo vicinam dicere, quia plurimae egregiae urbes interiacent. Pausanias lib. iv. in Messeniacis de hac ita refert: *Ἐντεῦθεν πρὸς μεσόγαιαν τῆς Μεσσηνίας πόλεως προελθόντι ὀγδοήκοντα, ἔστιν ἡ Θουριατῶν πόλις. Ἄνθειαν δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὀνομάσθαι τοῖς Ὁμήρου λέγουσι. Λακεδαιμονίοις δὲ ἔχειν τοῖς ἐν Σπάρτῃ τὴν Θουρίαν ἔδωκεν Αὔγουστος.* Idem quoque apud Strabonem legimus lib. viii. *Ἀπὸ δὲ τῆς Θουρίας, καὶ Θουριάτης κόλπος· ἐν ᾧ πόλις μία ἦν τοὔνομα Ῥίον ἀπέναντίον Ταινάρου. Ἄνθειαν δὲ οἱ μὲν αὐτὴν τὴν Θουρίαν φασίν.* De hac civitate Stephanus nunc videtur mentionem fecisse, et ex eo Eustathius. Noster in voce Θουρίαι etiam perhibet, *Ἄνθειαν* appellatam fuisse, ad quem locum nostras observationes legito.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνθεύς.*] Reperitur hoc gentile apud Athenaeum lib. xi. cap. ii. *Τιμᾶται δὲ ἐν Ἀχαΐᾳ Δημήτηρ ποτηριοφόρος, κατὰ τὴν Ἀνθέων χώραν.* Nescio profecto, qua auctoritate fretus doctissimus Palmerius in Athenaeo *Ἀνθείων* reposuerit: voluit sine dubio *Ἀνθειέων*, quod tamen hic Stephani locus et alii canones non permittunt: nam ab *Ἀγάμεια* fit *Ἀγαμεύς*, ab *Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεύς*, et sic ab *Ἄνθεια Ἀνθεύς*. Canonem vide in voce *Αἴλια* et aliis in locis.

— *Καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου πόλις.*] Sic Xylander edidit. Verum constanter libri editi omnes, manuque exarati exhibent, *καὶ τοῦ Πόντου πόλις*. Et censeo ita olim a Stephano fuisse scriptum; nam tempore Eustathii omnino iste locus *ἐν Ἐθνικοῖς* ita legebatur, uti superius clare liquet, ubi Archiepiscopi verba in medium produximus. Verum et haec Xylandri lectio aliquo colore posset excusari, quia se Thracia etiam ad Hellespontum et Propontidem extendit. Verum τὸ *Πόντου* tum debet *ἰδικῶς* sumi, non pro parte Mysiae inferioris, neque pro regione inter Bithyniam et Paphlagoniam sita.

— *Ἔστι καὶ Ἰταλίας.*] De illa mox dicemus civitate, ubi ad illum locum pervenerimus.

Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονίας.] Huius meminit Thucydides lib. ii. ex quo loco et situm cognoscimus. ita enim ille: *Ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Μακεδονίαν προυχώρει τὴν ἐν ἀριστερᾷ Πέλλης καὶ Κύῤῥου. ἔσω δὲ τούτων ἐς τὴν Βοττιαίαν καὶ Πιερίαν οὐκ ἀφίκοντο, ἀλλὰ τήν τε Μυγδονίαν καὶ Γρηστωνίαν καὶ* 132
Ἀνθεμοῦντα ἐδῄουν. Vide quoque Plinium lib. iv. cap. x. Certissimum est, plurimas per terrarum orbem civitates a fructibus et herbis, quae circa easdem nascuntur et proveniunt, denomi- b

nationem sortiri: plurima hujus rei exempla in nostro Stephano occurrunt. Vide in voce Ἀγνοῦς, Δαφνοῦς, Πιτυοῦσα, Σοῦσα, et aliis in locis. Censeo hanc urbem etiam denominari a copia cujusdam herbae, quae Dioscoridi lib. III. cap. CLIV. Ἀνθεμίς, et Theophrasto lib. VII. cap. XIII. Ἄνθεμον dicitur. Estque Chamaemelon Plinii, lib. XXII. cap. XVII. In officinis corrupte Chamomilla appellatur, quae vox Graecam originem redolet, nam χαμαίμηλον etiam anthemidis nomine gaudet. Χαμαίμηλον proprie denotat terrestre malum, et nomen inde habet, notantibus Botanicis, quod malio odore simile sit, διὰ τὴν πρὸς τὰ μῆλα ὁμοιότητα τῆς ὀσμῆς. Noster hanc urbem sic appellatam vult ab Anthemunte quodam, quemadmodum solent Graeci, ut urbis incunabula tanto illustriora redderent; sed merito ut fabulosum reiicimus hoc etymon, et rationi magis consentaneum amplectimur.

— Καὶ Συρίας.] Videtur Syriae nomen hoc loco late accipiendum, ut etiam Mesopotamiam comprehendat. De hoc oppido loquitur Plinius lib. VI. cap. XXVI. *Mox in campestribus oppida Diospkage, Polytelia, Stratonicea, Anthemus.* Ptolemaeus et Ammianus *Antemusiam* appellant, et Tacito lib. VI. cap. XLII. Annalium *Anthemusias* dicitur, ubi inquit: *At Tirdates volentibus Parthis Nicephorium et Anthemusiada, caeterasque urbes* etc. Sed Ammian. regionem et urbem Mesopotamiae lib. XIV. hoc nomine meminit.

— Ἐν τῇ Ἀργοναυτικῇ, Ἀνθεμοεισίδα.] Cod. Vossianus, et editio Flor. Ἀνθεμούσιδα, male et contra mentem Stephani. Apollonii locus exstat lib. II.

Ἔνθεν δ' ἀντιπέρην ποταμοῦ στόμα Σαγγαρίοιο,
Καὶ Μαριανδυνῶν ἀνδρῶν ἐριθηλέα γαῖαν,
Ἠ δὲ Λύκοιο ῥέεθρα, καὶ Ἀνθεμοεισίδα λίμνην
Δερκόμενοι παράμειβον.

Ἀνθηδών, πόλις Βοιωτίας.] Urbs ad Euripum e regione Euboeae sita fuit, non procul a Salganeo flumine; liquet hoc ex Ptolemaeo lib. III. cap. XV. cujus verba ita scribo: Αὐλίς. Ἰσμηνοῦ ποτ. ἐκβολαί. Σαλγανεύς. Ἀνθηδών. Φῶκαι. etc. Tradit Dicaearchus septuaginta stadia abesse a Chalcide Euboïca: Ἐξ Ἀνθηδόνος εἰς Χαλκίδα στάδια ό. μέχρι τοῦ Σαλγανέως. ὁδὸς παρὰ τὸν αἰγιαλὸν λεία τε πᾶσα καὶ μαλακή. Strabo lib. IX. Μετὰ δὲ Σαλγανέα Ἀνθηδὼν πόλις λιμένα ἔχουσα, ἐσχάτη τῆς Βοιωτικῆς παραλίας τῆς πρὸς Εὔβοιαν.

— Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόεσσαν.] Vide Homerum circa Catalogi initium. Strabo bis hunc versiculi partem citat, lib. I. et IX. sed utroque loco inveni ἐσχατόωσαν, et eodem modo apud Eu-

stathiam; quae lectio certa de causa mihi videtur praeferenda; facile enim ε a librariis in ω commutatur. Deducitur ἐσχατόωσα a masculino ἐσχατόων. Dion. de situ orbis:

"Ενθα τε καὶ στῆλαι περὶ τέρμασιν Ἡρακλῆος
Ἑστᾶσιν, μέγα θαῦμα, παρ' ἐσχατόωντα Γάδειρα.

— Τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἄλκης τῆς Ἄβαντος.] Vitium ex Aldina et Florentina propagatum, Xylandri quoque editionem, quam sequimur, invasit. Legendum est: τοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄτλαντος. Optime in libris scriptis legitur καὶ Ἀλκυόνης, pro καὶ Ἄλκης: sed pro Ἄβαντος, quod facile transcriptorum vecordia transformari potuit, rescribendum esse Ἄτλαντος, ex Pausania confirmabimus, ita enim ille in Boeoticis: Γενέσθαι δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα, οἱ μὲν ἀπὸ Ἀνθηδόνος νύμφης, οἱ δὲ Ἀνθᾶνα δυναστεῦσαι λέγουσιν ἐνταῦθα, Ποσειδῶνός τε παῖδα καὶ Ἀλκυόνης τῆς Ἄτλαντος. Hyginum huius rei quoque testem producamus, qui Fab. CLVIII. in recensione filiorum Neptuni ita scribit: *Rias ex Alcyone Atlantis filia: Abas ex Arethusa Harilci filia: Ephoceus ex Alcyone Atlantis filia.* — Nihil itaque certius apud Mythologos, quam Alcyonem Atlantis filiam fuisse. 133

— Συνῴκισαν δ' αὐτὴν Θρᾷκες.] Non possum praetermittere Eustathii verba, ad Iliad. Β. pag. 271. idem testificantia: Ἡ δὲ Ἀνθηδὼν καλεῖται μὲν οὕτω, διὰ τὸ αὐτῆς ἀνθηρόν. ἢ ἀπὸ Ἀνθηδόνος ἢ Ἀνθίου ἀπογόνου Ποσειδῶνος. συνῴκισαν δὲ αὐτὴν Θρᾷκες. διὸ καὶ Λυκόφρων Θρηΐκιόν φησιν. Idem refert ad hunc locum Lycophronis scholiastes, et ex Iosepho praeterea confirmare nititur, postea Agrippiadem vocatam fuisse: sed quis non miratur stupiditatem huius grammatici in rebus geographicis? Iosephus enim non de Boeotiae, sed de Anthedone Syriae loquitur, eamque ab Herode Agrippiadem vocitatam tradit, ita enim ille lib. XIII. Antiq. Iud. Ταῦτα μὲν οὖν οὐ καταπλήττει τὸν Ἀλέξανδρον, ἀλλὰ ἐπιστρατεύσας τοῖς ἐπιθαλαττίοις μέρεσι, Ῥαφίᾳ καὶ Ἀνθηδόνι, ἣν ὕστερον Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς Ἀγριππιάδα μετωνόμασε, καὶ κατὰ κράτος εἷλε καὶ ταύτην.

— Ἀνθηδόνιος.] Sic emendavimus pro Ἀνθηδώνιος; puto enim in omnibus Stephani libris hoc gentile pessime exaratum esse. Pausanias lib. IX. Πινδάρῳ δὲ καὶ Αἰσχύλῳ πυνθανομένοις παρὰ Ἀνθηδονίων. Strabo lib. nono: Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν Γλαῦκον μυθεύεται τὸν Ἀνθηδόνιον. Tertiam huius vocabuli syllabam debere corrigi, etiam liquet ex hoc Homerico versu:

Νῖσσαν τε ζαθέην, Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

Equidem non me latet apud Goltzium nummum reperiri cum inscriptione ΑΝΘΗΔΩΝΙΩΝ. Verum in antiquis inscriptionibus

et numismatibus hae literae ob soni vicinitatem aliquando confunduntur: sic invenies ΩΡΘΟΣΙΕΩΝ et ΟΡΘΩΣΙΕΩΝ. ΦΙΛΟΡΟΜΑΙΟΥ et ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ. ΝΕΟΚΟΡΩΝ et ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Et ita etiam hoc loco in nummis ΑΝΘΗΔΩΝΙΩΝ pro ΑΝΘΗΔΟΝΙΩΝ.

— Πλησίον Γάζης.] Huius urbis memoria reperitur apud Plinium lib. v. cap. xiii. *Oppida Rhinocolura, et intus Raphea; Gaza, et intus Anthedon.* Ptolemaeus lib. v. cap. xvi. Μετὰ τὰς τοῦ Χορσίου ἐκβολὰς, Καισάρεια Στράτωνος, Ἀπολλωνία, Ἰόππη, Ἰαμνιτῶν λιμὴν, Ἄζωτος, Γαζαίων λιμὴν, Ἀσκάλων, Ἀν-
133 θηδών. Vide eundem Ptol. etiam lib. iv. cap. v.
b — Λιμὴν Ἀνθηδόνιος.] Ita etiam hic rescribere lubuit pro Ἀνθηδώνιος. Plinius lib. iv. cap. v. *In eo Epidaurum oppidum, Aesculapii delubro celebre; Spiraeum promontorium, portus Anthedon, et Bucephalus* etc. Ptolemaeo lib. iii. cap. xvi: Ἀθηναίων λιμὴν dicitur; sed vereor ne locus sit corruptus, qui fortassis ope meliorum codicum emendari posset.

— Ἀνηνίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος.] Etsi codices vulgati ita exhibeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo, nam de Anenicone pancratiasta nusquam mentionem factam certissime scio. Rescribendum ex libris antiquis: ἀνηγορεύθη Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος. Hanc verissimam esse lectionem nemo in dubium vocabit, si etiam probavero Eustathium sua aetate sic apud nostrum legisse. ita enim ille ad Iliad. B. pag. 271. Ἀνηγορεύθη δέ φασι Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδόνιος, καὶ Λεωνίδας ὁ ζωγράφος Ἀνθηδόνιος ἦν, μαθητὴς Εὐφράνορος.

— Εὐφράνορος.] Eius meminit Plinius lib. xxxv. cap. xi. ubi ita legendum: *Post eum eminuit longe ante omnes Euphranor Isthmius, Olympiade centesima quarta, idem qui inter fictores dictus est a nobis. Fecit colossos et marmora, ac scyphos sculpsit; docilis ac laboriosus ante omnes, et in quocunque genere excellens ac sibi aequalis. Hic primus videtur expressisse dignitates heroum, et usurpasse symmetriam* etc. Plinius hic etiam de discipulo Antidoto, sed de Leonida nullam omnino mentionem facit.

— Ἀνθηδονίτης.] Ita emendavimus pro Ἀνθηδωνίτης, quod omnes libri exhibent. Stabit lector a nostris partibus si rationes supra allegatas bene consideraverit.

Ἀνθήλη, κώμη.] Hic aliquid excidisse, sole meridiano clarius est. legendum videtur: Ἀνθήλη, κώμη Ἀχαΐας. Ponitur ab Herodoto, quem noster testem citat, inter amnem Phoenicem et Thermopylas; ita enim ille lib. vii. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Φοίνικος ποταμοῦ καὶ Θερμοπυλέων κώμη τέ ἐστι τῇ οὔνομα Ἀνθήλη

[redacted]

κεῖται, παρ' ἣν δὴ παραῤῥέων ὁ Ἀσωπὸς ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ. In hisce verbis aut τὸ ἔστι, aut τὸ κεῖται, si quid iudico, tollendum. Alterutram vocem sciolus aliquis orae sui codicis appinxit, quae deinde in textum irrepsit.

— Πόλιν αὐτήν φησι, καὶ ἄλλοι.] Non tantum Herodianus, sed etiam alii, inter quos ipse Herodotus, urbem appellarunt; ita enim ille lib. iam allegato: Κατὰ τὰ Ἀλπηνοὺς ὄπισθεν ἰόντας ἐοῦσα ἁμαξιτὸς μούνη, καὶ ἔμπροσθεν κατὰ Φοίνικα ποταμὸν, ἀγχοῦ Ἀνθήλης πόλιος, ἁμαξιτὸς ἄλλη μούνη.

Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας.] Haec sine dubio, ut alibi probamus, eadem urbs est, quam superius meminit Stephanus in voce Ἄνθεια. ἔστι καὶ Ἰταλίας Ῥώμης πλησίον, ἥτις καὶ Ἄντιον μετωνομάσθη, ὡς εἰρήσεται.

— Κουάδρατος ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος.] Vossius libro III. de historicis Graecis censet idem opus signari, quando 134 a
Stephanus vel secundum Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος, vel quartum decimum Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας in voce Ὀξύβιοι, vel quartum decimum Ῥωμαϊκῶν in voce Θαψίπολις citat.

Ἄνθυλλα, πόλις Αἰγύπτου.] De hac civitate etiam fit mentio apud Athenaeum lib. I. sed nomen ibi per τ exaratur: Τούτοις δ' ὑπερβάλλει ὁ κατὰ Ἄντυλλαν πόλιν, οὐ μακρὰν οὖσαν Ἀλεξανδρείας, ἧς τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς, Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας. Vides ex hisce verbis, Aegyptiorum et Persarum reges vectigalia et reditus huius civitatis uxoribus concessisse εἰς ζώνας, id est ad cinctuum impensas; verum haec vox tam late est accipienda, ut etiam alium muliebrem ornatum, scilicet ὑποδήματα, et quicquid vestimenti nomine venire solet, comprehendat, uti mox ex Herodoto fiet manifestum.

— Ἐς ὑποδήματα ἐξαιρέτως.] Ita ubique scriptum reperio: noli tamen dubitare quin legendum sit: ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος. Sic olim scripsit Herodotus, cuius integra verba ex Euterpe in medium producam: Τουτέων δὲ ἡ μὲν Ἄνθυλλα, ἐοῦσα λογίμη πόλις, ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. τοῦτο δὲ γίνεται ἐξ ὅσου ὑπὸ Πέρσῃσι ἐστὶ Αἴγυπτος. Sic Herodotus facem accendit Athenaeo, et Athenaeus vicissim Herodoto: nam non speciatim haec sunt intelligenda de calceamentis, sed etiam de zonis, et alio muliebri ornamento, quod reges Aegyptii, sub Persarum tunc potestate redacti, reditibus et vectigalibus civitatis, coniugibus suis comparabant. Confer locum cum Athenaeo, et omnia luce erunt clariora.

Ἄννα, πόλις τῆς Ἰουδαίας.] In Iosepho, quem testem citat Stephanus, hactenus urbem hoc nomine invenire non potui.

Si quid coniectura valeam, censeo Epitomatorem innuere locum Iosephi lib. v. ubi ita inquit: *Μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας τῆς Ἱεριχοῦντος συμφορᾶς, πέμπει τρισχιλίους ὁπλίτας Ἰησοῦς εἰς Ἀἴναν πόλιν ὑπὲρ τῆς Ἱεριχοῦντος κειμένην· οἱ συμβαλλόντων αὐτοῖς τῶν Ἀἰνατῶν τρέπονται, ἀποβάλλουσιν ἄνδρας ἓξ καὶ τριάκοντα.* Demiror profecto, unde haec tanta librorum diversitas: Stephanus sua aetate *Ἄνναν* invenit, nunc Iosephi codices *Ἀἴναν* praeferunt: sed mutatione magna opus non est, ut duae istae lectiones concilientur, facile enim ex *Ἀἴνα* fit *Ἄννα*, et *Ἄννα*, dempta virgula literae *ν*, etiam facili negotio in *Ἀἴναν* commutatur. Pro Stephani lectione possem adferre locum ex geographo Nubiensi, ubi eadem haec civitas ab ipso عانة *Aanna* appellatur, ita enim ille climate v. part. III. *Tiberias vero est maxima atque metropolitana inter urbes Iordanis. Ab hac ad Sur iter duarum grandium dierum: et ab hac ad Aseensum Ablac, dies non integra. Ab hac ad Baisan, iter etiam diei minime integrae. Ab hac ad AANNA urbem de terra Ghaur.* Coelesyria ab Arabibus *Ghaur* nuncupatur, in qua *Ἄννα* sive *Ἀἴνα* sita est. Eutychius Patriarcha in Annalibus Alexandrinis pag. 111 et 116. ex editione Pocockii, parum ab hac terminatione recedit, a quo haec urbs عاني *Ani* appellatur, sed ibi et *Ana* pronunciari et legi, grammaticorum canones patiuntur. Quid tandem ex diversa hac scribendi ratione concludam? Alterutrum enim, aut Stephanum incidisse in corruptum Iosephi codicem, aut nunc mendose *Ἀἴνα* pro *Ἄννα* in ipso circumferri, statuendum; quod ultimum te-
134 mere factum iudicari posset, cum in Sacra pagina Ios. VIII. 28.
b עי *Ai* haec civitas nuncupetur, unde, terminatione adiecta, *Ἀἴνα* formare possemus, quod Sept. interpretes in *Γαὶ* mutarunt. Firmiter mihi persuadeo eandem hanc esse urbem, quae a Iosepho *Κανὰ*, et adiecta terminatione *Κάναθα* appellatur, uti *Ἄμαθα*, *Ἄναθα*, *Γοίραθα*, *Σάβαθα* etc. situs enim optime quadrat et pronuntiatio Arabica non obstat. De situ legimus lib. xv. Antiq. Iudaic. *Μετὰ δὲ ταῦτα πολλὴ στρατιὰ τῶν Ἀράβων εἰς Κανὰ συνήει, χωρία δὲ ἐστι ταῦτα τῆς Κοίλης Συρίας.* Et lib. I. de bello Iudaico, cap. XIV. *Πρὸς δὲ τὴν ἧτταν γίνεται μέγα κίνημα τῶν Ἀράβων, καὶ συναθροισθέντες εἰς Κάναθα τῆς Κοίλης Συρίας, ἀπείρον τὸ πλῆθος, τοὺς Ἰουδαίους ἔμενον.* Et mox sequitur: *Επιβουλεύεται δὲ Ἡρώδης ἐν τῇ διώξει, τοὺς ἐκ τῶν Κανάθων ἐπιχωρίους ἀνέντος Ἀθηνίωνος* etc. Etiam in textu Hebraico Iosuae XIX. קנה *Kana* appellatur, neque aliter a septuaginta interpretibus. Diversa haec scribendi ratio, *Ἄννα*, *Aana*, *Ani* sive *Ana*, *Ἀἴνα*, *Γαὶ*, *Κανὰ* et *Κάναθα*, videtur mansisse ex more

[redacted]

populorum orientalium; qui ad aspiriorem sonum molliendum, saepissime permutant literas ע Ajin, כ Caph, ק Coph, ع Ain, غ Gain, ك Kaf, ک Kef: imo praecipue Persae et Turcae Gain saepe pronuntiant ut Kaf. Exemplis res evadet manifesta. Pro Hebr. עלם *ëlem*, Arabes dicunt غلام *golâm* puer, servus: pro קצף, غضب *gasaba* indignatus fuit: pro כפר *Kipper* غفر *gafara*, condonavit: pro Pers. آقا *aka*, Turcae efferunt آغا *aga*, praefectus militum; اوتاغ et اوتاق *otâg* et *otâk*, Turcis promiscue dicitur tentorium. غوك *gouk* Pers. rana, gain prolato instar Kaf. et עמרה *Hhamora*, Γομόῤῥα, Arab. غمورا *Gamoura*. Atque sic alia innumera. Praeter Annam iam memoratam alia reperitur, quae ab Euphrate, cui adiacet, finditur, et partim in Arabia deserta, et partim in Mesopotamia sita est, ab Haleppo itinere quindecim dierum distans, uti passim peregrinantibus traditur.

— Ὑπὲρ Ἱεριχοῦντα.] Sic rescribere placuit, ipso Stephano postulante: Ἱεριχοῦς, μεταξὺ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰορδάνου ποταμοῦ. ἡ γενικὴ Ἱεριχοῦντος. Male enim in vulgatis libris legitur, ὑπὲρ Ἱερουχοῦντα. Iosephus praepositionem enim gignendi, noster vero cum accusandi casu construit, quod magis placet, utpote usitatius.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀνναυΐτης, ὡς Ἰώσηπος.] Non utitur hoc gentili Iosephus, apud quem aeque ac Stephanum, mendosum conspicitur. Si oppidi nomen sit Ἄννα, recte in Vossiano codice exaratum est, τὸ ἐθνικὸν Ἀννίτης, et ita in Steph. procul dubio rescribendum; nam agnoscit quoque hanc lectionem ex Palatinis libris ὁ πάνυ Salmasius. Pessime apud Iosephum loco citato Ἀϊνατῶν scriptum est: hoc concesso, oppidi nomen esse Ἄϊνα, non tamen inde iuxta τὸν ἐπιχώριον τύπον deducetur Ἀϊνάτης, qui terminationem in ιτης exigit, ut aliis in locis fusius ex Stephano docuimus.

— Καὶ Ἀννιανός, ἀπὸ τοῦ Ἀνναυΐα.] Haec vitiosa esse vidit Salmasius, ex coniectura ita restituens: καὶ Ἀννιανός, ἀπὸ τοῦ Ἀννία.

Ἀννίχωρον. Μέμνηται Ἀλκμάν.] Fuit verna Agesidae, et quia ei videbatur homo praeclari ingenii, manumissus est, et 185
poëta evasit, teste Heraclide de Politiis. ita enim ille in Lace- a
daemoniorum republ. ὁ δὲ Ἀλκμὰν οἰκέτης ἦν Ἀγησίδου, εὐφυὴς δὲ ὢν, ἐλευθερώθη, καὶ ποιητὴς ἀπέβη.

Ἀνταιούπολις, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.] Huius exstat memoria apud Ptolemaeum lib. IV. cap. V. hisce verbis. *Ἀπὸ ἀνατολῶν δὲ τοῦ ποταμοῦ Ἀνταιοπολίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις, Ἀνταίου μεσόγειος.* Nomen habet ab Antaeo terrae filio, qui cogebat hospites secum luctari, quod delassatos interficiebat: hunc postea Hercules in Libya occidit, auctore Diodoro Siculo lib. I. Qua in parte Libyae Antaeus regnaverit, lege etiam apud Melam lib. III. cap. ultimo.

— *Λέγεται καὶ Ἀνταίων, ὡς Ἀνταίων. ἀφ' οὗ ἡ πόλις.*] Multa huic loco excidisse, mihi firmiter persuadeo: si enim *Ἀνταίων* pro gentili sit censendum, perabsurde hic ab Epitomatore dicitur, civitatem nomen inde esse sortitam, cum et certum sit, regi nomen *Ἀνταῖος*, non vero *Ἀνταίων* fuisse.

Ἄντανδρος. Ὑπὸ τὴν Ἴδην πρὸς τῇ Μυσίᾳ.] Situs ex hoc Stephani loco est manifestissimus, iubet tamen si addere verba Thucydidis lib. IV. ita scribentis: *Καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια, τάς τε ἄλλας πόλεις τὰς ἀκταίας καλουμένας, ἃς πρότερον Μιτυληναίων νεμομένων Ἀθηναῖοι εἶχον, ἐλευθεροῦν, καὶ πάντων μάλιστα τὴν Ἄντανδρον. καὶ κρατυνάμενοι αὐτὴν (ναῦς τε γὰρ εὐπορία ἦν ποιεῖσθαι αὐτόθεν, ξύλων ὑπαρχόντων, καὶ τῆς Ἴδης ἐπικειμένης) καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ ῥᾳδίως ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι, τήν τε Λέσβον ἐγγὺς οὖσαν κακώσειν.* Hinc liquet urbem fuisse maritimam, non procul a Lesbo, in qua magna fabricandarum navium opportunitas et lignorum copia reperiebatur. Vide etiam Herodotum in Polymnia, Strabonem lib. XIII. Scymnum Chium, Scylacem et alios.

— *Ἀπὸ Ἀντάνδρου.*] De nominis origine videndus Pomp. Mela lib. I. cap. XVIII. *In altero latere, Antandrum. Duplex causa nominis iactatur. Alii Ascanium Aeneae filium, cum ibi regnaret, captum a Pelasgis, ea se redemisse commemorant: alii ab iis putant conditam, quos ex Andro insula vis et seditio exegerat. Hi Antandrum, quasi pro Andro, illi quasi pro viro accipi volunt.* Varias de Antandri origine opiniones lege apud Servium in Virg. lib. III. Aenead. haec poëtae verba:

> —— *Classemque sub ipsa*
> *Antandro, et Phrygiae molimur montibus Idae.*

Antandrus, docente I. Vossio, proprie is est, quem Latini *Succedaneum* vocant. Utitur hoc vocabulo in illa significatione alicubi Plutarchus.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀντάνδριος.*] Occurrit hoc gentile nomen apud Thucyd. lib. VIII. *Ὄντων δὲ τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, Ἀντάνδριοι (εἰσὶ δὲ Αἰολεῖς) παρακομισάμενοι ἐκ τῆς*

[redacted]

Ἄβυδον πεζῇ διὰ τῆς Ἴδης τοῦ ὄρους ὁπλίτας, etc. Circumiacens 185
regio etiam Ἀντανδρία dicitur Straboni lib. XIII. b

— Ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα, διὰ τὸ Θρᾷκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι, καὶ Κιμμερίδα etc.] Ita hunc locum supplevit incomparabilis Vossius ex libris antiquis. Testatur etiam Salmasius in margine sui codicis, se simili prorsus modo in Palatinis codicibus invenisse. In vulgatis editionibus locus hunc in modum circumferebatur: Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὠνομάσθαι Ἠδωνίδαν Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη. Plinius lib. V. cap. XXX. auctor est, hisce nominibus Antandrum fuisse insignitam: *Rursus in littore Antandros, Edonis prius vocata; deinde Cimmeris.*

— Τῆς δὲ Κιμμερίδος, Κιμμέριοι.] Et ita etiam hunc locum resinxerunt ex libris scriptis viri incomparabiles Salmasius et Isaacus Vossius. Pessime enim vulgati exhibebant: Τῆς δὲ Κιμμερίας, Κιμμέριοι.

Ἄντεμνα, πόλις Σαβίνων.] Oppidi nomen Strabo numero plurali et fem. gen. extulit lib. V. Κολλατία δ' ἦν, καὶ Ἀντέμναι, καὶ Φιδῆναι, Λαβῖνον, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, τότε μὲν πολίχνια, νῦν δὲ κῶμαι. A Latinis fuit conditum et denominatum, si Varroni fides sit habenda, apud quem lib. IV. de lingua Lat. ita legimus: *Oppidum interamna dictum, quod inter amnes est constitutum. Item Antemnae, quod ante amnem qui fluit in Tiberim: quod in bello male acceptum consenuit.* Plura de hac civitate vide apud Cluverium.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντεμνάτης.] Eodem modo Latini hoc gentile formarunt. Liv. lib. I. cap. IX. *Dum ibi Romani gerunt, ANTEMNATIUM exercitus per occasionem ac solitudinem, hostiliter in fines Romanos incursionem facit.*

Ἄντεια, πόλις Ἰταλίας.] Cluverius in antiquae Italiae descriptione enumerat quinque appellationes, quibus hoc oppidum insignitur: hac sectione dicitur Ἄντεια et Ἄντιον pag. 133. Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας. Κουάδρατος ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος: et pag. 132. Ἄνθεια. Ἔστι καὶ Ἰταλίας, Ῥώμης πλησίον etc. Verum hoc mihi maxime mirum videtur, quod etiam huius civitatis nomen Ἄγκαρα fecisset, quod profecto ab aliis appellationibus longius recedit, et hactenus apud me dubium fuit, de quo in animadversionibus ad istam vocem fusius diximus. Haec urbs antiquis Graecis scriptoribus, Straboni, Dionysio, Appiano, Ptolemaeo, Philostrato aliisque Ἄντιον dicitur. quo etiam Latini utuntur. Apud Dionysium tamen lib. V. ἐκ Ἀντίας legitur, cum passim hanc vocem genere neutro proferat. Oppidi situm habemus apud Dionys. Hal. lib. VIII. Ἧκεν Ἄντιον τὴν ἐπιφα-

185 νεωτάτην τῶν ἐν Θυρολύσκων πόλεων. Vide etiam Procopium in
e Gothicis.

— Ὀδυσσέως γὰρ καὶ Κίρκης υἱοὶ τρεῖς etc.] Tres habuisse
186 filios Ulyssem atque Circen, qui tria condiderunt oppida, et de
a suo nomine appellarunt, testatur Xenagoras apud Dionys. Hal. lib. I. hisce verbis: Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ, Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι τρεῖς, Ῥῶμον, Ἀντίαν, Ἀρδέαν, οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις ἀφ' ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κτίσμασι τὰς ὀνομασίας.

— Ὡς Ἀρδεάτης.] Corrupte exhibent MSS. ὡς Σαρδεάτης.

— Ἔστι καὶ Ἄντιον πόλις οὐδετέρως.] Unum idemque oppidum est Ἄντεια et Ἄντειον, quod noster hoc loco in duo diversa oppida divisit.

Ἀντιγόνεια, πόλις Χαονίας.] Fuit haec urbs mediterranea, in angustiis Cerauniorum, quae Epirum ab Illyride disterminabant, sita. Ptolemaeus lib. III. cap. XIV. *Πόλεις δέ εἰσι τῆς Ἠπείρου μεσόγειοι Χαόνων. Ἀντιγόνεια, Φοινίκη, Ἑκατόμπεδον, Ὀμφάλιον, Ἐλαιοῦς* etc. Sitam fuisse ad fauces istorum montium clarissime apparet ex Polybio lib. II. ubi refert Scerdilaïdam cum quinque Illyriorum millibus itinere terrestri per fauces Antigoneam pervenisse: *Προσαγγελθέντος δ' αὐτοῖς, Σκερδιλαΐδαν ἔχοντα πεντακισχιλίους Ἰλλυριοὺς παραγίνεσθαι κατὰ γῆν δια τῶν παρ' Ἀντιγόνειαν στενῶν. μερίσαντες αὑτῶν τινὰς ἐξαπέστειλαν παραφυλάξοντας τὴν Ἀντιγόνειαν.* Eundem situm etiam ex Livii verbis possumus colligere, ita enim ille lib. XXXII. cap. V. *Principioque veris cum Athenagora omnia externa auxilia, quodque levis armaturae erat, in Chaoniam per Epirum ad occupandas, quae ad Antigoniam fauces sunt, stena vocant Graeci, misit.*

— *Ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ πρότερον Μαντίνεια.*] Plinius parum considerate lib. IV. cap. V. in Arcadiae descriptione statuit Mantineam diversum esse oppidum ab Antigonia. *Mediterranea eius Arcadia maxime tenet, undique a mari remota: initio Drymodis, mox Pelasgis appellata. Oppida eius Psophis, Mantinea, Itymphalum, Tegea, Antigonia, Orchomenum etc.* Antiquam appellationem fuisse τὸ *Μαντίνεια* certissimum est, verum postea in honorem Antigoni transnominata est Antigonea, uti luculenter testatur Pausan. lib. VIII. *Ἀντιγόνου δὲ ἐν Μακεδονίᾳ Φίλιππον τὸν Περσέως πατέρα ἔτι παῖδα ἐπιτροπεύοντος, καὶ Ἀχαιοῖς ἐς τὰ μάλιστα ὄντος ἐπιτηδείου, ἄλλα τε ἐς τιμὴν αὐτοῦ Μαντινεῦσιν ἐποιήθη, καὶ ὄνομα τῇ πόλει μετέθεντο Ἀντιγόνειαν.* Vide etiam Plutarchum in Arato et Ptolemaeum lib. III. cap. XVI.

— *Τρίτη Μακεδονίας.*] Vide de hac urbe Ptolemaeum lib.

III. cap. XIII. Scymnum Chium et alios. Sita fuit in Mygdonia, non procul ab Pydna.

— *Τετάρτη Βιθυνίας πρὸς τῷ Δασκυλίῳ.*] Huius meminit ipse Stephanus alio loco: *Νίκαια, πόλις Βιθυνίας, Βοττιαίων ἄποικος. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀγκώρη, εἶτα Ἀντιγόνεια. ὕστερον* 136
δὲ ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου γυναικὸς Νίκαια ἐκλήθη. Dascylium ubi b
fuerit situm, ad illam vocem docebimus.

— *Πέμπτη ἐν Συρίᾳ.*] Hanc Antigonus Philippi filius condidit et ab ipso nomen habet, teste Strabone lib. XVI. Quia autem Antiochiae erat valde vicina, tandem ei coniuncta, et una ex quatuor urbibus fuit, quae Antiochiam constituebant. *Ἔστι δ' ἡ μὲν Ἀντιόχεια, καὶ αὕτη τετράπολις, ἐκ τεττάρων συνεστῶσα μερῶν. τετείχισται δὲ καὶ κοινῷ τείχει, καὶ ἰδίῳ καθ' ἕκαστον τὸ κτίσμα. τὸ μὲν οὖν πρῶτον αὐτῶν ὁ Νικάτωρ συνῴκισε, μεταγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιγονίας τοὺς οἰκήτορας, ἣν πλησίον ἐτείχισεν Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου.*

— *Ἔστι καὶ φρούριον τῆς Κυζικηνῆς.*] Huius meminit Plinius lib. V. cap. XXX. *Troadis primus locus fuit Amaxitus, dein Crebenia, ipsaque Troas, Antigonea dicta, nunc Alexandria colonia Rom.* Huius situs est notissimus, et de nominis origine et mutatione satis diximus pag. 94.

— *Ἀπέχον τῆς προσεσπέρου θαλάσσης.*] Hesperium mare unicuique satis est manifestum, sed de eo, quod *προσέσπερον* dicitur, nihil apud Geographos invenies. Legendum est: *Ἀπέχον τῆς πρὸς ἑσπέρου θαλάσσης ὡς σταδίους ν.* Et sic omnia erunt luce clariora.

Ἀντικονδυλεῖς. Κόλοι Φρύγες.] Sic legunt omnes editiones, sed vocabula videntur componenda, nam Hesychius mentionem facit de monte Boeotiae, quem *Κολοίφρυγα* nominat. *Κολοίφρυξ, Ταναγραῖος ἀλεκτρυὼν, καὶ ὄρος Βοιωτίας.*

Ἀντίκυρα. Ἡ μία Φωκίδος.] Huius situm optime colligere licet ex Scylace, cuius verba ita sunt legenda capite *Λοκροί. Μετὰ Λοκροὺς εἰσὶν ἔθνος Φωκεῖς κατὰ τὸ Κιῤῥαῖον πεδίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Δελφοὶ πόλις, καὶ Ἀντίκυρα πόλις.* A Delphis distabat X mill. pass. Nomen videtur inde accepisse, quod Cirrhae vicinae urbi fuerit opposita: adeo ut multi existiment nomen antiquum fuisse *Ἀντικιῤῥα*: manifeste hoc indicat locus Strabonis lib. IX. *Αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης, καὶ Κίῤῥα καὶ Ἀντικιῤῥα, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ συνεχῆ κείμενα χωρία πρὸς τῷ Παρνασσῷ* etc.

— *Δημήτριος ὁ Καλλατιανός.*] Strabo lib. I. huius De-

metrii mentionem facit, et Marcianus Heracleota. Stephanus hanc vocem per λλ scribit, sed alii eandem constanter per simplex efferunt.

— Ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν.] Sic quoque Strabo distinguit inter Phocicam et Maliacam, ita enim ille libro nono iam citato: *Εἶτα Ἀντίκυρα, ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην. Καὶ δή φασιν ἐκεῖ τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον, ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν δεῦρο πολλοὺς καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν.*

137 — Ὡς Παλαιρεύς.] Gentile hoc mendosum est, deberet
a enim deduci a *Πάλαιρα*: sed hoc nomine urbs non exstat. Fortassis legendum est, *Παναιουρεὺς*, quod Stephanus agnoscit vocabulo *Παναίουρα*, vel *Πολυαρεὺς* a *Πολύαρα*.

Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἀντινόου παιδός.] Ita hunc locum ex libris manu exaratis supplevimus, quam lectionem quoque receptam vidi a Cl. Salmasio in notis ad Aelium Spartianum, et in margine sui codicis: vulgati enim mutile exhibebant: *Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, Ἀντινόου παιδός*. Sed quanquam codicum scriptorum lectio vulgatae praeferenda videtur, eam tamen omnibus numeris absolutam habere non possum: procul omni dubio *Ἀδριανοῦ κτίσμα*, vel simile quid de hac epitome sublatum est. Aurelius Victor de Caesaribus: *Hinc orti rumores mali, iniecisse stupra puberibus, atque Antinoi flagravisse famoso ministerio, neque alia de causa urbem conditam eius nomine, aut locasse ephebo statuas.* Ammian. Marcel. lib. XII. *Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Thermopolim habet, et Copton, et Antinoum, quam Hadrianus in honorem ephebi condidit sui.* Hieronymus lib. II. adversus Iovianum: *Et ut sciremus quales Deos Aegyptus semper recepisset, nuper ab Hadriani amasio urbs eorum Antinous appellata.* Mallem itaque Stephani locum ex historicorum fide hunc in modum constituere: *Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἀντινόου παιδός, Ἀδριανοῦ κτίσμα*: vel simpliciter, *ἀπὸ Ἀντινόου, παιδὸς Ἀδριανοῦ*. Ita hunc locum debere concipi ego nullus dubito, et satis clare hoc etiam indicant verba auctorum iam allegatorum. Nusquam haec urbs *Ἀντινόεια* appellatur, nisi apud Epiphanium: apud Ptolemaeum lib. IV. cap. V. *Ἀντινοούπολις* reperitur, neque aliter apud Origenem contra Celsum; et in vetusta Peutingerorum tabula *Antino* excusum est, quod dicitur pro *Antinopolis*, annotante Salmasio, ut *Pano* pro *Panopolis*, *Lato* pro *Latopolis*, et *Heracleo* pro *Heracleopolis*. Optime observat Casaubonus hanc urbem non a fundamentis novam factam, sed Adriani iussu instauratam et quasi denuo conditam, atque in honorem Antinoi Antinopolim appellatam fuisse: cum

[redacted]

esset ante is locus alii numini consecratus; nam priores urbem et Deum BASAM nominarunt. Ammianus lib. xix. *Oppidum est Abydus in Thebaïdis parte situm extrema. Hic Besae Dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat.* Hanc appellationem Aegyptii diu etiam postea retinuerunt, altera Graecis relicta. Propterea fuerunt alii, qui neque *Besam*, neque *Antinoum*, sed de duabus appellationibus unam componerent, et oppidum istud BESANTINOUM appellarent. Photius de Helladio scriptore Aegyptio: *Οὗτος ὁ συγγραφεὺς ὁ ταῦτα συνταξάμενος, γένος μὲν Αἰγύπτιος ἦν, πόλεως δὲ τῆς Ἀντινόου, ἣ ὡς αὐτὸς ἐπιγράφει Βησαντινόου.* De consecratione et cultu Antinoi, et Gymnicis in honorem eius institutis nos nihil dicemus, cum hanc materiam fusius pertractarint Casaubonus et Salmasius in notis ad hist. Augustae scriptores, quo lectorem ablegamus.

— *Ἐκλήθη ἡ πόλις Ἀδριανούπολις.*] Spartianus in vita 137 b Adriani: *Multas civitates ADRIANOPOLIS appellavit, ut ipsam Carthaginem et Athenarum partem.* Ad quem locum vide Casauboni et Salmasii commentarios.

Ἀντιόχεια. Δέκα πόλεις ἀναγράφονται.] Quatuordecim isthac appellatione civitates a Stephano enumerantur, uti mox apparebit. Eustathius ad Dionysii periegesin: *Εἰσὶ δὲ Ἀντιόχειαι περί που τὰς ιδ, ὡς οἱ ἱστοροῦντες ἐκτίθενται.*

— *Πρώτη Σύρων.*] Cum in Syria late sumpta plures sint Antiochiae, non facile dixerim, quaenam hoc loco intelligenda sit. id tamen ab omni ratione non erit plane alienum, si intelligamus *Ἀντιόχειαν τὴν ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ*, de qua Ptolemaeus lib. v. cap. xv. et Plinius lib. v. cap. xxi. Haec Seleucum Nicatorem conditorem habuit, eique a suo patre Antiocho nomen indidit. Iustinus lib. xv. cap. iv. *Nam et urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit et campos vicinos urbi Apollini dicavit.* Lege etiam Strabonem lib. xvi. Haec tam celebris et frequens est in antiquorum scriptis, ut is actum agere videri possit, qui de illa grandem commentarium consarcinaret.

— *Δευτέρα* etc. *Λυδίας.*] Secunda haec in veterum monumentis non adeo est obvia. Putat Ortelius huius memoriam exstare apud Ptolemaeum, sed revera fallitur: nam nullam Ptolemaeus hoc nomine civitatem in Lydia agnoscit. Strab. lib. xiv. *Μετὰ δὲ Μαγνησίαν ἡ ἐπὶ Τράλλεις ἐστὶν ὁδὸς, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὴν μεσογίδα ἔχουσιν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ καὶ ἐν δεξιᾷ, τὸ Μαιάνδρου πεδίον, Λυδῶν ἅμα καὶ Καρῶν νεμομένων καὶ Ἰώνων, Μιλησίων τε καὶ Μυουσίων, ἔτι δὲ Αἰολέων τῶν ἐν Μαγνησίᾳ. ὁ δ' αὐτὸς τρόπος καὶ τῆς τοποθεσίας, καὶ μέχρι Νύσης καὶ Ἀντιοχείας.*

metrii mentionem facit, et Marcianus Heracleota. Stephanus hanc vocem per λλ scribit, sed alii eandem constanter per simplex efferunt.

— *Ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν.*] Sic quoque Strabo distinguit inter Phocicam et Maliacam, ita enim ille libro nono iam citato: *Εἶτα Ἀντίκυρα, ὁμώνυμος τῇ κατὰ τὸν Μαλιακὸν κόλπον καὶ τὴν Οἴτην. Καὶ δή φασιν ἐκεῖ τὸν ἐλλέβορον φύεσθαι τὸν ἀστεῖον, ἐνταῦθα δὲ σκευάζεσθαι βέλτιον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποδημεῖν δεῦρο πολλοὺς καθάρσεως καὶ θεραπείας χάριν.*

137 — *Ὡς Παλαιρεύς.*] Gentile hoc mendosum est, deberet
a enim deduci a *Πάλαιρα*: sed hoc nomine urbs non exstat. Fortassis legendum est, *Παναιουρεὺς*, quod Stephanus agnoscit vocabulo *Παναίουρα*, vel *Πολυαρεὺς* a *Πολύαρα*.

Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἀντινόου παιδός.] Ita hunc locum ex libris manu exaratis supplevimus, quam lectionem quoque receptam vidi a Cl. Salmasio in notis ad Aelium Spartianum, et in margine sui codicis: vulgati enim mutile exhibebant: *Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, Ἀντινόου παιδός.* Sed quanquam codicum scriptorum lectio vulgatae praeferenda videtur, eam tamen omnibus numeris absolutam habere non possum: procul omni dubio *Ἀδριανοῦ κτίσμα*, vel simile quid de hac epitome sublatum est. Aurelius Victor de Caesaribus: *Hinc orti rumores mali, iniecisse stupra puberibus, atque Antinoi flagravisse famoso ministerio, neque alia de causa urbem conditam eius nomine, aut locasse ephebo statuas.* Ammian. Marcel. lib. XII. *Igitur Thebais multas inter urbes clariores aliis Thermopolim habet, et Copton, et Antinoum, quam Hadrianus in honorem ephebi condidit sui.* Hieronymus lib. II. adversus Iovianum: *Et ut sciremus quales Deos Aegyptus semper recepisset, nuper ab Hadriani amasio urbs eorum Antinous appellata.* Mallem itaque Stephani locum ex historicorum fide hunc in modum constituere: *Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Ἀντινόου παιδὸς, Ἀδριανοῦ κτίσμα*: vel simpliciter, *ἀπὸ Ἀντινόου, παιδὸς Ἀδριανοῦ.* Ita hunc locum debere concipi ego nullus dubito, et satis clare hoc etiam indicant verba auctorum iam allegatorum. Nusquam haec urbs *Ἀντινόεια* appellatur, nisi apud Epiphanium: apud Ptolemaeum lib. IV. cap. V. *Ἀντινοούπολις* reperitur, neque aliter apud Origenem contra Celsum; et in vetusta Peutingerorum tabula *Antino* excusum est, quod dicitur pro *Antinopolis*, annotante Salmasio, ut *Pano* pro *Panopolis*, *Lato* pro *Latopolis*, *et Heracleo* pro *Heracleopolis.* Optime observat Casaubonus hanc urbem non a fundamentis novam factam, sed Adriani iussu instauratam et quasi denuo conditam, atque in honorem Antinoi Antinopolim appellatam fuisse: cum

esset ante is locus alii numini consecratus; nam priores urbem et Deum BASAM nominarunt. Ammianus lib. xix. *Oppidum est Abydus in Thebaïdis parte situm extrema. Hic Besae Dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat.* Hanc appellationem Aegyptii diu etiam postea retinuerunt, altera Graecis relicta. Propterea fuerunt alii, qui neque *Besam*, neque *Antinoum*, sed de duabus appellationibus unam componerent, et oppidum istud BESANTINOUM appellarent. Photius de Helladio scriptore Aegyptio: *Οὗτος ὁ συγγραφεὺς ὁ ταῦτα συνταξάμενος, γένος μὲν Αἰγύπτιος ἦν, πόλεως δὲ τῆς Ἀντινόου, ἣ ὡς αὐτὸς ἐπιγράφει Βησαντινόου.* De consecratione et cultu Antinoi, et Gymnicis in honorem eius institutis nos nihil dicemus, cum hanc materiam fusius pertractarint Casaubonus et Salmasius in notis ad hist. Augustae scriptores, quo lectorem ablegamus.

— *Ἐκλήθη ἡ πόλις Ἀδριανούπολις.*] Spartianus in vita 137
Adriani: *Multas civitates ADRIANOPOLIS appellavit, ut* b
ipsam Carthaginem et Athenarum partem. Ad quem locum vide Casauboni et Salmasii commentarios.

Ἀντιόχεια. Δέκα πόλεις ἀναγράφονται.] Quatuordecim isthac appellatione civitates a Stephano enumerantur, uti mox apparebit. Eustathius ad Dionysii periegesin: *Εἰσὶ δὲ Ἀντιόχειαι περί που τὰς ιδ, ὡς οἱ ἱστοροῦντες ἐκτίθενται.*

— *Πρώτη Σύρων.*] Cum in Syria late sumpta plures sint Antiochiae, non facile dixerim, quaenam hoc loco intelligenda sit. id tamen ab omni ratione non erit plane alienum, si intelligamus *Ἀντιόχειαν τὴν ἐπὶ τοῦ Ὀρόντου ποταμοῦ*, de qua Ptolemaeus lib. v. cap. xv. et Plinius lib. v. cap. xxi. Haec Seleucum Nicatorem conditorem habuit, eique a suo patre Antiocho nomen indidit. Iustinus lib. xv. cap. iv. *Nam et urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit et campos vicinos urbi Apollini dicavit.* Lege etiam Strabonem lib. xvi. Haec tam celebris et frequens est in antiquorum scriptis, ut is actum agere videri possit, qui de illa grandem commentarium consarcinaret.

— *Δευτέρα* etc. *Λυδίας.*] Secunda haec in veterum monumentis non adeo est obvia. Putat Ortelius huius memoriam exstare apud Ptolemaeum, sed revera fallitur: nam nullam Ptolemaeus hoc nomine civitatem in Lydia agnoscit. Strab. lib. xiv. *Μετὰ δὲ Μαγνησίαν ἡ ἐπὶ Τράλλεις ἐστὶν ὁδὸς, ἐν ἀριστερᾷ μὲν τὴν μεσογίδα ἔχουσιν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὁδῷ καὶ ἐν δεξιᾷ, τὸ Μαιάνδρου πεδίον, Λυδῶν ἅμα καὶ Καρῶν νεμομένων καὶ Ἰώνων, Μιλησίων τε καὶ Μυουσίων, ἔτι δὲ Αἰολέων τῶν ἐν Μαγνησίᾳ. ὁ δ' αὐτὸς τρόπος καὶ τῆς τοποθεσίας, καὶ μέχρι Νύσης καὶ Ἀντιοχείας.*

[redacted]

— *Τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη.*] Huius meminit Plinius lib. VI. cap. XXVI. *Oppida praeter iam dicta habet Seleuciam, Laodiceam, Artemitam: item in Arabum gente, qui Aroëi vocantur, et Mardani, Antiochiam: quae a praefecto Mesopotamiae Nicanore condita, Arabis vocatur.* Sed multo clarius huius oppidi situm colligemus ex Strabone, libro sexto decimo perhibente, partem Mesopotamiae ad Euphratem expositam, appellatam esse a Mygdonibus, qui Macedoniam incoluerant; ita enim ille: *Ἔχουσι δ' αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, καὶ τῷ Ζεύγματι, τῷ τε νῦν τῶν τῷ τὴν Κομμαγήνην, καὶ τῷ πάλαι τῷ κατὰ τὴν Θάψικον, οἵ τε Μύγδονες κατονομασθέντες ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, ἐν οἷς ἐστιν ἡ Νίσιβις, ἣν καὶ αὐτὴν Ἀντιόχειαν τὴν ἐν τῇ Μυγδονίᾳ προσηγόρευσαν, ὑπὸ τῷ Μασίῳ ὄρει κειμένην.* Ita olim Antiochiam hanc nominatam fuisse, etiam manifeste indicant verba Simocattae, historiae Mauricianae lib. III. cap. VI. ubi refert Imperatorem ad Antiochiam Mygdoniae cum Persis praelium iniisse: *Ἀφικνεῖται τοιγαροῦν ὁ στρατηγὸς ἐς τὰ προαύλια τῆς Περσίδος αὐτῆς, καὶ περὶ τὴν Νήσιβιν, Ἀντιόχεια δ' αὕτη τῆς Μυγδονίας τὸ πάλαι προσηγορεύετο, συμπλέκεται Πέρσαις.* Lege etiam Iosephum lib. XX. Antiq. Iud. cap. II.

— *Ἀσίβη καλεῖται.*] Vulgatorum codicum scripturam re-
138 praesentamus: sed noli dubitare librariorum imperitiam monstrum
a illud lectionis edidisse. Perperam quoque Vossianus codex *Ἀσήβη* legebat. Optime Salmasius emendabat: *ἥτις παρὰ τῶν ἐπιχωρίων Νασίβη καλεῖται.* Mallem tamen hoc in loco *Νάσιβις*, et stabit lector a meis partibus, cui placuerit Stephanum de hac voce et terminatione consulere.

— *Ἀπολλοφάνης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφ. Ἀσιβηνός.*] Sic error errorem trahit. quia supra *Ἀσίβη* urbs vocabatur, necessario hinc *Ἀσιβηνὸς* erat formandum. Recte ὁ *πάνυ* Salmasius correxit, *Νασιβηνός.* Huius meminit philosophi Athenaeus lib. VII. cap. VI. Hoc obiter admonendum videtur, viros doctos, hunc de Apollophane, et sequentem de Pharnucho rerum Persicarum scriptore locum citantes, non odoratos fuisse, tam turpem in Stephano mendam latere.

— *Ἥ τις Νισίβη λέγεται, καὶ Νίσιβις.*] De integritate huius loci dubito: nam nusquam apud veteres hoc oppidi nomen in *η* terminatur, et ipse Stephanus terminationem in *ις* ubique praefert. Legerem itaque, licet Salmasius in hoc loco corrigendo nihil immutaverit, *ἥτις δὲ Νήσιβις λέγεται, καὶ Νίσιβις.* Vide Steph. in isthac voce et facile assensum praebebis.

— *Τετάρτη, Πισιδίας.*] Hanc meminit Aelianus lib. XVI. cap. VII. ubi de syroperdice ita scribit: *Συροπέρδιξ γίνεται περὶ*

[redacted]

τὴν Ἀντιόχειαν τὴν Πισιδίας, καὶ σιτεῖται καὶ λίθους, μικρότερος δέ ἐστι τοῦ Πέρδικος, καὶ μέλας τὴν χρόαν etc. Vide quoque Strabonem lib. XIII. et Ptolem. lib. V. cap. III.

— *Πέμπτη, μεταξὺ κοίλης Συρίας* etc.] Haec eadem mihi videtur, quae Stephano alio nomine *Γάδαρα* appellatur, ita enim ille: *Γάδαρα, πόλις κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη.*

— *Ἕκτη, Κιλικίας, ἐπὶ τοῦ Πυράμου.*] Ergo duae isthac appellatione civitates in Cilicia fuere; haec ad Pyramum, alia ad Cydnum sita erat, et Tarsus appellabatur, uti ipse infra perhibet.

— *Ἑβδόμη, Πιερίας, ἣν Ἄραδον οἱ Σύροι καλοῦσιν.*] Suspicor portenti aliquid subesse, et fateor me non videre, quo pacto locum instaurem. Varias fuisse Pierias non ignoro; sed quia de Syris loquitur, necesse est Syriae Pieriam ut intelligamus, in qua tres tantum urbes a Ptolemaeo Pinara, Pagrae et Syriae pylae recensentur; nullus itaque isthoc tractu Arado locus: nam duae magni nominis et famae exstitere insulae, altera Phoeniciae, et altera in sinu Persico, vel ut Stephanus opinatur in mari rubro; quod sinus Persici pars haberi potest, quae Aradi appellatione insigniebantur: sed ut verum fatear, ad hanc sectionem non pertinent: imo valde miror, Stephanum in isthac voce ea de re nullam omnino mentionem fecisse. In Margiane fuisse An- 138
tiochiam, quae appellabatur, *ἄνυδρος*, testatur Isidorus Chara- b
cenus in stathmis Parthicis, cuius verba infra in medium adducimus; sed nihil audeo affirmare, quia situs non accurate respondet.

— *Ἐπὶ τῆς Καλλιῤῥόης λίμνης.*] Nimia profecto nostri Epitomatoris est breviloquentia: ingenue fateor, me situm huius paludis ignorare. Falsus est Ortelius, ex Stephano eam in Mesopotamia statuens, cum neque hic, neque alibi hoc affirmaverit.

— *Ἐπὶ τῷ Ταύρῳ, ἐν Κομμαγήνῃ.*] Ptolemaeus lib. V. cap. XV. *Πόλεις δέ εἰσιν ἐν τῇ Συρίᾳ μεσόγειοι ἀρχαμένοις ἀπ' ἄρκτων. Κομμαγήνης μὲν αἵδε, Ἄρηκα, Ἀντιόχεια πρὸς Ταύρῳ ὄρει,* etc. Huius etiam mentio est apud Goltzium in nummo: *ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΥΡΟΥ.*

— *Ἑνδεκάτη, Καρίας, ἥτις καὶ Πυθ.* etc.] Haec fuit Alabanda Cariae, si Stephano fides sit habenda, ita enim ille: *Πυθόπολις, Καρίας πόλις, ἡ μετὰ ταῦτα κληθεῖσα Νύσσα.* Et alio loco: *Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Ἀντιόχεια.* Strabo tamen et alii Antiochiam a Nyssa diversam statuunt, et historiae ratio idem ex ipso Stephano confirmat, si verum sit, quod ipse nunc

[redacted]

perhibet, Antiochum, postquam ipsi in somnis tres mulieres apparuerant, in Caria tres civitates condidisse. Sed Eustathius, iisdem plane verbis hanc historiam in commentariis ad Dionys. tradens, *ἐν τῇ Καρίᾳ* praetermisit, et non addidit qua in regione has tres urbes aedificaverit, ita enim ille: *Περὶ δὲ Ἀντιοχείας ἄλλοι καὶ οὕτω φασὶν, Ἀντιόχῳ τῷ Σελεύκου τρεῖς ἐπεφάνησαν κατ' ὄναρ γυναῖκες, κτίσαι πόλιν ἑκάστη θέλουσα. ὁ δὲ ὑπολαβὼν αὐτὰς εἶναι τὴν γυναῖκα, τὴν μητέρα* etc.

— *Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκου.*] Codex Vossianus: *Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκῳ.*

— *Ἑκάστη λέγουσα.*] Eustathius loco iam citato: *ἑκάστη θέλουσα.*

— *Ἐν τῇ Μαργιανῇ Παρθυαίων.*] Huius meminit Isidorus Characenus in stathmis Parthicis: *Ἐντεῦθεν Μαργιανὴ, σχοῖνοι λ'. ἔνθα Ἀντιόχεια, ἡ καλουμένη ἄνυδρος. κῶμαι δὲ οὐκ εἰσίν.* Plinius lib. VI. cap. XVI. *Et ipsa contra Parthiae tractum sita, in qua Alexander Alexandriam condiderat. Qua diruta a barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Seleuciam, interfluente Margo, qui corrivatur ab incolis: maluere et illam Antiochiam appellare.* Antiochus Soter Margianae regionis fertilitatem admiratus, muro eam circumdedit, cuius circulus continebat CIↃ IↃ stadia et in ea Antiochiam condidit, auctore Strabone lib. XI. *Παράπλησία δ' ἐστὶ καὶ Μαργιανή. ἐρημίαις δὲ περιέχεται τὸ πεδίον, θαυμάσας δὲ τὴν εὐφυΐαν ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος, τείχει περιέβαλε κύκλον ἔχοντι χιλίων καὶ πεντακοσίων σταδίων. πόλιν δὲ ἔκτισεν Ἀντιόχειαν.* Vide etiam Ptolemaeum lib. VI. cap. X.

139 a — *Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ.*] Sic legunt omnes editiones sed corrupte. Codex Vossianus: *Στράβων ιβ'.* Sine dubio rescribendum est, *Στράβων ἑνδεκάτῃ.* Respicit enim Stephanus locum Strabonis praecedenti commentario allegatum.

— *Τρισκαιδεκάτη, ἡ Ταρσός.*] Inter alias appellationes, haec etiam a Stephano in isthac voce Tarso adscribitur, *Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κρανία, ἀπὸ Κρανίου. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἱερά. ἐκλήθη δὲ καὶ Ἀντιόχεια, ἀπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς.*

— *Τεσσαρεσκαιδεκάτη, Ἰσαυρίας, ἡ Λαμωτὶς λεγομένη.*] Haec in vulgatis libris non leguntur: Salmasius ea in Palatinis, et nos in schedis Vossianis invenimus. Admodum verisimile est, quatuordecim hoc nomine civitates recensuisse Stephanum: nam Eustathius, uti superius diximus, passim Epitomatorem transcribens, idem ex eo tradidisse videtur. Antiochiae *τῆς Λαμωτίδος* etiam reperitur memoria in Concilio Chalcedon. Act. III. cuius Episcopus Acacius fuit. Ptolemaeus lib. V. cap. VII. in aspera Ci-

[redacted]

licia Lamotidem regionem, et in ea civitatem Lamum collocat, de qua peritiores iudicabunt.

— *Τὸ ἐθνικὸν πᾶν.*] Emendabat Salmasius ex Palatinis in margine sui libri: *τὸ ἐθνικὸν πασῶν.* Quae est indubitata lectio. Verum hoc obiter admonendum, in libris MSS. hunc ordinem non servari, totus enim locus in iis sic constituitur: *Τὸ ἐθνικὸν πασῶν Ἀντιοχεύς. ιδ Ἰσαυρίας, ἡ Λαμωτὶς λεγομένη. τὰ ἐθνικὰ, Ἀντιοχεύς, καὶ Ἀντιόχειος, καὶ Ἀντιοχὶς τὸ θηλυκόν.*

— *Ἀντιόχειος.*] Ita ex MSS. reposuimus et sic etiam hunc locum correxit Salmasius in Plinianis Exercit. et in margine sui Stephani. In vulgatis erat *Ἀντιόχαιος.*

Ἀντιπατρὶς, πόλις. Ἡρώδου κτίσμα, ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος.] Haec, quam edi curavimus, codicis Vossiani lectio. Salmasius ex libris Palatinis legebat: *Ἀντιπατρὶς πόλις. Ἡρώδου κτίσμα, ἐπὶ Ἀντωνίνου Καίσαρος.* Sed omnium mendosissime in vulgatis excusum est: *Ἀντιπατρὶς, πόλις. Ἡρωδιανός. κτίσμα ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος.* Nos iam optimam lectionem evulgasse, nemo indubium vocabit. sed tamen vanam et minime veram esse, ipsi nunc confirmabimus. Herodem Antipatri filium hanc urbem condidisse, vel potius instaurasse, post mortem patris sui, et de illo Antipatridem nuncupasse, omnibus in confesso est. Iosephus lib. xx. cap. ix. Antiq. Iud. *Μετὰ δὲ τὴν πανήγυριν ταύτην καὶ τὰς ἑορτὰς, πόλιν ἄλλην ἀνήγειρεν* (scilicet Herodes) *ἐν τῷ πεδίῳ τῷ λεγομένῳ Καφαρσαβᾶ, τόπον ἔνυδρον καὶ χώραν ἀρίστην φυτοῖς ἐκλέξας ποταμοῦ τε περιῤῥέοντος τὴν πόλιν αὐτὴν καὶ καλλίστου μετὰ μέγεθος τῶν φυτῶν περιειληφότος ἄλσους, ταύτην ἀπὸ Ἀντιπάτρου τοῦ πατρὸς Ἀντιπατρίδα προσηγόρευσεν.* Sed quid hoc monstri est, *ὑπὸ Ἀντωνίου Καίσαρος*, et quis unquam Antonium Caesarem appellavit? Codices Palatini praeferunt, *Ἀντωνίνου Καίσαρος*; sed ille Herodi non fuit coaetaneus, adeo ut haec immutatio etiam perabsurda foret. Coniiciebam primo intuitu legendum, *ἐπὶ Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος.* Haec emendatio mihi summopere placebat, quia M. Antonius et Caesar in consulatu collegae fuere: verum postea animadvertebam et hanc lectionem veri speciem non habere, cum haec urbis instauratio post Antonii mortem ab Herode facta sit. Aliam itaque medicinam hic locus efflagitat, quem adiectis aliquot voculis hunc in modum constituerem: *Ἀντιπατρὶς, πόλις Παλαιστίνης. Ἡρώδου κτίσμα, ἐπὶ τὴν μάχην Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος.* Nihil occurrit melius divinandum pressius veritatis et historiarum vestigiis insistenti. Nam evidentissimum est, Herodem post mortem patris a M. Antonio, pro quo multa obiverat, regem Iudaeae creatum 139 b

esse: sed idem ille, victo apud Actium Antonio, ad Augustum, qui tunc temporis Rhodi commorabatur, supplex veniam oratum venit, ne regia potestate exueretur, dictitans sese amici de se optime meriti partibus studuisse, nunc autem eo defuncto itidem se erga Caesarem Augustum facturum. Postea reversus in Palaestinam, urbem instauravit, et in honorem patris sui Antipatridem appellavit. Dico urbem ab eo instauratam, quia alii tradunt, civitatem hoc loco *Capharsalama* quondam exstitisse, quae tempore Hieronymi *Assur* vel *Arsur* dici coepit. Vocem *κτίσμα* apud Stephanum hoc significatu aliquando sumi debere, in *Ναισσός* manifeste demonstrabimus. Praeterea τὸ *Παλαιστίνης* revocavi, quod sine dubio hic exciderat vel incuria librariorum, vel Epitomatoris supina vecordia: si quis autem pro *Παλαιστίνης* potius *Ἰουδαίας* velit, non acriter cum ipso contendam; Palaestinam enim Iudaeam appellari omnes norunt, qui Geographiam de limine salutarunt. Huius urbis etiam meminit Lucas in Act. Apost. cap. XXIII. et Ptolemaeus lib. V. cap. XVI. unde etiam situm cognosces.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀντιπάτρης.*] Tantum abest, ut scripturam hanc librorum scriptorum et editorum probem, ut potius existimem errorem a librario commissum, Stephanum exarasse, τὸ ἐθνικὸν *Ἀντιπατρίτης*, satis est evidens, et res alia probatione non indiget.

Ἀντίσαρα. Ἐπίνειον Δατίνων.] Constanter sic legunt omnes libri, etiamsi *Δατῖνοι* geographis sint incogniti: fortassis legendum est: *ἐπίνειον Δατηνῶν*. Graeculi enim sequioris aevi saepenumero *η* in *ι* commutabant. Non procul hoc navale a fluvio Strymone situm erat in Datenorum tractu, qui sic appellabatur a Dato urbe celeberrima. Stephanus: *Δάτον, πόλις Θρᾴκης. Ἡρόδοτος ἐννάτῃ. Ἠδωνῶν δὲ τοῦτό φασιν. οἱ οἰκοῦντες, Δατήνιοι. τὸ ἐθνικὸν Δατηνός.* Quia autem Edoni se ultra Strymonem extendunt versus Nessum, non male illud Datenorum navale inter hosce amnes collocatur. Partem Thraciae prope Aesymam (quae urbs maritima fuit non longe a Dato sita) hoc nomine etiam Armenidas apud Athenaeum lib. α. meminit, sed locus est corruptus et ita legendus: *Ἀρμενίδας δὲ τῆς Θρᾴκης φησὶν εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν Ἀντισάρην καὶ Οἰσύμην προσαγορευθῆναι.* Ad quem locum vide Casaubonum, cuius emendationi nequaquam adstipulor: nam hic locus, licet Stephani codices vulgati ita praeferant, nusquam *Τισάρη* dictus fuit, quemadmodum proximo commentario ostendemus.

— *Τινὲς δὲ Τισάρη γράφουσι.*] Neque hic locus, consentiant licet codices excusi, vitii est immunis. Salmasius ex libro Palatino

[redacted]

orae sui libri appinxit: *Τινὲς δὲ Ἀντισάρη γράφουσι.* Verum haec emendatio mihi summopere displicet, quia revera nihil aliud quam supervacaneam et insulsam praecedentium repetitionem continet: hoc enim Herodiani testimonio iam confirmaverat Epitomator, urbem isthac appellatione insigniri. Si quid iudico, exigua mutatione rescribendum est: *Τινὲς δὲ Ἀντισάρτη γράφουσι.* Existimo enim, sive urbem, sine navale consideres, ad Strymonicum sinum inter iam nominatos amnes situm esse, et quidem e regione oppiduli Thraciae circa Atho ad eundem sinum, quod Stephano nostro *Σάρτη* dicitur: *Σάρτη, πόλις περὶ τὸν Ἄθων. τὸ ἐθνικὸν, Σαρταῖος.* Hinc itaque et nominis etymologia petenda videtur; nam plurimae per terrarum orbem civitates a loco opposito et vicino denominationem sortitae sunt: sic *Κίῤῥα Ἀντίκιῤῥα, Ῥίον Ἀντίῤῥιον, Φέλλος Ἀντίφελλος, Φάρος Ἀντίφαρος, Ἴσσα Ἄντισσα*, neque aliter hoc loco *Σάρτη Ἀντισάρτη*; adeo ut hinc manifestissime liqueat, Casauboni emendationem in Athenaeo nequaquam esse admittendam. 140 a

Ἄντισσα, πόλις Λέσβου.] Haec desumpta censeo ex Strab. lib. XIII. ita enim ille: *Ἄντισσα δ' ἐφεξῆς ἐστι τῷ Σιγρίῳ πόλις, ἔχουσα λιμένα.* Vide et Scylacem in descriptione Lesbi. Etiam inde nomen accepit haec urbs, quod situm Issae, ignobili oppido, habuerit oppositum. Stephanus: *Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ, κληθεῖσα Ἱμέρα. εἶτα Πελασγία καὶ Ἴσσα ἀπὸ τῆς Ἴσσης τῆς Μάκαρος.*

— *Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος.*] Vide Athenaeum lib. X.

— *Ἀπὸ Ἀντίσσης τῆς Μάκαρος θυγατρός.*] In voce *Ἴσσα*, quem locum Stephani iam citavimus, Issam Macaris filiam statuit. Verum aut hic, aut alio in loco errorem errat gravissimum.

— *Ἐν τοῖς Φίλωνος.*] Passim citatur hic scriptor, et multis in locis index operis reticetur: scripsit de urbibus, uti liquet in *Ἀνδανία, Ἀμισὸς* etc. Quem librum hic intelligo.

— *Ἔστι καὶ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.*] Nullo modo mihi persuadere possum, unam ex Cycladum insulis sic appellari: nam si vocis originem spectes, eius situs non inter Cycladum insulas, sed prope Issam maris Adriatici insulam in Illyriae ora, est investigandus. Stephanus: *Ἴσσα, πόλις ἐν Λέσβῳ* etc. *Ἔστι καὶ νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα κατὰ Δαλματίαν, καὶ Ἰλλυρίαν.* Eodem enim modo uti ab Issa Lesbi, Antissa eiusdem insulae oppidum denominatur, sic ab illa maris Adriatici insula, Antissa insula alteri opposita nomen habere potest.

— *Δημοδάμας.*] De hoc scriptore nihil omnino Vossius in Syntagmate de Hist. Graec. Solinus cap. XLIX. *Hunc eundem esse*

Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt: verum Demodamas dux Seleuci et Antiochi, satis idoneus vero auctor, transvectus amnem istum, titulos omnium supergressus est, aliumque esse quam Tanain deprehendit

Ἀντίφελλος. Χωρία Λυκίας.] Haec hausit procul omni dubio ex Alexandro Polyhistore, ita enim in voce Φελλός. Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν τῷ περὶ Λυκίας, Φελλὸν καὶ Ἀντίφελλον Λυκίας εἶναι λέγει. ὁ πολίτης Φελλίτης καὶ Ἀντιφελλίτης. De situ vide Ptolemaeum v. cap. III.

— Ἀντιφελλῖται.] Fortassis ex lege artis, et non secundum
140 τὸν ἐπιχώριον τύπον noster hoc gentile formavit (gentilia Libyca
b et Aegyptia in ιτης desinunt), Goltzius enim ex nummo suppeditavit *ΑΝΤΙΦΕΛΛΙΤΑΙΩΝ.*

Ἀντίφρα, πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγύς.] Transcripsit hunc locum Stephanus ex Strabonis libro XVII. ubi sic legitur: Εἶτ' Ἀντίφραι, μικρὸν ἀπωτέρω τῆς θαλάττης. ἅπασα μὲν ἡ χώρα αὕτη οὐκ εὔοινος, πλείω δεχομένου τοῦ κεράμου θάλατταν, ἢ οἶνον, ὃν δὲ καλοῦσι Λιβυκόν. Sic apparet, etiam Strabonis verba a nostro in compendium esse redacta, quod etiam aliis in locis observavimus. Fortassis pro Ἀντίφρα in Stephano Ἀντίφραι est rescribendum, quia Strabonis testimonio utitur. Ptolemaeus autem, uti Stephanus, Ἀντίφρα lib. IV. cap. V. exhibet, et vicum non vero oppidulum esse affirmat.

— Οἶνον καλοῦσι Λιβυκόν.] Optime sic edebat Xylander, et haec lectio etiam Strabonis auctoritate confirmatur: sed in MSS. et primis editionibus exaratum est: τὸν δὲ οἶνον καλοῦσι βύκον, etc.

— Ὁ πολίτης, Ἀντιφραῖος.] Haec non est Libyca gentilium forma. *Apollos* Ἀντίφρων subscripsit epistolae synodicae Gennadii Patriarchae Constantinop. tom. I. Iuris Graec. Rom. pag. 190. Et canonibus concilii, consulatu Paulini et Iuliani Nicaeae celebrati, subscripsit *Serapion ANTIPHRENSIS.* Vide Binii Conl. generalia, Tom. I. p. 348.

Ἄντρον. Λίκνον λικνίτης.] Hoc loco τὸ λίκνον cunam, et λικνίτης in cuna iacentem sive dormientem denotat. Praeterea Hesychius tradit, esse epitheton Bacchi, quod ab incunabulis in quibus infantes dormiunt, ipsi attributum est, ita enim ille: Λικνίτης, ἐπίθετον Διονύσου ἀπὸ τῶν λίκνων, οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται.

Ἀντρών, πόλις Θεσσαλίας.] Urbs Thessaliae maritima est. Strab. lib. IX. Κατὰ δὲ τὸν Ἄντρωνα ἕρμα ὕφαλον ἐν τῷ πρὸς Εὐβοίᾳ ἐστὶ πόρῳ, καλούμενον ὄνος Ἄντρωνος. εἶτα Πτελεόν, καὶ ὁ Ἅλος, εἶτα τὸ τῆς Δήμητρος ἱερόν etc. Livius nomen urbis Grae-

[redacted]

protulit in oratione Persei lib. XLII. *At cum processissem inde ad visendas Larissam et Antrona et Pylleon, quo in propinquo multo ante debita vota persolverem, Delphos sacrificandi causa ascendi.* Suspectum mihi est τὸ *Pylleon*, fortassis ibi *Ptelcon* reponendum, quod Larissae et Antroni vicinum fuit oppidum. Pomponio Melae haec urbs *Antrona* dicitur lib. II. cap. III.

— Ζηνόδοτος.] Idem citatur Stephano in voce *Δωδώνη*, ubi etiam de eodem argumento, scilicet de diversa vocis scribendi ratione agitur. Allegatur etiam ab Athenaeo liber secundus compendiorum, ita enim ille lib. X. *Ζηνόδοτος δ' ἐν δευτέρῳ ἐπιτομῶν Καυκώνου φησὶ τοῦ Ποσειδῶνος* etc.

— *Ἀγχίαλον Ἀντρῶνα.*] Scribendum est, *Ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶνα.* Sunt haec verba pars versus Homerici, ex Catalogo de- 141
sumpta. Hanc vocem diverso modo signari, nunc *Ἄντρων*, nunc a
vero *Ἀντρών*, in obliquis *Ἄντρωνος* et *Ἀντρῶνος*, *Ἄντρωνα* et *Ἀντρῶνα*, Eustathius sua omnino aetate observavit, ita enim ille ad Iliad. *B.* pag. 324. *Καὶ τὴν Ἄντρωνα δὲ, τινὲς μὲν βαρύνουσιν, ὡς τὴν Ἴτωνα, τινὲς δὲ Ἀντρῶνα φασὶν, ὡς Πυθῶνα. Ἡρωδιανὸς δέ φησιν ὡς Πλευρῶνα.*

— *Λέγεται δὲ διὰ τὸ τοὺς τόπους ἀντρώδεις εἶναι.*] Eadem haec ex nostro transcripsit Eustathius, et in commentarios ad Homerum reiecit, ita enim ille loco iam citato: *Ὠνόμασται δὲ οὕτω, διὰ τὸ τοὺς ἐκεῖ τόπους ἀντρώδεις, τουτέστι σπηλαιώδεις καὶ ὑπονόμους εἶναι. ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ συλλέξας καὶ τὸν ἐν παροιμίαις Ἀντρώνιον ὄνον ἐντεῦθεν εἰρῆσθαι λέγει. εὐφυεῖς γὰρ, φησὶ, πρὸς μύλωνας ἔχει λίθους. ὥστε κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, Ἀντρώνιος ὄνος, ὁ πρὸς ἀλετὸν δεξιός.*

— *Ἀντρώνιος ὄνος.*] De hoc adagio variae sunt scriptorum opiniones et sententiae: iam praecedenti commentario Eustathius Epitomatorem explicavit, scilicet hic *Ἀντρώνιον ὄνον* non debere sumi pro *Asino Antronio*, sed pro lapide ad molendum et farinam conficiendam praestantissimo: et tali modo hoc proverbium a Stephano fuisse intellectum, liquet in voce *Ἀγκών*, ubi ita infit: *Τὸ ἐθνικὸν Ἀγκώνιος, ὡς Ἀντρώνιος ὄνος, ἡ παροιμία· εὐφυεῖς γὰρ πρὸς μύλωνας ἔχει λίθους.* Quod alii interpretes hoc adagium acceperint de asinis et maioribus solito animalibus, videtur hinc emanasse, quod τοῦ ὄνου vim et significationem non probe perceperint, nam non duntaxat asinum, verum et catillum, id est, superiorem molae molendinariae lapidem denotat. Egregie in hanc rem scripsit Hesychius, cuius verba in editione nupera non bene constituta: *Μύλη, ἐπιγονατὶς, τὸ ὀστέον τὸ ἐπὶ τῷ γόνατι, καὶ ἀργυρίου τάλαντον. οὕτω λέγεται καὶ ὁ κάτω τῆς μύλης λίθος, τὸ δὲ ἄνω, ὄνος.* Pessime ibi ὄρος ex-

[redacted]

cusum est. Fortassis Casaubonus absurditatem vulgatissimae huius opinionis vidit; nam in commentariis ad Strabonem longe aliam huic proverbio originem et causam adsignat. Circa Antrona erat ἕρμα inquit, ὕφαλον (sic emendat in verbis Strabonis, pag. 140. a nobis allegata) quae vox scopulum in mari latentem significat: et quia saxum illud ὄνος appellabatur, ac iacentis grandis asini speciem prae se ferebat, hinc "Ἀντρωνος ὄνος dici coepit in animalia solito grandiora. Verum mera haec coniectura est, ἕρμα illud ὕφαλον, καλούμενον ὄνος, asini speciem habuisse, et nunquam ex veteribus probabitur. Quare reiectis Suidae, Erasmi et aliorum de hoc adagio sententiis, Stephani nostri amplectimur, scilicet debere tantum de praestantissimo lapide molari intelligi, quemadmodum quoque Eustathius ex nostro clarissime docuit.

"Ἄνυσις, πόλις Αἰγύπτου.] Vide Herodot. lib. II. Existimat Bochartus vocari ab Esaïa חנס *Anes* cap. XXX. 4.

— Ὡς Ὀασίτης.] Lege Stephanum in voce Αὐασίς, quam
141 urbem etiam "Ὄασιν appellari perhibet: Αὐασίς, πόλις Αἰγύπτου.
b ταύτην δὲ καὶ "Ὄασιν καλοῦσιν, ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ. Vide praeterea in vocabulo "Τασις.

"Ἄνωλος, καὶ τὸ θηλυκὸν, Ἀνωλυάς.] Firmiter mihi persuadeo, licet constanter ita legant libri veteres et editi, hoc gentile esse corruptum et τὸ Υ irrepsisse: fortassis Ἀνωλὰς rescribendum est.

Ἀξία. ἡ τοῦ παιδὸς τοῦ Ἀξίου.] Non eodem prorsus modo haec ubique leguntur: nos Xylandri editionem sequimur, quae praecedentibus non respondet: in illis enim excusum reperitur: ἡ τοῦ παιδὸς Ταυξίου. Sic quoque ὁ πάνυ Salmasius in Palatino codice invenit: inde hanc coniecturam facit, debere legi: ἡ τοῦ παιδὸς τούτου Ἀξίου. Qua in re facillime assensum praebemus.

— "Εστι καὶ Ἰταλίας.] Non dubito quin fuerit castellum de quo apud Cicer. in oratione pro A. Cecinna. *Cecinna cum amicis ad diem venit in castellum Axiam: a quo loco fundus is, de quo agitur, non longe abest.* Sed quo situ fuerit Cluverius ignorare fatetur.

— Τῆς δ' Ἰταλίας.] Codex Vossianus, τῆς δ' Ἰταλικῆς. Sed eodem res redibit, quocunque modo legatur.

— Καὶ θηλυκῶς διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα.] Non opus est ut multis confirmem, huic loco feminini generis gentile excidisse: hoc unicuique ex grammaticorum canonibus notissimum est, primam declinationem simplicium masculina tantum admittere: itaque hunc locum ita conceperam: Τῆς δ' Ἰταλίας Ἀξιάτης, καὶ θηλυκῶς Ἀξιάτις, διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα.

"Ἄξος, πόλις Κρήτης.] Herodotus lib. IV. urbem huiusmodi

[redacted]

nomine non meminit. Certissimum est, ut saepissime notavimus, Stephanum in vitiosum Herodoti codicem incidisse, in quibus nunc optime Ὄαξος legitur: et hanc genuinam civitatis appellationem esse alibi noster ex Xenionis Creticis luculenter probat. Ὄαξος, πόλις Κρήτης, Ἐλευθέρας οὐ πόῤῥω, καθὰ Ξενίων. ἀπὸ Ὀάξου τοῦ Ἀκακάλλιδος, τῆς θυγατρὸς τοῦ Μίνω. Cretensibus tamen τὸ ἄξος fuit familiarissimum, ita enim locum praeruptum solebant appellare, uti nos Stephanus eodem loco docet: τινὲς δὲ διὰ τὸ κατάκρημνον εἶναι τόπον. καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιούτους τόπους Ἄξους, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀγμούς. Itaque aliquo modo hoc civitatis nomen tolerari posset, sed hanc in rem Herodoti testimonium minime quadrat, uti manifeste conspicitur.

Ἀξουμίτης, ἀρσενικῶς, μητρόπολις Αἰθιόπων.] Mendum hoc loco vidit magnus Salmasius, pro Ἀξουμίτης reponens Ἄξουμις: Aegyptiacae enim et Aethiopicae urbes pleraeque in ις desinunt, et earum gentilia in ιτης, uti alias manifestissime indicavimus. Procopio Caesariensi libro I. de bello Persico haec urbs Αὔξωμις, et cives Αὐξωμῖται appellantur.

— Ὁ πολίτης, Ἀξουμίτης.] Non tantum huius oppidi cives, sed totius regionis incolae hac appellatione passim apud veteres insigniuntur. Mira profecto est varietas in hoc vocabulo proferendo. pauci cum Stephano efferunt Ἀξουμῖται. Cedrenus: τῷ ιἔ 142
ἔτει Ἀδὰδ ὁ τῶν Ἀξουμιτῶν βασιλεύς. P. Diaconus lib. XVI *Azumitenses* appellat. Apud Ptol. reperies Αὐξουμῖται: apud alios vero Αὐξωαῖται, et *Axomitae*. Theodoreti verba ex Quaestionibus in vetus testamentum, emendante Cl. Casaubono huc transferam, ubi de regina Sabae ita scribit: Σάβα ποῖόν ἐστιν ἔθνος; Αἰθιοπικόν. ἐντεῦθεν καὶ αὐτοὺς κεῖσθαι φασὶ τῆς θαλάσσης τῆς Ἰνδικῆς. ὀνομάζουσι δὲ αὐτοὺς Ὁμηρίτας. καταντικρὺ δέ εἰσι τῶν ΑΥΞΩΜΙΤΩΝ. μέση δὲ τούτων κἀκείνων ἡ θάλασσα. τούτων ἐβασίλευσεν ἡ θαυμασία ἐκείνη γυνή. Flavius Vopiscus in Divo Aureliano cap. XXXIII. *Praeter captivos gentium barbararum Blemyes, AXOMITAE, Arabes Eudaemones, Indi, Bactriani* etc. Axumitas habitasse e regione Homeritarum, rubro mari solum interiecto, ubi angustissimum conspicitur, patet etiam ex Procopio lib. I. de bello Persico. ita enim ille: Ὁμηριτῶν δὲ ἀντικρὺ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν, οἳ Αὐξωμῖται καλοῦνται.

Ἄονες, ἔθνος Βοιωτίας.] Vide Strab. lib. VII. et VIII. Pausaniam lib. IX. atque alios quam plurimos. Ab hac gente tota Boeotia olim *Aonia* dicta fuit, ut Stephanus testatur in voce Βοιωτία.

Ἄορνος, πόλις.] Fortassis intelligit urbem Thesprotiae,

[redacted]

de qua Pausanias in Boeoticis: aliam enim veteres non commemorant. Procul dubio de Aorno plura in genuino opere habuit Stephanus, quae omnia ab Epitomatore praetermissa sunt. Aornum lacum iuxta Eridanum et Cumas in Italia collocant, praeterea etiam praecipitem hoc nomine apud Indos petram. Verum quia de his alii fusius scripserunt, nobis minime placet τὴν μάζαν μάττειν ὑπ' ἄλλων μεμαγμένην.

Ἄορσοι, ἔθνος.] Neque hic additur ab Epitomatore in quanam orbis parte haec gens degerit, et nisi locum Strabonis allegasset, coniectura res fuisset peragenda. Aliquoties apud Strabonem lib. XI. Aorsorum reperitur mentio, adeo ut difficile sit, ipsississima et ad hunc locum spectantia verba indicare. Circa initium libri ita legimus: *Οὕτω δὲ διακειμένων, τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν, καὶ τὸν Ὠκεανὸν Σκυθῶν τινες Νομάδες, καὶ Ἀμάξοικοι. ἐνδοτέρω δὲ τούτων, Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι* etc. Deinde eodem libro: *Δοκοῦσι δ' οἱ Ἄορσοι, καὶ οἱ Σίρακες φυγάδες εἶναι τῶν ἀνωτέρω,*
142 *καὶ προσάρκτιοι μᾶλλον Ἀόρσων.* Et mox sequitur: *Οἱ μὲν οὖν*
b *Ἄορσοι τὸν Τάναϊν παροικοῦσιν, οἱ Σίρακες δὲ τῶν Ἀχαρδέον.*

Ἀπαισός, πόλις κατὰ τὴν Τρωάδα.] Inter Lampsacum et Parium fuit Paesus sive Apaesus, uti testatur Strabo lib. XIII. cuius verba Stephanus videtur transcripsisse, praesertim ubi de urbis appellatione agitur, ita enim Strabo: *Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Λαμψάκου καὶ Παρίου, Παισὸς ἦν πόλις καὶ ποταμός. κατέσπαστο δ' ἡ πόλις. οἱ δὲ Παισηνοὶ μετῴκησαν εἰς Λάμψακον Μιλησίων ὄντες ἄποικοι καὶ αὐτοὶ, καθάπερ καὶ οἱ Λαμψακηνοί. Ὁ δὲ ποιητὴς εἴρηκεν ἀμφοτέρως, καὶ προσθεὶς τὴν πρώτην συλλαβήν·*

— — καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ.

καὶ ἀφελών·

— — ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ
Ναῖε πολυκτήμων.

— *Οἵ τ' Ἀδρήστειαν* etc.] Vide Homerum in Catalogo navium: et versus qui sequitur ex eodem poëta est desumptus. Lege Iliad. *E.* vers. 712.

— *Ὡς Ἄταρνα πόλις, καὶ Τάρνα.*] Cave haec accipias de uno eodemque oppido: nam Apaesus etiam Paesus dicitur, sed Atarna non Tarna, neque Tarna Atarna: sunt revera diversae urbes et diversis in regionibus conditae, quod nos clarissime docet Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 356. *Ὥσπερ δὲ διχῶς Ἀπαισὸς καὶ Παισὸς, καὶ οὕτω Ἄταρνα πόλις, ἧς ὁ πολίτης Ἀταρνεύς. ἐν ᾗ καὶ τυραννεῖον Ἑρμείου. καὶ Τάρνη δὲ δίχα τοῦ α Ὅμηρος, ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος. πλὴν ὅσον Ἀπαισὸς μὲν καὶ Παισὸς ἡ*

[redacted]

αὐτῇ, *Ἄταρνα δὲ καὶ Τάρνη ἕτεραι ἀλλήλων. Τάρνη μὲν γὰρ Ἀχαΐας πόλις, Ἄταρνα δὲ μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας καὶ Λέσβου.*

— *Ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος.*] Vide Homeri Boeotiam.

— *Ἔστι καὶ τῆς Δαυνίας πόλις.*] Codex Vossianus: *ἔστι καὶ τῆς Δαυνίας Παῖσος.* Videtur oppidum fuisse admodum ignobile, de quo nihil omnino Cluverius in antiquae Italiae descriptione. Olim extitisse non longe ab Argyrippa, clare satis ex Epitomatore liquet.

— *Κατ' Ἀργυρίπα.*] In omnibus libris tam vulgatis quam scriptis hoc loco vitium latet: sine dubio rescribendum est: *κατ' Ἀργυρίππην.*

Ἀπάμεια Συρίας.] Civitas antiquorum in scriptis celebratissima ad Orontem fluvium inter Antiochiam et Emesam sita. Lege Strabonem, Plinium, Ptolemaeum et plurimos alios.

— *Ἀπὸ Ἀπάμας τῆς Σελεύκου μητρός.*] Constanter sic le- 148
gunt libri omnes, adeo ut suspicari vix liceat, hoc in loco tran- a
scriptorum mendam subesse. Certo certius est Stephanum, vel epitomes confectorem, diverso tramite a vero aberrare, quemadmodum ante me iam annotavit nobilissimus et longe eruditissimus Octavius Falconerius in dissertatione sua de Nummo Apamensi: nam Seleucus Nicator, quem hic intelligo, Laodiceam matrem, et Apamam uxorem habuit, uti sole meridiano clarius apparet ex Appiani Alexand. Syriacis, ubi haec leguntur: *Πόλεις δὲ ᾤκισεν ἐπὶ τὸ μῆκος τῆς ἀρχῆς ὅλης ἑκκαίδεκα μὲν Ἀντιοχείας, ἐπὶ τῷ πατρὶ, καὶ πέντ' ἐπὶ τῇ μητρὶ, Λαοδικείας. ἐννέα δ' ἐπωνύμους ἑαυτῷ. τέσσαρα δ' ἐπὶ ταῖς γυναιξὶ, τρεῖς Ἀπαμείας, καὶ Στρατονίκειαν μίαν.* Sed praeter Appianum etiam Strabonem audiamus; ita enim ille lib. XII: *Ἐντεῦθεν δ' ἀναστήσας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν, τῆς μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Ἀπάμας, ἣ θυγάτηρ μὲν ἦν Ἀρταβάζου, δεδομένη δ' ἐτύγχανε πρὸς γάμον Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι.* Atque hinc obiter animadvertere licet (sunt ipsissima clarissimi Falconerii ad hunc Stephani locum verba) quam caute huiusmodi auctores legendi sint, qui magno literarum detrimento, non ipsi *αὐτοπρόσωποι* nobiscum loquuntur, sed ineruditis posterioris aevi grammaticis larvam commodant, qui illos non modo in epitomem redigendo decurtarunt, sed inficetis etiam suis glossematis corruperunt. Cautius profecto se gessit Archiepiscopus Thessalonicensis, quem in commentariis ad Dionysii periegesin Straboni et Appiano consentientem inveni; ita enim ille pag. 118. *Ἱστοροῦσι γὰρ τοιαῦτα οἱ παλαιοί. Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, καὶ Ἀπάμεια ἡ ἐν Συρίᾳ πρὸς νότον Ἀντιοχείας ἐν μεσογαίῳ κειμένη, ἔτι δὲ Λαοδίκεια καὶ Σελεύκεια, κτίσματα Σελεύκου εἰσὶ τοῦ Νι-*

κάτοῤῥος. αἵτινες καὶ ἀδελφαὶ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας ὁμόνοιαν ἐκαλοῦντο. καὶ ἡ μὲν μεγίστη, φασὶ, τῷ τοῦ Σελεύκου πατρὶ τῷ Ἀντιόχῳ ἐπωνομάζετο, ἡ δὲ ἐρυμνοτάτη αὐτῷ ἐπώνυμος ἦν, Ἀπάμεια δὲ τὸ τῆς γυναικὸς ἔφερεν ὄνομα, Λαοδίκεια δὲ τὸ τῆς μητρός.

— Ἐκλήθη καὶ Χεῤῥόνησος, ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ὑδάτων.] Imo Ἀπάμη est Χεῤῥόνησος, urbs aquis cincta et circumdata: nam incomparabilis Salmasius urbis nomen deducit ab אפף *aphaph*, quod circumcingere, et ab אם *em*, quod civitatem vel metropolin designat. Sed vide hac de re etiam doctissimum Bochartum Geog. Sacr. lib. II. cap. XI. cui in hoc literarum genere magis assentiendum existimo.

— Καὶ Πέλλα.] Non possum, quin Eustathium huius rei testem adducam; ita enim ille ad Dionys. Ὅτι ἐν μέσαις ταῖς περὶ Φοινίκην πόλεσιν ἐστὶ καὶ ἡ Ἀπάμεια, ποτὲ μὲν κώμη οὖσα, καὶ Φαρνάκη καλουμένη, πόλις δὲ ὕστερον γενομένη, ἐν μεσογαίῳ κειμένη, πρὸς νότον Ἀντιοχεῦσιν. ἥτις καὶ Χεῤῥόνησος ποτὲ ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ἐκεῖ ὑδάτων ἐκλήθη. καὶ Πέλλα δὲ ὠνομάσθη παρὰ τῶν αὐτόθι Μακεδόνων, διὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ Πέλλαν, τὴν τοῦ Φιλίππου πατρίδα. Thessali et Macedones innumeris Syriae locis, observante Cl. Vossio ad Melam, patria indidere cognomina. Hinc illa in Syria vocabula: Berrhoea, Edessa, Larissa, Heraclea, Aegae, Chalcis, Europos, Dium, Maronea, Pieria, Cyrestica, et hoc loco Pella, aliaque infinita.

— Ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ, τῷ Τίγρητι περιεχομένῃ.] Haec Apamia etiam veteribus *Mesene* cognominata fuit. Ammianus Marcel. lib. XXIII. *In omni autem Assyria multae sunt urbes, inter quas Apamia eminet, Mesene cognominata.* Sic dicebatur ipsa regio in qua sita erat, et a Geographis passim Mesene in Mesopotamia collocatur. Plinius lib. VI. cap. XXVII. *Tigris autem ex Ar-*
143 *menia acceptis fluminibus claris Parthenia, Agnice, Pharione,*
b *Arabas, Aroëos Adiabenosque disterminans, et quam diximus Mesopotamiam faciens, lustratis montibus Gordyaeorum circa Apamiam Mesenes oppidum. Citra Seleuciam, Babyloniam* CXXV. M. *pass. divisus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad septentrionem flexus, eiusdem gentis tergo campos Cauchas secat; ubi remeavere aquae, Pasitigris appellatur.* Hinc liquet Mesenem cum Mesopotamia non esse confundendam, cum revera Mesopotamiae pars sit, in qua Apamia sita est.

— Περιέρχεται ποταμὸς Δέλας.] Sic exhibent editiones omnes: sed in libris, quos Salmasius in bibliotheca Palatina consuluit, exaratum erat: περιέρχεται ποταμὸς Σέλλας, quod ab ipso

[redacted]

non praeter rationem praefertur: nam illa pars Tigridis ab Isidoro Characeno in mansionibus Parthicis *Σίλλας* appellatur: *Ἄχρι τούτου Μεσοποταμία καὶ Βαβυλωνία, καὶ εἰσὶν ἀπὸ ζεύγματος ἄχρι Σελευκίας σχοῖνοι ρια* etc. *Διὰ μέσης δὲ αὐτῆς ῥεῖ ποταμὸς Σίλλα.*

— *Ὁμωνύμως τῷ μεγάλῳ.*] Ex libris Palatinis legebat Salmasius: ὁμώνυμος τῷ μεγάλῳ.

— *Καὶ Ἀπαμεύς.*] De hoc gentili minime est dubitandum: in plurimis nummis *ΑΠΑΜΕΩΝ* excusum viderunt antiquarii, uti mox ostendetur. Hinc Latinorum APAMENSIS, quod corruptum est in *Apamiensis* apud Tacitum lib. XII. Annal. cap. LVIII. *Tributumque APAMIENSIBUS terrae motu convulsis, in quinquennium remissum.* Ex hac voce medium *I* esse exstirpandum, nummi veteres et Stephani canones exigunt, de quibus vide in *Ἀκμόνια* et aliis in locis. Verum miror nostrum *κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον* ab orientalibus civitatibus gentile in ηνος non formasse, quod tamen apud scriptores Lat. in usu est. Iustinus lib. XXXIX. cap. I. *Mox APAMENI caeteraeque civitates exemplum sequutae, per absentiam regis a Demetrio defecere.* Sic legendus hic locus, nam pessime vulgati *Apamenii* exhibent. Genuina huius ἐθνικοῦ forma occurrit apud Aelium Lampridium in Heliogabalo: *Misit et uvas APAMENAS in praesepia equis suis; et psittacis atque fasianis leones pavit et alia animalia.* Scio plures esse qui hasce minutias flocci facient, an dicatur *Apamensis* sive *Apamiensis*, an *Apamenus* sive *Apamenius.* Sed illorum palatum sordido charactere plane insipidum est factum, atque Hyblaeum mel pro Sardoo aversatur. Rodant illi theonino dente; haec tamen scribo et scripturus sum in illorum gratiam qui nitori et elegantiae student.

— *Ἔστι καὶ τῆς μικρᾶς Φρυγίας.*] In minori Phrygia non fuit huius nominis urbs: quare censeo errorem hoc loco commissum esse: reponendum videtur: ἔστι καὶ τῆς μεγάλης Φρυγίας.

— *Ἥτις ἐκαλεῖτο Κελαιναί.*] Primum nomen fuit Apamia; deinde Celaenae, et denique Cibotos appellabatur. Plin. lib. V. cap. XXIX. *Tertius Apamiam vadit, ante appellatam Celaenas, dein Ciboton. Sita est in radice montis Signiae, circumfusa Marsya, Obrima, Orga, fluminibus in Maeandrum cadentibus.* Haec inter Asiaticas urbes longe celeberrima, post Ephesum dignitate proxima, et auctore Livio lib. XXXVIII. cap. XIII. totius Phrygiae caput fuit. Ad hanc spectat praestantissimus Gordiani nummus apud Tristanum, aliusque Tiberii ex gaza Christinae Augustae, cum inscriptione: *ΑΠΑΜΕΙΑC ΠΡΟC ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ.* et item iste ab excellentissimo viro Octav. Falconerio alibi descripto:

ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡΣΥΑΣ ΚΙΒΩΤΟΣ. In quo nummo et nomen recentius percussum reperitur, in cuius explicatione viri summi
144 et eruditione insignes multum laboris suscepere; sed quisque suo
a fruatur genio: nos nihil determinamus, illorumque interpretationi nihil quoque addimus, ne longius a re nostra abeamus et actum agere videamur. De Celaenis etiam legi possunt Strabo lib. xii. Solinus cap. xliii. et Curtius lib. iii. aliique plurimi.

— *Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης, Ἀπαμεύς.*] Caussam profecto nullam video, quare nunc ab Epitomatore τὸ Ἀπαμεὺς repetatur. Censeo haec pessime esse contaminata, et veterem lectionem omnino reduci posse, si hunc in modum rescribatur: Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης καὶ Κελαινεύς. Postea autem vidi sic quoque a Salmasio esse correctum in margine sui libri.

— *Ἔστι καὶ Βιθυνίας, κτίσμα Νικομήδους etc.*] Contra fidem aliorum scriptorum Constantinus Porphyrog. lib. i. cap. iv. de thematibus Apamiam diversam facit a Myrlea, cum revera eadem urbs fuerit. Stephanus: *Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια, ἀπὸ Μύρλου τοῦ Κολοφωνίων ἡγεμόνος. Νικομήδης δὲ ὁ Ἐπιφανὴς, Προυσίου δὲ υἱὸς, ἀπὸ τῆς μητρὸς Ἀπάμας Ἀπάμειαν ὠνόμασεν.* Plinius lib. v. cap. xxxii. *Deinde flumen Gebes, et intus Helgus oppidum, quae Germanicopolis, alio nomine Booscoete, sicut Apamia, quae nunc Myrlea Colophoniorum.* Haec ad propontidem inter Rhyndacum amnem et Dascylium sita est.

— *Ἔστι καὶ Περσίας.*] Emendat ὁ πάνυ Salmasius in Exercit. Plinianis: *ἔστι καὶ τῆς Περσίας, Ἐδέσσης πρὸς ἄρκτους.* Haec Apamia etiam ab Ammiano Marcellino inter Persidis urbes recensetur, et diversa est ab Apamia Mesenes, quam Tigris facto alveo circumfluit.

Ἀπάσιακαι, Μασσαγετῶν ἔθνος.] Salmasius in notis marginalibus Pomponii Melae locum emendat, in quo pro Axiacas Apasiacas reponit. Clariss. Vossius edidit lib. ii. cap. i. *Tandem non longe a mari ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque iam sui dissimilis, et non dulcis hinc defluat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasque descendit.* Et mox sequitur: *Axiacae furari quid sit ig-*
144 *norant: ideoque nec sua custodiunt, nec aliena contingunt.* Ubi
b itidem vir summus *Apasiacae* rescribebat.

— *Στράβων ἐνδεκάτῃ.*] Strabonis codices, monente Isaaco Casaubono, admodum hoc in loco variant: vulgati exhibent Ἀσπασιάτρας, scripti Ἀσπασιάκας et Ἀσπασιάτας. Verba Strabonis haec sunt: Καθάπερ καὶ Βῆσσος, καὶ ὕστερον δὲ Ἀρσάκης

τὸν Καλλίνικον φθέγγων, εἰς τοὺς Ἀσπασιάτρας ἐχώρησε. Casaubonus Stephani locum producit, et ex eo Strabonem corrigit.

— Καὶ Πολύβιος δεκάτῃ.] Hodie apud Polybium legitur Ἀσπασιάκαι, quemadmodum iam alii admonuerunt. Integer Polybii locus ita sonat: Οἱ δ' Ἀσπασιάκαι Νομάδες κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὤξου καὶ Τανάϊδος. Hunc integrum olim a Stephano fuisse allegatum, nemo non videt.

Ἀπάτουρον, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν.] Pessime legit codex Voss. Ἀπάτουρνον, τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερόν.

— Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Strabonem examussim non sequitur Epitomator, et simile quid iam aliquoties observavimus. Strabonis verba haec sunt: Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Φαναγορίᾳ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπατούρου. ἐτυμολογοῦσι δὲ τὸ ἐπίθετον τῆς θεοῦ μῦθόν τινα προστησάμενοι, ὡς ἐπιθεμένων ἐνταῦθα τῇ θεῷ τῶν γιγάντων, ἐπικαλεσαμένη τὸν Ἡρακλέα, κρύψαι ἐν κευθμῶνί τινι. εἶτα τῶν γιγάντων ἕκαστον δεχομένη καθ' ἕνα, τῷ Ἡρακλεῖ παραδιδοῖ δολοφονεῖν ἐξ ἀπάτης.

— Ἐπιθεμένων ἐκεῖ τῶν γιγάντων.] Mutilus est hic locus et sensu caret, quem ex Strabone facillimo negotio ita supplemus: ἐπιθεμένων ἐκεῖ τῇ θεῷ τῶν γιγάντων.

Ἀπέννιον. Τὴν μέν τε μέσσην etc.] Sunt versiculi ex Dionysio de situ orbis desumpti, qui tamen in vulgatis huius poëtae editionibus sibi invicem non cohaerent; totus locus apud ipsum ita legitur:

— — Τὴν μέν τε μέσσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει
Ὀρθὸν ἄτ' ἐκ στάθμης ἰθυμμένον (οὐκ ἂν ἐκεῖνο
Ἴδρις μωμήσαιτο σοφῆς ὑποεργὸς Ἀθήνης)
Ὅ ῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον.

Ἀπεράντεια, πόλις Θεσσαλίας.] Male in codice Vossiano 145
Ἀπερήντια scribitur. Oppidi nomen apud Polybium in excerptis a
Legat. Ἀπεραντία in penultima cum vocali excusum reperitur, ita enim Leg. xxvi. Οἱ δ' Αἰτωλοὶ νομίσαντες ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν πρὸς τὸ τὴν Ἀμφιλοχίαν καὶ τὴν Ἀπεραντίαν ἀνακτήσασθαι. Vide etiam Livium lib. xxx. cap. xii.

Ἀπέσας. Ἡ διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων.] Haec de ludis Nemaeis esse accipienda evincit Etymologus: Ἀπέσας, enim inquit, ἀφέσας τις ὤν. ὅθεν ἀφίενται οἱ ἵπποι εἰς τὸν δρόμον τοῦ Νεμείου ἀγῶνος. Ἀφέσας καὶ Ἀπέσας.

— Ἡ τοῦ λέοντος.] Nemei videlicet, quem Hercules occidit. Hesiodus in Θεογ.

— — Νεμειαῖόν τε λέοντα,
Τόν ῥ' Ἥρη θρέψασα Διὸς κυδρὴ παράκοιτις,
Γουνοῖσιν κατένασσε Νεμείης, πῆμ' ἀνθρώποις.

Ἔνθ᾽ ἄρ᾽ ὅγ᾽ οἰκείων, ἐλεφαίρετο φῦλ᾽ ἀνθρώπων,
Κοιρανέων τρητοῖο Νεμείης ἠδ᾽ Ἀπέσαντος.

De Leone hoc Diodorus, Pausanias, Apollodorus, Lucretius, Ovidius, Ausonius et quotquot alii XII Herculis labores enarrarunt.

— *Ἐκεῖ γὰρ ἐκ τῆς σελήνης ἐφάνη.*] Apprime haec conveniunt cum Anaxagorae sententia, existimantis in luna amplissimas esse regiones unde hic Leo deciderit; qui postea in Nemea sylva vagatus armenta dilaniaret. Nigidius Figulus etiam refert hunc Leonem apud Lunam nutritum, et iussu Iunonis ad Herculis exitium dimissum fuisse: eius verba leguntur in commentariis Germanici ad Arati Phaenomena, verum cum sint mutila et corrupta, ea sic emendare conabor: *Nigidius refert, hunc Leonem nutritum apud Lunam (qui in terra Arcadia in regione Nemeae, in spelunca amphistomo foramine latuerit, quam quidam Amphrysum dicunt) et iussu Iunonis ad Herculis exitium dimissum.*

— *Ἀφ᾽ οὗ Ζεὺς Ἀπεσάντιος.*] Vide Hesiod. et Etymol. mag. auctorem.

— *Κοὐχ ὡδαρείων.*] Locus est corruptissimus, et Iambi suis numeris non constant, qui ex emaculationibus codicibus sunt corrigendi. Facile tamen hic *ὁ Δαρεῖος* pro *ὡδαρείων* reponitur. Verum Pausanias haec non de Dario, sed de Perseo scripsit: locus in Corinthiacis ita sonat: *Καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν, ἔνθα Περσέα Διῒ πρῶτον θῦσαι λέγουσιν Ἀπεσαντίῳ.*

— *Ἔθυσεν Ἀρκάδας ἵππους.*] Profligatissime in Voss. schedis legitur: *Ἔθυσεν Ἀρκὰς ἵππος.*

Ἀπία, οὕτως οἱ νεώτεροι τὸ Ἄργος.] Rationem profecto nullam video, quare Epitomator hoc loco perhibeat, Argos a recentioribus Apiam appellari, cum extra dubium sit, longe ante Pelopis tempora et adventum in hanc regionem, hoc nomine insignitum fuisse: manifeste hoc colligi potest ex Pausan. lib. II. ita enim ille: *Καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αἰγιαλὸς, ἀπ᾽ ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι, καὶ Αἰγιάλειαν αὐτὸν οἰκίσαντα πρῶτον ἐν τῷ πεδίῳ πόλιν. οὗ δέ ἐστιν νῦν σφισι τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς, ἀκρόπολιν τοῦτο εἶναι. Αἰγιαλέως δὲ Εὔρωπα γενέσθαι φασὶν, Εὔρωπος δὲ Τελχῖνα, Τελχῖνος δὲ Ἄπιν. οὗτος δ᾽ Ἄπις ἐς τοσόνδε ηὐξήθη δυνάμεως, πρὶν ἢ Πέλοπα ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικέσθαι, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ᾽ ἐκείνου καλεῖσθαι.* Fortassis haec dixit noster respectu τοῦ Argos, quod
145 ante Apiam obtinuit: nam postquam Iupiter ex Niobe, quam
b primam mortalium inivit, Argum genuisset, Phoroneus Argo regnum tradidit, et Peloponnesum a se Argos dici imperavit. Sed existimandum est potius, haec Epitomatoris verba duntaxat

[redacted]

ἀποσπασμάτιον esse integri loci Strabonis, quem Stephanus in proprium usum transcripserat; ita enim Strabo lib. VIII. *Οἶμαι δ' ὅτι καὶ Πελασγιώτας, καὶ Δαναοὺς, ὥσπερ καὶ Ἀργείους, ἡ δόξη τῆς πόλεως ταύτης, ἀπ' αὐτῆς καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας καλεῖσθαι παρεσκεύασεν. Οὕτω δὲ καὶ Ἰασίδας, καὶ Ἴασον Ἄργος καὶ Ἀπίαν, καὶ Ἀπιδόνας οἱ νεώτεροι φασίν.* Sic enim solet Epitomator ipsissima auctorum allegatorum verba in compendium redigere, ut saepissime difficillimum sit ex iis sensum expiscari, uti iam aliquoties admonuimus. Caeterum facile hoc Straboni conceditur, perhibenti sua aetate a recentioribus Peloponnesum Apiam appellari, qui tot secula ante Stephanum vixerit. certissimum enim est hoc nomen neque Constantini neque Iustiniani aevo obtinuisse. Atque sic manifeste liquet, nostrum haec ex Strabone hausisse, sed non eum in finem, ut probet sua aetate Peloponnesum Apiam nuncupari.

— *Ἀπὸ Ἄπιδος.*] Non uno modo casus obliquus huius substantivi effertur: merito ad illa nomina referri potest de quibus egimus pag. 115. ad vocem *Ἄμαστρις*. Agnoscit hanc in flectendo varietatem Eustath. ad Dionys. perieg. ita enim ille pag. 59. *Τοὺς δὲ Ἀρκάδας ὁ Διονύσιος μὲν Ἀπιδανῆας καλεῖ, οἱ νεώτεροι δὲ Ἀπιδόνας κατὰ τὸν γεωγράφον ἀπό τινος Ἄπιδος, οὗ ἡ γενικὴ καὶ Ἄπεως, ὡς ὄφις ὄφεως, Ἄμαστρις Ἀμάστρεως, Ζάμολξις Ζαμόλξεως. οἱ δὲ φασι ὅτι Ἆπις ὁ Φορωνέως ἐκ τῆς Ἠπείρου ἐλθὼν ἀπήλλαξε τὴν Πελοπόννησον ὀφέων ὀχλούντων* etc. *οὗ καὶ Αἰσχύλος μέμνηται, εἰπών,*

Ἆπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας.

— *Ἀπὸ Ἄπιδος τοῦ Φορωνέως.*] Apollodorus cum Rhiano, quem Stephanus testem citat, prorsus convenit: sed Pausanias, cuius verba supra in medium produximus, et Eusebius Apin Telchinis filium faciunt: et longe diversa tradit de Api Aeschylus in Supplicibus, scilicet fuisse non regem Sicyoniorum, ut vulgo perhibetur, sed Medicum qui regionem totam noxiis bestiis purgavit, in cuius memoriam Peloponnesi incolae regionem Apiam nominarunt, ita enim poëta loco iam allegato:

Αὐτῆς δὲ χώρας Ἀπίας πέδον τόδε
Πάλαι κέκληται φωτὸς ἰατροῦ χάριν.
Ἆπις γὰρ ἐλθὼν ἐκ πέρας Ναυπακτίας
Ἰατρόμαντις, παῖς Ἀπόλλωνος, χθόνα
Τήνδ' ἐκκαθαίρει κνωδάλων βροτοφθόρων,
Ἃ δὴ παλαιῶν αἱμάτων μιάσμασι
Χρανθεῖσ' ἀνῆκε γαῖα μήνη καὶ δάκη,
Δράκονθ' ὅμιλον, δυσμενῆ ξυνοικίαν.
Τούτων ἄκη τομαῖα καὶ λυτήρια

Πράξας ἀμέμπτως Ἆπις Ἀργείᾳ χθονὶ
Μνήμην ποτ' ἀντίμισθον εὗρατ' ἐν λιταῖς.

Eustathius tamen in suis ad Dionys. notis, cuius verba iam citavimus, existimat hunc Apin, de quo Aeschylus loquitur, Phoronei filium fuisse, qua in re cum aliis optime quidem consentit, sed Aeschylum illud loco allegato statuisse, aperte nego et pernego. Tradunt alii *Ἀπίαν* dictam esse *κατὰ στέρησιν τοῦ πίνειν*
146 *καὶ τῶν ὑδάτων*, a penuria potus et fontium, uti ex antiquis scri-
a ptoribus perhibet Eustathius in comment. ad Dionys. loco iam citato: *Οἱ δέ φασιν Ἀπίαν καὶ Ἀπιδανεῖς κληθῆναι κατὰ στέρησιν τοῦ πίνειν καὶ τῶν πιδάκων, ἐπεὶ μὴ εἶχεν ἡ χώρα πίδακας τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ὥς λέγει Καλλίμαχος, ἔμελλεν εὔυδρος καλεῖσθαι, ὡς δύνασθαι διὰ τοῦτο καὶ αὐτὴν πολυδίψιον λέγεσθαι. ὅθεν καὶ Ἀηνζὶς ἐκαλεῖτο, διὰ τὴν ἄζην, ὅ ἐστι διὰ τὴν ξηρασίαν. καὶ ἔθνος οἱ Ἀζᾶνες αὐτόθι μέχρι καὶ νῦν οὕτω λεγόμενοι.* Verum in rebus tam antiquis nihil est certi.

— *Ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῷ δευτέρῳ.*] Sic exhibent codices manu exarati et editi; sed forte rescribendum est: *ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρῳ.* Operae pretium videtur, obiter hoc loco admonuisse, Eustathium partem verborum Rhiani citasse, quae profecto non genuino auctori, sed Arriano cuidam adscribit, quemadmodum ante nos observarunt viri docti. Idem etiam Salmasius in margine sui libri annotaverat. Archiepiscopus totum locum ex Stephano hoc modo transscripsit: *Καὶ Ἀῤῥιανὸς δέ φησι,*

— — *Κλυτὸς Ἆπις,*
Ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε, καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.

— *Ἡμετέρη τοι τέκνα* etc.] Cod. Voss. *ὑμετέρη τοι τέκνα.* Versiculus in fine mutilus est, quem Salmasius in margine sui libri supplere tentat vocabulo *ὀνομαστή*: attamen suis numeris non constabit, nisi legatur hunc in modum:

Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορώνεος, ἥν δ' ὀνομαστή.

— *Καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.*] Eustathius: *καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.* Verum Stephani lectio mihi videtur praeferenda; nam mox apud ipsum sequetur: *καὶ Ἀπίηθεν, τὸ ἐκ τόπου. καὶ Ἀπιδόνες καὶ Ἀπιδονῆες.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀπιεὺς, δηλῶν τὸν Πελοποννήσιον.*] Quia videlicet voce Apia tota Peloponnesus intelligitur, *τὸ Ἀπιεὺς* Peloponnesium denotabit.

— *Ἀπιδόνες δὲ καὶ οἱ Ἀρκάδες.*] Dionysius de situ orbis:

Καδδὲ μέσην νῆσον, κοίλην χθόνα ναιετάουσιν
Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες, ὑπὸ σκοπίην Ἐρυμάνθου.

Ad quem locum ita commentatur Eustathius: *Τοὺς δὲ Ἀρκάδας ὁ Διονύσιος μὲν Ἀπιδανῆας καλεῖ, οἱ νεώτεροι δὲ Ἀπιδόνας,*

κατὰ τὸν γεωγράφον, ἀπό τινος Ἄπιδος. Et nonnullis interiectis versibus ita inquit: ἀφ' οὗ καὶ ἡ Πελοπόννησος ὅλη Ἀπία ἐκλήθη ποτέ. καὶ δι' αὐτὸν Ἀπιδανῆες ἐξαιρέτως οἱ Ἀρκάδες, παρ' οἷς ὁ Ἄπις ᾤκησεν. Specialiter itaque Apidanei Arcades dicti sunt, quia apud eos Apis habitavit.

— Ἡ τοῦ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπιδόνος.] Quid audio, an Phoroneus praeter Apim etiam filium Apidonem habuit? Hoc theologiae mythicae doctores non docent. Sine dubio huc librariorum irrepsit σφάλμα, pro Ἄπιδος vel Ἀπίως nunc Ἀπιδόνος exarantium. Indicavimus ex Eustathio proprium hoc duobus modis in- 146 b
flecti. Idem liquet ex Stephano; hoc enim thmemate Ἄπιδος, et in voce Πελοπόννησος pro obliquo casu habet Ἄπεως. Pessime tamen apud Constant. Porphyrogennetam lib. II. de Them. hoc nomen inflexum reperitur: Ἐπὶ μὲν γὰρ Ἀπίου τοῦ Φορωνέως, ἐκαλεῖτο Ἀπία, ἐπὶ δὲ Πελάσγου τοῦ αὐτόχθονος, Πελασγία. Quo in loco sine dubio Ἄπιδος vel Ἀπίως reponendum est.

— Δημήτριος δὲ καὶ ποταμὸν Ἀπιδανὸν τῆς Τρωάδος.] Fuit hic Demetrius homo horum locorum peritissimus et in Troade natus, quemadmodum de illo testatur Strabo lib. XIII. atque hanc ob causam ipsi vix fides est deroganda. Alii tamen geographi et historici Apidanum fluvium non in Troade, sed in Thessalia collocant, et peculiariter Herodotus eum in Peneum fluere scribit.

— Εἰς τὴν Ἑσπέριον θάλασσαν.] Constanter ita legunt libri editi omnes et manu exarati, verum immanis hic latet error, quem Salmasius in margine sui libri, hunc in modum rescribendo, corrigere tentabat: ἐκβάλλοντα εἰς τὸν Ἑλλήσποντον. Non improbo hanc emendationem, sed longius quam decet a vulgata lectione recedit. Si mei arbitrii res foret, restituerem: ἐκβάλλοντα εἰς τὴν πρὸς ἑσπέρον θάλασσαν. Ita olim scripsisse Stephanum, nullus ego dubito: nam Hellespontus respectu Troadis occidentali plagae obversus est. Simile prorsus mendum emendavimus in voce Ἀντιγόνεια, ubi dicitur Antigoniam, agri Cyziceni castellum, ἀπέχειν τῆς προσεσπέρου θαλάσσης ὡς σταδίους ν. Lector videat locum, nam certus sum, eum a nostris partibus staturum.

— Ἴστρος ἀπίας.] Et hic locus a vitio non est immunis, legendum est: Ἴστρος ἀπίους. Nusquam enim hoc nomen secundae declinationis formam obtinet. Aelian. lib. III. Var. Hist. cap. XXXIX. Ὅτι βαλάνους Ἀρκάδες, Ἀργεῖοι δ' ἀπίους, Ἀθηναῖοι δὲ σῦκα etc. Etymologici magni auctor: Ἄπιος ἔξω τοῦ δένδρου, καὶ τοῦ καρποῦ βοτάνη τις καλουμένη, Διογένης. Vide etiam Theophrast. Diosc. Hesych. et alios. Desumpsit haec Stephanus ex Istri Argolicis, qui uti ex Athenaeo lib. XIV. liquet, isthoc tractatu de pyro mentionem fecit: Ἐπεὶ ἀπ' αὐτῶν ἡ Πελοπόννησος

Ἀπία ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτόν· φησὶν Ἴστρος ἐν τοῖς Ἀργολικοῖς. Ergo non tantum ab exteris, sed etiam ab incolis Peloponnesus Apia appellatur, quia hic fructus affatim ibi nascebatur.

Ἀπίολα πόλις Ἰταλίας.] Oppidum fuit non obscurum Latinorum, quod Tarquinius Priscus delevit. Dionysius Halicar.
147 lib. III. *Ἐπειδὴ δὲ παρέλαβε τὴν ἀρχὴν, πρῶτον μὲν ἐπολέμησε*
a *τοῖς καλουμένοις Ἀπιολάνοις, πόλει τοῦ Λατίνων ἔθνους οὐκ ἀφανεῖ.* Idem de hoc oppido testatur Strabo lib. v.

Ἀποδωτοί, ὡς Βοιωτοί, ἔθνος Αἰτωλίας.] Locus, si quis alius in huius auctoris MSS. et libris vulgatis foedissime conspurcatus, in illis enim ita legitur: *Ἀποβοιωτοί, ὡς Βοιωτοί, ἔθνος Αἰτωλίας.* Atque eodem prorsus modo in allegato ex Thucydide testimonio. Hunc errorem primus observavit doctissimus Ortelius in Thesauro Geographico: adeo ut illi post hunc virum turpiter lapsi sint, qui in conficiendis dictionariis geographicis operam posuere, et *Ἀποβοιωτοὺς* ex Stephano et Thucydide citaverunt. Nos profecto vulgatam lectionem retinere non potuimus, quia apud Thuc. lib. III. idem locus, quem Steph. producit, ita concipitur: *Ἐπιχειρεῖν δ' ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσι.* Praeterea ex vestigiis depravatae lectionis codicis Vossiani certissimus sum, Stephanum non aliter exarasse; ibi enim legebatur unica litera immutata: *Ἀποβωτοί, ἔθνος Αἰτωλίας.* Apodotorum etiam meminit Polybius lib. XVII. *Τὸ μὲν τῶν Ἀγραῶν ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Ἀποδωτῶν, ἔτι δὲ τῶν Ἀμφιλόχων.* Et Livius lib. XXXII. cap. XXXIV. ex Polybio haec ita transtulit: *Aetolos, tanquam Romanos decedi Graecia iubere: qui quibus finibus Graecia sit, dicere non possint: ipsius enim Aetoliae Agraeos Apodotosque et Amphilochos, quae permagna eorum pars sit, Graeciam non esse.*

— *Πρῶτον μὲν Ἀποδωτοῖς.*] Ita rescripsimus ex Thucyd. uti iam monuimus: frustra enim apud ipsum et alios scriptores *Ἀποβοιωτοί* investigabuntur.

Ἀπόκοπα, οὐδετέρως.] Eodem numero et genere hoc loci nomen protulit Ptolemaeus lib. IV. cap. VII. et ferme in medio Barbarici sinus collocat. De Apocopis etiam mentionem fecere Arrianus in Periplo maris rubri, et Marcianus in Peripli fragmentis, ubi de Barbarico sinu loquitur, cuius verba mox producemus.

— *Κόλπος ἐν τῷ Ἀραβικῷ μυχῷ.*] Omnino subest hic portenti aliquid, quod vidit Salmasius, qui in Plin. Exercit. optime emendabat ex fragmentis Peripli Marciani: *Ἀπόκοπα, οὐδετέρως, κόλπος ἐν τῷ Βαρβαρικῷ μυχῷ.* Hanc lectionem confirmat

[redacted]

sumamus ipsis Marciani verbis, quae huc transfero; quia Stephanus lectorem eo ablegat: *Μετὰ τὴν ἐρυθρὰν τοίνυν θάλασσαν κάμψαντι πρὸς τὴν μεσημβρίαν καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι, τό τε ὄρος ὁ Ἐλέφας τυγχάνει κείμενον, καὶ ἡ ἀρωματοφόρος χώρα. μεθ' ἣν ἐκδέχεται τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικὸν, καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος, ἐν ᾧ κόλποι τε πλείους εἰσί, καὶ οἱ δρόμοι τῆς καλουμένης Ἀζανίας. καὶ πρῶτος μὲν τῶν ἐπισήμων κόλπος ἐστὶν ἐν αὐτῷ ὁ καλούμενος Ἀπόκοπα.*

Ἀπολλωνία.] Unde haec urbs nomen acceperit, non obscure refert Pausanias lib. I. Eliacorum; viderat enim Olympiae sua aetate inscriptionem antiquam in qua Apolloniatae gloriabantur *Ἀπόλλωνα ἀρχαγέταν* coloniae auctorem fuisse, a quo urbi nomen indiderunt. Inscriptio haec ita se habet:

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα, τὰν ἐνὶ πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.
Οἱ γὰρ τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος, ἐνθάδε ταῦτα
Ἔστασαν σὺν τοῖς ἐν Θρονίου δεκάταν.

Hoc est:

Monumenta hic Apolloniae erecta sumus, quam iuxta mare
Ionium Phoebus intonsus condidit.
Qui cum cepissent Abantidis terminos, hic illa
Statuerunt decimam cum iis qui ex Thronio venere.

Locri Boagrii fluminis accolae e Thronio, et Abantes ex Euboea, 147
post excisum Ilium navibus ad Ceraunios montes delati sunt, ubi b
Thronium condidere Locri, et regionem utrique genti communem uno nomine Abantidem appellarunt. Postea inter Abantes et Locros qui Thronium habitabant discordia orta est: sed Locri cum Apolloniatibus vires coniungentes, Abantes expulerunt, et ex praeda Iovi decimam dedicarunt, hunc simul honorem Apollini concedentes, quasi is coloniae ductor fuisset, a quo urbem denominarunt.

— *Ἣν ᾤκουν Ἰλλυριοὶ κατ' Ἐπίδαμνον.*] Urbem iuxta Epidamnum in Taulantinorum ditione ad Aeantem amnem sitam fuisse, manifeste testatur Scylax, ita inquiens: *Ἐκ δ' Ἐπιδάμνου εἰς Ἀπολλωνίαν πόλιν Ἑλληνίδα ὁδὸς ἡμερῶν δύο. ἡ δὲ Ἀπολλωνία ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀπέχει στάδια ν. καὶ ποταμὸς Αἴας παραῤῥεῖ τὴν πόλιν. ἀπὸ δὲ Ἀπολλωνίας εἰς Ἀμαντίαν στάδια τκ'. καὶ ὁ Αἴας ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Πίνδου ὄρους παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν παραῤῥεῖ.* Ex hoc loco facile intelligere est, non in ipso maris Ionii littore, sed in illo tractu, qui se iuxta mare extendebat, sitam fuisse: non tamen tam procul a mari, quin ex arce in mare prospectum habuerint incolae, nam ipse testatur Caesar lib. III. de Bello Civili se inde classem Antonii lustrasse. Plinius lib. III.

cap. xxiii. spatium illud inter Adriaticum mare et Apolloniam, septem M. pass. facit, ita enim ille; *Apollonia quondam Corinthiorum colonia septem M. pass. a mari recedens: cuius in finibus celebre Nymphaeum.* Videtur Conon apud Photium urbem in ipso maris littore collocasse, sic enim legitur cap. xxx. *Καὶ ἡ Ἀπολλωνία πόλις Ἑλλὰς ἐστὶν ἐν τῇ Ἰλλυριῶν γῇ, κεῖται δὲ ἐπὶ θαλάσσης, καὶ ποταμὸς Λῶος* (Lege *Ἀῶος*) *διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων καὶ οὗτος ἐκβάλλει εἰς τὸ Ἰώνιον πέλαγος.* Verum non satis accurate hic loquitur Conon; nam mediam urbem non findit Aous, neque ipsa, uti iam ostendimus, in maris littore sita est. Omnium accuratissime Strabo huius civitatis situm lib. vii. depingit, etiam ipsum spatium quo a mari et a fluvio distabat indicans; *Εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς καὶ ὁ Ἀῶος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία πόλις εὐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχουσα σταδίους δέκα, τῆς θαλάττης δὲ ἑξήκοντα.* De situ etiam vide Polybium lib. v. Aelianum Var. Hist. lib. xiii. cap. xvi. et alios. Castaldus in sua Graeciae tabula eam hodie appellari inquit *Poline*, quod ex antiquo nomine formatum atque decurtatum est: sed Dominicus Niger perhibet, eo in loco nunc castellum esse, quod *Piergum* dicitur, ita enim ille; *Apollonia urbs est clarissima, quondam optimis, ut Strabo ait, instituta legibus, stadiis decem ab Lao amne distans, a mari sexaginta, Augusti Caesaris studio, qui illic Graecas didicit literas, memorabilis; in quo nunc loco castellum est, quod illi Piergum a fluvio dicunt: Laum enim sic vocant.* In hisce verbis aut latet pessimus Typographorum error, aut Niger male Aoum Laum appellavit, qui potius illis, quam huic est adscribendus.

— *Διακοσίων Κορινθίων ἀποικία.*] Antiquissimi igitur et primi urbis conditores Illyrii iuxta Epidamnum fuere; postea Corinthii et Corcyraei coloniam misere, qui urbem instaurarunt et ex Barbara Graecam fecere. Verum haec Stephani lectio mihi admodum est suspecta. Quamquam codices nihil variant: fortassis reponendum est; *Κορκυραίων καὶ Κορινθίων ἀποικία.* Coniecturam nostram firmat locus Strabonis praecedenti commentario allegatus, cui addam Scymni Chii verba:

Οἷς πλησιόχωρος ἐστὶν ἡ Ἀπολλωνία
Κορινθίων Κερκυραίων τε κτίσις.

148 Hac de re etiam Pausanias in Corinthiacis est legendus. Solus
a Thucydides tradit Corinthiorum Coloniam fuisse. Ducta est haec colonia eo tempore quo Periander Corinthi regnabat, quemadmodum nos docet Plutarchus, tractatu de iis, qui sero a numine puniuntur.

— *Ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε.*] Stephanus: *Γυλάκεια, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ τῆς Ἰλλυρίας Ἀπολλωνία, ἀπὸ Γύλακος Κορινθίου, τὸ ἐθνικὸν Γυλακεύς.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀπολλωνιάτης.*] Nullum de hoc gentili dubium moveri potest: passim occurrit apud antiquarios in veteribus nummis, et in veterum scriptorum monumentis.

— *Ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, ἀποικία Μιλησίων καὶ Ῥοδίων.*] Non retinet Xylander lectionem priorum editionum, in quibus excusum reperi: *δευτέρα, ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ, ἄκρα Μιλησίων καὶ Ῥοδίων.* Neque aliud nobis suppeditavit codex Vossianus. Monet incomparabilis Salmasius in margine sui libri, illud *ἐν νήσῳ* delendum, legendumque esse ex MS.: *δευτέρα, πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ ἄκρα* [*ἀποικία*] *Μιλησίων καὶ Ῥοδίων.* Fortassis vox illa, quam uncis inclusit, in MS. non exstabat, quae tamen necessario, ut sensus constet, hic requirebatur. Etiam in Plinianis exercitationibus refert, libros veteres apud Stephanum verba illa *ἐν νήσῳ* non habere. Videtur tamen, vulgatam Stephani lectionem verbis Strabonis defendi posse, ita enim ille loquitur de situ huius urbis lib. VII. *Εἶτα πόλις Κάλατις ἐν διακοσίοις ὀγδοήκοντα. Ἡρακλεωτῶν ἄποικος. εἶτ' Ἀπολλωνία, ἐν χιλίοις τριακοσίοις σταδίοις, ἄποικος Μιλησίων, τὸ πλέον τοῦ κτίσματος ἱδρυμένον ἔχουσα ἐν νησίῳ τινὶ, ὅπερ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος.* Ergo haec Apollonia maiore sui parte in parva quadam insula condita est, ubi fanum Apollinis erat. Verum quia ὁ *πάνυ* Salmasius hunc locum egregie illustravit, eius verba huc transcribere non pigebit. Sed quaenam, inquit, ea insula, aut quo nomine fuit, quae Salmydesso propinqua, et templum Apollinis habuit? Etenim si Apollonia urbs in insula erat, celebrem et nominatam eam oportet insulam fuisse. An Apollonia vocabatur eodem cum ipsa urbe nomine? Ita quidem videtur sentire Plinius, qui Apolloniatarum insulam vocat: sed et lib. VI. cap. XII. insulas Ponti, quae et in Asiae littoribus sunt, numerans ita scribit: *Cyaneae, deinde Apollonia Thynnias dicta, ut distingueretur ab ea quae in Europa.* Id est, ab hac Apolloniatarum insula, quam in manibus habemus. Atqui non insulam, nec in insula sitam hanc Apolloniam Europae tradit Strabo, sed *τὸ πλέον τοῦ κτίσματος* in parva insula habere, magna sui parte in insula conditam esse. Ergo reliqua pars in continente fuit: sic parte sui insula, parte vero terra continua fuerit Apollonia, quod ego demiror. Restat illud quaerendum, quo nomine dicta sit illa insula in qua Apollonia dimidiata condita est; quid sentiam, paucis absolvam. Apollonia Thynnias insula Ponti in Asia sic appellata quod esset Apollini sacra: in ea Apollini aram statuisse

Argonautas canit Apollonius lib. II. Huius meminit Arrianus in Periplo Ponti: ἀπὸ Ῥόης εἰς Ἀπολλωνίαν νῆσον μικρὰν, ὀλίγον διέχουσαν τῆς ἠπείρου. *Thynnias* dicitur Pomponio lib. II. cap. VII. *Thynnias Mariandynorum finibus proxima, urbem habet, quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant.* Alii Apolloniam *Thynniam* ad distinctionem alterius Apolloniae quae in Europa, ut inquit Plinius. Plura congessit Salmasius hanc materiam spectantia, sed ne sim longior, lectorem ad locum ipsum ablegare statui.

148 Ἀποικία Μιλησίων καὶ Ῥοδίων.] Scymnus Chius Milesiorum
b coloniam tradit, simul etiam referens quo tempore sit condita:

Εἶτ' Ἀλμυδησσῷ ἄκρα συνάπτει Θυνιάς,
Τῆς Ἀστικῆς Θρᾴκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη.
Μεθ' ἣν πόλις ἐστὶ σύνορος ἡ Ἀπολλωνία.
Ταύτην δὲ πρότερον ἔτεσι πεντήκοντά που
Κτίζουσι τῆς Κύρου βασιλείας τὴν πόλιν
Εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι.

— *Τρίτη Μακεδονίας.*] Plurimi Apolloniam, in Taulantiorum finibus sitam, Macedoniae accensent, sed pessimo errore: quam Stephanus nunc innuit, versus Strymonicum sinum sita est, iuxta amnem Echedorum non procul a Thessalonica. Haec optime a Ptolemaeo Apollonia Mygdoniae appellatur, ita enim ille lib. III. cap. XIII. ubi huius regionis civitates recenset: Ἀντιγόνεια, Καλίνδοια Βαῖρος, Φύσκαι, Τέρπυλλος, Κάραβία, Ξυλόπολις, Ἄσσωρος, Ἀπολλωνία Μυγδονίας.

— *Ἐν νήσῳ τῆς Ἀκαρνανίας.*] Ortelius existimat hanc esse Apolloniam Epiri, de qua Strabo, seu Aetoliae, de qua lib. XXVIII. cap. VIII. Livius mentionem facit.

— *Ἐν Κρήτῃ, πρὸς τῇ Κνωσσῷ.*] Ergo geminae huius nominis civitates in Creta exstiterunt: nam vigesimam tertiam noster etiam in Creta collocat, et quondam Eleutheram dictam fuisse perhibet.

— *Πλησίον Λεοντίνων καὶ Καλῆς Ἀκτῆς.*] Haec est Siciliae Apollonia, de qua legimus apud Diodorum Siculum lib. XVI. et XX. Verum hic Stephani locus est corruptus, vel ipse accuratum huius oppidi situm ignoravit; nam Leontini in orientali Siciliae latere quam longissime a Calacta dissiti fuere, uti manifeste patet ex Ptolemaeo lib. III. cap. IV. Cum Cluverio itaque censeo reponendum esse: *Πλησίον Ἀλουντίνων* [sive *Ἀλοντίνων*] *καὶ Καλῆς Ἀκτῆς.* Aluntini enim non procul a Calacta habitabant, ut videre est apud eundem Ptolemaeum et Plinium lib. III. cap. VIII. Cicero quoque Apolloniensem civitatem cum Aluntia aliisque huius tractus civitatibus coniungit, ita enim ille in Verri-

[redacted]

na octava: *Tyndaritanam, nobilissimam civitatem, Cephaleditanam Aluntinam, Apolloniensem, Egynam, Capitinam, perditas esse hac iniquitate decumanorum intelligetis.*

— Ἐπὶ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ.] Quia in Mysia duas hac appellatione urbes Stephanus describit, ad distinctionem hoc addidisse videtur. Non tamen nego alios hanc distinctionem adhibuisse, ut hoc elogio non ab altera Mysiae, sed etiam ab aliis oppidis per terrarum orbem ita nominatis secerni posset. Nummi veteres hanc inscriptionem quoque praeferunt: in Marco et L. Vero Augustae Christinae, Clar. Spanhemius legebat, *ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΡΥΝΔΑΚΟΣ* et *ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ ΠΡΟC ΡΥΝΔΑΚΩ*. Similiter hanc urbem appellant Strabo lib. XII. et Ptol. lib. V. cap. II. Fortassis altera Mysiae civitas, quae Stephano octava habetur, prope Antandrum sita et Assos dicta est, de qua Plinius lib. V. cap. XXX. *Rursus in littore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cymeris, et Assos eadem Apollonia.*

— Κατὰ Θυάτειρα, καὶ Ἔφεσον.] Strabo lib. XIV. hanc meminit, sed Apolloniadem nominat: Πρῶτον μὲν οὖν παρεισίπεσεν εἰς Θυάτειρα, εἶτ' Ἀπολλωνιάδα ἔσχεν, εἶτ' ἄλλων ἐφίετο φρουρίων.

— Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσόν φησι.] Homeri locus reperitur in Catalogo:

Οἳ Κυπάρισσον ἔχον Πυθῶνά τε πετρήεσσαν. 149 a

Stephanus hanc civitatem in Parnasso sitam, et Eranum atque Apolloniadem appellatam perhibet: Κυπάρισσος, πόλις ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφοὺς, ἡ πρότερον Ἔρανος. ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Μινυοῦ. ἢ δὲ ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν αὐτόθι κυπαρίσσων, ἣν Κυπαρισσοῦντά τινες καὶ Ἀπολλωνιάδα φασί.

— Ὡς Δίδυμος.] In commentariis, quae hodie Didymi nomine prostant et circumferuntur, ad Homeri verba iam allegata, haec leguntur: Κυπάρισσον πόλιν Φωκίδος, ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ Ὀρχομένου ἀδελφοῦ, ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων κυπαρίσσων.

— Κατὰ Ἰόππην.] Huius memoria reperitur apud Ptol. lib. V. cap. XVI. Μετὰ τὰς τοῦ Χορσίου ἐκβολὰς, Καισάρεια Στράτωνος, Ἀπολλωνία, Ἰόππη, Ἰαμνειτῶν λιμὴν, Ἀσκαλὼν etc. Lege quoque Plinium lib. IV. cap. XIII.

— Λιβύης, ἣ Κυρήνη ἐκαλεῖτο.] Pomponius Mela lib. I. cap. VIII. *Urbes Hesperis, Apollonia, Ptolemais, Arsinoe, atque (unde terris nomen est) Cyrene.* Vide quoque Plinium lib. V. cap. V.

— Λυδίας.] Censeo hanc sitam fuisse circa Caystrum flu-

vium in Celbiano campo. Mentionem facit de hac Apollonia Ptolemaeus lib. v. cap. ii. cuius verba, quia profligatissime sunt corrupta, hunc in modum corrigo: Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Ἀπολλωνία πρὸς Κελβιανῷ, Ἡράκλεια πρὸς Λάτμῳ. Antea hic pessime legebatur, Ἀπολλωνία πρὸς Ἀλμβάνῳ, Ἡράκλεια πρὸς Ἀλβάνῳ. Celbiani campi meminit etiam Stephanus in voce Ἄσσος, ubi ita inquit: ἔστι καὶ λειμὼν ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας, περὶ τὸν Κάϋστρον ποταμόν. Puto male hunc agrum ab Eustathio Κιλβανὸν pro Κελβιανὸν appellari. integer locus exstat in comment. ad Dionysium: Ἀπὸ δὲ Καΰστρου καλεῖται καὶ πεδίον Καΰστριον τὸ καὶ Καϋστρηνόν. ᾧ συνεχὲς τὸ Κιλβανόν.

— Συρίας, κατὰ Ἀπάμειαν.] Huius memoria reperitur apud Strabonem lib. xvi. Ἐπειδὴ νεωτερίζειν ὥρμησεν, ἐκ τῆς πόλεως ταύτας ἔσχε τὰς ἀφορμὰς τῶν περιοικίδων, Λαρίσσης τε καὶ τῶν Κασσιανῶν καὶ Μεγάρων καὶ Ἀπολλωνίας, καὶ ἄλλων τοιούτων, αἳ συνετέλουν εἰς τὴν Ἀπάμειαν ἅπασαι.

— Κλίνου πατρίς.] Salmasius in margine sui libri emendabat: Λίνου πατρίς. Fortassis intelligit Linum ex Amphimaro Neptuni filio et Urania genitum, vel Linum Ismenii, de quibus Pausanias lib. ix.

— Ἐκ ταύτης ὁ φυσικὸς Διογένης.] Hinc nobis innotescit Diogenis Physici patria. Ab aliis scriptoribus quidem Apolloniates dicitur, verum quia Stephanus viginti quinque Apollonias enumerat, veram huius Philosophi patriam indicare difficillimum fuisset. Diog. Laërtius lib. ix. Διογένης Ἀπολλοθέμιδος, Ἀπολλωνιάτης, ἀνὴρ φυσικὸς καὶ ἄγαν εὐλόγιμος. Eius quoque meminit Cicero lib. i. de Nat. Deor. *Quid aer, quo Diogenes Apolloniates utitur Deo, quem sensum habere potest, aut quam formam Dei?*

— Καὶ Σούσων.] Xylandri lectionem, ut optimam, retinemus. In aliis editionibus excusum erat, καὶ Σούνων, quod etiam nobis codex Vossianus exhibuit.

— Ἀπολλωνιεύς.] Non memini illud gentile in Graecorum scriptis invenisse: hinc tamen Latini suum APOLLONIENSIS formarunt, quod apud Ciceronem, Plinium et alios occurrit. Passim Caesar commentario de Bello Civil. terminatione Graeca utitur.

Ἀπολλωνιεῖς. Τῇ Ἀτταλίδι φυλῇ.] Huius Demi meminit Hesychius, cuius verba ita emendavit Meursius libello de Populis Atticis: Ἀπολλωνιεῖς, δῆμος φυλῆς τῆς Ἀτταλικῆς.

— Ὁ δημότης, Ἀπολλωνιεύς.] Codex Voss. Ὁ δημότης ὁμοίως Ἀπολλωνιεύς.

Ἀπόλλωνος νῆσος. Λέγεται καὶ νησαῖος.] Corrigebat optime Salmasius in margine sui codicis: λέγεται καὶ Ἀπολλωνησαῖος.

Ἀπόλλωνος πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.] Huius civitatis etiam

fit mentio apud Ptolemaeum libro IV. cap. VI. *Κοπτίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις μεσόγειος Κόπτος πόλις, εἶτα Ἀπόλλωνος μικρά.* Eodem capite etiam de Magna Apollinis civitate memoria reperitur: *Ἑρμονθίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις Ἑρμωνθίς. καὶ ἐφεξῆς πόλις Λάτων. εἶτα πόλις μεγάλη Ἀπόλλωνος.*

— *Τρίτη ἐν Αἰθιοπίᾳ.*] Haec eadem videtur, de qua legimus apud Plinium lib. VI. cap. XXX. *Deinde contra Meroën Megabari, quos aliqui Adiabaros nominavere, oppidum habet Apollinis.* 150 a

Ἄπρος, θηλυκὸν, πόλις Θρᾴκης.] Masculino genere hanc vocem protulisse Cedrenum et Cantacuzenum mox apparebit. Tempore Plinii colonia erat, et de ea lib. IV. cap. XI. sic scribit, unde quoque situm cognoscimus: *Intus Byzia, arx regum Thraciae, et a Terei nefasto crimine invisa hirundinibus. Regio Caenica, colonia Flaviopolis, ubi ante Zela oppidum vocabatur. Et a Byzia quinquaginta mil. pass. Apros colonia, quae a Philippis abest centum octoginta octo mil. pass.* Postea tamen formam urbis accepit et Theodosiopolis nominata est, quemadmodum Cedrenus hisce verbis auctor est: *Κτίζει δὲ καὶ πόλιν ἐν Θρᾴκῃ Θεοδοσιόπολιν ὀνομάσας, τὸν πρὶν λεγόμενον Ἄπρων, ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν κατ' ἀρχὴν Ἄπρου, ὃς ἦν πένθερος Καρίνου, ὃς καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν.* Ptolomaeus lib. III. cap. XII. eodem situ coloniam collocat, sed puto ibidem male *Ἄπροι* pro *Ἄπρος* legi, nam ς facili negotio in iota commutatur. Cantacuzenus Aprum vicinam Didymotiochi et Garellae facit, ita enim ille lib. I. Hist. cap. XXVII. *Καὶ πρῶτον μὲν εἰς Ἄπρω καὶ τὴν Γαρέλλαν, μὴ ἀποστῶσι δεδοικὼς πρὸς βασιλέα τὸν νέον, φρουρὰν ἀπέστειλε πεζὴν ἅμα καὶ ἱππικὴν, ὡς ἂν ἀντέχοιεν πρὸς τὰς ἐκ Διδυμοτείχους ἐφόδους.*

— *Τὰ ἐθνικὰ, Ἀπραῖος.*] Huic loco aliquid deesse nemo non videt: aut legendum est, *τὸ ἐθνικὸν Ἀπραῖος*, vel aliud gentile huic est addendum, quod censet Salmasius, in ora sui libri ita scribens: *τὰ ἐθνικὰ Ἀπραῖος καὶ Ἄπριος.* Licet a viro incomparabili non dissentiam, sciendum est Stephanum rarissime sic solere loqui, etiamsi duo vel tria ab aliquo oppida gentilia deducat: sic in *Ἄβρων. τὸ ἐθνικὸν Ἀβρώνιος καὶ Ἀβρωνίτης. Ἄρνα, τὸ ἐθνικὸν Ἀρναῖος καὶ Ἀρνεύς.* Fortassis et hic loci reponendum est: *τὸ ἐθνικὸν Ἀπραῖος καὶ Ἄπριος*: alterum gentile passim usitatius est, occurritque aliquoties apud Cantacuzenum. e multis locis unicum seligam, qui est l. I. Histor. cap. XXIX. *Δείσας δὲ ὁ βασιλεὺς, μὴ πάντων χρημάτων διαφθαρέντων, ἀνάστατος γένηται ὁ Ἄπρως, ἐκέλευσε τοὺς καρποὺς μὴ διαφθείρειν, ὅπως ἔχοντες ἀφορμὰς οἱ Ἄπριοι τοῦ ζῆν, μὴ ἐκλίπωσι τὸ ἄστυ.*

— Ἄπτερα, πόλις Κρήτης.] Est oppidum Cretae medi-
150 terraneum, quod Plinio lib. IV. cap. XII. *Apteron*, et Ptolemaeo
b Ἀπτερία dicitur. Eusebius in Chronico tradit nomen habere ab Aptera ibi regnante, non vero a fabula, quam noster et alii de Musis et Sirenibus perhibent. Ab his dissentit Pausanias, qui in Phocicis ita scribit: Ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Πτερᾶ καὶ πόλιν Κρητικὴν, προσθήκῃ γράμματος, Ἀπτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι.

— Ἐν τῷ Μουσείῳ, πλησίον τῆς πόλεως etc.] Ita etiam hunc locum, in quo Musae et Sirenes certabant, Suidas appellavit, quem vide, si rem tanti feceris.

— Ἐν ᾧ μετὰ τὴν ἐν μουσικῇ νίκην τῶν Μουσῶν.] Huius certaminis etiam Ausonius in Gripho meminit:

Tris volucres, tris semideae, tris semipuellae:
Ter tribus ad palmam iussae certare Camoenis,
Ora, manu, flatu: buxo, fide, voce canentes.

— Αἱ δὲ πλησίον νῆσοι, Λευκαί.] Diodorus Siculus duas hoc nomine insulas agnoscit, alteram contra Cydoniam prope Cretam sitam, alteram vero contra Itanum eiusdem insulae promontorium.

— Οἱ δὲ ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Κυρηναίου.] Res profecto eodem redibit, insulas λευκὰς sive γλαυκὰς dixeris. Hesychius: Γλαυκὸς, λευκός. Alia in hanc rem Salmasius in margine sui Stephani ex glossariis in medium adducit: verum assiduo usu et vetustate folia adeo sunt detrita, ut ex verbis sensum percipere nequeam.

— Ὁ πολίτης Ἀπτεραῖος.] Clarissimus Spanhemius in nunquam satis laudato de Praest. et Usu Numis. opere testatur, in Gaza Medicea nummum exstare, in quo conspicitur caput muliebre et epigraphe *ΑΠΤΕΡΑΙΩΝ*. Hoc gentili etiam utitur Diodorus Siculus lib. V. Οἱ δ' οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδίδονται τήν τε τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, τῆς ἀντίας Ἀπτεραίων χώρας, περὶ τὸν καλούμενον Βερέκυνθον, καὶ τὴν ἐργασίαν, δι' ἧς κατασκευάζεται. Vide etiam locum Pausaniae supra allegatum.

Ἀραβία, ἡ χώρα.] Lectori hoc loco totam Arabiae descriptionem possemus exhibere, sed quia alii hanc materiam ante nos occuparunt, merito isti negotio supersedemus. Solet passim Stephanus addere, unde regiones et urbes nomen sint sortitae; verum hoc quia ab Epitomatore praetermissum est, ex Gabriele Sionita subiiciemus, ita enim ille cap. I. in Descriptione Arabiae: *Arabia non ab Arabo Apollinis et Babyloniae filio, ut Latinorum plerique asserunt, sed ab Araba, plaga non longe a Medina*
151 *sita, nomen sortita est, quam incoluit Ismael, Abrahami et Ha-*
a *gar filius, a quo etiam Ismaëlitae et Hagareni dicuntur.*

[redacted]

— *Περὶ ἧς ὁ περιηγητὴς Διονύσιος.*] Duplicem Stephanus statuit Arabiam; alteram *ἀρωματοφόρον*, inter Persicum et Arabicum sinum; alteram vero Aegypto et Syriae vicinam. Haec postrema est, uti observavit vir summus Salmasius, quam ultra Pelusiacum Plinius ad mare rubrum pertinere dicit. Sed fallitur omnino Stephanus, cum de ea loqui Dionysium hisce versibus putat: nam *ἐρατεινὴ Ἀράβία* in illis versibus est *εὐδαίμων*: sed Syriam Dionysius usque ad sinum Arabicum extendit, ut et Strabo usque ad *Ἐλανίτην μυχὸν*, a quo Arabia felix auspicatur.

— *Μύχατον ῥόον.*] In hodiernis Dionysii exemplaribus excusum est: *μυχατὸν πόρον.* Stephani lectionem longe praefero, est enim magis poëtica, quanquam et vox *πόρος* poëtis non sit insolens.

— *Ἀῤῥαβίης ἐρατεινῆς.*] Hanc versiculi partem sinceram ac probam esse docent metri lex et ratio: sed pessime in primis Stephani editionibus invenitur: *καὶ Ἀραβίας ἐρατῆς.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος.*] Constanter hunc locum sic legunt libri typis excusi, qui tamen auctior in MSS. circumfertur. Cod. Vossianus: *τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος, καὶ Ἄραβος, καὶ Ἀράβισσα.* Testatur Salmasius ac simili prorsus modo in Palatino MS. reperisse. Hinc non difficile est coniicere, in Stephano restituendum esse: *τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος, καὶ Ἄραβες, καὶ Ἀράβισσα:* hanc indubitatam esse lectionem, nullus ego dubito: nusquam enim *τὸ Ἄραβος* pro casu recto apud idoneos scriptores occurrit.

— *Ἀράβιος αὐλητής.*] Huius adagii etiam meminit Hesychius; qui illud in garrulos et loquaces dici existimat. *Παροιμία παρὰ τὸ Ἀράβιος αὐλητὴς παραλαμβανομένη ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων, μετῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀραβίου αὐλητοῦ, ὃς ηὔλει μὲν δραχμῆς, ἐπαύετο δὲ τεττάρων.* Refert Eustathius ad Dionysii periegesin hoc proverbium plerumque dici in loquaces, vel tuba canendi imperitos: *Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀράβων ἔθνους, μὴ πάνυ, ὡς ἔοικεν, εὐδοκιμούντων τὰ εἰς ᾠδὴν πεπαροιμίασται τὸ Ἀράβιος αὐλητής. ὃς κατὰ τὴν παροιμίαν δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δὲ ἐπαύετο. λέγεται δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων, καὶ ἀδολεσχούντων, καὶ μόλις παυομένων τοῦ πολυλογεῖν. ἢ ἐπὶ τῶν ἀμούσων καὶ βαρβάρων ἐν τῷ αὐλεῖν.*

— *Μηδένα Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικήν.*] Cum plurimi Graecorum artem tibiis modulandi optime noverint, non possum huius Epitomatoris imperitiam non mirari, statuentis neminem Graecorum *τὴν αὐλητικὴν* exercuisse. Equidem non ignoro Aristotel. lib. VIII. Polit. hanc artem inter illiberales censere, et apud Athenaeum lib. I. legi, principes Graecorum aliosque excelso loco natos tibias admisisse, sed barbaros, et ut alii tradunt,

mancipia eas inflasse, haec sunt eius verba: *Ἐχρῶντο δὲ καὶ αὐλοῖς
151 καὶ συριγξιν ἥρωες. ὁ γοῦν Ἀγαμέμνων αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν ἀ-
b κούει. εἰς δὲ τὰ συμπόσια οὐ παρήγαγε πλὴν ἐν τῇ ὁπλοποιΐᾳ, γάμων γινομένων, αὐλῶν μνημονεύει. τοῖς δὲ βαρβάροις ἀποδίδωσι τοὺς αὐλούς.* Sed rem si accuratius pensitaverimus, erimus certi, solos Athenienses hanc artem post Alcibiadis aetatem repudiasse, eamque barbaram, sordidam, ac plane illiberalem existimasse; quia facies eas inflantis veram formam et figuram amittit; os enim obturat, vocem intercludit, et sermonem adimit, quod infra dignitatem liberi hominis censebant; cum contra plectrum, lyra aliaque organa, quae manu moventur, figuram hominis nihil omnino deforment. Locum in hanc rem habemus apud Plut. in Alcibiade, quem huc transcribere, licet longiusculus sit, non pigebit: *Ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ μανθάνειν ἧκε, τοῖς μὲν ἄλλοις ὑπήκουε διδασκάλοις ἐπιεικῶς, τὸ δ' αὐλεῖν ἔφυγεν ὡς ἀγενὲς καὶ ἀνελεύθερον, πλήκτρου μὲν γὰρ καὶ λύρας χρῆσιν οὐδὲν οὔτε σχήματος οὔτε μορφῆς ἐλευθέρῳ πρεπούσης διαφθείρειν, αὐλοὺς δὲ φυσῶντος ἀνθρώπου στόματι, καὶ τοὺς συνήθεις ἂν πάνυ μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον. ἔτι δὲ τὴν μὲν λύραν τῷ χρωμένῳ συμφθέγγεσθαι καὶ συνᾴδειν, τὸν δ' αὐλὸν ἐπιστομίζειν καὶ ἀποφράττειν ἑκάστου τήν τε φωνὴν καὶ τὸν λόγον ἀφαιρούμενον. Αὐλείτωσαν οὖν (ἔφη) Θηβαίων παῖδες. οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι. ἡμῖν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις (ὡς οἱ πατέρες λέγουσιν) Ἀρχηγέτις Ἀθηνᾶ καὶ πατρῷος Ἀπόλλων ἐστίν. ὧν ἡ μὲν ἔρριψε τὸν αὐλὸν, ὁ δὲ καὶ τὸν αὐλητὴν ἐξέδειρε. τοιαῦτα παίζων ἅμα καὶ σπουδάζων ὁ Ἀλκιβιάδης, αὐτόν τε τοῦ μαθήματος ἀπέστησε καὶ τοὺς ἄλλους. ταχὺ γὰρ διῆλθεν ὁ λόγος εἰς τοὺς παῖδας, ὡς εὖ ποιῶν ὁ Ἀλκιβιάδης βδελύττοιτο τὴν αὐλητικὴν, καὶ χλευάζοι τοὺς μανθάνοντας. ὅθεν ἐξέπεσε κομιδῇ τῶν ἐλευθέρων διατριβῶν, καὶ προεπηλακίσθη παντάπασιν ὁ αὐλός.* Ex hisce verbis clarissime liquet quinam e Graecis hanc artem magni fecerint, quique eam ut liberalem repudiaverint. Thebanos huius artis cultores semper extitisse plurimis argumentis posset evinci, sed ne longior sim, unicum tantum ex Cor. Nepote adducam, ita enim ille de Epaminonda Thebano in principio operis: *Non dubito fore plerosque, Attice, qui hoc genus scripturae leve, et non satis dignum summorum virorum personis iudicent, cum relatum legent, quis Musicam docuerit Epaminondam, aut in eius virtutibus commemorari, saltasse eum commode, scienterque tibiis cantasse.* Sic apud Romanos fuere Graeci, qui inter illos hanc artem tam affabre exercebant, ut concursum haberent. Seneca Epist. LXXVI. *Habet tibicen quoque Graecus et praeco concursum; at in illo loco, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent.* Ergo constat Thebanorum gentem et alios e Graecis artem tibiis mo-

dulandi in honore habuisse, sed solos Athenienses post Alcibiadis aetatem eam repudiasse.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος καὶ Ἀράβισσα.] Haec transposita sunt et loco mota: supra omnino de gentili et terminatione feminina egit noster. Itaque haec nobis videntur expungenda, et suo loco inferenda.

Ἄραβις, ποταμὸς Ἰνδικῆς.] Haec transcripsit Stephanus 152
ex Arriani Indicis, ita enim ille: Προσοικέει δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰν- a
δικὸν, οἱ Ἀράβιες καλεόμενοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ μνήμην ἔσχον. καὶ ὅτι εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος, ὃς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν ῥέων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, ὁρίζων τούτων τε τὴν χώρην καὶ τῶν Ὀρειτέων. In hisce verbis τὸ Ἀράβιος est genitivus a casu recto Ἄραβις formatus. Eundem hunc amnem Stephanus infra Ἄρβιν et accolas Ἀρβίους sive Ἀρβίτας nominat. Sine dubio Stephanus incidit in Arriani codices, in quibus fluvii et gentis nomen varie erat exaratum: quae causa ipsi ansam praebuit duos diversosque Indiae fluvios nunc Ἄραβιν, postea vero Ἄρβιν, et gentes Ἀραβίτας et Ἀρβίτας, quae tamen eaedem sunt, describendi. Salmasius in Plin. Exercit. et Stephani et Arriani loca sollicitavit, sed τὸ Ἄρβις, Ἄρβιοι, Ἄρβιες et Ἀρβῖται praefert, statuens Arriani codices esse vitiosos, ubicunque Ἄραβις vel Ἀραβῖται excusum reperitur. Sic apud Strabonem lib. xv. τῶν Ἄρβιων et τοῦ Ἄρβιος mentio est: Οἰκοῦσι δὲ Ἄρβιες πρῶτον, ὁμώνυμοι ποταμῷ Ἄρβει, τῷ ὁρίζοντι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἑξῆς Ὀριτῶν. Plin. lib. vi. cap. xxiii. *Inde posuere Arbiorum gentem.* Et cap. xxv. eiusdem libri: *Quidam interponunt Arbios* ccccii. *mill. pass. toto littore.* De fluvio eodem libro cap. xxiv. *A flumine Arbi promontorium ipsum inhabitant*, scilicet Chelonophagi. Ab Indo versus occidentem navigantibus et oram legentibus occurrunt Arbies sive Arbii populi, deinde Oritae, postea Ichthyophagi, mox Carmania et Persis sequitur. Ita Strabo, Arrianus, et alii, qui ex Nearcho navigationem illam ac περίπλουν classis Alexandri descripserunt. At Plinius praepostero ac perverso ordine, observante Salmasio, in ea circumvectione commemoranda Gedrosos et Oros primos nominavit, deinde Ichthyophagos, Oritas, et denique Arbios populos, post quos Carmaniam et Persiam collocat.

Ἀράβυζα, πόλις τῆς Καυκωνίδος.] In aliis editionibus, excepta Xylandriana, pessime meo quidem iudicio legitur: πόλις τῆς Καυκανίδος. Sunt Caucones in Bithynia in Galatarum finibus, et circa Messenem Peloponnesi inter Pylum et Spartam. Oppidum satis est incognitum hoc nomine, et aliis auctoribus

[redacted]

innominatum. Certum est tamen ex recentiori appellatione, Bithyniae Cauconidem a Stephano intelligi.

— Ἥ τις νῦν Πεσινῆς.] Recedit Xylander ab aliis editionibus, in quibus impressum est: ἥτις νῦν Πεσενοῦς. Et ita quoque libri Palatini et schedae Vossianae exhibent. Verum neque scriptam lectionem pro legitima habeo: ex vestigiis vocis depravatae coniicio rescribendum esse: ἥτις νῦν ὀνομάζεται. Non ignoro hanc civitatem Geographis Galatiae accenseri, et ita quoque Stephano: *Πεσσινοῦς, πόλις Γαλατίας, ἀπό τινος Γάλλου*
152 *Πεσσινοῦντος.* Verum et hoc sciendum est, Galatiam sive Gallo-
b graeciam se versus occidentem usque ad Bithyniae sive Cauconidis fines extendere; et cum Pessinus in finibus Galatiae sita sit, facile fieri posse, ut Cauconum et Galatarum confinia confundantur.

Ἀραδήν. Διὰ τὸ εἶναι ἄνω.] In chartaceo Vossiano ordine inverso legitur: διὰ τὸ ἄνω εἶναι.

Ἄραδος, νῆσος Φοινίκης.] situs huius insulae adeo omnibus est manifestus, ut omnino non opus sit pluribus eundem describere. Mela lib. II. cap. VII. *Arados etiam in Phoenice est parva, et quantum patet tota oppidum: frequens tamen: quia etiam super aliena tecta sedem ponere licet.* Plinius lib. V. cap. XXXI. *Et iam dicta Arados inter quam et continentem quinquaginta cubita alto mari (ut auctor est Mutianus) e fonte dulcis aqua, tubo coriis facto, usque a vado trahitur.* De Aradiis multa sparsim leguntur, sed in uno Strabone omnia, quem vide lib.

— Τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης.] Strabo lib. XVI. πλεύσαντι δὲ ἐπὶ πλέον ἄλλαι νῆσοι Τύρος καὶ Ἄραδος εἰσὶν, ἱερὰ τοῖς Φοινικικοῖς ὅμοια. Tradit Strabo iactari ab incolis, colonos se esse Tyri et Aradi Phoeniciarum urbium. In Persico sinu recensentur a Ptolemaeo lib. VI. cap. VII. insulae Ἀπφάνα, Ἰχάρα, Θαρὼ, Τύρος, Ἄραδος.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀράδιος.] De hoc gentili minime est ambigendum. Tristanus nummum exhibet cum inscriptione: *ΑΡΑΔΙΩΝ.*

Ἄραζος. Ὡς Σαβάζιος.] Suspicor hanc vocem, licet proba sit, ad hunc locum non pertinere, nam non est gentile urbis. Tradit Strabo lib. X. vocabulum esse Phrygiacum et Bacchum denotare. Hinc Σάβοι παρὰ Φρυξὶ ἀντὶ τοῦ Βάκχοι λέγονται, ut alibi Stephanus noster testatur.

Ἀραιθυρέα, οὕτως ἡ Φλιοῦς.] Ad nomen urbis quod attinet; in Pausaniae editionibus penultima per αι diphthongum legitur, quam scribendi rationem si quis velit defendere, Strabonem, Scholiastam Apollonii et Eustathium ei adversantes inveniet.

[redacted]

Eustathius in suis ad catalogum commentariis, totum hunc locum ἐξ Ἐθνογράφου transcripsit, in cuius codicibus tunc temporis Ἀραιθυρέα, non vero Ἀραιθυραία exaratum erat, ita enim ille p. 291. Φέρεται δὲ ἐν τοῖς τοῦ Ἐθνογράφου, ὅτι Ἄραντος ἥρωος υἱὸς ἐγένετο Ἄορις, καὶ θυγάτηρ Ἀραιθυρέα. τούτους Φλιάσιοι θηρατάς φασι καὶ πολεμικούς. προαποθανούσης δὲ τῆς ἀδελφῆς, ἀπ' αὐτῆς ἡ χώρα ἐκλήθη. τοπικὸν αὐτῆς, Ἀραιθυρεεύς. Pergit idem Archiepiscopus situm huius oppidi ex Strabone hoc modo describere: Ἡ δὲ τοῦ Γεωγράφου ἱστορία φησὶν ὅτι Ἀραιθυρέα, ἡ νῦν Φλιασία, πόλις Φλιοῦντος, κειμένη μέσον Σικυωνίας, Ἀργείας, Κλεωνῶν καὶ Στυμφάλων. Eodem prorsus modo Apollonii Scholiastes oppidi nomen exaravit, cuius verba ad lib. I. legi possunt.

— Ὄμηρος.] Locus exstat in navium Catalogo, qui etiam 153
apud Pausaniam, hunc versiculum citantem, videre est; sed in a
Homerico versu urbis nomen Ἀραιθυρέα fecit.

— Θήρας ἐμπείρους γενέσθαι.] Optime constitutus est hic locus: sed fortassis rescribendum ex Pausania, ubi integer locus exstat: θηράσαι τε ἐμπείρους γενέσθαι, vel ex Eustathio, cuius verba iam produximus: τούτους Φλιάσιοί φασι θηρατὰς ἐμπείρους γενέσθαι etc. Praestat tamen vulgatam lectionem retinere, quam temere aliquid immutare.

— Προαποθανούσης δὲ τῆς ἀδελφῆς.] Pausanias: προαποθανούσης δὲ Ἀραιθυραίας. Liquet tamen ex Eustathio, τὸ ἀδελφῆς non esse expungendum.

— Καὶ Ἀραιθυρέηθεν.] Hoc adverbio etiam utitur Apollonius lib. I.

Φλείας δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρέηθεν ἵκανεν.

Ἀραὶ, Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς.] Sic exhibent omnes editiones, et in MSS. non est varietas, quae ad insularum nomen spectat. Codex Voss. Ἀραὶ, Ἰωνίας νῆσος. Miror itaque doctissimum virum in animadversionibus ad Athenaeum, tam temere hunc locum sollicitasse et vitii arguisse, cum certo certius sit, satis esse sanum, et ne quidem in mendi suspicionem venire posse. Dieuchidas ipsum in errorem duxit, qui in Megaricis insularum appellationem nomine gentili produxit, quod tam obvium est in Graecis Latinisque scriptoribus, ut omnino necessarium non sit, illius rei exempla proferre. Situm τῶν Ἀραιῶν νήσων Athenaeus lib. VI. indicat μεταξὺ τῆς Κνιδίας καὶ τῆς Σύμης, e regione littoris illius, quod est inter Cnidum et Symen Cariae urbes. Διευχίδας δ' ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς τὰς καλουμένας φησὶν Ἀραιὰς (μεταξὺ δὲ τῆς Κνιδίας καὶ τῆς Σύμης εἰσὶν) γενομένης διαφορᾶς τοῖς συνεξορμήσασι τῷ Τριόπᾳ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον. καὶ τῶν μὲν εἰς τὸ δωμάτιον ἀναχωρησάντων, οἱ μὲν μετὰ Φόρβαντος μείναν-

τες, εἰς Ἰηλυσὸν ἦλθον. οἱ δὲ μετὰ Περιέργου τὴν Καμειρίδα κατέσχον. τότε λέγεται καταράσασθαι τὸν Περίεργον τῷ Φόρβαντι. καὶ διὰ γὰρ τοῦτο τὰς νήσους Ἀραιὰς κληθῆναι. Hinc clare satis liquet Athenaeum gentili, non vero proprio insularum nomine usum fuisse.

Ἀράκυνθος, ὄρος Βοιωτίας.] Longe profecto feliciori
153 successu hunc locum emendavit vir doctissimus, quam praece-
b dentem: constat enim inepte hic legi ὄρος Βοιωτίας, cum rescribendum sit, ὄρος Αἰτωλίας. Dionysius Afer:

Τῆς δ' ὕπερ ἐς νότον εἰσὶ μετὰ σκοπιὴν Ἀρακύνθου
Ἀνδρῶν Αἰτωλῶν, πεδίον μέγα.

Ad quem locum vide Eustathii comment. sic etiam Plinius eum Acarnaniae accenset. Verum alii se geographiae imperitos produnt, qui contra gravissimorum auctorum fidem, Aracynthum in Boeotia collocant, quemadmodum a Statio et Propertio lib. III. Eleg. XIV. factum est. Imo Servius eo devenit in commentariis ad Eclog. II. Virgilii, ut etiam affirmandi formula usus fuerit, ita enim ille: *Sane Aracynthus mons est Thebanus.* Sed cum venia hoc dixerim: Servius Virgilii locum non intellexit, qui se ita habet:

Canto quae solitus, si quando armenta vocabat
Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.

Aracynthus Actaeus hoc loco est Acarnanius sive Aetolicus; Acarnaniam enim et Aetoliam saepissime confundebant Graeci pariter et Latini, praesertim tempore Agesilai, cum Acarnanum res ad tantam excrevissent potentiam, ut ferme ipsam Calydonem Aetoliae primariam civitatem, et alias istius regionis urbes sibi subjecissent, quemadmodum manifeste testatur Pausanias in Laconicis.

— Ἀρακυνθίς.] Lege ex Rhiano: Ἀθηνᾶ Ἀρακυνθιάς.

Ἀραντία πόλις, ἡ ὕστερον Φλιοῦς.] Mutilus est hic locus, nam certum est regionis nomen excidisse. Legendum puto: Ἀραντία, πόλις Πελοποννήσου etc. Stephanus: Φλιοῦς, πόλις Πελοποννήσου, ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα καὶ Ἀράντεια. De vocis terminatione et diversitate accentuum iam nihil dico.

— Ἀπό τινος Ἄραντος αὐτόχθονος.] Haec Stephanus videtur hausisse ex Pausaniae Corinthiacis, ita enim ille: Ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γενέσθαι πρῶτον Ἄραντά φασιν, ἄνδρα αὐτόχθονα. καὶ πόλιν τε ᾤκισε περὶ τὸν βουνὸν τοῦτον, ὃς Ἀραντῖνος ἔτι καλεῖται καὶ ἐς ἡμᾶς, οὐ πολὺ ἑτέρου λόφου διεστηκώς. ἐφ' οὗ Φλιασίοις ἥ τε ἀκρόπολις, καὶ τῆς Ἥβης ἐστὶ τὸ ἱερόν. ἐνταῦθά τε δὴ πόλιν ᾤκισε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸ ἀρχαῖον ἥ γῆ καὶ ἡ πόλις Ἀραν-

[redacted]

τίᾳ ἐκλήθησαν. Haec ergo prima fuit urbis appellatio: deinde ab Araethyrea denominationem accepit: et denique Phlius dicta est.

Ἄραξα, πόλις Λυκίας.] Est oppidum Lyciae mediterraneum circa montem Cragum et Xanthum amnem, de quo Ptolemaeus l. v. cap. III. mentionem facit.

— *Ἀλέξανδρος Κορνήλιος.*] Eiusdem auctoris liber Stephano in vocabulo *Ἄσσος* citatur. Non intelligitur hic opus Geographicum aut Grammaticum, uti alii existimant, sed cuiuscunque materiae loci communes, quod *τὸ τοπικῶς* manifeste indicat. 154 a

Ἀράξης, ποταμὸς Ἀρμενίας.] Notissimus hic est Armeniae maioris fluvius: Mediam ab Armenia discernit, et in mare Caspium se exonerat. Alter Thessaliae amnis, inter Ossam et Olympum decurrens, sese in mare Aegaeum condit. Araxis nomine antiquitus gaudebat, teste Strabone lib. I. et Tzetze Histor. Chiliad. XI. No. CCLXXX.

— *Ἐκ τοῦ ἀράξαντος.*] Tradere iam videtur Stephanus, unde Araxes nomen acceperit; sed locum esse integrum sibi non persuadebat Salmasius. Libri scripti et editi nihil mutant: unde liquet virum incomparabilem solis ingenii viribus hunc locum in Plin. Exercit. ita emendasse: *οὕτω γὰρ ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο ἐκ τοῦ ἀράξαι τὰ Τέμπη.* Nam inde Peneo Thessaliae amni hoc nomen a Graecis est impositum, quod Tempe perrupisset et exitum sibi in mare fecisset. Strabo libro IX. *Ὁ γὰρ Πηνειὸς διὰ μέσης ῥέων καὶ πολλοὺς δεχόμενος ποταμοὺς, ὑπερεκχεῖται πολλάκις. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ ἐλιμνάζετο, ὡς λόγος, τὸ πεδίον, ἔκ τε τῶν ἄλλων μερῶν ὄρεσι περιειργόμενον, καὶ τῆς παραλίας μετεωρότερα τῶν πεδίων ἐχούσης τὰ χωρία. ὑπὸ δὲ σεισμῶν ῥήγματος γενομένου (τὰ νῦν καλούμενα Τέμπη) καὶ τὴν Ὄσσαν ἀποσχίζοντος ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, διεξέπεσε ταύτῃ πρὸς θάλασσαν ὁ Πηνειὸς, καὶ ἀνέψυξε τὴν χώραν ταύτην.* Vide etiam hac de re Eustathium ad Dionysii Periegesin pag. 98. Refert enim ille, Araxen ex eo dictum esse, quod continuos montes Ossam et Olympum disiunxerit et per illos penetraverit. *Ἀράξης δὲ καλεῖται ὁ ῥηθεὶς ποταμὸς, ὡς ἀπαράξας τὴν συνέχειαν τῶν ἐκεῖ ὀρῶν καὶ διεκδύς. καθάπερ καὶ ὁ Πηνειὸς, ὁ νῦν Σαλαβρίας καλούμενος, τὴν Ὄσσαν τοῦ Ὀλύμπου ἀπέῤῥηξε. διὸ καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τοῦ γεωγράφου, Ἀράξης ἐκλήθη ποτὲ καὶ ὁ Πηνειὸς, ὡς καὶ αὐτὸς ἀπαράξας τῆς Ὄσσης τὸν Ὄλυμπον, ὅτε σεισμῷ τὰ Τέμπη τὰ Θετταλικὰ ῥαγέντα διέστησαν.* Verum ab his dissentit Herodotus in Polymnia expressis verbis, cuius locum videre licet.

Ἀράφεια. Καὶ εἰναλίαν.] Schedae Vossianae: *καὶ εἰναλίαν Ἀράφειαν.*

Ἀραφήν. Δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς.] Vide Harpocrationem et Suidam. Hinc cognomen traxerunt *Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες*, de quibus supra dictum.

Ἀραχναῖον, ὄρος Ἄργους.] Regnante Inacho *Σαπυσελάτων*
154 nomine insigniebatur hic mons, atque in illo exstabant arae,
b ad quas, ingenti terrae siccitate orta immolabatur: sic de illo scribit Pausanias in Corinthiacis: *Ἔστι δὲ ὄρος ὑπὲρ τῆς Λήσσης τὸ Ἀραχναῖον, πάλαι δὲ Σαπυσελατῶν ἐπὶ Ἰνάχου τὸ ὄνομα εἰλήφει. βωμοὶ δέ εἰσιν ἐν αὐτῷ Διός τε καὶ Ἥρας. δεηθὲν ὄμβρου, σφίσιν ἐνταῦθα θύουσιν.* Observatione non est indignum, Hesychium hunc montem Hysselinum appellasse, ita enim ille: *Ὑσέλινον, τὸ νῦν Ἀραχναῖον ὄρος ἐν Ἄργει καλούμενον.* De quo nomine nihil apud alios invenisse memini.

— *Καλλίμαχος Αἰτίων πρώτη.*] De hoc Callimachi libro doctissime scripsit Ioh. Wouwerius tractatu de Polymathia cap. XI. haec sunt eius verba: Callimachi *Αἴτια* nota Stephani, Martialis, Prisciani, Fulgentii et aliorum testimoniis. Servius ad illa Virgilii Aeneid. I. — — *cur dextrae iungere dextram. Maiorum haec fuerat salutatio, cuius rei τὸ αἴτιον, id est causam, Varro Callimachum secutus exposuit.* Ex quibus liquet ἀπορήματα in iis proposita, et adiectas fuisse eorum λύσεις, ut videmus in Plutarchi *Αἰτίοις* et Problematis. At Clemens Alexandrinus Stromat. lib. V. Lycophronis Cassandram, Pherecydis Syri Theologiam, Euphorionis poëmata, Callimachi *Αἴτια αἰνιγματωδῶς*, et obscure scripta adserit, usque eo, ut iis potissimum experirentur Grammaticos. Quibus adde Ptolemaei Grammatici *σφίγγας*; nam Suidas *δρᾶμα ἱστορικὸν* fuisse scribit. Movet me inscriptio, ut plurima in eo opere *αἰνιγματωδῶς* scripta fuisse existimem. Clementis quidem verba suspicionem mihi iniiciunt in Callimachi *Αἰτίοις* obscuras quaestiones propositas fuisse, ut in Hellanici *Λέσχαις*; minus tamen apta inscriptione, quibus ἀπορίαι protrahuntur et solvuntur, et earum causae indagantur. Nisi errore lapsus Clemens Callimachi poëmation, quod Ibin inscripserat, dicere voluerit, illud enim Suidas fuisse scribit *ποίημα ἐπιτηδευμένον εἰς ἀσάφειαν*. Multa fabulosa sive *μυθικὰ* Callimachum in *Αἰτίοις* pertractasse indicio sunt quae ex illis producit Clem. Alexandrinus Protreptico, et studiose excoluisse hanc Grammaticae partem ex Strabonis lib. XVII. discimus. Sane *Αἴτια* sunt ἀπορήματα et quaestiones, quae ad solvendum proponuntur. Multus in iis Plutarchus: nam Lamprias indice librorum Plutarchi recitat eius

[redacted]

Ἀπορι῀ων λύσεις. Αἰτίας γυναικῶν. Αἰτίας Ἑλλήνων. Αἰτίας Ῥωμαϊκάς. Αἰτίας βαρβαρικάς.

— *Ἀμυσχναῖον.*] Haec vox corrupta videtur: fortassis restituendum est: *Ἀμυκλαῖον*, quod ab *Ἀμύκλαι* deducitur.

Ἀραχωσία. Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Apud Strabonem libro 155
citato ex Eratosthene ita legitur; *Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τοὺς* a
Ἀραχωτοὺς καὶ Μασσαγέτας τοῖς Βακτρίοις παρακεῖσθαι πρὸς δύσιν παρὰ τὸν Ὦξον. Massagetas ab occidente Bactrianis adiacere ad flumen Oxum certissimum est. Ergo Arachoti isti longe diversi et divisi sunt ab Arachotis Indicis vel Indiae proximis, de quibus mox Stephanus.

— *Ὑπὸ Σεμιράμεως κτισθεῖσα, ἥτις καὶ Κωφὴν ἐκαλεῖτο.*] Haec ipsa est Arachosia Plinii, Indiae vicina et longissime a Massagetis dissita, ita enim ille lib. VI. cap. XXIII. *Arachosia cum flumine et oppido eiusdem nominis, quod quidam Cophen dixere a Semiramide conditum.* Solinus cap. LIV. *Arachosiam Erumando amni impositam Semiramis condidit.*

Ἀραχωτοὶ πόλις Ἰνδικῆς etc.] Ptolemaeo dicitur *Ἀραχωτὸς*, qui fluvium non nominat, sed Arachosiam dicit perflui amne, qui ab Indo derivatur et paludem efficit nomine *Ἀραχωτοῦ κρήνην.* Ex ea palude, ut observat Salmasius, oritur flumen Arachotus, utpote quae fons Arachoti censeatur. Ammianus sequitur Ptolemaeum heic ut in aliis, sic enim scribit de Arachosia: *Quam ab Indo fluviorum maximo, unde regiones cognominatae sunt, amnis multo minor exurgens aquarum alluit amplitudine, efficitque paludem Arachotoscrenem appellatam.* Hoc est quod ait Ptolemaeus lib. VI. cap. XX. *ἐμβάλλει δὲ εἰς τὴν χώραν ποταμὸς ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ἐκτρεπόμενος.*

— *Καὶ Στράβων ἑνδεκάτῃ.*] Respicit noster haec verba: *Εἰς δ' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ἀρίοις, τετρακισχιλίους πεντακοσίους τριάκοντα. εἶτ' εἰς Προφθασίαν τὴν ἐν Δραγγῇ, χιλίους χ'. οἱ δὲ φ'. εἶτ' εἰς Ἀραχωτοὺς τὴν πόλιν τετρακισχιλίους ἑκατὸν εἴκοσι.*

— *Εἰσὶ καὶ ἄλλοι πλησίον Μασσαγετῶν, ὡς Στράβων.*] Iam Strabonis locos produximus, ex quibus probari posset, geminos fuisse Arachotos, alteram scil. urbem Indiae, et alteram Massagetis vicinam. Verum Salmasius statuit, Stephanum perperam de duobus Arachotis mentionem facere: fatetur enim, se de Arachotis illis Scythicis ac Massagetarum genti vicinis, nihil alibi legisse. Nam Strabo XV. Arachotos, Drangianos, Paropamisas et alias gentes ex Eratosthene describens, non alios Arachotos commemorat praeter Indicos: *Πολλὴ δὲ ἐστὶ καὶ εἰς τὴν μεσόγειαν ἀνέχουσα, καὶ ἡ Γεδρωσία μέχρι τοῦ συνάψαι Δράγγαις τε καὶ*

'Αραχωτοῖς, καὶ Παροπαμισάδαις, περὶ ὧν 'Ερατοσθένης αὐτὸς εἴρηκεν, οὐ γὰρ ἔχομέν τι βέλτιον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. Putat itaque Salmasius aut Eratosthenis, aut ipsius Strabonis codices hac in
55 parte mendosos fuisse, ubi Arachoti cum Massagetis ut collimitanei nominantur.

— *Καὶ 'Αραχώτης.*] Haec terminatio apud Dionysium de situ orbis in usu est:

Ἤτοι μὲν δύνοντος ἐπὶ κλίσιν ἠελίοιο,
'Ωρίτας τ' Ἄριβάς τε, λινοχλαίνους τ' Ἀραχώτας.

Ad quem locum sic infit Eustathius: *Τοὺς δὲ 'Αραχῶτας τινὲς 'Αραχωτούς φασιν ὀξυτόνως.*

'Α ρ β ά ν ι ο ν. 'Αρβάκιος ἀκτή.] Haec et librorum editorum et manu exaratorum est lectio, sed mendosa: restituendum est sine dubio, *'Αρβάνιος ἀκτή.*

'Α ρ β α ξ α ν ο ί, ἔθνος Λιγυστικόν.] Alio in loco ex Theopompo *'Αρβάζανοι* appellantur, quemadmodum mox demonstrabitur.

— *Παρέπλεον δὲ τὴν χώραν* etc.] Haec neque Stephani neque Epitomatoris sunt verba, sed scriptoris, cuius hoc loco nomen excidit. Desumpta sunt ex Theopompo lib. XLIII. uti manifeste liquet in *'Ιψίκουροι*, ubi ultima verborum pars hunc in modum citatur: *Θεόπομπος τεσσαρακοστῷ τρίτῳ. ἦν ἐνέμοντο πρότερον 'Ιψίκουροι, καὶ 'Αρβάζανοι, καὶ Εὔβοιοι, Λίγυες τὸ γένος.*

'Α ρ β ή λ α πόλις Σικελίας.] Eruditissimo Cluverio non fuit perspectum, ubinam hoc oppidum in Sicilia fuerit situm. Apud Suidam hoc nomen et singulari et plurali numero effertur, atque ab ipso perhibetur, incolas faciles ad decipiendum fuisse. *'Αρβέλαι πόλισμα Σικελικὸν, ἢ 'Αρβέλη. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ἐκεῖσε ἐδόκουν εὐεξαπάτητοι εἶναι. καὶ παροιμία· τί οὐ γενήσῃ, ἰὼν ἐς 'Αρβέλας.*

Ἄ ρ β η λ α, πόλις Περσική.] Alii geographi, inter quos Strabo et Ptolemaeus, hanc civitatem Assyriae adscribunt.

— *'Από 'Αρβήλου τοῦ 'Αθμονέως.*] Haec ex Strabone esse transcripta, ipse fatetur Stephanus. Integra Geographi verba haec sunt: *Οἱ μέν τοι Μακεδόνες, τοῦτο μὲν ὁρῶντες κώμιον εὐτελὲς, τὰ δὲ Ἄρβηλα κατοικίαν ἀξιόλογον, κτίσμα ὥς φασιν 'Αρβήλου τοῦ 'Αθμονέως.* Recentiores alii, observante Clariss. Bocharto, nomen habere volunt ab Arbelo prisco Assyriorum rege et Deo, quemadmodum ex Cyrillo lib. III. contra Iulianum probare nituntur. Sed decepit eos Latina versio, quae ex *ἄρα Βῆλος* Arbelum fecit. Ita enim Graeca verba concipiuntur: *Πρῶτος ἀνθρώπων, τῆς 'Ασσυρίων γῆς βεβασίλευκεν, ἀνὴρ ἀλαζὼν καὶ ὑπερόφρυς ἄρα*

[redacted]

Βῆλος. Quae verba significant, Belum arrogantem et elati supercilii fuisse.

— Οἱ κάτοικοι, Ἀρβηλῖται.] Codex Vossianus: οἱ κατοι- 156
κοῦντες, Ἀρβηλῖται. Sed res eodem redibit, quocunque modo a
legeris.

— Καὶ τὰ κτητικά, Ἀρβηλικός.] Ita legunt libri editi: sed in Vossianis schedis reperi: Καὶ τὰ κτητικὰ, Ἀρβηλιτικόν. Hoc possessivum ferme probum et genuinum esse, non est quod dubitem: quare hic videtur reponendum: καὶ τὸ κτητικὸν, Ἀρβηλιτικός.

Ἄρβις, ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς.] De hoc Indiae fluvio et gente satis superque diximus: idem enim et fluvius et populus, quos Stephanus supra Ἄραβιν et Ἀραβίτας nominavit. Ad illam vocem lectorem remittimus, ubi hanc scripturam ut sanam accipimus.

Ἀρβουκάλη, πόλις μεγίστη etc.] Oppidi nomen a Graecis Latinisque scriptoribus diversissime exaratur. Ptolemaeus lib. I. cap. VI. in Vaccaeorum mediterraneis esse tradit, et Ἀλβοκέλλαν nominat. Livio lib. XXI. cap. V. dicitur *Arbacala*, et in nonnullis libris *Arbocala*. Haec sunt Livii verba: *Arbacala et virtute et multitudine oppidanorum diu defensa.*

— Πολύβιος τρίτῃ.] Sine dubio Stephanus hunc Polybii locum innuit: τῷ δὲ ἐπιγενομένῳ θέρει πάλιν ὁρμήσας ἐπὶ τοὺς Οὐακκαίους, Ἑλμαντικὴν μὲν ἐξ ἐφόδου ποιησάμενος προσβολὰς κατέσχεν. Ἀρβουκάλην δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὸ πλῆθος, ἔτι δὲ τὴν γενναιότητα τῶν οἰκητόρων μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας πολιορκήσας, κατὰ κράτος εἷλε.

Ἀρβών, πόλις Ἰλλυρίας.] Constanter ita legunt libri editi: sed vetus codex Salmasio exhibebat: Ἀρβενική, πόλις Ἰλλυρίας. Ita quoque in Vossianis schedis reperiebam.

— Πολύβιος δευτέρᾳ.] Apud Polybium loco allegato ita legimus: Τῶν δὲ πολιορκούντων τὴν Ἴσσαν οἱ μὲν ἐν τῇ Φάρῳ διὰ τὸν Δημήτριον ἀβλαβεῖς ἔμειναν. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἔφυγον εἰς τὸν Ἀρβῶνα σκεδασθέντες. Firmiter mihi persuadeo Polybium hic loqui de oppido in insula Scardona sita, quod Ptolemaeo Ἄρβα nominatur: ita enim ille lib. II. cap. XVII. Καὶ Σκαρδῶνα νῆσος, ἐν ᾗ πόλεις δύο, Ἄρβα, Κόλλεντον. Τῇ δὲ Δαλματίᾳ νῆσοι παράκεινται Ἴσσα καὶ πόλις etc. Plinius quoque lib. III. cap. XXI. hanc urbem *Arbam* nuncupat: *Insulae eius sinus cum oppidis, praeter supra significatas Absyrtium, Arba, Tragurium,* 156
Issa, Pharos etc. b

— Μικρὰ νῆσος Ἀργαίου.] Sine dubio eadem est, quam

mox Stephanus Argei insulam appellabit: Ἀργείου νῆσος, νῆσος μικρὰ πρὸς τῷ Κανώβῳ Αἰγυπτία etc.

Ἀργανθώνις, ὄρος Μυσίας.] Sequimur Xylandri editionem, lectionem priorum editionum tanquam spuriam reiicientes, in quibus impressum erat, Ἀργαθώνη, ὄρος Μυσίας ἐπὶ τῇ Κίῳ. Codices Palatini et Vossianus exhibebant eodem prorsus modo, sed male: nam de illa terminatione mox a Stephano agetur. Montis situm satis accurate describit Stephanus, in quo Strabonem et Apollonium sequitur.

— Ἀπὸ Ἀργανθώνης.] Hoc loco neque Xylandri, neque aliorum editionum lectionem amplectimur, in quibus excusum est: ἀπὸ Ἀργάθωνος, vel Ἀργάνθωνος. Nostra editio terminationem foemininam repraesentat, quam ex MSS. hausimus, nam in Palatinis et Voss. exaratum erat: Ἀπὸ Ἀργανθώνης Ῥήσου γυναικός.

— Λέγεται καὶ Ἀργανθώνη καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὸ ὄρος.] Et hunc quoque locum ex MSS. Palatinis et Vossiano correximus. Pessime enim in vulgatis reperitur: λέγεται καὶ Ἀργανθὼν καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὸ ὄρος. Nullum est quod sciam muliebre nomen, quod in ων terminatur. Praeterea quod Antoninum Liberalem Fab. xxvi. de Hyla, hic mons etiam Ἀργάνθώνη appellatur: ita enim ille de Argonautis refert: Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ στενὸν ἵξικοντο τοῦ Πόντου, καὶ τὰ σφύρα παρέπλευσαν τῆς Ἀργανθώνης, καὶ ἐγένετο χειμὼν καὶ σάλος etc.

— Τὸ κτητικὸν Ἀργανθώνειος.] Sic Apollonius Rhodius lib. i. montem appellavit:

Τῆμος ἄρ' οἵ γ' ἀφίκοντο Κιανίδος ἤθεα γαίης
Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο.

Ita etiam Strabo lib. xii. eum nuncupavit.

Ἀργάντη. Ἡ Ἀργαντῖνος.] Gentile hoc transcriptorum imperitia esse depravatum, non est quod multis probem: nam gentilia Indica vel in ηνος vel in ιτης desinunt: apparet hoc in voce Ἄργυρα μητρόπολις ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀργυρίτης, ἢ Ἀργυρηνός. ἀμφότεροι γὰρ οἱ τύποι συνήθεις. Reponendum est ergo hic loci: ἀλλὰ ὁ τύπος τῶν Ἰνδῶν, ἢ Ἀργαντηνός, ἢ Ἀργαντίτης.

57 Ἀργεννοῦσα, νῆσος πρὸς τῇ ἠπείρῳ τῆς Τρωάδος.] Haec librorum editorum est lectio: codex Voss. Ἀργεννοῦσα, νῆσος μικρὰ πρὸς τῇ etc. Miror Stephanum unicam tantum hoc nomine insulam meminisse, cum praeter Geographos etiam Historici Argenusas describant. Strab. lib. xiii. tres Argennusas, sed non magnas et continenti appropinquantes statuit, ita enim ille: Τῶν δὲ Κανῶν ἑκατὸν εἴκοσιν, ὅσον καὶ τῶν Ἀργινουσῶν. αἱ τρεῖς

[redacted]

μὲν εἰσὶν οὐ μεγάλαι νῆσοι, πλησιάζουσαι δὲ τῇ ἠπείρῳ, κείμεναι δὲ ταῖς Κάναις. Thucydides earum etiam meminit, lib. VIII. easque non procul a continenti e regione Mitylenes collocans. Vide etiam Diod. Sicul. lib. XIII.

— *Ἀνδροτίων ἐν τετάρτῳ τῆς Ἀτθίδος, διὰ τοῦ Ι.*] Sic Xylander edidit: sed aliarum editionum praefecti pessime exhibuerunt: *Ἀντιῶν ἐν τετάρτῳ τῆς Ἀτθίδος, διὰ τοῦ Ι.* De Androtionis scriptis alibi diximus. Existimat Salmasius hic *διὰ τοῦ Τ* rescribendum esse, quasi Androtio pro *Ἀργεννούσιος Ἀργεννούντιος* haberet; sed praeter *Ι* in *Τ* commutatum, etiam *Ν* voci additur, quod non vult Androtio. Stephani mens haec est, Androtionem insulae nomen Arginnusa, non autem Argennusa fecisse.

Ἄργιλα. Τὸ ἐθνικὸν Ἀργιλίτης.] Ita visum fuit rescribere et vulgatam lectionem leviter immutare; male enim omnes libri habebant: *τὸ ἐθνικὸν Ἀργυλίτης.*

Ἄργιλος πόλις Θρᾴκης.] Praeter alios, etiam huius oppidi meminit Herodotus lib. VII. et illud in littore prope Strymonis ostia ponit.

— *Θουκυδίδης ὀγδόῃ.*] Oppidi nomen non est apud Thuc. lib. VIII. sed oppidanorum lib. IV. *ἦσαν γὰρ Ἀργιλίων τε ἐν αὐτῇ οἰκήτορες, εἰσὶ δὲ οἱ Ἀργίλιοι Ἀνδρίων ἄποικοι.*

— *Ἡ πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ πόλις.*] Ita passim excusum est: sed in MS. Vossiano exigua mutatione legitur: *πρὸς τῷ Στρυμόνι ποταμῷ ἡ πόλις.*

— *Ὑπὸ Θρᾳκῶν ὁ μῦς ἄργιλος καλεῖται.*] Idem quoque testatur Heraclides Ponticus de Politiis: *Ἄργιλον τὸν μῦν καλοῦσι* 157
Θρᾷκες, οὗ ὀφθέντος πόλιν κατὰ χρησμὸν ἔκτισαν, καὶ Ἄργιλον b
ὠνόμασαν.

— *Λέγεται δὲ θηλυκῶς.*] Urbis nomen etiam feminino genere Herodotus lib. VII. usurpavit, sic enim ille de Xerxe et eius exercitu loquitur: *Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορεύετο ὁ στρατὸς, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίου δυσμέων ἐστὶ αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξῄε.*

Ἄργος. Ἥ τις Φορωνικὸν ἄστυ ἐκέκλητο, καὶ Αἰγιάλεια etc.] Argos variis diversisque appellationibus fuisse sortitum, passim testantur scriptores antiqui, quorum testimonia cum plurimis elementariis sunt notissima, huc in medium producere non magnopere necessarium existimamus. Videatur Apollodorus circa initium lib. II. ordine de nominibus et appellationibus agens: Strabo, Pausanias lib. II. Theocriti Scholiasta et alii.

— *Καὶ Ἱππόβοτον, διὰ τὸ etc. ἀποδειχθῆναι.*] Apud Theo-

[redacted]

critum Eidyll. xxv. non est proprium Argus, sed epitheton, ita enim ibi legimus:

— *Ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξήρατ' ἀγώνων.*
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια.

Vide etiam Strabonem lib. VIII. et Eustathium in Hom. pag. 385 et 1845. et in Dionysium de situ orbis pag. 59. Vult Eustathius Argos ab equorum fertilitate *Ἱππόβοτον* appellatum fuisse. Didymus rationem denominationis tradens, inquit nomen habere, *διὰ τὸ εἰς νομὴν τῶν ἵππων ἀνεθῆναι τῷ Ποσειδῶνι*: propterea quod hic locus Neptuno sacer erat ad equorum pasturam.

— *Εἶτα Ἴασος.*] Ita hoc loco edere placuit, suadentibus MSS. et primis editionibus, male Xylandriana habet editio: *εἶτα Ἴασον*: quod formam casus recti non possidet. Stephanus: *Ἰασσὸς, πόλις Καρίας, ἐν ὁμωνύμῳ νήσῳ κειμένη* etc. *Ἴασος δὲ τὸ Ἄργος, καὶ Ἰάσιοι οἱ κατοικοῦντες.* Sic Strabo, sic alii primum huius nominis casum fecere: leviter etiam corruptus est apud Eustathium, ita enim ille in commentariis ad Dionysium: *Ἐ-*
158 *κλήθη δὲ τὸ αὐτὸ καὶ Φορωνικὸν ἄστυ ποτὲ ἀπὸ Φορωνέως. ὠνο-*
a *μάσθη δὲ καὶ Αἰγιάλεια ἔκ τινος Αἰγιαλέως. καὶ Ἱππόβοτον, καὶ μὴν καὶ Ἴασον, ἀπὸ Ἰάσου τινός.* Non est dubium quin apud Archiepiscopum *Ἴασος* sit reponendum.

— *Καὶ Δίψιον, διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων.*] Referunt urbem olim in loco aquarum experte sitam fuisse: verum deinde nonnullis puteis instruebatur, quarum inventionem Argivi Danai filiabus acceptum ferebant: hinc iste versiculus, quem citat Strabo lib. VIII.

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δανααὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.

Vide hac de re etiam Lucianum in Deor. Marin. dialogis, Quintum Calabrum lib. III. Eusebium, Eustathium in commentariis ad Homerum et Dionysium de situ orbis.

— *Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν.*] Ad hunc locum citabo solummodo Stephani verba, quemadmodum illa in praecedentibus a nobis sunt emendata: *Ἀμφίλοχοι, πόλις Ἀκαρνανίας, οἱ καὶ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος κληθέντες ὑπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ ἡ χώρα* etc. Vide quae ad hunc locum nobis sunt observata, et situs et alia huc spectantia sole meridiano erunt clariora.

— *Θεσσαλίας.*] Hoc modo Thessaliae Larissa appellata fuit, uti ex Stephano etiam Eustathius statuere videtur. Verum Strabo lib. VIII. perhibet, Argos (loquitur de Peloponnesiaco) habere arcem, cui Larissa nomen est, haec sunt eius verba: *Ἡ μὲν οὖν πόλις ἡ τῶν Ἀργείων ἐν χωρίοις ἐπιπέδοις ἵδρυται τὸ πλέον. ἄκραν δ' ἔχει τὴν καλουμένην Λάρισσαν, λόφον εὐερκῆ μετρίως.* Verum

[redacted]

praeter alios Servius ad lib. VII. Aen. et ille ex Lucano etiam Thessalicum Argos agnoscunt.

— *Κιλικίας, ἡ νῦν Ἀργειόπολις.*] Hoc Argos Strabo in Cappadocia collocat: verum sciendum est Cappadociam, sub Archelao et regibus eum antegressis, in decem praefecturas divisam fuisse: quinque sub Taurica censebantur: Melitena, Cataonia, Cilicia, Tyanitis, Isauritis: quinque reliquae erant Lavinasena, Sargusena, Saravena, Cammenena, Morimena. Cum itaque isthoc aevo Cappadocia Ciliciam comprehenderet, et Archelaus etiam asperae Ciliciae imperaret, facile potuit illud Argos Cappadociae, et aliis Ciliciae adscribi. De eo sic loquitur Strabo lib. XII. qui testatur castellum, non autem urbem fuisse: *Ἔν τε ταῖς ἄλλαις ὅ τε Ἀργὸς ἔρυμα ὑψηλὸν πρὸς τῷ Ταύρῳ* etc. Posterioribus temporibus formam urbis accepit, quae uti perhibet Stephanus *Ἀργειόπολις* dicta fuit.

— *Κατὰ Τροίζηνα.*] Existimat Pintianus, Plinium lib. IV. cap. V. de hac urbe mentionem facere, cuius verba hunc in modum constituit: *Troezen, Coryphasium, alterumque Argos.*

— *Κατὰ Μακεδονίαν.*] Huius meminit Constant. Porphyrog. lib. II. de Thematibus: *Ἐπαρχία Μακεδονίας, ὑφ' ἡγεμόνα πόλεις ή. Στόλοι, Ἄργος, Εὔστραιον, Πελαγονία, Βάργαλα* etc. 158
Sita erat ad sinum Pelasgicum, et etiam Larissa dicta; sed di- b
versa est ab illa quae ad Peneum a Geographis collocatur.

— *Ἄργος Ὀρεστικὸν, ἡ ἐν Σκυθίᾳ.*] Refert Strabo libro VII. Orestem regioni Orestiadi in Epirotarum ditione nomen fecisse, cum ob matris caedem profugus eam tenuisset. *Λέγεται δὲ τὴν Ὀρεστιάδα κατασχεῖν ποτε Ὀρέστης, φεύγων τὸν τῆς μητρὸς φόνον, καὶ καταλιπεῖν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν χώραν. κτίσαι δὲ καὶ πόλιν, καλεῖσθαι δ' αὐτὴν Ἄργος Ὀρεστικόν.* Ergo falsissima est sententia illorum, qui existimant illud Oresticum Argos in Scythia fuisse conditum: nisi quis velit Stephani verba in alium sensum pertrahere, et ex iis aliud Argos, praeter Oresticum, nobis obtrudere.

— *Ἑνδεκάτῃ.*] Hoc Argos aliis scriptoribus est innominatum. Eustathius ex Stephano etiam undecim hac appellatione urbes describit, sed postquam quasdam recensuit, aliquas silentio praeterit, ita enim refert in commentariis ad Dionysii Periegesin: *Ἐλέγετο δὲ, φασὶ, καὶ Θετταλικὸν Ἄργος ἡ νῦν Λάρισσα. καὶ Ἀμφιλοχικὸν δὲ ἄλλο, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, εἰς ἕνδεκα τόπους οἱ παλαιοὶ τὸ Ἄργος μετροῦσι.* Verum plures hoc nomine civitates esse, Ortelius in suo Thesauro demonstravit.

— *Ἄργος δὲ σχεδὸν πᾶν πεδίον κατὰ θάλασσαν.*] Tradit etiam Geographus libro iam aliquoties allegato, *τὸ ἄργος* cam-

pum, sed non maritimum, denotare. ita enim ille: *Ἄργος δὲ τὸ πεδίον λέγεται παρὰ τοῖς νεωτέροις, παρ' Ὁμήρῳ δ' οὐδ' ἅπαξ. μάλιστα δ' οἴονται Μακεδονικὸν καὶ Θετταλικὸν εἶναι.* Verum praeter hanc Strabonis, Eustathius in comment. ad Dionysii Periegesin etiam Stephani sententiam expressit, sic enim inquit: *Λέγοντες καὶ ὅτι πᾶν σχεδὸν πεδίον παραθαλάσσιον Ἄργος ἐλέγετο. ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν ὅτι οἱ νεώτεροι, καὶ μάλιστα Μακεδόνες καὶ Θετταλοὶ, Ἄργος τὸ πεδίον φασί.*

— *Καὶ Ἀργόλας.*] De gentilium formis sic scribit Eusthathius ad Dionysium: *Τὸ δὲ τοῦ Ἄργους ἐθνικὸν οὐ μόνον Ἀργεῖος, ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἀλλὰ καὶ Ἀργόλας. καὶ ἡ χώρα Ἀργολίς.*

— *Ἀριστοφάνης Ἥρωσιν.*] Septem sunt auctores antiqui, ex quibus fragmenta *Ἡρώων* Aristophanis collegere viri docti.

— *Ἐν Πλεισθένει.*] Non recedimus a Xylandriana editione: in aliis divulgatum est: *καὶ Εὐριπίδης ἐν Πλησθένει,* et ita quoque nobis codex Vossianus exhibuit. Promiscue huius fabulae index consignatur, nunc prima cum vocali, nunc vero cum diphthongo. Hesychius: *Κότταβος, λάταξ, Εὐριπίδης Πλησθένει. καὶ παιδιὰ παρὰ Ἀττικοῖς ἀπὸ Σικελίας παραδοθεῖσα.* Verum Athenaeus lib. xv. habet *Εὐριπίδης ἐν Πλεισθένει.*

— *Καὶ Ἀργείωνες λέγονται.*] Sic quoque apud Hesychium inveni: *Ἀργείωνας, τοὺς Ἀργείους.*

159 — *Καὶ Ἀργειῶτις, παρὰ τὸ Ἀργεῖος.*] Locus corruptus in

a vulgatis libris et manu exaratis; non enim expedit, duobus modis gentile femininum formare. Rescribendum est, monente magno Salmasio in ora sui libri: *Καὶ Ἀργειώτης, παρὰ τὸ Ἀργεῖος, καὶ Ἀργειῶτις τὸ θηλυκόν.*

— *Λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς.*] Plerumque a claris et celebrioribus civitatibus et poetae et historici patronymica formare solent: vide huius rei exempla in vocibus *Ἀθῆναι* et *Ἁλικαρνασσός.*

— *Καὶ Ἡρόδωρος.*] Sic exhibent constanter vulgati codices, verum metuo, ne librariorum incuria huc mendum irrepserit. Codex Vossianus: *καὶ Ἡρόδοτος.* Ex vocum affinitate saepissime fit ut illi a transcriptoribus confundantur. Hoc evidentissimum est, Heraclidarum nomen, quod est antiquissimum Argivorum patronymicum, frequentissime apud Herodotum occurrere: adeo ut ille toto coelo non erraret, qui *Ἡρόδοτος* in Stephano reponeret pro *Ἡρόδωρος.*

— *Ἐν μὲν τῷ νῦν, Ἡρακλεῖς τε.*] Nihil omnino sani habet haec vulgatorum librorum lectio: ex libris manu exaratis rescribendum est: *Ἐν μὲν τῷ νῦν χρόνῳ Ἡρακλεῖδαι.* Emendatio haec

est indubitata et verissima. Postquam enim Heraclidae e Peloponneso pristinos dominos eiecissent, ab iis totius regionis incolae sic denominati sunt. Vide Strabonem lib. VIII. et Herodotum lib. IX.

— Περσίδαι.] Melius in Vossiano cod. legitur, Περσεῖδαι.

— Καὶ Δαναΐδαι.] Sic a Danao denominantur teste Hygino, cuius fortassis ita sunt legenda verba: *At Danaïdes post patris interitum, viros duxerunt Argivos, e quibus nati Danaïdes sunt appellati.*

— Ἀς Ἄβρων ποιηταῖς ἀνατίθησιν.] Hic locus mendo non caret, quemadmodum Salmasius in margine sui Stephani observavit, rescribens: οὓς Ἄβρων ποιηταῖς ἀνατίθησιν.

Ἄργουρα, πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἄργισσα.] Civitas Perrhaebica, ad Peneum sita, teste Strabone lib. IX. Ἡ μὲν οὖν Ἄργουρα ἐπὶ τῷ Πηνειῷ κεῖται. Huius etiam meminit Homerus in Catalogo navium: verum testatur Eustathius ad illum locum, se in quibusdam exemplaribus pro Ἄργισσαν, quam vocem usurpat poëta, Ἄργειαν invenisse, ita enim ille pag. 333. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν ῥηθεῖσαν Ἄργισσαν, εὕρηνται σπάνιά τινα τῶν ἀντιγράφων, Ἄργειαν ἔχοντα προπαροξυτόνως διὰ διφθόγγου. 159
πλεονάζει μέν τοι ἡ διὰ τοῦ Ι καὶ τῶν δύο σσ γραφή. κεῖται δέ φασιν ἐπὶ b
τῷ Πηνειῷ, κτισθεῖσα ὑπὸ τῶν παίδων Λαρίσσης. Ex hoc Eustathii loco praeterea discimus urbem a Larissae filiis fuisse conditam, quod silent Strabo, Stephanus et alii.

— Ἔστι καὶ τόπος τῆς Εὐβοίας.] Hunc locum ex Stephano, ut ipse fatetur, Eustathius transcripsit, ita enim inquit loco iam allegato: ἦν δέ φησι (scil. ὁ τὰ ἐθνικὰ ἀναλεξάμενος) καὶ τόπος Εὐβοίας Ἄργουρα, ὅπου δοκεῖ τὸν πανόπτην ὁ Ἑρμῆς φονεῦσαι. Ἄργισσα δὲ ὠνομάσθη, ἢ ἀπὸ Ἀργείων, ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τοῖς πεδίοις τῆς Θεσσαλίας. ἣν Πελασγικὸν Ἄργος Ὅμηρος εἶπεν. ἐκαλοῦντο δέ φασιν οἱ ἐκεῖ καὶ Λεοντῖνοι, ἀπὸ Λεοντέως.

— Τὸν πανόπτην.] Sic Argum Graeci appellant: vide Euripidem in Phoeniss. et alios. Plautus Aulul. Act. III. Scen. VI. *oculeum* dixit:

Quos si Argus servet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni custodem addidit,
Is nunquam servet.

Lege etiam Pausaniam in Argolicis, Apollod. lib. II. Hyginum Fab. CXLV. Ovidium et alios.

— Ἀργείους ὀνομάζεσθαι, ἢ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης etc.] Existimo, etsi omnes codices ita habeant, hunc locum esse mutilum, et post τὸ ἢ lacunam debere notari, nam sequentia cum antecedentibus non recte cohaerent. Eustathius ex Stephano

hunc locum paulo aliter constituit, cuius verba iam supra allegavimus. Censeo Stephani verba hoc modo in integrum posse restitui: *Ἀπολλόδωρος δὲ φησιν ἐν πρώτῳ νεῶν καταλόγῳ, Ἀργίσσαν ὀνομάζεσθαι, ἢ ἀπὸ τῆς προσηγορίας μεταπεσούσης, ἢ διὰ τὸ προσκυροῦν τὰ πεδία τῆς Θετταλίας.* Vide Eustathii locum, et facile nostram correctionem concedes.

Ἄργυννος, υἱὸς Πισιδίκης τῆς Λεύκωνος.] Ita hunc locum supplevimus atque emendavimus ex libris Palatinis et chartaceo Vossiano: mutile enim et corrupte in vulgatis libris circumfertur *Ἄργεννος υἱὸς τῆς Λεύκωνος,* quod manifeste articulus *τῆς* et huius sectionis titulus indicant. Leuconem Athamantis filium fuisse passim docent mythicae theologiae doctores. Vide Apollod. lib. I. Pausaniam, Hyginum et alios. Verum praeterea huic Stephani loco aliud quid excidisse, non est quod valde dubitem: nam firmiter mihi persuadeo, hoc tmema descriptionem fluminis, vel aliud quid continuisse, quam fortassis Epitomator reieeit.

160 — *Ὃς ἀνιὼν εἰς τὸν Κηφισὸν, τελευτᾷ.*] Huius fabulae me-
a minit Athenaeus lib. XIII. cap. VIII. *Ἀγαμέμνονά τε Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος, ἰδόντα ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ νηχόμενον, ἐν ᾧ καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάψας, εἰς αὐτὰ καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἀφροδίτης Ἀργυννίδος.* Propertius lib. II. Eleg. VI.

Sunt Agamemnonias testantia littora curas,
Quae notat Argynni poena natantis aquas.

Non possum non mirari nimiam Ioh. Passeratii credulitatem, referentis ad hunc Propertii locum, Ianum Parrhasium hanc fabulam ex voce *Κηφισσὸς* citare, et integro Stephani codice usum fuisse, quem ipse Eustathius non vidit, qui ferme ducentos ante Parrhasium annos vixit. Hanc opinionem esse falsissimam, alibi demonstrabimus.

— *Ἀφ' οὗ Ἀργυννίδα τὴν Ἀφροδίτην.*] Sic rescripsimus pro *ἀφ' οὗ Ἀργεννίδα τὴν Ἀφροδίτην.* Clemens Alexandrinus ad gentes tradit, Veneris templum propter Argynnum, ab Agamemnone dilectum, erectum esse.

— *Λέγεται καὶ Ἀργεννίς.*] Ex hoc loco liquet, in praecedentibus optime mediam vocalem a nobis in Y mutatam esse.

— *Ἀριστοφάνης δὲ Ἀργύνει.*] Et hunc locum censeo in levi mendo cubare, nam diphthongum non video nisi in ultima, de quo non loquitur Stephanus. Fortassis corrigendum est: *Ἀριστοφάνης δὲ Ἀργούνει.*

Ἄργυρα, μητρόπολις, ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ.] Codex Voss. *ἐν Ἰνδικῇ Ταπροβάνης.* Statuit doctissimus Bochartus haec esse corrupta, et *Ἰαβαδίου* scribendum pro *Ταπροβάνῃ*:

nam haec non ad Taprobanae, sed ad Iabadiae insulae descriptionem pertinent, qualis exhibetur Ptolemaeo cap. II. lib. VII. *Ἰαβαδίου, ὃ σημαίνει κριθῆς νῆσος. Εὐφορωτάτη δὲ λέγεται ἡ νῆσος εἶναι, καὶ ἔτι πλεῖστον χρυσὸν ποιεῖν, ἔχειν τε μητρόπολιν ὄνομα Ἀργυρῆν ἐπὶ τοῖς δυσμικοῖς πέρασι. Iabadiu*, id est, *Iaba diu* sive insula *Iava*. Persis enim et Indis *Diu* insulam denotare, nemo est qui nesciat, atque inde quoque dici insulas *Maldivas, Anchedivas, Serindivam* etc. Sed quia hordei insulam explicari videt idem Bochartus, firmiter sibi persuadet, verum nomen olim fuisse *Iabiddiu*, et alterum D excidisse ad vitandam *κακοφωνίαν*. Haec coniectura nititur Arabica voce يبد *jabad* vel أيبد *aibad*, qua significatur herba aut seges hordeo similis, iumentis saginandis destinata. Neque etiam Illustrissimus Salmasius haec de Taprobane accipere potuit, uti in Plinianis Exercitationibus luculenter docet. Duae fuerunt regiones in India extra 160
Gangem, quarum altera *Χρυσῆ χώρα*, altera *Ἀργυρῆ* dicebatur, b
quod his metallis essent fertiles. Ptolemaeus in descriptione Indiae ulterioris lib. VII. cap. II. *Τῆς δὲ Ἀργυρᾶς χώρας, ἐν ᾗ πλεῖστα λέγεται εἶναι μέταλλα ἀσήμου, ὑπέρκειται πλησιάζουσα τοῖς Βησυγγήταις ἡ χρυσῆ χώρα, καὶ αὕτη πλεῖστα μέταλλα ἔχουσα χρυσίου*. Mela lib. III. cap. VII. *Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangem Argyre. Altera aurei soli (ita veteres tradidere) altera argentei: atque ita ut maxime videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula est.* Vide quoque Plinium lib. VI. c. XXI. Solinum c. LII.

— *Ὅ ἐστι κριθῆς νήσου.*] Emendabat magnus Salmasius in Plin. Exercit. *ἥ ἐστι κριθῆς νῆσος*. Verum optime mihi exhibuit cod. Vossianus: *ὅ ἐστι κριθῆς νῆσος*. Quam lectionem puto esse verissimam.

Ἀργυρίππα, πόλις τῆς Δαυνίας.] Inter Luceriam et Sipontum versus mare sita est, adeo ut non recte in mediterraneis Apuliae civitatibus a nonnullis collocetur. Vide integram urbis descriptionem apud Cluverium.

— *Αὕτη Λάμπη ἐκαλεῖτο.*] Vereor ne corruptum sit hoc civitatis nomen: nam praeterquam quod nemo scriptorum veterum de hoc nomine mentionem faciat, nullam ipse Stephanus isthoc in vocabulo de Italiae *Lampe* memoriam reliquit, tantum Creticam, Acarnanicam et Argolicam describens. Fortassis hoc loco rescribendum est: *αὕτη Ἄρποι ἐκαλεῖτο*. Sic Plinius lib. III. cap. XI. Iustinus lib. XX. Solinus cap. VIII. Lycophronis Scholiast. et alii plurimi hanc urbem appellarunt: sed Lampe ipsis nomen est omnino incognitum.

— *Διομήδης μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Ἰλίου.*] Virgilius lib. XI.

[redacted]

Et Venulus, dicto parens, sic farier infit:
Vidimus, o cives, Diomedem Argivaque castra,
Atque iter emensi, casus superavimus omnes;
Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
Ille urbem Argyripam, patriae cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis agris.
Postquam introgressi, et coram data copia fandi,
Munera proferimus: nomen patriamque docemus:
Qui bellum intulerint: quae causa attraxerat Arpos.

Ad quem locum vide Servium.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀργυριππιανός.*] Hoc gentile vitiatum esse ostendit Cluverius lib. III. cap. XII. in Italiae descriptione, qui *Ἀργυριππανὸς* restituit.

— *Ἀργυριππηνός.*] Strabo lib. VI. *τὸ τῶν Ἀργυριππηνῶν ἐπίνειον.* Sine dubio hunc locum respicit Stephanus.

161 a *Ἄργυρος πόλις.*] Qua in mundi regione urbs fuerit sita non additur, quod manifestissimum signum haberi potest, ipsum Stephani opus in Epitomen esse redactum, qui passim regionum ac provinciarum appellationes, et nonnunquam specialem oppidorum situm enarrat. Argyrum Siciliae oppidum fuisse hinc liquet, quod Epitomator de eo Philisti testimonium in medium adducat, qui rerum Sicularum celeberrimus fuit scriptor.

Ἀρδαλίδες. Ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου, ἢ ἀπὸ τόπου.] In vulgatis libris ultima verba hunc in modum concipiuntur, *ἢ καὶ ἀπὸ τόπου*: verum in MSS. coniunctio copulativa non conspicitur, eamque ut voculam plane supervacaneam reiecimus. Praeterea hic aliud quid latet; nam locum esse mutilum, et ei post *ἱδρυσαμένου* aliquid excidisse, vehementer mihi persuadeo. Fortassis ita est supplendus: *ἀπὸ Ἀρδάλου τινὸς ἱδρυσαμένου τὸ ἱερὸν αὐτῶν.* Si hic locus ita corrigatur, a Pausania non recedimus, ex quo haec de Musis transcripsit Stephanus, ita enim ille lib. II. *Οὐ πόῤῥω δὲ ἱερὸν Μουσῶν ἐστί. ποιῆσαι δὲ ἔλεγον αὐτὸ Ἄρδαλον παῖδα Ἡφαίστου. καὶ αὐλόν τε εὑρεῖν νομίζουσι τὸν Ἄρδαλον τοῦτον, καὶ τὰς Μούσας ἀπ' αὐτοῦ καλοῦσιν Ἀρδαλίδας. ἐνταῦθα Πιτθέα διδάξαι λόγων τέχνην φασὶ, καί τι βιβλίον, Πιτθέως δὲ σύγγραμμα, ὑπὸ ἀνδρὸς ἐκδοθὲν Ἐπιδαυρίου, καὶ αὐτὸς ἐπελεξάμην. Τοῦ Μουσείου δὲ πόῤῥω βωμός ἐστιν ἀρχαῖος, Ἀρδάλου καὶ τοῦτον (ὥς φασιν) ἀναθέντος. ἐπὶ δὲ αὐτῷ Μούσαις καὶ Ὕπνῳ θύουσι, λέγοντες τὸν ὕπνον θεῶν μάλιστα εἶναι φίλον ταῖς Μούσαις.*

— *Ἔστιν οὖν τοῦ μὲν Ἀρδαλιῶτις* etc.] Fortassis totus hic locus ita est legendus: *Ἔστιν οὖν ἐκ τοῦ μὲν Ἀρδαλιῶτις, ἀρσενικὸν Ἀρδαλιώτης, ἐκ δὲ τοῦ Ἀρδαλὶς Ἀρδαλός.* Praepositio *ἐκ* a

[redacted]

MSS. et vulgatis libris abest, sed planior est sensus, si hic inseratur,

"Ἄρδεα, κατοικία τῆς Ἰταλίας. Στράβων πέμπτῃ.] Verba Strabonis haec sunt: Ἀνὰ μέσον δὲ τούτων τῶν πόλεων ἐστὶ τὸ Λαουίνιον, ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης. ἐπιμελοῦνται δ' αὐτῶν διὰ προγόνων Ἀρδεάται. Εἶτα Λαύρεντον. Ὑπέρκειται δὲ τούτων ἡ Ἄρδεα κατοικία Ῥουτούλων ἄνω ὁ σταδίους ἀπὸ θαλάττης. Idem Strabo libro dicto etiam tradit, ab Ardea Romam stadia numerari CLX. Adeo ut ex hisce locis satis accurate situs cognosci possit: plura qui desiderat, Cluverii Italiae antiquae descriptionem consulere necesse habet, qui observat, etiamnum hodie vicum esse hoc nomine in Latii mediterraneis.

— Ἐκλήθη ἀπὸ ἑνὸς τῶν παίδων Ὀδυσσέως.] Plinius lib. III, cap. V. urbis conditricem facit Danaën Persei matrem. Unde eius abbreviator Solinus cap. VIII. *Quis ignorat conditam a Danaë Ardeam?* Mart. Capella lib. VI. *Hoc loco possem etiam urbium percurrere conditores; ut a Iano Ianiculum, a Saturno Latium, a Danaë Ardeam* etc. Virgil. lib. VII. Aeneid.

Protinus hic fuscis tristis Dea tollitur alis, 161
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem b
Acrisionaeis Danaë fundasse colonis,
Praecipiti delata Noto. Locus Ardea quondam
Dictus avis, et nunc magnum manet Ardea nomen.

Procul dubio Stephanus haec de conditore Ardeae hausit ex Dionysio Halicarnasseo, qui Xenagoram lib. I. ita introducit: Ξεναγόρας δὲ ὁ συγγραφεὺς ἱστορεῖ Ὀδυσσέως καὶ Κίρκης υἱοὺς γενέσθαι τρεῖς, Ῥῶμον, Ἀντίαν, Ἀρδέαν. οἰκίσαντας δὲ τρεῖς πόλεις ἀφ' ἑαυτῶν θέσθαι τοῖς κτίσμασι τὰς ὀνομασίας. Plura de conditoribus colligere non videtur necessarium, cum alii diligentissime ante nos hanc materiam pertractarint.

— *Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ.*] Miratur Cluverius unde haec habeat Charax: nam eum locum, in quem primum egressus ferebatur Aeneas, in oppidi modum communitum, appellatum fuisse Troiam, alibi ostendit. Verum quia Aeneae Troia paululum a mari recedebat (uti testatur Dionys. l. II. et alii) quidam, ut idem notat Cluverius, per summum errorem eandem fuisse putarunt et Ardeam, quia haec quoque a mari remota est. Verum Holstenius optime censet, hic aliud quid latere, scil. *Χάρακα* ab Aenea extructam, Troiam dictam fuisse, uti liquet ex Dionysio Hal. pag. 880. cuius locum (quem nondum inveni) fortassis respexit et detruncavit Stephanus.

— *Οἱ οἰκοῦντες, Ἀρδεᾶται.*] Ita Graecis oppidi incolae, et Latinis scriptoribus ARDEATES appellantur, quod gentile aliquo-

ties apud Livium lib. IV. et alios occurrit: verum reperitur etiam ARDEATINUS: sic apud Senecam epist. CV. est *Ardeatinus ager*, et apud Livium lib. III. *Ardeatinum foedus*.

— *Ἔστι καὶ πόλις Ἰλλυρίας* etc.] Locus Strabonis exstat libro VII. sed in hodiernis codicibus, urbis nomen non cum *I*, verum cum diphthongo exaratur: *Πρὸς δὲ τῷ Ἀδρίᾳ, πᾶσα ἡ Ἀρδεία σχεδόν τι, μέση δ' ἡ Παιονία, καὶ αὐτὴ πᾶσα ὑψηλή.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδιαῖος.*] Male in MSS. legitur, *τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδαῖος.* Passim apud Strabonem libro VII. *Ἀρδιαῖοι* reperitur.

Ἀρέθουσα, πόλις Συρίας.] Urbs Syriae satis celebris, non procul ab Apamea, media inter Epiphaniam et Emisam sita, de qua praeter Plinium, Appianum et alios plurimos, etiam Strabo lib. XIV. mentionem facit: *Ὧν ἐστι καὶ ἡ Λυσιὰς ὑπὲρ τῆς λίμνης κειμένη τῆς πρὸς Ἀπάμειαν, καὶ Ἀρέθουσα, καὶ ἡ Σαμψικεράμου* etc.

— *Καὶ Θρᾴκης.*] Proprie urbs est Macedoniae, regionis Amphaxitidis circa Strymonicum sinum sitae. Hoc non est novum et insolens, Thraciae et Macedoniae confinia a scriptoribus commisceri. Huius meminere Plinius, Ptolemaeus, Scylax Caryandensis, Ammianus Marcellinus et alii.

162 a — *Καὶ Εὐβοίας.*] In Euboea non fuit urbs huius nominis, sed fons satis celebris, de quo post Homerum Strabo lib. I. et X. Plinius lib. IV. cap. XII. Athenaeus lib. XIV. cap. I. Eustathius ad Dionysium de situ orbis, Euripides in Iphig. etc.

— *Καὶ κρήνη Σικελίας.*] De hoc Siciliae fonte celeberrimo, de quo prisci scriptores immania prorsus fabulati sunt, nihil dicam: eius luculentam descriptionem nobis exhibet Cluverius Sicil. Ant. lib. I. Verum hoc obiter addam, ab Hesychio hunc fontem *Κυπάραν* nominari, ita enim ille: *Κύπαρα, ἡ ἐν Σικελίᾳ κρήνη Ἀρέθουσα.* Ergo pessime haec appellatio a Stephani Epitomatore Ithacensi fonti adscribitur: optime observavit Bochartus, illa post vocem *Ὅμηρος* verba, loco esse mota, et alio debere transferri, ita enim ille locum Epitomatoris constituit: *Καὶ κρήνη Σικελίας, αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο. ἔστι καὶ Ἰθάκης.*

— *Παρ' Κόρακος πέτρῃ* etc.] Est Homericus versus ex Odyss. *N.* circa finem. Unde fons ille Ithacensis nomen sit sortitus, lepidissima fabula docet Eustathius ad Homeri locum iam allegatum: *Κόραξ δὲ οὗτος ἦν ἐγχώριος ἀνὴρ, υἱὸς Ἀρεθούσης γυναικὸς ἐκ τῶν ἐκεῖ. ὃς διώκων λαγωὸν ἐν Ἰθάκῃ, κατὰ κρημνοῦ ἐνέχθη καὶ τέθνηκεν. ἡ δὲ μήτηρ διὰ λύπην ἐλθοῦσα ἐπί τινα κρήνην, ἀπήγξατο. ἐντεῦθεν ἀπὸ μὲν τῆς μητρὸς, Ἀρέθουσα κρήνη ἐκεῖ* etc. *Ἔστι δέ φασιν Ἀρέθουσα καὶ ἐν Σμύρνῃ, καὶ ἐν Χαλ-*

[redacted]

κίδι τῇ κατὰ Εὔβοιαν, καὶ ἐν Συρακούσαις, ἣ καὶ μάλιστα ἐν ἱστορίαις τεθρύληται.

— *Ἀρέθουσαι δέ εἰσιν ὀκτώ.*] Hoc est falsissimum, non enim ex veteribus tot possent enumerari. Commentator qui Didymi nomine prostat ad Odyss. *N*. ita inquit: *Ἀρέθουσαι δὲ τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ.*

— *Ἡρακλέων δὲ ὁ Γλαύκου τὴν αὐτὴν ὑπομνηματίζων* etc.] Quae noster ex Heracleonte de etymologia et significatione vocis Arethusae hoc commate perhibet, Theocriti Scholiast. ex Epaphrodito hausit, cuius etiam Stephanus in genuino operis fragmento, ubi Dodonem describit, meminit: haec sunt Scholiastae verba: *Ἔστι καὶ ἐν Εὐβοίᾳ Ἀρέθουσα, καὶ ἄλλη ἐν Σάμῳ. Παρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ. Χαριέντως δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτός φησιν, ὅτι Ἀρεθούσας καλοῦσι τὰς κρήνας.* Ita legendus est hic Scholiastae locus, qui in vulgatis male concipitur. Praeterea falsissimum hoc est, in Samo (non intelligo Icarii maris insulam, e regione Ioniae positam, sed Samum maris Ionii, postea Cephaleniam nuncupatam) fontem hoc nomine extitisse; quotquot enim de illo mentionem fecere, in Ithaca e regione Sami col- 162
locant. b

— *Ἄρω ἐστὶ τὸ ποτίζω* etc.] Annotavit Bochartus nec *ἄρω* nec *ἀρέθω*, unde Arethusam volunt dici, in rigandi significatione uspiam occurrere: sed loca plurima vide apud Hesychium et Etymologici magni auctorem.

— *Ἀφ' οὗ πᾶσα κρήνη ἐπιθετικῶς οὕτω λέγεται.*] Quemadmodum Arethusa pro quovis fonte, ita Achelous pro quovis flumine accipitur. Servius ad l. 1. Georg. Virg. *Sed hic Acheloum non praeter rationem dixit: nam sicut Orpheus docet, et Aristophanes Comicus et Ephorus historicus tradunt, Acheloum generaliter propter antiquitatem fluminis, omnem aquam veteres vocabant.* Hesychius: *Ἀχελῶος, ποταμὸς Ἀρκαδίας, καὶ πᾶν ὕδωρ οὕτως λέγεται.* Ita quoque *Ἄναυρος* Thessaliae fluvius est, quemadmodum pro certo constat ex Hesiodo, Lucano, Callimachi interprete, Hesychio et aliis: verum *ἄναυροι* etiam sumuntur pro torrentibus *τοῖς ἐξ ὑετῶν συνισταμένοις*. Ida proprie mons est Troadis, sed appellative quemvis montem et locum excelsum denotat. Hesychius: *Ἴδας, εἶδος καὶ πάντα τὰ ὑψηλά.* Mox apud eundem sequitur: *Ἴδῃ, θεάσῃ. ἢ ὄρος Τροίας, ἡ ὕλη, παρὰ δὲ Ῥοδίοις τὸ ξηροκόπιον. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν ὑψηλὸν τόπον καὶ μορφήν. Ἴωνες δὲ, δρυμῶν ὄρος.* Ita fortassis hic legendum est pro *τὸν ψιλὸν τόπον*. Neque aliter se res habet cum voce *Σείριος*, quae Caniculam denotat proprie, sive stellam, quae aestus incrementa secum adferre existimatur: verum Ibycus, testibus Hesychio et

Suida, omnia sidera sic nuncupavit. Hesychius: *Σείριος, ὁ ἥλιος, καὶ ὁ τοῦ κυνὸς ἀστήρ. Σειρίου κυνὸς δίκην, Σοφοκλῆς τὸν ἀστρῷον κύνα, ὁ δὲ Ἀρχίλοχος τὸν ἥλιον, Ἴβυκος δὲ πάντα τὰ ἄστρα.* Plurima itaque vocabula proprio significatu gaudentia, nonnunquam *προσηγορικῶς* sive appellative accipiuntur.

Ἄρειος Πάγος.] Cum alii huius arcis descriptionem ex antiquorum scriptis accurate satis descripserint, nos iis repetendis operam insumere recusamus. Cave solummodo, ne hoc loco Latinorum pagum intelligas, sed Graecorum *βοῦνον* seu *ὄχθον*. Apud veteres enim saepenumero *ὄχθος Ἄρειος* reperitur.

— *Ἐν ᾧ τὰς φονικὰς κρίσεις ἐδίκαζον.*] Plinius lib. VII. cap. LVI. *Iudicium capitis in Areopago primum actum est.*

— *Ὅτι Ἁλιῤῥόθιον τὸν Ποσειδῶνος.*] Cum Philochoro consentit Pausanias, qui hac de re in Atticis ita scripsit: *Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ κρήνη, παρ' ᾗ λέγουσι Ποσειδῶνος παῖδα Ἁλιῤῥόθιον*
163 *θυγατέρα Ἄρεως Ἀλκίππην αἰσχύναντα, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως, καὶ*
a *δίκην ὑπὸ τούτῳ τῷ φόνῳ γενέσθαι πρῶτον.* Idem eodem libro: *Ἔστι δὲ Ἄρειος Πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιῤῥόθιον ἀνέλοι, καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε.*

— *Διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα.*] Sine dubio vox quaedam hic excidit, quae sensum turbat. Fortassis ita locus est refingendus: *διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα αἰσχυνθεῖσαν.* Vel simile quid adiiciendum est.

— *Τὸ ἐθνικὸν ἐκ δύο ἕν, Ἀρειοπαγίτης.*] Hic locus, si quis alius, in vulgatis Stephani libris misere truncatus et mutilus circumfertur hunc in modum: *Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιεύς, ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος.* Vidit doctissimus Valesius hisce verbis aliquid deesse, cum nititur hic novi tmematis initium facere tali modo: *Ἄρειον πεδίον πλησίον τῆς Ῥώμης. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιεύς, ἀλλ' οὐχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος.* Verum cum necessario gentile *τοῦ Ἀρείου πάγου* debebat praecedere, et haec in libris scriptis continuatim leguntur, viri docti emendatio minime est admittenda. Nostra ex chartaceo Vossiano et MSS. Palatinis emendatio sive lacunae suppletio, non est verisimilis coniectura, quae pro lectorum arbitrio vel admitti vel respui possit, sed indubitata et verissima lectio.

— *Ἔστι καὶ ἐν Ῥώμῃ Ἄρειον πεδίον*] De Campo Martio nihil omnino dicturi sumus, cum clarissima Reipublicae literariae lumina, et etiam ipsi veteres satis accuratam descriptionem exhibuerint.

— *Καὶ Ἀρειοπεδῖνος, καὶ Ἀρειοπεδιανός.*] Et hic locus in libris editis non bene erat constitutus, in iis enim excusum erat:

[redacted]

Καὶ Ἀρειοπεδῖνος, καὶ Ἀρεοπεδινός. Hano correctionem, quam ex MSS. edi curavimus, esse certam, nemo sanus in dubium vocabit.

— Ἔστι καὶ Θράκης ἔρημον πεδίον.] Suspecta haec est lectio et vix admittenda, licet constanter ita legant libri editi et manu exarati. Fortassis rescribendum erit: Ἔστι καὶ Θράκης Ἄρειον πεδίον, nam Ἀρία ipsa Thracia dicta fuit, ut alibi testatur Stephanus: Ἔστι δὲ Θράκη χώρα, ἢ Πέρκη ἐκαλεῖτό καὶ Ἀρία.

Ἄρεος νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις.] Hanc Ariam, observante Clar. Vossio, Apollonius et Arrianus in Peiiplo Ἀρητιάδα vocant. Plinio dicitur Chalceritis, fortassis ab avibus quas χαλκήρεις, σιδηροπτήρους et σιδηρόνυχας fabulati sunt. Verum Latinis proprie *Insula Martis* appellabatur. Ita enim legimus apud 163
Hyginum Fab. xxx. *Aves Stymphalides in Insula Martis, quae* b
emissis pennis suis iaculabantur, sagittis interfecit. Mela lib. II. cap. VII. simpliciter insulam hanc *Ariam* appellavit, eamque Colis vicinam fecit. *Non longe a Colis Aria, quae Marti sacrata, ut fabulis traditur: tulit aves cum summa clade advenientium, pennas quasi tela iaculatas.* Verum recte statuitur, hanc insulam et Colis et Colchis propinquam fuisse, uti luculenter docet ad illum locum iam supra laudatus Vossius.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἄρειος.] Stephanus hoc gentile deducit a voce Ἄρεος: verum quia etiam Ἄρια appellatur, Clar. Vossius inde potius deductum voluit, culpans Stephani ignorantiam, quod nesciverit Ἄρειαν nuncupatam fuisse.

Ἀρῆναι, δύο πόλεις.] Vide Strab. lib. VIII. Apoll. Schol. Eust. ad Hom. pag. 296. et alios. Paus. lib. IV. refert, Aphareum Arenem Messeniacam condidisse, et ei a filia Oebali nomen imposuisse. Vide Homeri verba in Cat. navium.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀρηναῖος.] Consentit quoque Eustathius: ita enim ille loco iam citato: Ἀρήνη δὲ ἧς καὶ ἀλλαχοῦ μνησθήσεται ὁ ποιητὴς, τὸν μὲν πολίτην αὐτῆς, Ἀρηναῖον παράγει.

Ἄρης. Τὸ ἔθνος Ἀρήσιος, ὡς Μενδήσιος, Ἀγρήσιος.] Cuius gentis aut urbis gentile sit ultimum vocabulum, fateor me ignorare: sine dubio corruptum est, et emendandum Φαγρήσιος. Stephanus: Φάγρης, πόλις Θράκης. Τὸ ἐθνικὸν Φαγρήσιος λέγεται. Nusquam enim noster τὸ ἔθνος pro ἐθνικὸν posuit. totum locum itaque sic corrigerem: Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρήσιος, ὡς Μενδήσιος, Φαγρήσιος.

Ἄρια.] Unde nomen habeat docet Eustathius ad Dionysium de situ orbis: Ἐοίκασι δὲ οὕτω λέγεσθαι ἀπὸ Ἀρίου ποταμοῦ, ὡς παρεμφαίνει Ἀῤῥιανὸς ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. Haec Eusta-

thius habet fortassis ex Arriani lib. VI. ubi sic inquit: *Καὶ Ἄρειος, ὅτου ἐπώνυμος ἡ τῶν Ἀρείων γῆ ἐστί.* Aria regio semper dicta fuit illa tantum portio terrae, uti optime scribit Clar. Vossius ad Melam, quae ad Arium flumen erat sita, Arii vero qui illam inhabitabant. Sed postquam ab Ariis subacti fuere Bactrii, Gedrosi, Sogdiani aliaeque complures gentes, factum est ut pleraeque istae regiones Ariorum dicerentur provinciae: quod non ita est interpretandum, quasi omnes hi populi Arii deberent appellari, sed quod in Ariorum essent ditione. Multis probare nititur Salmasius Ariam et Arianem eandem esse regionem, sed Vossius iam supra laudatus luculenter probat, hanc opinionem a vero esse longe alienam.

164 — *Τὸ ἐθνικὸν, Ἄριοι.*] Xylandri editionem sequimur: pes-
a sime in prioribus excusum est: *τὸ ἐθνικὸν, Ἄρσιον.* In Vossiano: *τὸ ἐθνικὸν, Ἄρειος.*

Ἀριάνια, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις.] Haec non videtur gentis, sed regionis esse appellatio: constanter in vulgatis prioribus et MSS. legitur: *Ἀριάρεια, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις.* Salmasius in Plinianis Exercitationibus bis hunc Stephani locum citavit, verum non eodem modo: altero loco, *Ἀριανή, ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις:* altero vero hunc in modum: *Ἀριανοὶ ἔθνος προσεχὲς τοῖς Καδουσίοις,* cui lectioni et nos calculum album adiicimus. Regionis nomen non est *Ἀριάνια,* neque *Ἀριάρεια,* sed *Ἀριανή,* quod passim apud Strabonem, Arrianum, Dionysium Perieg. et alios occurrit, et Latinis scriptoribus *Ariane* dicitur. Quemadmodum Salmasius inter *Ariam* et *Arianem* nullam statuit differentiam, ita quoque *Arii* et *Ariani, Ἄριοι* et *Ἀριανοὶ* sive *Ἀριηνοὶ* ipsi eadem gens habetur, ita enim scribit in Plinianis Exercit. *Sic quantum ad nomen attinet nulla inter Ἀρίους et Ἀριανοὺς differentia: nam Ἄριοι et Ἀριανοὶ iidem, ut Βάκτριοι et Βακτριανοὶ, Πάρθιοι et Παρθηνοὶ et alia eiusmodi.* Verum quamnam veteres inter *Ἀρίους* et *Ἀριανοὺς,* atque inter *Ἀρίαν* et *Ἀριανὴν* differentiam statuerint, clarissime docet incomparabilis Isaacus Vossius in observationibus suis ad Pomp. Melam.

Ἀριαράθεια. Ἀπὸ Ἀριαράθου.] De Ariarathe Cappadociae rege passim apud Iustinum, et Strabonem lib. XII. mentio exstat, Sed cuiusnam Antiochi gener fuerit, non facile dixerim: primo intuitu mihi videbatur Antiochi Soteris gener, verum deinde observavi, Demetrium Antiochi fratrem, propter fastiditas sororis nuptias, Ariarathi bellum intulisse, Iust. lib. XXXV. cap. I. *Demetrius occupato Syriae regno, novitati suae otium periculosum ratus, ampliare fines regni et opes augere finitimorum bel-*

lis statuit. Itaque Ariarathi regi Cappadociae propter fastiditas sororis nuptias infestus, fratrem eius Orofernem, per iniuriam regno pulsum, supplicem recepit etc.

'Αρινδηλά, τρίτης Παλαιστίνης.] Nescio an proba sit huius loci scriptura: ex serie literarum hic legendum foret *'Αριήδηλα.* In notitia Dig. Imp. Rom. Sectione XXI. *Arieldela* legitur.

Cohors prima equitata Calamonae.
Cohors secunda Galatarum Arieldelae.

'Αρικεια πόλις Λατίνων.] De situ, conditoribus et appel- 164
latione huius oppidi legendus Philippus Cluverius lib. III. Italiae b
Antiq.

— *Διονύσιος ἐν πέμπτῃ ἐπιτομῆς ς.*] Simili fere modo idem Dionysius Stephano citatur in vocabulo *Κορίολλα*, hisce verbis: *Διονύσιος καὶ τῆς ἐπιτομῆς*: ex quo loco Cluverius alterum, de quo hic sermo est, ita emendat: *Διονύσιος ἐν πέμπτῃ τῆς ἐπιτομῆς.* Utraque ego censeo loca misere esse mutila ac detruncata, et cuius vecordia factum sit, affirmare non possum: saltem neque Stephano nec Epitomatori videtur assignandum, sed potius imperitis transcriptoribus, in historicorum nominibus parum aut nihil versatis. Interim nemo non videt, haec ita esse vitiata, ut commodum inde sensum elici non possit. Quis unquam somniavit Dionysium praeter Antiquitates Romanas, alicuius historiae epitomen conscripsisse? Ut itaque huic loco constet sensus, non exigua mutatione opus erit. Fortassis reponendum est, *Διονύσιος ἐν πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ 'Ρωμαικῆς ἀρχαιολογίας.* Coniecturam nostram hinc magis probabilem reddimus, quod iisdem libris de hac urbe Dionysius mentionem fecerit. Si quis autem super hoc loco evidentiora docuerit, gratias ei agam lubentissime.

— *'Ο πολίτης, 'Αρικηνός.*] Sine dubio corruptum est oppidani nomen in vulgatis et MSS. quod apud alios scriptores est ARICINUS, quae forma, ut Stephanus alibi docet, Italis non est insolita. Livius l. VIII. *Aricini eodem iure, quo Lanuvini, in civitatem accepti.*

"Αριμα.] Codex Voss. *"Αριμα ὄρη.* Ubinam sint Arima, fusius disputat Strabo lib. XIII. Hesychius: *Εἰναρίμοις, "Αριμά τινες τὴν κατακεκαυμένην τῆς Φρυγίας χώραν.* Quae verba leviter sunt corrupta, sine dubio rescribendum: *Εἰν 'Αρίμοις, "Αριμά τινες τὴν* etc.

— *"Ομηρος.*] Vide Iliad. *B.*

— *Οἱ μὲν ἐν Κιλικίᾳ.*] Liber Vossianus: *οἱ μὲν ἐν Σικελίᾳ.* Omnia haec ex Strabone, licet eius nomen reticeatur, transcripta sunt, ita enim ille lib. XII. *"Αλλοι δ' ἐν Κιλικίᾳ, τινὲς δ' ἐν Συ-*

ρίᾳ πλάττουσι τὸν μῦθον τοῦτον. Οἱ δ' ἐν Πιθηκούσσαις, οἳ καὶ τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀριμαῖος.] In MS. Vossiano legitur: τὸ τοπικὸν, Ἀριμαῖος.

Ἀριμασποί. Τὸ ἐθνικὸν Ἀριμάσπειος.] Chartaceus Voss. τὸ κτητικὸν, Ἀριμάσπειος.

165 Ἀρίμινον, πόλις Ἰταλίας.] Ex maritimis Umbriae locis
a est: traditque Strabo Umbrorum esse coloniam, ita enim ille lib. v. Τὸ δ' Ἀρίμινον, Ὀμβρικῶν ἐστι κατοικία nomen habet urbs ab Arimino fluvio, auctore Festo Pompeio: *Ariminum a nomine fluminis propinqui est dictum.* Sita est urbs ad ostia Arimini fluvii in ora maris Adriatici inter Bononiam et Anconam. Ab oppido Stephanus non formavit Gentile: apud Graecos illud non reperio, sed Latino ore oppidani dicuntur *ARIMINENSES*, quo vocabulo saepius utuntur Cicero, Livius, Horatius, Plinius et alii.

Ἀρίνθη, πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσοποταμίᾳ.] Non possum non assentiri illis, qui existimant eandem esse urbem, quae supra Ἀριάνθη dicitur, et quoque in Oenotrorum finibus ponitur: verum quod addatur in Mesopotamia sitam esse, non debet hoc de celeberima Asiae regione accipi, sed appellative pro terrae portiuncula quae duobus fluminibus cingitur: nam Hecataeum in Europae descriptione etiam urbem Mesopotamicam, id est, in Asiatica regione sitam, recensuisse, nullis argumentis mihi fiet verisimile. Et hinc profecto non levis oritur suspicio, locum esse corruptum et fortassis ita emendandum: Ἀρίνθη, πόλις Οἰνώτρων ἐν Μεσσαπίᾳ. Sed quo loco fuerit sita, determinare nequeo: Barrius, teste Ortelio, in Calabria, inter amnes Emulam et Sordum ponit, quod an verum sit Geographiae periti facile resciscent.

Ἀρίσβη. Σκαμάνδριος.] Hoc nomen in vulgatis et veteribus libris vitiatum videtur. Fortassis rescribendum est: Σκάμανδρος. Lege mythologos et de hac emendatione satis eris certus. Σκαμάνδριος est nomen gentile, uti ex Stephano deinde fiet manifestum. Eustathius ad Iliad. Z. pag. 650. Σκαμάνδριον ἐκάλει τὸν παῖδα ὁμωνύμως ἀνδρί τινι Τρωϊκῷ, οὗ καὶ αὐτοῦ ἐμνήσθη ὁ ποιητὴς, κατὰ παρωνυμίαν τὴν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Σκαμάνδρου. Verum secundum Servium Aeneas Arisbam devicit, quo pacto igitur Ascanius οἰκιστὴς dici potuit? Vide eius verba ad lib. IX. Virg. longe a nostro recedentia.

— Κεῖται μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου.] Vide Strabonem lib. XIII. et alios.

— Κεφάλων.] Vide Vossium de Historicis Graecis.

[redacted]

— Ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθρᾴκης ἐλθών.] Apollodor. lib. III. hanc historiam referens, etiam rationem reddit, quare Samothracen Dardanus reliquerit: *Δάρδανος δὲ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ ἀδελφοῦ λυπούμενος, Σαμοθρᾴκην ἀπολιπὼν, εἰς τὴν ἀντίπερα ἤπειρον ἦλθε* etc. Fabula haec etiam apud Lycophronis Scholiastam legitur.

— *Γαμεῖ Ἀρίσβην.*] Sic optime in prioribus editionibus: male in Xylandriana legitur, *γάμει*. In eadem sententia etiam fuit Eustathius, statuens urbem ab Arisba Teucri Cretis F. filia nomen habere, ita enim ille ad Iliad. *M.* pag. 894. *Ἡ δὲ Ἀρίσβη, περὶ ἧς εἴρηται καὶ ἐν τῇ Βοιωτίᾳ, πόλις φασὶ Τρωϊκὴ Μιτυληναίων ἄποικος μεταξὺ Περκώτης καὶ Ἀβύδου, ἔχουσα ποταμὸν Σελλήεντα, πατρὶς Ἀσίου, κληθεῖσα οὕτως ἀπὸ* 165
Ἀρίσβης θυγατρὸς μὲν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς, γυναικὸς δὲ Δαρδάνου. b

— *Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν αὐτὴν φησιν.*] Optime correxit Meursius: *Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν αὐτὴν φησιν*; et ita quoque Salmasius in margine sui Stephani. Noluimus hanc scripturam immutare, quia constanter in MSS. et primis editionibus *Ἄτειαν* inveni. Certissimum tamen est, Dardani uxorem Bateam fuisse appellatam. Apollod. loco iam citato: *Ὑποδεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως* (scil. Dardanus, qui ob fratris interitum moestus ex Samothrace in Troadem tranaverat) *καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βάτειαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν.* Vide etiam Scholiastem in Lycophronis Cassandram.

— *Ἑτέρα ἐν Λέσβῳ.*] Pomp. Mela lib. II. cap. VII. *In Troade Lesbos:, et in ea quinque olim oppida, Antissa, Pyrrha, Eressos, Arisba, Mitylene.* Unde nomen habeat haec urbs etiam scribit Eustathius ad Iliad. *B.* loco iam supra citato: *ἣν δέ φασι καὶ ἐν Λέσβῳ, Ἀρίσβα πόλις ἀπὸ Ἀρίσβης θυγατρὸς Μάκαρος ἢ Μερόπης, ἣν πρώτην ὁ Πάρις ἔσχε γυναῖκα.*

— *Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου.*] Variis nominibus insignitus hic Alexander in antiquorum scriptis occurrit. Aliquando Paris appellatur, aliquando Laomedon, nonnunquam Priamus, et etiam Ideus. Hoc me docuit Constantinus Hermoniacus, qui se appellat *δοῦλον Κομνήνου Ἀγγελοδούκα, Ἰωάννου τοῦ ἥρωον, καὶ τῆς Ἄννης* etc. Huius Metaphrasis in Homerum in Bibliotheca Lugduno-Batava manu exarata, et capitulis distincta exstat, hactenus, quod sciam, nondum edita. Capitis octavi haec est *ἐπιγραφή· Ὅρα πόσας ὀνομασίας εἶχεν ὁ Ἀλέξανδρος ὁ Πάρις.* Deinde ipsum Metaphraseως caput octavum sic incipit: *Σημασίας ὀνομάτων πενταχῶς εἶχεν ἐκεῖνος. ἐκ τοῦ πάππου Λαομέδων, ἐκ δὲ τοῦ πατρὸς Πρίαμος· ἐκ δὲ τοῦ ποιμένος Πάρις, κ' ἐκ τοῦ*

[redacted]

ὄρους τοῦ τῆς Ἴδης, ὠνομάσθη γὰρ Ἰδίως, κ' ἐκ βρεφῶν Ἀλέξανδρος γάρ. Καὶ τριάκοντα χρόνων γὰρ ἐτελείωσεν ἐκεῖσε, εἰς τὸ ὄρος τὸ τῆς Ἴδης etc.

— Ἡρόδοτος δὲ καὶ Ἰάζων Ἀρίσβην καλεῖ.] De Iazone nihil quod sciam circumfertur. Herodoti verba non possunt de Arisba Meropis filia, neque etiam de Alexandri Paridis uxore intelligi, ita enim ille lib. I. Τὴν γὰρ ἕκτην ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκεομένην Ἀρίσβαν ἠνδραπόδισαν Μηθυμναῖοι, ἐόντας ὁμαίμους.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρισβαῖος.] Codex Vossianus: τὸ ἐθνικὸν, Ἀρισβαῖος καὶ Ἀρισβαία. Eodem gentili alio loco utitur Stephanus: Τρίτεια, πόλις Τρωϊκή, Ἀρισβαίων κτίσμα. Doctissimus Spanhemius ex gaza Christinae Augustae protulit nummum cum inscriptione ΑΡΙΣΒΕΩΝ. Neutra Stephani forma cum numismate convenit, apud quem mox τὸ ἐθνικὸν Ἀρισβαιεὺς sequetur, quod profecto displicuit magno Salmasio, qui in margine sui codicis Ἀρισβεὺς emendavit.

— Ἔστι καὶ ποταμὸς Θρᾳκῶν Ἄρισβος.] Haec ex Strabonis libro XIII. desumpta videntur, ita enim ille: Ἦν δὲ καὶ ἐν Λέσβῳ πόλις Ἀρίσβα, ἧς τὴν χώραν ἔχουσι Μηθυμναῖοι. ἔστι δὲ καὶ
166 ποταμὸς Ἄρισβος ἐν Θρᾴκῃ, ὡς εἴρηται, καὶ τούτου πλησίον οἱ
a Κεβρήνιοι Θρᾷκες. Vide quoque Eustath. ad Iliad. Β.

Ἀρκὰς Ἀρκάδος, ἀφ' οὗ Ἀρκάδιος.] Nomina heroum et gentilia aliquando esse eadem, iam aliquoties inculcavit Stephanus: Ἀρκὰς igitur esse potest nomen gentis et herois. Eruditissimus Spanhemius in regis Galliarum gaza lustravit nummum, qui in parte aversa exhibebat equum cum literis: ΤΟΙC ΑΡΚΑCΙ. Et Goltzius divulgavit nummum in quo excusum est ΑΡΚΑΔΙΩΝ.

— Ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγική.] Ita legunt libri MSS. et editi: verum rescribendum videtur: ἐκαλεῖτο δὲ Πελασγία. Idem perhibet Stephanus in Παῤῥασία ex libro primo Chronicorum Characis. Χάραξ δὲ κτίσμα Πελασγοῦ, ἐν πρώτῳ χρονικῶν οὕτω. Πελασγὸς Ἀρέστορος παῖς, τοῦ Ἐκβάσου, τοῦ Ἄργου, μετοικήσας ἐξ Ἄργους, εἰς τὴν ἀπ' ἐκείνου μὲν τότε Πελασγίαν, ὕστερον δὲ Ἀρκαδίαν κληθεῖσαν, ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιπέντε.

— Μετὰ τὸν πρῶτον σπόρον.] Sic habent vulgati codices: Salmasius ex Palatinis legebat in margine sui libri: μετὰ τὸν πρῶτον πόρον, quae lectio nihil ad rem facit. Fortassis corrigendum est: μετὰ τὸν πρῶτον πυροῦ σπόρον. Primis enim temporibus poëtae fingunt homines glandes manducasse, quae ad sationem non conducebant: sed postea Triptolemus beneficio Cereris τὸν πυρὸν, id est, frumenta invenit, quae et alimento et sationi inserviebant. Vide Pausaniam lib. VIII.

[redacted]

— *Ὅτι αὐτῆς ἐκ τῆς γῆς ἔμολεν ὁ καρπὸς εἰς τροφὴν καὶ σπόρον.*] Haec verba in omnibus editionibus non inveniuntur, in quibus egregius hic locus mutilus et foedissime truncatus hunc in modum circumfertur: *Ὅτι Ἀρκάδια τῇ Δήμητρι μέλλοντες θύειν ἄνθρωποι, ταύτην γὰρ τὴν θυσίαν συνεστήσαντο μετὰ τὸν πρῶτον σπόρον. καὶ οὕτω τὰ Ἀρκάδια τιμῆς χάριν.* Stephanum itaque istis verbis auximus, quae Salmasius in libris Palatinis et nos in Vossiano reperimus.

— *Ἐκλήθη δὲ καὶ Παῤῥασία, καὶ Λυκαονία. οἱ δὲ καὶ Γιγαντίδα φασί.*] Hae Arcadiae appellationes etiam leguntur apud Eustathium in Dion. Perieg. p. 59. *Ἰστέον δὲ ὅτι ἀπὸ Ἀρκάδος ὠνόμασται ἡ Ἀρκαδία, υἱοῦ Διὸς καὶ Θεμιστοῦς. καὶ ὅτι καὶ Πελασγία ποτὲ ἐκλήθη, καὶ Παῤῥασία, καὶ Λυκαονία, καὶ Ἀζανία. ὅτι δὲ Προσέληνοι λέγονται οἱ Ἀρκάδες, διὰ τὴν πάνυ τοῦ ἔθνους ἀρχαιότητα, ὁ Λυκόφρων ἱστορεῖ.* Tradit Plinius lib. IV. cap. V. antiquum Arcadiae nomen *Drymodis* fuisse, ita enim ille: *Mediterranea eius* 166
Arcadia maxime tenet, undique a mari remota: initio Drymodis, b
mox Pelasgis appellata.

— *Καὶ Ἀζανίαν.*] Male Xylander edi curavit, *καὶ Ἀξανίαν.* Stephanus *Ἀζανία μέρος τῆς Ἀρκαδίας. οἱ οἰκήτορες Ἀζανεῖς.*

— *Καὶ Πανίαν.*] Hesychius totam Peloponnesum ita appellatam perhibet: *Πανία ἡ Πελοπόννησος.* Sic in honorem Panis Arcadiae Dei dicta videtur. *Pan Deus Areadiae etc.*

— *Προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας.*] Eustathius in commentariis ad Homerum et ad Dionysium de situ orbis perhibet, Arcadas Proselenos appellatos esse, *διὰ τὴν πάνυ τοῦ ἔθνους ἀρχαιότητα.* Verum longe aliam rationem adfert Censorinus de Die Natali cap. XIX. *Item in Achaia Arcades trimestrem annum primo habuisse dicuntur, et ob id Προσέληνοι appellati: non ut quidam putant, quod ante sint nati, quam Lunae astrum coelo esset: sed quod prius habuerint annum, quam is in Graecia ad lunae cursum constitueretur.* Apollonii Rhodii Scholiastes ad librum IV. varias veterum de hac appellatione opiniones enumerat, quem legisse de hac re non poenitebit.

— *Ἐν τῷ οὐρανῷ.*] Ita rescribere et edere placuit, suadentibus MSS. primis editionibus et ratione ipsa: corruptissime in Xylandriana legitur: *καὶ τὸ ἄστρον λέγεται ἐν τῷ Ἀρανῷ τότε ἄρκτος κληθῆναι, ἢ ἅμαξα ἐλέγετο.*

— *Ἴστρος δέ φησιν ὅτι Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο.*] In Xylandriana editione vocula *ὅτι* abest, quam ut pernecessariam ex aliis editionibus revocavimus. Sed aliud hoc loco latet ulcus, quod non tantum vulgatos libros, verum et manu

exaratos occupat: nam Arcas non fuit Iovis ex Themisto filius, sed ex Callisto. Themisto fingitur fuisse Hypsei filia, ex qua Athamas Aeoli filius Sphincium et Orchomenum habuit. Eundem errorem erravit Eustathius in comment. ad Iliad. *B.* ubi videtur Stephani verba transcripsisse; *Τότε δέ φασι καὶ τὸ ἄστρον ἡ ἅμαξα, ἐκλήθη ἄρκτος, διὰ τὸ καὶ τὸν ῥηθέντα Ἀρκάδα, τὸν ἐκ Διὸς καὶ Θεμιστοῦς, τυχεῖν τῆς προσηγορίας ταύτης διὰ τὴν ἀποθηρίωσιν τῆς μητρός. ἄρκτος γὰρ ὑπὸ Ἥρας φασὶν ἡ Θεμιστὼ ἐγένετο.* Alii mythologiae doctores referunt, ad Lycaonem Pelasgi filium Iovem in hospitium venisse, et filiam eius Callisto compressisse, ex qua natus est Arcas, qui ex suo nomine terrae nomen indidit.
167 Haec ursa dicitur facta esse ob iram Iunonis, quod cum Iove
a concubuit. Pausanias in Arcadicis haec de illa perhibet: *Καὶ δὴ τῷ γένει παντὶ τῷ ἄρσενι, θυγάτηρ Λυκάονι ἐγένετο Καλλιστώ· ταύτῃ τῇ Καλλιστοῖ (λέγω δὲ τὰ λεγόμενα ὑπὸ Ἑλλήνων) συνεγένετο ἐρασθεὶς Ζεύς. Ἥρα δὲ ὡς ἐφώρασεν, ἐποίησεν ἄρκτον τὴν Καλλιστώ.* Et apud Apollodorum de illa legimus: *Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες, ὡς Ἄρτεμις αὐτὴν κατετόξευσεν, ὅτι τὴν παρθενίαν οὐκ ἐφύλαξεν. Ἀπολομένης δὲ Καλλιστοῦς, Ζεὺς τὸ βρέφος ἁρπάσας, ἐν Ἀρκαδίᾳ δίδωσιν ἀνατρέφειν Μαίᾳ, προσαγορεύσας Ἀρκάδα. τὴν δὲ Καλλιστὼ καταστερίσας, ἐκάλεσεν Ἄρκτον.* Male ab Hygino Fab. CLXXVI. et CLXXVII. Lycaonis filia CALYSTO appellatur. Itaque censeo hunc errorem non Stephano, sed potius librariorum imperitiae imputari debere, et Eustathium depravato Stephani codice usum fuisse, quod non semel nobis manifeste liquit: apud illos fortassis non *Καλλιστοῦς*, verum *Μεγιστοῦς* (quod magis τῷ *Θεμιστοῦς* respondet) erit reponendum: veteres enim, qui de hac fabula posteris aliquid tradidere, inter se disputarunt, an *Callisto*, an vero *Megisto* Lycaonis filia appellaretur: imo inter illos etiam exstitere, qui existimant hanc Cetei filiam, et Lycaonis neptem fuisse. Hyginus lib. II. Poëticon Astron. *Aratus autem Tegeates historiarum scriptor, non Callisto, sed Megisto dicit appellatam: et non Lycaonis, sed Cetei filiam, Lycaonis neptem.* De diversis hisce veterum opinionibus etiam legi potest Apollod. lib. iam citato, ubi Pherecydem idem sentientem inveniet lector.

— *Ἄρκτον γὰρ ὑφ' Ἥρας αὐτὴν ὀνομασθῆναι.*] Sic exhibent codices MSS. et vulgati omnes, verum non placet mihi haec lectio, neque pro genuina est habenda. Sine dubio integer locus hunc in modum est legendus: *Ἴστρος δέ φησιν, ὅτι Μεγιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο, διὰ δὲ τὴν τῆς μητρὸς ἀποθηρίωσιν, ἄρκτον γὰρ ὑφ' Ἥρας αὐτὴν ὀνομασθῆναι, ταύτης τυχεῖν τῆς προσ-*

[redacted]

ηγορίας. Locum confer cum verbis Eustathii supra citatis et de emendatione nostra non dubitabis.

— *Τὸ πατρωνυμικὸν, Ἀρκεσίδαι.*] Optime monet magnus Salmasius in margine sui libri hoc loco legendum esse: *τὸ πατρωνυμικὸν, Ἀρκασίδαι.* Callimachus Hymno in Dianam:

Ἤνησας δ' ἔτι πάγχυ ποδοῤῥώην Ἀταλάντην,
Κούρην Ἰασίοιο συόκτονον Ἀρκασίδαο.

— *Ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις.*] Recte Xylander haec verba, a sequentibus separans, in integrum restituit: nulla enim distinctione facta, in editione Veneta et Florentina hic lo- 167
cus sequenti tmemati annectitur hoc modo: *Ἔστι καὶ Ἀρκα-* b
δία Αἰγύπτου πόλις, μία τῶν τριῶν πόλεων, τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ.

Ἀρκεσίνη. Ἦσαν γὰρ Μελανία.] In insula Amorgo tria reperiri oppida, etiam alibi docet Stephanus. Tunc temporis ad illum locum diximus, manifeste satis constare, ibi Arcesinam et Minoam exstitisse, et de tertiae urbis appellatione dubiam ipsius Stephani opinionem circumferri. In vocabulo *Ἀμοργὸς* eam *Aegialen*, et hoc loco *Melaniam* nuncupavit.

Ἄρκη πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι καλουμένη.] Georgius Monachus, uti notavit Isaacus Casaubonus, urbis nomen numero multitudinis protulit, scribens ibi Alexandrum Severum natum esse: *Ἐν Ἄρκαις τῆς Φοινίκης τεχθῆναι.* Refert Aurelius Victor de Caesaribus cap. xxiv. quoque *Caesaream* appellatam fuisse: *Statimque Aurelio Alexandro Syriae urbe orto, cui duplex, Caesarea et Archa nomen est, militibus quoque annitentibus Augusti potentia delata.* Ita fortassis hic locus est supplendus, a quo in vulgatis τὸ *urbe* abest, quod necessario hic requiritur.

— *Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ.*] Iosephi verba leguntur cap. I. *Ἀρκὴ δὲ πόλις ὑπῆρχεν αὐτῶν ἐν τῇ μερίδι, ἡ καὶ Ἀκτιποῦς.* Fuit et alia *Ἄρκη* quae Petra dicebatur, uti idem Iosephus libro IV. cap. IV. Antiq. Iud. auctor est.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκαῖος.*] Haec forma magis Graecorum analogiae respondet, quam eorum qui Palaestinam et alios tractus orientales incolunt, solent enim illi gentilia in *ηνος* terminare. Latini hinc deducunt ARCENUS. Aelius Lampridius in Alexandro Severo cap. I. *Aurelius Alexander, urbe ARCENA genitus.* Et apud eundem cap. v. *Alexandri nomen accepit, quod in templo, dicato apud ARCENAM urbem Alexandro Magno, natus esset.* Errarunt igitur viri docti, existimantes τὸ *Arcena* nomen urbis esse, cum revera nihil aliud sit quam forma nominis

gentilis orientalibus usitata. Similis error a nobis detegitur p. 153. ad vocem *'Αραί.*

'Αρχιρόεσσα. 'Εν τετάρτῃ περὶ 'Ηρακλείας.] Codex Vossianus: *'Εν ς' περὶ 'Ηρακλείας.*

— *'Ως Πιτυονόσσαῖος.*] In vocabulo *Πιτύουσσαι* huiusmodi
168 gentile non occurrit. *Πιτύουσσαι, νῆσοι διάφοροι, ἃς Πιτυώδεις*
a *καλεῖ 'Αλκμάν. τὸ ἐθνικὸν, Πιτυούσσιος.* Repetitur tamen apud nostrum in voce *Πίτνυσσα, πόλις Λυκαονίας. τὸ ἐθνικὸν, Πιτνισσαῖος, ὡς Σκοτουσσαῖος, Πιτυουσσαῖος.*

'Αρκόνησος, νῆσος Καρίας.] Huius insulae situm satis accurate Stephanus ob oculos ponit in voce *'Ασπὶς*, ubi quoque tradit hoc nomine insignitam esse: *"Εστι καὶ νῆσος ἄλλη μεταξὺ Λεβέδου καὶ Τέω, σταδίων ὡς δυοῖν, πρὸς μὲν τινων 'Αρκόνησος, πρὸς δέ τινων 'Ασπὶς ὀνομαζομένη.* Strabo lib. XIII. *Καὶ Τέως δὲ Λεβέδου διέχει ἑκατὸν εἴκοσι στάδια. μεταξὺ δὲ νῆσος 'Ασπίς. οἱ δὲ 'Αρκόνησον καλοῦσι.* Sed cave credas Apollodorum rerum Caricarum scriptorem fuisse. Constat enim hoc in loco librariorum mendam latere, *'Απολλόδωρον* pro *'Απολλώνιον* accipientium, qui res Caricas consignavit, quod apud Stephanum ipsum et alios liquet. Quid multis opus est? Codex Vossianus exhibet: *'Απολλώνιος ἐν ζ Καρικῶν.*

"Αρκτων νῆσος. Οὕτως ἡ Κύζικος ἐκαλεῖτο.] Tantum hic apponam Stephani verba: *Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος, κειμένη ἐπὶ χεῤῥονήσῳ· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ "Αρκτων νῆσος.* Unde hoc nomen habeat, neque hic, neque aliis in locis docetur, quod manifestum compendii signum est.

— *Λέγεται καὶ συνθέτως, 'Αρκτόνησος.*] Plurima huius compositionis exempla in Stephano leguntur: sic, *'Εκατόννησος, Προκόννησος, 'Αρκόνησος* etc.

"Αρμα, πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς.] Satis accurate huius oppidi situm describit Strabo lib. IX. ex quo Stephanum omnia hausisse existimo, uti mox demonstrabitur.

— *Παυσανίας ἐννάτῳ.*] Sine dubio innuuntur haec verba: *'Εξῆς δὲ πόλεως ἐρείπιά ἐστιν "Αρματος καὶ Μυκαλησσοῦ· καὶ τῇ μὲν τὸ ὄνομα ἐγένετο ἀφανισθέντος, ὡς οἱ Ταναγραῖοί φασιν, ἐνταῦθα 'Αμφιαράῳ τοῦ ἅρματος, καὶ οὐχ' ὅπου λέγουσιν οἱ Θηβαῖοι.*

— *'Ενταῦθα γὰρ καταφυγεῖν* etc.] Ubi hoc acciderit, de quo urbi nomen est inditum, non consentiunt inter se veteres: alia Tanagraeorum, alia Thebanorum opinio fuit, uti ex loco Pausaniae iam citato, quodammodo liquet. Optime censet Salmasius ante haec verba aliquid excidisse, et locum ita debere concipi: *ἐκλήθη ἀπὸ 'Αμφιαράου, ἢ τοῦ 'Αδράστου ἅρματος. ἐνταῦθα γὰρ*

καταφυγεῖν etc. Ex Mythologia enim evidentissimum est, Amphiaraum cum auriga hiatu terrae absorptum, et postea nunquam in terris conspectum fuisse: Adrastum vero fuga evasisse.. 168 b

— *Καὶ οὐκ ἐκδοθῆναι τοῖς διώκουσιν.*] Neque Strabo, neque Pausanias ita hanc historiam tradidere. Eustathius Stephano respondet, qui fortassis eius locum transcripsit, ita enim ille ad Iliad. *B.* pag. 266. *Ἅρμα δὲ κώμη τὶς πλησίον Μυκαλησσοῦ. ἀλλὰ καὶ δῆμος ἔχων φρούριον ὀχυρὸν, ὅμορον φασὶ τῇ Ταναγρικῇ· οὗ ὁ πολίτης Ἁρματεύς. ἐκλήθη δὲ φασιν οὕτως, ἢ διότι ἐκεῖ κατεάγη τὸ τοῦ Ἀδράστου ἅρμα. ἢ ἀπὸ τοῦ ἅρματος Ἀμφιαράου, καταφυγόντος ἐκεῖ, καὶ μὴ ἐκδοθέντος τοῖς διώκουσιν.* Plane cum Stephano convenit, praeterquam quod etiam de Adrasto mentionem faciat, de quo lege Strabonem lib. IX.

— *Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα.*] Eodem prorsus modo distinguit Strabo lib. IX. inter Harma Boeotiae, et Harma Atticae, haec sunt eius verba: *Ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ Ἅρμα, τῆς Ταναγραϊκῆς κώμη ἔρημος, περὶ Μυκαληττὸν, ἀπὸ Ἀμφιαράου ἅρματος λαβοῦσα τοὔνομα, ἑτέρα οὖσα τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ὅ ἐστι περὶ Φυλὴν δῆμον τῆς Ἀττικῆς, ὅμορον τῇ Τανάγρᾳ.*

— *Καλεῖται καὶ λουτρὰ Ἀμφιαράου.*] Vide versum Euphorionis in voce *Ὠρωπός*, ex quo situs cognosci potest. Nemo antiquorum Atticum aut Boeoticum Harma *Ἀμφιαράου λουτρὰ* appellavit: unus Eustathius sic nuncupatum vult, sed locum ex Stephano, uti iam diximus, transcripsit. Pausanias tradit iuxta templum *Amphiarai fontem* fuisse, qui similiter *Amphiarai* cognominabatur. Salmasius *πηγὴ Ἀμφιαράου*, et *Ἀμφιαράου λουτρὰ* idem fuisse existimat. Ergo vir summus oppidum Harma, et templum et fontem eodem loco statuit, quod mihi non videtur verisimile, uti quodammodo probavit Clariss. Vossius, quem contra Salmasium disputantem lege in notis ad Pomp. Melam.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἁρματεύς.*] Goltzius exhibet nummum cum inscriptione *ΑΡΜΑΤΕΩΝ*. De hoc gentili ergo non est ambigendum.

— *Ἔστι καὶ Ἅρματα πόλις πληθυντικῶς Ἰνδική.*] Intelligit 168 fortassis oppidum Brachmanorum, quod Diodorus Siculus libro d XVII. *Ἁρματήλια* appellavit.

— *Ἔστι καὶ πολίτης Ἁρματίτης, ὡς τοῦ Ἕρμα Ἑρματίτης.*] Codex Vossianus: *Ἔστι καὶ πόλις Ἁρματίτης, ὡς τοῦ Ἕρμα Ἑρματίτης.* Haec lectio locum nequaquam reddit integriorem. Forte 169 a rescribendum est: *ἔστι καὶ πολίτης Ἁρματίτης, ὡς τοῦ Ῥῆγμα, Ῥηγματίτης.* Hanc emendationem non absurdam esse apparet ex illa voce, ubi Stephanus ita inquit: *Ῥῆγμα, πόλις ὡς Ἅρμα*

καὶ κόλπος Ῥῆγμα, περὶ τὸν Περσικὸν κόλπον. τὸ ἐθνικὸν, Ῥηγματίτης.

Ἀρμένη κώμη Παφλαγονίας.] Strabo lib. XIII. Μετὰ δὲ Κάραμβιν, Κίμωλις, καὶ Ἀντικίμωλις, καὶ Ἀβώνου τεῖχος πολίχνιον, καὶ Ἀρμένη, ἐφ' ᾗ παροιμιάζονται,

Ὅς τις ἔργον οὐδὲν εἶχεν Ἀρμένην ἐτείχισεν.

— *Παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεος.*] Locus, quem respicit noster, legitur circa initium libri VI. hisce verbis: Τῇ δ' ἄλλῃ ἀφικνοῦνται εἰς Ἀρμήνην τῆς Σινώπης.

— *Τῆς δ' Ἀρμήνης Ἀρμήνιος, ὡς Παλλήνιος.*] Ita exhibent vulgati omnes, sed codex Vossianus hoc loco auctior est, ibi enim legitur: τῆς δ' Ἀρμήνης Ἀρμήνιος, ὡς Μεσσήνιος, Παλλήνιος.

Ἀρμενία. Ἀπὸ Ἀρμένου Ῥοδίου.] Eustathius in commentariis ad Dionysii Periegesin, hunc Ἐθνικογράφου locum citans, post Ῥοδίου addit ἀνδρὸς, quod hic fortassis excidit, ita enim ille: Ὁ μὲν τὰ ἐθνικὰ γράψας περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Ὑρκανίας εἶναι οἴεται. ἄλλοι δὲ τοῦ Ταύρου φασὶν ἀπόσπασμα εἶναι τὸ Ἀρμένιον, παρατεῖνον ἕως καὶ εἰς Ἀρμενίαν, τὴν οὕτω κληθεῖσαν ἢ ἀπὸ τοῦ ῥηθέντος Ἀρμενίου ὄρους, ἢ ἀπό τινος Ἀρμένου Ῥοδίου ἀνδρός. Cyrsilus Pharsalius et Medius Larissaeus apud Strabonem lib. XI. affirmant, regioni nomen esse inditum ab Armeno quodam, qui Armenio Thessaliae oppido, inter Pheras et Larissam sito, oriundus erat, Iasoni expeditionis in Armeniam comitem se praebens, quum ad aureum vellus navigaret.

— *Ἀρμένιοι δὲ τὸ μὲν γένος ἐκ Φρυγίας.*] Etiam Eustathius, loco iam citato, Eudoxi verbis utitur, quae fortassis non ex Eudoxo, sed ex Stephano transcripsit. Εὔδοξος δὲ ἐν γῆς Περιόδῳ φησὶν, Ἀρμένιοι τὸ γένος ἐκ Φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζουσι. παρέχονται δὲ καὶ λίθον τὴν γλύφουσαν καὶ τρυπῶσαν τὰς σφραγίδας.

169 — *Τρυπῶσαν τὰς σφραγίδας.*] Constanter ita legunt libri
b veteres et vulgati: Salmasius tamen in margine sui libri contendit debere legi, τυπῶσαν τὰς σφραγίδας: sed miror, ipsum hanc lectionem in Plinianis Exercit. non amplecti, ubi bis hunc Stephani locum in medium adducit. Retinenda igitur est vulgata lectio, quam etiam secutus est vir summus, uti manifeste ex eius verbis liquet, sic enim ille: „Armenio lapide non solum scalpebantur aliae gemmae signaculis faciendis, sed etiam perforabantur. Stephanus de Armeniis: *lapidem mittunt quo gemmae scalpuntur ac perforabantur.*

[redacted]

Quas filo ad monilia inserere et collo suspendere volebant, eas perforabant. Sic alii adamantes, Plinio teste, Cyprio adamante perforabantur. Qui Cyprius adamas nihil aliud fuit quam Cypriae cotis genus, quo gemmae sculpi solebant et perforari. Hoc idem melius efficiebant Armeniae, quae Cyprias vicere, ita enim ille lib. XXXVI. cap. VII. *Signis e marmore poliendis, gemmisque etiam scalpendis atque limandis, Naxium diu placuit ante alia: ita vocantur cotes in Cypro insula genitae: vicere postea ex Armenia invectae.* Τρυπᾶν de gemmis Plinius vertit *perforare*: unde et margaritae ἀτρύπητοι καὶ τετρυπημέναι apud Myrepsium." Proprium lapidis nomen neque expressit Eudoxus neque Stephanus: sine dubio ab auctoribus *Smiris* appellabatur, cui haec vis adscribitur. Hesychius: *Σμίρις λίθος ἐστὶν, ᾗ τὰς ψήφους οἱ δακτυλιογλύφοι σμήχουσι.* Isidorus de eodem lapide *Smiri* loquens: *Asper et indomitus lapis, quo gemmae teruntur.*

— Θοὴν ἀπερεύγεται ἄχνην.] Ita omnes editiones et libri veteres hunc Dionysii versiculum exhibent. Hodie in Periegetae editionibus leviter corruptus hunc in modum circumfertur:

—— Θοὴν ἐπερεύγεται ἄχνην

Ἀρνεαί. Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο.] Ita hunc Homeri locum ex Boeotia desumptum emendare placuit, suadente MS. Vossiano et Homeri editionibus, in quibus integer locus ita concipitur:

Ὀρνειάς τ' ἐνέμοντο Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινὴν,
Καὶ Σικυῶν', etc.

Pessime enim in vulgatis Stephani libris legebatur: 170

— — Ἀρνειάς τ' ἐνέμοντο. a

Ἄρνη, πόλις Βοιωτίας.] Ex ipso Stephano urbis situm discimus: alibi eam Celaethrae vicinam facit, et alibi finibus Phocidis, ita enim ille: *Κελαίθρα, πόλις Βοιωτίας, Ἄρνης πλησίον, ἀπὸ Κελαίθρου.* Et alio loco inquit: *Χαιρώνεια, πόλις πρὸς τοῖς ὅροις Φωκίδος.* Chaeronea erat recentior appellatio, uti noster eodem loco fusius docet. Pausanias in Boeoticis: *Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην, ἀπὸ δὲ ταύτης κληθῆναι καὶ ἑτέραν ἐν Θεσσαλίᾳ πόλιν.* In longe alia versatur opinione Lycophronis Scholiastes, perhibens ita dictam esse ab Arna Neptuni nutrice, propterea quod Saturno Neptunum quaerenti negaverit, se illum habere. Haec sunt eius verba ad locum Lycophronis Stephano allegatum: *Ἄρνη πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ*

Ἄρνης [ita legendum, non *Ἀρνοῦς*] *τῆς Ποσειδῶνος τροφοῦ, ὅτι Κρόνου ζητοῦντος Ποσειδῶνα, ἀπηρνήσατο μὴ ἔχειν αὐτὸν, ὅθεν ἡ πόλις ἐκλήθη, πρότερον Σινόουσα λεγομένη. ὥς φησι Θησεὺς ἐν τρίτῃ Κορινθίων.* Vide hac de re etiam Etymologici Magni auctorem, qui haec verbotenus ex scholiis in Lycophronem transcripsisse videtur.

— *Δευτέρα πόλις Θεσσαλίας.*] Distinguit quoque Strabo inter Arnam Boeoticam atque Thessalicam lib. IX. *Τὸ δ' Ἀκραίφιον καὶ αὐτὸ κεῖται ἐν ὕψει. φασὶ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι Ἄρνην ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, ὁμώνυμον τῇ Θετταλικῇ.* Vide etiam Pausaniam loco proxime allegato.

— *Περὶ ἧς ὁ χρησμός.*] Oraculi huius praeterea meminit Eustathius ad Iliada *B*, ubi quatuor huius appellationis urbes enumerat: *Τέσσαρες δὲ Ἄρναι ἀριθμοῦνται τοῖς παλαιοῖς. ἐν αἷς καὶ Θετταλικὴ, ἄποικος τῆς Βοιωτίας, περὶ ἧς ἐχρήσθη οὕτως·*

Ἄρνη χηρεύουσα μένει Βοιώτιον ἄνδρα.

— *Ἡ Κιέριον καλεῖται.*] Sic reperitur in vulgatis codicibus: Chartaceus Vossianus vocem unica litera auget: *ἡ Κιερικὸν καλεῖται.*

— *Θυγατέρα δέ φασιν Αἰόλου.*] Idem testatur Pausanias in Boeoticis, cuius verba iam supra allegavimus.

— *Τετάρτη, τῆς Ἐρασινίων, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ.*] Gens haec
170 Thraciae omnibus geographis plane ignota. Non dubito, quin li-
b brariorum imperitia huc vitium irrepserit. Fortassis rescribendum est: *τετάρτη, τῆς Ζηρανίων, πρὸς τῇ Θρᾴκῃ.* De Zeraniis Thraciae populis apud nostrum Theopompi et Ephori testimonium reperitur. *Ζηράνιοι, ἔθνος Θρᾴκης. Θεόπομπος εἰκοστῷ πέμπτῳ. καὶ Ζηρανία ἐπὶ τῆς χώρας. Ἔφορος εἰκοστῷ ἑβδόμῳ.*

Ἀρόερνοι.] Straboni et Ptolemaeo dicuntur *Ἀρούερνοι.* Gentem satis bellicosam fuisse Geographus lib. IV. testatur: *Τῆς δυνάμεως δὲ τῆς πρότερον Ἀρούερνοι μέγα τεκμήριον παρέχονται τὸ πολλάκις πολεμῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους.*

Ἀρόη. Πανσανίας ἑβδόμῳ.] Sine dubio noster haec Pausaniae verba innuit: *Τριπτολέμου δὲ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀφικομένου, τόν τε καρπὸν λαμβάνει τὸν ἥμερον, καὶ οἰκῆσαι διδαχθεὶς πόλιν, Ἀρόαν ὠνόμασεν ἐπὶ τῇ ἐργασίᾳ τῆς γῆς.* Testatur etiam Etymologici Magni auctor, *Ἀρόην* quasi *παρὰ τὸ ἀρόσαι* dictam esse et a terrae cultu nomen accepisse: Triptolemus enim Celei filius, iussu Cereris hoc loco primum homines arare et frumenta serere edocuit. haec sunt eius verba: *Ἀρόη, κώμη πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ πόλις ἡ καλουμένη Πάτρα, περὶ ἧς καὶ λόγιον ἐκ Σιβύλλης ἐξέπεσε τρίμετρον, οἷον, Ἀρόη τρίπυργος ἔσσετ' εὐδαίμων πόλις. Ὅτι Τριπτόλεμος ὁ Κελέου, ὑπὸ τῆς Δήμητρος κελευσθεὶς διδάσκειν*

[redacted]

τοὺς ἀνθρώπους τὴν γεωργίαν τοῦ σίτου, ἐν αὐτῇ πρῶτον ἤροσέν τε καὶ ἔσπειρε, τὸ συμφυὲς τῆς γῆς καταμαθών. παρὰ τὸ ἀρόσαι οὖν ἀρόη, προσηγορικόν.

— *Λέγεται καὶ Πάτραι.*] Vide Pausaniam et Etymologum, quorum verba iam produximus.

Ἁρπάγια, οὐδετέρως, τόπος etc.] Hoc genere vocem usurpavit Strabo libro XIII. ubi situm loci sic describit: *Ἐν δὲ τῇ μεθορίᾳ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῆς Πριαπηνῆς ἐστὶ τὰ Ἁρπαγεῖα τόπος, ἐξ οὗ τὸν Γανυμήδην μυθεύουσιν ἡρπάχθαι.*

Ἅρπασα πόλις Καρίας.] Situm huius oppidi videre licet apud Ptolemaeum et Plinium. Censeo Stephanum haec de Harpasa collegisse ex libro XV. Rer. Caricarum Apollonii, ubi Harpasum amnem antea Daphnuntem appellatum describit. Fragmentum hoc reperitur apud Etymologici Magni auctorem: *Ἅρπασος ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος. εἴρηται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοοῦ, καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ. οὕτως ἱστορεῖ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ Καρικῶν.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἁρπασεύς, Μύλα Μυλασεύς.*] Hic locus vitii non est immunis, licet ita in codicibus MSS. et vulgatis con- 171 a
cipiatur: non dubito quin rescribendum sit: *τὸ ἐθνικὸν Ἁρπασεύς, ὡς Μύλασα Μυλασεύς.* Vide Stephanum in *Μύλασα*, et de hac emendatione eris certus.

Ἅρπινα, πόλις Ἤλιδος, ἀπὸ Ἁρπίνης etc.] Noster haec videtur transscripsisse ex Pausaniae Eliacis posterioribus, ubi refert Oenomaum urbem condidisse et de matris nomine appellasse, ita enim ille: *Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἁρπιννάτης καλούμενος ποταμός, καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πόλεως Ἁρπίννης ἄλλα τε ἐρείπια καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. οἰκίσαι δὲ Οἰνόμαον τὴν πόλιν, καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσι Ἁρπίννης.* Haec civitas olim dicta fuit Pisa et Olympia, quemadmodum alibi perhibet Stephanus. *Ὀλυμπία, ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς τιμᾶται. λέγεται καὶ Ἅρπινα, ὡς Νικάνωρ, ἀπὸ τῆς Οἰνομάου μητρός.*

— *Ἀφ' ἧς καὶ Ἄρεος Οἰνόμαος.*] Sic libri exhibent vulgati: melius codex Vossianus: *ἀφ' ἧς Ἄρεος Οἰνόμαος.*

Ἅρπυια. Εἰς ἣν Βάτων ὁ Ἀμφιαράου ἡνίοχος etc.] Batonem fuisse Amphiarai aurigam, nemo mediocriter in Mythologia versatus in dubium vocabit: sed ipsum post Amphiarai *ἀφανισμὸν* in Illyriam commigrasse et Harpyiae habitasse, antiquorum testimoniis non confirmabitur: nam unanimi consensu omnes perhibent, Batonem cum Amphiarao eodem terrae hiatu evanuisse: Pausaniam testem producam, qui in Corinthiacis ita inquit: *Ἦν δὲ ὁ Βάτων γένους Ἀμφιαράῳ τοῦ αὐτοῦ τῶν Μελαμποδιδῶν, καὶ*

ἐς μάχην ἐξιόντι ἡνιόχει τοὺς ἵππους, γενομένης δὲ τῆς τροπῆς ἀπὸ τοῦ Θηβαίων τείχους, χάσμα γῆς Ἀμφιάραον καὶ τὸ ἅρμα ὑποδεξάμενον ἠφάνισεν ὁμοῦ καὶ τοῦτον τὸν Βάτωνα. Idem manifeste liquet ex Apollodoro, ita enim ille lib. III. Ἀμφιαράῳ δὲ φεύγοντι παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνὸν, πρὶν ὑπὸ Περικλυμένου τὰ νῶτα τρωθῆ, Ζεὺς κεραυνὸν βαλὼν, τὴν γῆν διέστησεν. ὁ δὲ
171 σὺν τῷ ἅρματι καὶ τῷ ἡνιόχῳ Βάτωνι, ὡς καὶ ἔνιοι Ἐλάττωνι,
b ἐκρύφθη. Non dubito quin Stephanus confundat aurigam Amphiarai cum alio Batone, qui Breucorum, Andizetiorum, Diasnotum, Peirustarum, Mazaeiorum, Daesiatarum, aliorumque minorum et obscuriorum in Illyria conventuum sive coloniarum dux fuit, quemadmodum testes sunt Strabo lib. VII, et Dio lib. LV.

Ἀῤῥέντεια, πόλις Ἰταλίας.] Fortassis Strabonis lib. V. et Ptolemaei lib. III. cap. I. Ἀῤῥήτιον, vel Ἀρήτιον (utroque enim modo scribitur, et *Aretium* Plinii lib. XXXV. cap. XII.) cuius mox fit a Stephano mentio: nihil tamen affirmo.

Ἀῤῥηχοί. Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Respicit noster haec Strabonis verba: Τῶν Μαιωτῶν δ' εἰσὶν αὐτοί τε οἱ Σίνδοι, καὶ Δανδάριοι, καὶ Τορεάται, καὶ Ἄγροι, καὶ Ἀῤῥηχοί etc. Mela lib. I. cap. XXIX. *Oram quae a Bosporo ad Tanaim usque deflectitur, Maeotici incolunt, Toreatae, Arrechi, Phicores etc.*

Ἀρσακία, πόλις Μηδείας.] Variis appellationibus haec urbs a Stephano nuncupatur, quae in voce Ῥάγα inveniuntur. Ῥάγα, πόλις ἐν Μηδίᾳ. τὸ ἐθνικὸν τῆς μὲν Ῥαγὸς Ῥάγιος, τῆς δὲ Ῥάγας Ῥαγηνὸς, ὡς Καῤῥηνός. ἐκτισμένη ὑπὸ Σελευκοῦ τοῦ Νικάτορος, ἐκαλεῖτο δὲ Εὔρωπος. μετωνομάσθη δὲ καὶ Ἀρσάκη, ἀπὸ Ἀρσάκου βασιλέως Περσῶν. Hodie urbs appellatur *Casbün*, et pronuntiatione Persica *Casviin*. Dictam fuisse Europum et Ragas, etiam testatur Strabo lib. XI. Εἰσὶ δὲ καὶ Ἑλληνίδες πόλεις κτίσματα τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ Μηδίᾳ, ὧν Λαοδίκειά τε, καὶ Ἀπάμεια, καὶ ἡ πρὸς Ῥαγαῖς καὶ αὐτὴ Ῥάγα, τὸ τοῦ Νικάτορος κτίσμα, ὃ ἐκεῖνος μὲν Εὔρωπον ὠνόμασε, Πάρθοι δὲ Ἀρσακίαν, νοτιωτέραν οὖσαν τῶν Κασπίων πυλῶν. Ptolemaeus lib. VI. cap. II. Europum et Arsaciam diversas statuit esse urbes in Media, a Caspiis portis longe remotas.

Ἀρσινόη. Ἀδελφῆς καὶ γυναικός.] Ptolemaeum Philadelphum sororem Arsinoem habuisse ex historicorum monumentis
172 satis constat, atque eam uxorem duxisse dubitare non licet. Ille
a enim, simulato amore, ut ipsam Cassandreae urbis possessione privaret, sororis suae matrimonium petit, in quod, pactis nonnullis conditionibus, illa concedit. Videsis Iustinum lib. XXIV. cap. II et III. Primo intuitu totum locum ita conceperam; Ἀρσινόη, πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου

[redacted]

ἀδελφῆς, καὶ γυναικὸς Λυσιμάχου. Arsinoen Lysimacho nuptam fuisse testatur idem Iustinus lib. XVII. cap. II. *Quippe post menses admodum septem Ptolemaeo, cuius sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias circumventus occiditur.* Verum locus satis est integer, nullaque suppletione indiget, praesertim cum Aegyptiorum mores sinant sororem in matrimonio habere. Vide Strabonem lib. X. cuius verba infra in medium produximus.

— *Παραιτονίου Λιβύης, ἡ πρότερον Ταύχειρα.*] Tauchiram urbem Libycam, et posterioribus temporibus Arsinoen fuisse dictam, etiam Stephanus suo comprobavit testimonio. *Ταύχειρα πόλις Λιβύης, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως, ὡς Τάγειρα, ἀπὸ Ταγείρας τῆς Αὐτάνδρου θυγατρός. λέγεται δὲ νῦν Ἀρσινόη.* Sed qua in regione Libyae fuerit sita Epitomator reticuit; et quid sibi hoc loco velit *Παραιτονίου Λιβύης*, quo accuratiorem situs descriptionem exhibere videtur, non nisi divinando dixerim. Omnino subest hic aliquid portenti, licet scripti et vulgati codices nihil mutent, quod absque magna mutatione non auferetur: fortassis rescribendum est: *Δευτέρα πόλις, Πενταπόλεως Λιβύης, ἡ πρότερον Ταύχειρα.* In Aphricae Cyrenaica provincia regio est Pentapolis, Geographis sic dicta a quinque praeclaris urbibus, collocantur enim ibi Apollonia, Berenice, Tauchira sive Arsinoe, Ptolemais, et Cyrene. Ptolemaeus lib. IV. cap. IV. *Πενταπόλεως θέσις· Βερενίκη, ἡ καὶ Ἑσπερίδες. Λάδωνος ποτ. ἐκβολαί. Ἀρσινόη, ἡ καὶ Ταύχειρα.* Ita hunc locum lego, ubi male *Τεύχειρα* excusum est. Optime etiam in hanc rem scripsit Plinius lib. V. cap. V. *Cyrenaica, eadem Pentapolitana regio illustratur Hammonis oraculo, quod a Cyrenis abest* CCCC M. *passuum, a fonte Solis; urbibus maxime quinque, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipsa Cyrene.* Et mox sequitur: *Ab ea Arsinoe, Tauchera vocata,* XLIII. M. *passuum.* Vide etiam Strabonem libro XVII. in Cyrenaicae provinciae descriptione, et coniecturam nostram omnino non improbabis, licet paullulum a vulgatis libris et MSS. recedat. Si quis tamen vulgatam lectionem velit defendere, ille ante τὸ *Παραιτονίου* voculam *πλησίον* inserere necesse habebit, vel simile quid. Sed ut verum fatear, prior coniectura magis placet: nam Geographorum testimoniis evidentissimum est, hanc Arsinoam in Pentapolitana regione fuisse sitam: et quam longe Paraetonium a Pentapoli distet, omnes norunt geographiae periti, adeo ut τὸ *πλησίον* parum ad rem faceret.

— *Πόλις Συρίας ἐν Αὐλῶνι.*] Huius meminit Etymologici magni Auctor, traditque in colle sitam esse, plurimos fontes eructante, et ἀπὸ τοῦ ἄρσαι nomen habere. *Ἀρσινόη, πόλις ἐν*

Συρία ἐπὶ βουνῷ κειμένη, ἐπὶ δὲ τοῦ βουνοῦ πηγὰς ἐξερεύγεσθαι πλείονας, ὡς ποταμοὺς γίνεσθαι μεγάλους, ἀφ' ὧν πόλις ὠνόμασται, ἄρσαι γὰρ τὸ ποτίσαι. Damasceno agro haec urbs erat proxima, uti liquet ex Strabone, convallem regiam *Αὐλῶνα βασιλικὸν* ibi describente, ita enim ille lib. xvi. *Ὑπὲρ δὲ τοῦ Μαρσύου ἐστὶν ὁ καλούμενος Αὐλὼν βασιλικὸς, καὶ ἡ Δαμασκηνὴ χώρα, διαφερόντως ἐπαινουμένη.* Admodum verisimile est in colle fuisse conditam, ne inundationem pateretur, nam *αὐλῶνες* sunt depressae convalles, barathra, atque terrae cavitates. Hesychius: *Αὐλῶνες, φάραγγες, τόποι βαθεῖς ἐπὶ τὰ ὄρη.*

172 b — *Στάδια ὀκτακισχίλια.*] In hisce verbis error est plane gravissimus, nam urbem fuisse tanti ambitus non facile mihi persuaserim. Salmasius in margine libri correxit: *Στάδια ὀκτώ.*

— *Πέμπτη, Κιλικίας.*] De hac mentionem facit Ptolemaeus lib. v. cap. viii.

— *Τῆς Αἰγύπτου πόλις.*] Haec illa est, quae etiam Clysma et Cleopatris fuit appellata, non longe ab Heroum civitate dissita. Strabo lib. xvii. *Ἔστι δὲ καὶ νομὸς Σεθρωΐτης παρὰ τὴν ἑτέραν λίμνην. ἔνα δὲ τῶν δέκα τῶν ἐν τῷ Δέλτα διαριθμεῖται καὶ τοῦτον. εἰς δὲ τοσαύτας λίμνας συμβάλλουσι καὶ ἄλλαι δύο διώρυγες. ἄλλη δ' ἐστὶν ἐκδιδοῦσα εἰς τὴν Ἐρυθρὰν, καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον καὶ πόλιν Ἀρσινόην, ἣν ἔνιοι Κλεοπατρίδα καλοῦσι.*

— *Ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη.*] Stephanus in illa voce: *Μάριον, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη.* Vide etiam Strabonem lib. xiv. Scylacem Caryandensem capite *Κύπρος:* et Plinium lib. v. cap. xxxi.

— *Ὀγδόη Αἰτωλίας.*] De hac mentionem facit Polybius in Excerptis de virtutibus et vitiis, eamque non Arsinoen, sed Arsinoïam appellat, ubi refert Aetolos solere latrociniis et sceleribus victum quaerere, haec sunt eius verba: *Βραχεῖ δ' ἀνώτερον χρόνῳ γεγενημένοι τοῦ φόνου τοῦ κατ' ἀλλήλων ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀρσινοΐαν σφαγαῖς, ἕτοιμοι πρὸς πᾶν ἦσαν, ἀποτεθηριωμένοι τὰς ψυχὰς, ὥστε μηδὲ βουλὴν διδόναι τοῖς προεστῶσι. διόπερ ἦν ἀκρισίας καὶ παρανομίας καὶ φόνου πλήρη τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν.* Haec condita est, teste Strabone, ab Arsinoa Ptolemaei Philadelphi uxore, eadem et sorore, ita enim ille lib. x. *Μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἡ κώμη μὲν ἦν πρότερον καλουμένη Κωνῶπα, κτίσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς ἅμα καὶ ἀδελφῆς.*

— *Ἐννάτη, Λύκτου.*] Non dubito, quin librariorum imperitia monstrum illud lectionis in textum irrepserit: *Λύκτος* enim neque provinciae neque regionis nomen est, sed oppidi in Creta. Fortassis rescribendum est: *ἐννάτη, Λυκίας.* Nihil occurrit me-

[redacted]

lius divinandum: nam infra sequetur: ἔστι καὶ ἄλλη Λυκίας. Hac loquendi formula non usus fuisset Stephanus, nisi in praecedentibus alterius meminisset. Censeo hic debere intelligi Patarum a Pataro conditam, quam Ptolemaeus Philadelphus cum eam auxisset atque instaurasset, ab uxore Arsinoen Lyciae appellavit, ita enim de illa scribit Strabo lib. XIV. *Μετὰ δὲ τὸν Ξάνθον Πάταρα, καὶ αὕτη μεγάλη πόλις, λιμένα ἔχουσα καὶ ἱερὰ πολλὰ, κτίσμα Πατάρου. Πτολεμαῖος δ' ὁ Φιλάδελφος ἐπισκευάσας, Ἀρσινόην ἐκάλεσε τὴν ἐν Λυκίᾳ.*

— *Τῆς Τρωγλοδυτικῆς.*] Haec sine dubio est diversa ab illa, quam supra ex Strabone Cleopatridem dictam ostendimus. Huius etiam meminit Geographus lib. XVI. hisce verbis: *Ἀπὸ δὲ Ἡρώων πόλεως πλέουσι κατὰ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, πόλιν εἶναι Φιλοτέραν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου προσαγορευθεῖσαν, Σατύρου κτίσμα τοῦ πεμφθέντος ἐπὶ τὴν διερεύνησιν τῆς τῶν ἐλεφάντων θήρας τῆς Τρωγλοδυτικῆς. εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην.* Haec etiam ab Heroum civitate non longe abfuit, ut et alia quae Cleopatris appellabatur, quare opportune Strabo, *εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην* hoc loco addidit. Verum illud obiter admonendum, me haec ex Aldina editione transcripsisse; quatuor enim ultima verba utrique Casaubonianae casu quodam excidisse videntur. Huius urbis memoria etiam reperitur apud Diodorum Siculum lib. III.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρσινοήτης.*] Apud Hubertum Goltzium exstat nummus cum inscriptione, *ΑΡΣΙΝΟΗΤΩΝ.* Dissentit codex Vossianus, in quo exaratum est, *τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοΐτης.*

— *Ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Λιβύῃ Ἀρσινοεύς.*] Haec contraria sunt 173
canoni, quem Stephanus de forma Libycorum gentilium exhibet: a
passim enim docet Aegyptia et Libyca gentilia in *ιτης* terminari. Vide in vocibus *Ἄζιλις, Ὠφθὶς*, atque aliis in locis plurimis. Proinde vehementer dubito an non olim a Stephano hic fuerit exaratum: *Ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Λιβύῃ Ἀρσινοΐτης.*

Ἀρσυσία, χωρίον τῶν Ψύρων καὶ Χίου.] Constanter ita legunt libri MSS. et vulgati, verum Stephanum incidisse in Strabonis depravatum a librariis codicem, iam monuit Cl. Casaubonus, et pro *Ἀρσυσία* rescribendum esse *Ἀριουσία*: hanc enim lectionem confirmant Plinius, Plutarchus et quotquot huius regiunculae et vini Ariusii meminere. Verum quae porro in hisce verbis sunt emendanda, viri docti intacta reliquere; nam quid quaeso sibi volunt haec verba, *χωρίον τῶν Ψύρων καὶ Χίου*? An Ariusia et Psyrorum et Chii regiuncula censeri potest? Apage nugas hasce. Procul dubio post *χωρίον* vel *μεταξὺ*, vel simile quid periit, quod nisi quis adiecerit, frustra in emendatione huius

loci sudabit: optime enim Ariusa inter Psyra et urbem Chium; in orientali latere insulae sitam, collocari potest, quod ferme ab omnibus, qui in mappis geographicis operam posuere, praetermissum est.

— Ὅσον σταδίων τριάκοντα.] Neque haec verba ita apud Strabonem concipiuntur: apud ipsum pro τριάκοντα legitur τριακόσια, quae lectio omnino intoleranda est, cum Chii ambitus, si quis littus legat, stadiorum est ɪↄcccc, uti ipse Strabo libro xiv. auctor est.

— Καλούμενον Ἀρσύσινον.] Et hic rescribendum est, quemadmodum ex Strabone manifeste liquet: Καλούμενον Ἀριούσιον. Pessime exhibet liber Vossianus: Καλούμενον Ἀρσύσικον. Plinius de vinis transmarinis lib. xiv. cap. vii. *In summa gloria fuere Thasium Chiumque. Ex Chio quod Ariusium vocant.* Plutarchus in Epicurum: Λαΐδι σύγγενέσθαι, καὶ πιεῖν οἶνον Ἀριούσιον. Vide quoque Athenaeum lib. i. cap. xxv. et alios.

— Κατὰ συγκοπὴν τῆς σι, ἡν γὰρ Ἀρσυσιηνός.] Tanto molimine hinc formare huiusmodi gentile, merae nugae sunt. Licet enim istam syllabam auferas, remanebit Ἀρσυηνὸς, quae vox etiam nihili est, uti mox probabimus. Stephanus vitioso Strabonis libro utens, regiunculae nomen corrupte protulit, atque insusitatum inde gentile deduxit. Si liceat dicere οἶνος Ἀριούσιος, optimo iure etiam incolae Ἀριούσιοι sunt appellandi.

— Ἡ Ἀρσυηνός.] Etiam hoc gentile in libris scriptis et
173 editis profligatissime corruptum circumfertur. Corrigebat ὁ πάνυ
b Salmasius in margine sui libri: ἢ Ἀρσυσιανός. Haec emendatio ex ipsa sensus ἀκολουθίᾳ firmari posset: verum cum loci nomen sit Ἀριούσια, inde necessario Ἀριουσιανὸς formandum foret.

Ἀρταῖα, Περσικὴ χώρα.] Videtur ipsa Persia olim sic dicta fuisse: nam teste Herodoto lib. vii. Persae quondam a Graecis Cephenes, a se vero ipsis atque ab accolis *Artaei* vocabantur; haec sunt eius verba: Ἐκαλέοντο δὲ πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέν τοι σφέων αὐτέων καὶ τῶν περιοίκων Ἀρταῖοι.

— Ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους ἥρωας καλοῦσι.] Maxime miror, viros doctos hunc locum citantes, in eo lacunam non subolfecisse, quam libri editi praeferunt; in iis enim ita legitur: Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους καλοῦσι. Nos ex libris calamo exaratis lacunam voce ἥρωας supplevimus, atque hanc editionem auctiorem fecimus. Huc optime facit locus Hesychii: Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις.

— Μιλλάμωνες.] De integritate huius vocis fateor me dubitare. Loquitur Stephanus de compositione vocabulorum apud

[redacted]

Aegyptios usitata; verum quid prima compositi pars sit aut denotet, nulla coniectura possum assequi. Malo igitur statuere vocem leviter esse corruptam, atque hic reponendum esse aut *Μελάμμωνες*, aut *Νειλάμμωνες*, quod eodem redibit: nam Nilus, testibus Plutarcho et Eustathio in Dionysium de situ orbis, *Μέλας*, et veteribus Latinis *Melo* appellatus fuit, ut tradunt Festus et Servius. Inter trecentos septuaginta sex Episcopos, qui in Concilio Sardicensi, Rufino et Eusebio CSS. celebrato, subscripserunt, etiam reperitur Episcopus Aegyptius, cui *ΝΕΙΛΑΜΜΩΝ* nomen erat: eodemque loco huic non dissimilia inveni composita, uti *Σεραπάμμων*, *Ἀγαθάμμων*, *Ἡρακλάμμων*, et *Ψενόσιρις* qui ad alium locum pertinet, ubi de Adonosire nobis erat sermo. Vide pag. 112.

— *Ἡρωδιανὸς Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ.*] Etsi ita omnes codices habeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo. Librarios facili negotio pro *Ἡρωδιανὸς* substituere *Ἡρόδοτος*, et vice versa, notius est quam quod doceri debeat. Rescribendum est sine ulla dubitatione: *Ἡρόδοτος Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ.* Hanc correctionem esse verissimam, liquet ex ipso Stephano: *Ἀρτεᾶται γένος Περσικόν. Ἡρόδοτος πρώτῃ.* Ad quem locum Herodoti verba producemus.

— *Ἔστι καὶ Ἀρταίου τεῖχος.*] Chartaceus Vossianus exhibet: *Ἔστι καὶ Ἀρταίων τεῖχος.*

Ἀρτάκη. Ἄποικος Μιλησίων.] Milesios in agrum Cyzicenum, sive in insulam Cyzicum, in qua erat Artace, coloniam misisse, etiam testatur Plinius lib. v. cap. xxvi. hisce verbis: *Flumen Granicum, Artace portus, ubi oppidum fuit. Ultra insula, quam continenti iuxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocatum Arconnesos.* Ex hisce liquet Plinium Artacem, contra fidem aliorum Geographorum in Cyzico non collocasse, quae, uti autumant nonnulli, insula, vel ut alii volunt, peninsula fuit, duobus pontibus minori Mysiae coniuncta. Optime ex verbis Scylacis Artacae situm colligimus, ita enim ille capite Phrygia: *Καὶ Κύζικος ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἐμφράττουσα τὸν ἰσθμὸν, καὶ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ Ἀρτάκη.* 174 a

— *Ἀρτάκης τοῦτο μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς. τοῦτο δὲ νησίον ἐστίν.*] Eadem ferme verba leguntur apud Strabonem lib. xii. *Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νήσῳ τῶν Κυζικηνῶν ὄρος ἐστὶν εὔδενδρον Ἀρτάκη. καὶ νησίον ὁμώνυμον πρόκειται τούτου.* Verum in Stephani libris pro *Ἀρτάκης* reponendum est *Ἀρτάκη.*

— *Ὃν ποιεῖ τὸ ὄρος ἔχεσθαι τοῦ αἰγιαλοῦ.*] Omnino subest hic portenti aliquid, nam quid sibi velit *τὸ ἔχεσθαι*, fateor ingenue me non capere. Fortassis locus ita est emendandus: ὃν

κοιεῖ τὸ ὄρος ἔγγιστα τοῦ αἰγιαλοῦ. Nihil melius divinandum occurrit, vestigiis scriptae et vulgatae lectionis insistenti.

— Καὶ Ἀρτάκιος εἶπε Δημοσθένης.] De gentilibus ab hac voce formatis etiam disputat Stephanus in vocabulo Ἄβαι, ubi Ἀρτακῖος; non vero Ἀρτάκιος excusum est in vulgatis. Totum locum ibi duobus modis correximus. Sed mira profecta est mentis humanae coecitas, quae modo affirmat, pertinax modo negat, et contra. Si nunc mei arbitrii res foret, totum locum in voce Ἄβαι ex coniectura sic constituerem: Καὶ Ἀλύβη, τὸ δὲ ἐθνικὸν Ἀλυβαῖος, καὶ Ἀλυβεύς, οὗ θηλυκὸν Ἀλυβηΐς, καὶ
174 Ἀλυβήϊος τὸ κτητικόν, ὡς βασιλήϊος, ἀλλὰ καὶ Ἄλυβις. Καὶ
b Ἀρτάκη. Ἀρτακηνός, Ἀρτακεύς, Ἀρτάκιος, οὐκ Ἀρτακαῖος. Ex tribus hisce modis lector eligat, quodcunque libuerit.

— Οὕτω γὰρ αὐτόθι ἡ Ἀφροδίτη καλεῖται.] Fortassis ante haec verba excidit gentile femininum, quo Venus ab Artacenis culta fuit.

Ἀρτάξατα. Ἣν καὶ Ἀρταξιάσατα καλοῦσι.] Vereor ne depravata sit haec lectio: libri calamo exarati constanter exhibent: Ἣν καὶ Ἀρταξιάσατα καλοῦσι. Et ita legendum esse satis manifeste indicat Strabo libro undecimo, unde Stephanus sua transcripsit: Πόλεις δ' εἰσὶν Ἀρμενίας, Ἀρτάξατά τε, ἣν καὶ Ἀρταξιάσατα καλοῦσιν, Ἀννίβα κτίσαντος Ἀρταξίᾳ τῷ βασιλεῖ.

Ἀρτεᾶται, γένος Περσικόν.] Eadem haec est gens de qua Stephanus in voce Ἀρταία ita loquitur: Ἡρωδιανὸς Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ: διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. Diximus tunc temporis, locum in mendo cubare et Ἡρόδοτος substituendum: ita enim ille lib. IX. cuius verba respicit Stephanus: Καὶ τὰ μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συνάλισε, καὶ ἀνέπεισε ἀπίστασθαι ἀπὸ Μήδων. Ἔστι δὲ τάδε, ἐξ ὧν ἄλλοι πάντες, ΑΡΤΕΑΤΑΙ, Πέρσαι, Πασαργάδαι, Μεράφιοι etc.

Ἀρτεμίσιον. Πόλις Οἰνώτρων ἐν μεσογείῳ.] Quaecunque passim per hunc auctorem de Oenotrorum urbibus traduntur, admodum obscura et intricata sunt; alibi enim sic inquit: Ἀρίνθη, πόλις Οἰνώτρων, ἐν μεσοποταμίᾳ. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Nihil de hoc loco possum affirmare, nisi aliunde lux affulgeat.

— Ἴσως Δωρικῶς.] Libri scripti praeferunt minus recte: Ἴσως Δωρικόν. Atticos frequentissime Σ ob soni insuavitatem vertere in Τ, ut γλῶσσα γλῶττα, σήμερον τήμερον etc. docent passim grammaticorum filii. Idem faciunt Dorienses, uti σὺ τύ, σός τεός, εἰσὶ ἐντὶ etc. sed parcissime.

Ἀρτέμιτα. Παρὰ τὴν Θάλειαν νῆσον.] Ita scriptum reperio in exemplaribus scriptis et editis, sed pessimo errore. Optime
175 emendavit doctissimus Cluverius: παρὰ τὴν Αἰθάλειαν νῆσον.
a

[redacted]

Sita erat ab altera promontorii Argentarii parte contra Cosanum littus: detortiori vocabulo, eodem observante Cluverio, nunc *Gjanuti* dicitur.

— *Ὡς δὲ Στράβων, πόλις Παρθυαίων.*] Respicit sine dubio verba libri XVI. *Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιτα πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα πεντακοσίους τῆς Σελευκείας σταδίους, πρὸς ἕω τὸ πλέον, καθάπερ καὶ ἡ Σιτακήνη.* Huius civitatis etiam meminit Isidorus Characenus in Stathmis Parthicis: *Ἔχει δὲ κώμας ἐν αἷς σταθμός, πόλιν δὲ Ἑλληνίδα Ἀρτέμιτα.*

— *Περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἀχελῴου.*] Hoc nonnullis circa Acheloi ostia insulis et peninsulis contigit, ut complanato mari, aggestu fluminis continenti adiungantur, quemadmodum luculenter ostendit Strabo lib. I.

— *Ἔστι καὶ πλησίον τῶν Ὀξειῶν νήσων, νῆσος Ἀρτέμιτα.*] Non est haec circa Acheloi fluminis ostia peninsula, de qua ex Artemidoro mentionem fecit Stephanus, separanda ab Artemita, una ex acutis sive Echinadibus, cuius iam meminit ex Rhiani Thessalicis: nam insulae Echinades sive *Ὀξεῖαι* ostiis Acheloi obiacent, XV stadiis remota inde quae longissime, quae vero proxima VI. cum quidem antea in alto iacuerit: sed limus copiose ex Acheloo advectus, plurimas cum continente coniunxit, et alias, ut de sua aetate testatur Strabo, ei adiiciet. Artemitam, quam Artemidorus sua aetate peninsulam agnoscebat, iam tempore Geographi erat continens facta, uti disertis verbis libro I. testatur: *Καὶ ἡ πρότερον Ἀρτεμία λεγομένη μία τῶν Ἐχινάδων νήσων, ἤπειρος γέγονε.* Adeo ut sine ulteriore probatione facillime mihi persuadere possim, Artemidori peninsulam et Rhiani insulam unam eandemque fuisse.

— *Ῥιανὸς ἡ Θεσσαλικῶν.*] Ita emendando veterem lectionem ex MSS. reduximus. Vitium ex Aldina et Florentina propagatum, etiam Xylandri editionem invaserat: in iis enim legebatur hunc in modum: *Ῥιανός. οἱ Θεσσαλικῶν*: quasi ultima verba essent pars versiculi ex Rhiano allegati: cum revera libri indicem, passim in hac Epitome obvium, Rhianus *Θεσσαλικὰ* fecerit, et Stephanus octavum hic citaverit.

— *Καὶ Ἀρτεμίῃ ἐπέβαλλον.*] Non displicet lectio, quae in libris calamo exaratis conspicitur: *Καὶ Ἀρτεμίτῃ ἐπέβαλλον.* Passim enim in vulgatis hoc tmemate *Ἀρτέμιτα* legitur. Verum liber Vossianus exhibebat: *Ἀρτέμια, νῆσος Τυῤῥηνική.* Quocunque 175
modo legeris, metri lex constabit. b

— *Διὰ τὸ τὸν τύπον τοῖς Πέρσαις ἀναλογεῖν.*] Evidentissimum est, quia hoc loco mentio fit de formatione gentilium apud Persas usitata, Stephanum in genuino suo opere locum quendam

orientalem hoc thremate recensuisse, quam Hermolaus, in hac Epitome consarcinanda vel summa vecordia neglexit, vel casu quodam praetermisit: nostram coniecturam etiam confirmant alia huius sectionis verba: τὸ ἐθνικὸν, Ἀρτεμιτηνός. Ἀπολλόδωρος δὲ Ἀρταμιτηνός φησι, διὰ τοῦ α. Apollodorum Babyloniae Artemitam meminisse, quam Epitomator intactam reliquit, certissime constat ex Strabone lib. xi. ubi ita scribit: Εἰ οὖν ἀπὸ τῆς Τρηνανίας ἐπὶ τὴν Ἀρτεμίταν τὴν ἐν Βαβυλωνίᾳ στάδιοί εἰσιν ὀκτακισχίλιοι, καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος, ἐκ τῆς Ἀρτεμίτας, ἐκεῖθεν δ' ἐπὶ τὸ στόμα τῆς κατὰ Πέρσας θαλάττης ἄλλο τοσοῦτον ἐστὶ etc. Huius urbis etiam meminit Geographus lib. xvi. et quia de illa testatur, fuisse πόλιν ἀξιόλογον, non est improbabile, Stephanum in suo opere eiusdem descriptionem exhibuisse.

Ἀρτύμνησος. Καὶ οἰκῆσαι ἐν τῷ ὄρει λόφον στρογγύλον κατοικῆσαι etc.] Constanter ita legunt libri editi omnes; neque verior est lectio librorum MSS. in quibus exaratum erat: Καὶ οἰκῖσαι ἐν τῷ ὄρει λόφον στρογγύλον κατοικῖσαι. Hunc locum etiam mutilatis et corruptis accenset incomparabilis Salmasius ad oram sui Stephani: verum quia eum in Plinianis Exercitationibus emendavit, edita magis quam inedita sequenda existimo, ita enim totum locum concepit: Τούτων δὲ τὴν μὲν ἐπὶ τὸν Κράγον ἐλθεῖν καὶ οἰκίσαι ἐν τῷ ὄρει λόφον στρογγύλον, καὶ καλέσαι πόλιν Πινάραν, ἣν μεθερμηνεύεσθαι στρογγύλην etc. Delevit igitur vir summus vocem κατοικῆσαι, quae hic profecto redundabat.

Ἄῤῥυβα. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀῤῥύβας.] Locus integer in schedis Vossianis hunc in modum concipitur: Ἀῤῥύββα. τὸ ἐθνικὸν, Ἀῤῥύββας.

Ἀρύκανδα, πόλις Λυκίας.] Fortassis sita fuit ad Arycandum amnem, et inde nomen accepit, quem Geographi Lyciae adscribunt. Plinius lib. v. cap. xxvii. *Iuxta mare Lymira cum amne, in quem Arycandus influit.* Huius oppidi etiam meminit Pindari Scholiastes Olympiorum Ode vii. hisce verbis: Ἐν Λυκίᾳ δέ ἐστιν πόλις Ἀρύκανδα καλουμένη, ᾗ πλησίον ἱερόν τι χωρίον, ὃ πρότερον μὲν Ἔμβολος ἐκαλεῖτο.

176 Ἀρχανδρούπολις, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.] Hanc civitatem
a Herodotus, libro a Stephano allegato, Anthyllae proximam facit, eamque ab Archandro Danai genero nominatam perhibet, haec sunt eius verba: Ἡ δὲ ἑτέρη πόλις δοκέει μοι τὸ οὔνομα ἔχειν ἀπὸ τοῦ Δαναοῦ, γαμβροῦ Ἀρχάνδρου τοῦ Φθίου, τοῦ Ἀχαιοῦ. καλέεται γὰρ δὴ Ἀρχάνδρου πόλις. οὐ μέντοι γε Αἰγύπτιον τὸ οὔνομα.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρχανδροπολίτης.] Codex Vossianus: τὸ ἐθνικὸν, Ἀρχανδρουπολίτης: quod mihi praeferendum videtur.

Ἄρωμα, πόλις Αἰθιόπων.] Huius sine dubio mentio exstat apud Ptolemaeum lib. IV. cap. VIII. *Κοβὴ ἐμπόριον, Ἔλεφας ὄρος, Ἀκάνναι ἐμπόριον, Ἀρώματα ἄκρον καὶ ἐμπόριον.*

— *Ὁ πολίτης Ἀρωμεύς.*] Non semper ab hac voce *Ἀρωμεὺς* deducitur, uti optime monuit Casaubonus: nam apud Dioscoridem *Ἀρωμίτης οἶνος* scribitur.

— *Στράβων. ἄριστος Μεσογείτης οἶνος Ἀρωμεύς.*] Constanter ita legunt libri scripti et editi: verum falsitatem huius loci, si quis non statim videt, illum *ἀλαοσκοπίη ἔχει* maxima: nam haec Strabonis verba tam pulchre ad rem faciunt quam Brececeςex Aristophanis. Stephanus loquitur de urbe Aethiopica, et ab Epitomatore Strabonis testimonium ex libro XIV. petitum in medium producitur, ubi Geographus de civitate Nysaeis et Trallibus vicina mentionem facit. Strabonis haec sunt verba: *Ἐντὸς δὲ Βιούλα, Μάσταυρα, Ἀχάρακα, καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐν τῷ ὄρει τὰ Ἀρόματα, συστέλλοντες τὸ γράμμα. ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος Ἀρομεύς.* Non possum profecto, quin cum Casaubono exclamem: o mirabilis Stephani negligentia, si ita ille scripsit, ut hodie habetur in eius Epitome, quam Hermolaus consarcinavit. Ego vero culpam in Stephanum non reiicio; nam ea- 176
dem Strabonis verba noster citat in *τῷ Μέσσωγις:* unde eviden- b
ter constat, eum hunc locum de Aethiopica urbe nequaquam intellexisse, licet ibi *τὸ Ἀρωμεὺς* eodem mendo laboret: *Μέσσωγις, ὄρος Λυδίας. τὸ τοπικὸν, Μεσσωγίτης. Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. ὅθεν ἄριστος Μεσσωγίτης οἶνος, ὁ Ἀρωμεύς.* Hinc igitur omnis mali labes, quod Hermolaus, vel quicunque Stephani opus detruncavit, urbem Lydiae, quam Stephanus sine dubio in suo opere descripsit, negligenter omiserit.

Ἀσαί. Θεόπομπος τριακοστῇ ἐννάτῃ.] In exarandis numerorum notis admodum faciles esse librariorum lapsus, omnes probe norunt, qui in evolvendis antiquorum scriptis operam navarunt. Codex Vossianus hoc loco exhibet: *Θεόπομπος λβ Φιλιππικῶν.* Hanc verissimam esse lectionem, licet aliter in vulgatis reperiatur, nullus ego dubito: ut autem hoc manifeste appareat, hic apponam Stephani verba aliunde desumpta. *Μανσὸς, κώμη Κορίνθου. Θεόπομπος τριακοστῷ δευτέρῳ. τὸ ἐθνικὸν, Μανσεύς.*

Ἀσβύστα, πόλις Λιβύης.] Praeter Dionysium de situ orbis et alios, etiam Herodotus in Melpomene Asbystarum meminit, ita enim ille: *Γιγαμέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται. οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι. ἐπὶ θάλασσαν δὲ οὐ κατήκουσι Ἀσβύσται. τὸ γὰρ παρὰ θάλασσαν Κυρηναῖοι νέμονται.* Asbystae igitur mediterranea incolebant et ab occasu Gigamis erat finitimi.

— *Δύο δέ εἰσι Τρίτωνες.*] Plures esse in diversis mundi partibus manifeste satis evincit Ortelius in Thesauro Geographico, Apollonii Scholiastes ad lib. IV. tres meminit, ita enim scribit: *Τρίτωνες τρεῖς, Βοιωτίας, Θεσσαλίας, Λιβύης. ἐν δὲ τῷ κατὰ Λιβύην ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ.*

Ἄσβωτος. Ὕστατιον ῥώσαντο.] Nisi post haec Euphorionis verba τελειοστιγμὴ collocetur, nullum hisce versiculis sen-
177 sum affingere poteris. In vulgatis et scriptis libris haec continua-
a tim leguntur, cum in iis distinctione opus sit.

Ἀσέα, κώμη τῆς Ἀρκαδίας.] Aetate Pausaniae tantum oppidi ruinae et murorum vestigia conspiciebantur: situs descriptionem apud eundem in Arcadicis legito.

— *Ἀφ᾽ ἧς Ἀλφειὸς ῥέει.*] Etiam Pausanias Alpheum non procul ab Asea collocat: verum Hesychius Alphei fontes, quemadmodum et Stephanus, in Asea originem habere statuit, ita enim ille: *Ἀσιῶτας, ἀπὸ τῆς Ἀσίας. ἔστι κώμη Ἀρκαδίας, ὅθεν Ἀλφειὸς δοκεῖ τὰς πηγὰς ἔχειν.*

— [1] *Καὶ ὁ κωμήτης ὁμοίως.*] Stephanus hinc pagani nomen fecit *Ἀσεάτης*: verum apud Hesychium reperitur *Ἀσιώτης*, uti liquet ex loco proxime citato. Quodnam sit praeferendum, aliis diiudicandum trado.

Ἀσία, πόλις Λυδίας.] Rara admodum huius oppidi exstat mentio apud Geographos, sed montis, in quo erat situm, passim meminere. Eadem haec leguntur apud Eustathium in commentariis ad Dionysium de situ orbis: *Οἱ δέ φασι, ὅτι Ἀσία πόλις Λυδίας παρὰ Τμώλῳ τῷ ὄρει, ἐν ᾗ τρίχορδος κιθάρα εὑρέθη, καὶ ἀπὸ ταύτης ἡ χώρα καλεῖται. ἢ ἀπὸ Ἀσίου τινὸς Λυδοῦ.* Vide quoque Etymologici Magni Auctorem et Suidam.

— *Διὸ καὶ Ἀσία ἡ ἤπειρος.*] Constanter ita legunt libri MSS. et vulgati: verum nemo non videt, haec verba nec praecedentibus nec sequentibus satis commode posse iungi: rationes enim illas, quare Asia Epirus dicta sit, omnis sani iudicii expers Epitomator hinc exterminavit atque prorsus expunxit, posteritati pro thesauris carbones obtrudens. Antiqui Graeci Macedoniam, Thessaliam, Boeotiam et Aegaei maris insulas incolentes, eam solam regionem, quae ipsis in opposita ora erat proxima, *Ἤπειρον* appellabant, quod nomen non tantum vicinis littori locis, sed et ulterius habitantibus, et denique toti minori Asiae, uti loquuntur nostri seculi Geographi, communicatum fuit: adeo ut non putem in hisce verbis mentionem fieri de antiqua orbis terrarum divisione in *τρεῖς Ἠπείρους*, de qua Ptolemaeus lib. VIII. Dionysius de situ orbis, et Agathemerus lib. II. cap. IV. Illam Asiae universae partem *Ἤπειρον* fuisse nuncupatam, liquet ex

[redacted]

rissime ex Dione lib. XLVIII. Ὁ Ἀντώνιος ὁ Μάρκος ἐς τὴν Ἀσίαν τὴν ἤπειρον ἦλθε. Et Nicander in Alexipharm. ita inquit:

—— Παῖδες εὐζήλοιο Κρεούσης
Πιοτάτην ἐδάσαντο γεωμορίην ἠπείρου.

In quibus verbis Ἤπειρος pro Ionia est accipienda. Verum illustrissimus in hanc rem locus exstat apud Eustathium in notis ad Dionysium Periegetam pag. 87. narrantem, Asium philosophum Troi Palladium ex ligno fabrefactum custodiendum exhibuisse: Troem vero in honorem huius philosophi, regionem prius Epirum dictam, Asiam appellasse. Haec sunt ipsissima Archiepiscopi verba: Οἱ δέ φασι ὅτι Ἄσιος φιλόσοφος τελεστὴς δέδωκε τῷ Τρωῒ πρὸς φυλακὴν τῆς Τροίας παλλάδιον ἀπὸ ξύλου τετελεσμένον, ἤτοι καταγεγοητευμένον. ὁ δὲ ἐς τιμὴν ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς τὴν ὑπ' αὐτοῦ χώραν, Ἤπειρον καλουμένην τοπρὶν, Ἀσίαν μετωνόμασεν. ἐξ αὐτῆς δὲ, ὡς ἀξιολόγου μέρους, καὶ ἡ λοιπὴ χώρα μετέσχε τῆς αὐτῆς κλήσεως. Atque ita simpliciter nostri auctoris verba, absque ulla mendi suspicione accipere atque interpretari possemus, licet evidentissimum sit, quam plurima ante eadem excidisse. Qui autem illa praecedentibus annectere studuerit, aliam vocem pro τὸ Ἤπειρος substituere necesse habebit. In re admodum dubia et controversa varias proponere opiniones non est illicitum. Quid si totum locum ex coniectura hunc in modum constituamus? Ἀσία, πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ τρίχορδος εὑρέθη κιθάρα. διὸ καὶ Ἀσιὰς ἡ κιθάρα. Coniectura haec non prorsus est improbanda: nam *Asia* non potuit dici Ἤπειρος, quia *Cithara* in civitate huiusmodi appellationis inventa est: verum quia in urbe *Asia* illud instrumentum trium chordarum primum prodiit, inde nomen sortitum est. Confirmatur nostra divinatio verbis Hesychii: Ἀσιὰς, ἡ κιθάρα, διὰ τὸ ἐν Ἀσίᾳ εὑρῆσθαι: sed praesertim loco in hanc rem egregio, quem in Etymologico Magno legimus: Ἀσιάτις. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρῳδῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ, ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας, κειμένῳ ἐν Τμώλῳ, πρῶτον εὑρέθη. Vide hac de re quoque Suidam, *Asiadem* citharam appellantem, et Scholiastam ad librum II. Apollonii Rhodii. Sic cogor divinare, ut haec verba praecedentibus connectam, interim meliora ex melioribus codicibus et coniecturis docentem exspectans, dum ipse glaciem frango.

177 b

— Οἱ μὲν ἀπὸ πόλεως Λυδίας.] Quidnam hoc est, quod ab urbe Lydiae accepit? Quonam haec verba spectent, mihi dubium videtur: non enim referri possunt ad inscriptionem huius tmematis; valde ridiculum foret ab ipsa urbe denominare. Commodius re-

feruntur ad nostram coniecturam, de qua praecedente commentario: nam *Cithara* Ἀσιὰς dicta ab urbe Lydia, ubi excogitata atque inventa fuit, sine dubio nomen sortita est. Sed ut ingenue fatear quod res est; ante haec verba mihi nonnulla excidisse videntur, in quibus de *Asia* proprie dicta, vel de tertia τῆς οἰκουμένης parte mentio facta est, quas aut ab urbe Lydiae, aut ab Asia Lydi filio antiquiores denominatas existimabant.

— Ἡ ἐκ τῆς Προμηθέως γυναικός.] Ex hisce porro verbis luce meridiana clarius apparet, Stephanum in antecedentibus de tertia terrarum orbis parte mentionem fecisse; scriptores enim antiquissimi etiam perhibent, Asiam a Promethei uxore sic denominatam esse. Herodotus in Melpomene: Ἡ δὲ Ἀσίη, ἀπὸ τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην. καὶ τούτου μὲν μεταλαμβάνονται τοῦ ὀνόματος Λυδοὶ, φάμενοι ἀπὸ Ἀσίεω τοῦ Κότυος τοῦ Μάνεω κεκλῆσθαι τὴν Ἀσίην, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς Προμηθέος Ἀσίης. Ab Herodoto et Stephano dissentit Eustathius in commentariis ad Dionysium, tradit enim ille, Asiam nomen accepisse ab Asia Atyis filio, vel ab Asia matre Promethei, non uxore. haec sunt eius verba: Ὅτι Ἀσία ἡ χώρα ὠνόμασται ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Ἄτυος, ὡς καὶ ἐν τῷ περὶ Εὐρώπης λόγῳ εἴρηται. ἢ ἀπὸ Ἀσίας μητρὸς Προμηθέως, ὡς καὶ Λυκόφρων βούλεται. ἢ διότι πολλὰ ἐξ ὑδάτων τέλματα ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο ἰλυώδης τυγχάνει. ἄσις γὰρ ἡ ἰλὺς, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ. Statuit etiam Apollodorus lib. I. de Diis, Asiam Promethei matrem esse, cui quoque Lycophronem, Apollonii Rhodii Scholiastam et Etymologici Magni auctorem consentientes invenies. Verum quem Eustathius hic filium Ἄτυος, illum in commentariis ad Iliad. *B.* cum Herodoto
178 Κότυος filium facit: Ἕτεροι δὲ τῶν ῥηθέντων ἡρώων τὸν μὲν Ἀ-
a σίαν, Κότυος ἱστοροῦσιν υἱόν. Verum haec obiter.

— Ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν etc.] Idem perhibet Eustathius ad Dionysium, cuius verba commentario proximo allegavimus. Scholiastes Apollonii ad lib. I. ita scribit: Ἡ Ἀσίη ὠνομάσθη ἀπὸ Ἀσίας τῆς Προμηθέως μητρὸς καὶ Ἄτλαντος. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν. Hinc etiam liquet, Prometheum et Atlantem fuisse fratres, qui Asiam matrem habuere. Ergo falsi sunt Herodotus et Stephanus, tradentes Asiam Promethei uxorem fuisse. Longe aliam Asiae etymologiam exhibet Agathemerus, lib. I. cap. I. deducens vocem ἀπὸ τοῦ ἄσσον, quod scilicet Asia propinqua sit, ex Europa illam adeuntibus. haec sunt eius verba: Ἀσία δὲ ἀπὸ τοῦ ἄσσον εἶναι τοῖς ἀπ' Εὐρώπης ἀπιοῦσι καὶ πεζῇ, καὶ νήσοις στιχηδὸν κειμέναις.

— Λέγεται καὶ Ἀσίς.] In prioribus editionibus hic locus ita reperitur: λέγεται καὶ Ἀσὶς ἰσθμός. Sed post τὸ Ἀσὶς collo-

canda est τελειοστιγμή: quia ἰσθμὸς ad Dionysii versum pertinet.

— Τηλέρτατος Ἀσίδος αἴης.] Mirum est profecto Xylandrum hunc Dionysii locum non bene edidisse, in cuius editione legitur: ὑπέρτατα τις Ἀσίδος αἴης. Nos veterem lectionem ex MSS. et Dionysio reduximus.

— Στράβων ἑνδεκάτῃ.] Ita locum emendare atque edere placuit sine auctoritate MSS. codicum, in illis enim et in vulgatis pessimo errore legebatur: Στράβων δεκάτῃ. Exstat locus circa initium libri undecimi, ubi de urbe Tanai loquitur, ad Maeotidem paludem sita. Haec, antequam Polemo eam devastasset, commune Asianorum Nomadumque Europaeorum emporium fuit.

— Καὶ τῶν Εὐρωπαίων Νομάδων.] Et hic locus in MSS. et vulgatis vitii non erat immunis, in iis enim legebatur, καὶ Εὐρωπαίων καὶ Νομάδων. Nos ultimum καὶ tanquam spurium a mala librariorum manu profectum reiecimus, praesertim cum illud neque in Strabone conspicitur. Totus locus apud Geographum legitur, quemadmodum hic edi curavimus.

— Ἔστι καὶ Ἀσία νῆσος Αἰθιοπίας.] Insulam huius appellationis in Aethiopia non agnoscunt alii Geographi. Fuit Iudaeorum et Phoenicum in mari Rubro navale, non ea in parte ubi Aethiopiam, sed ubi felicem Arabiam alluit, prope Aelam non procul a deserto *Sin*. Antiquitus appellabetur, teste doctissimo Bocharto, עציון-גבר *Esiongeber* sive *Asiongaber*: Eusebio Ἀσία, et Hieronymo *Essia* vocis compositae ultima parte neglecta, et priore Graeco vel Romano more inflexa. Quod sequitur apud nostrum non est vitii immune: nam ab insula non formatur πολίτης. Lege itaque, ὁ νησιώτης, Ἀσιάτης.

— Ἔστι καὶ Ἄσιος λειμών.] Si dicatur Ἄσιος λειμὼν, non 178
est necesse cum Grammaticis statuere, Homerum gignendi casu, b
in hisce verbis Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, usum fuisse. Imo si vulgata lectio apud nostrum sana sit, exemplum ex Poëta petitum nihil ad rem facit: nam Eustathius, Etymologus, Apollonii Scholiastes atque alii τὸ Ἀσίῳ non deducunt ἀπὸ τοῦ Ἄσιος, verum ἀπὸ τοῦ Ἀσίας, quemadmodum mox manifeste apparebit. Hinc est quod putem, in Stephani verbis lacunam debere notari, quae transpositis nonnullis vocabulis commodissime suppleri posset hoc modo: Ἔστι καὶ Ἄσιος λειμὼν, ἢ μᾶλλον Ἀσίας. Ὅμηρος

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. ——

— Ὅμηρος.] Locus est desumptus ex Iliade *B*. et integer apud Poëtam sic se habet:

'Ασίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

— Γενικὴ γάρ ἐστιν, οὐκ 'Ασιανῷ.] Apparet locus mutilus, et forte ita constituendus: Γενικὴ γάρ ἐστιν, οὐκ ἀντὶ τοῦ 'Ασιανῷ. Videntur olim inter se disputasse Grammatici, qualem τὸ 'Ασίῳ praeferat casum, an gignendi, an vero dandi. Quae sententia magis sit amplectenda, satis clare apparet ex verbis Eustathii ad illum Homeri locum, ita enim ille pag. 254. Τινὲς δὲ τὸ 'Ασίῳ ἐν λειμῶνι, ἀντὶ τοῦ 'Ασίου εἶπον κατὰ γενικὴν πτῶσιν. καὶ φασὶν ὅτι ἀνδρί τινι ἐπιφανεῖ ὁ λειμὼν ἐπωνόμασται. οὗ ἡ εὐθεῖα ὁ 'Ασίας, ἡ γενικὴ 'Ασίου. καὶ ἰωνικῶς 'Ασίεω, ὡς Ἑρμείεω, Εὐμελίεω. καὶ ἐν συγκοπῇ 'Ασίω, ὡς Εὐμελίω. Eandem hanc materiam tractat in commentariis ad Dionys. p. 87. hisce verbis: Ὡς καὶ Ὅμηρος, 'Ασίῳ ἐν λειμῶνι. οὐ κατὰ δοτικὴν, τῷ 'Ασιανῷ, ἀλλὰ κατὰ γενικήν. Vide quoque hac de re Etymologici Magni Auctorem, et Apollonii Rhodii Scholiast. ad lib. II.

— Καὶ 'Ιωνικῶς 'Ασίεω, καὶ 'Ασίω.] Et huic loco aliquid excidisse evidentissimum est ex verbis Eustathii iam allegatis. Sine dubio rescribendum est: καὶ 'Ιωνικῶς 'Ασίεω, καὶ κατὰ συγκοπὴν 'Ασίω.

'Ασίνη, πόλις Λακωνική.] Pausanias et Strabo duas hac appellatione urbes agnoscunt, alteram Messeniacam, alteram Argolicam, solus Stephanus Laconicam, quam nusquam reperio: et cum de Argolica, oppidulo satis celebri, nullam omnino mentionem faciat, vehementer dubito, an locus ita non sit constituendus. 'Ασίνη, πόλις 'Αργολική, quod mendae genus etiam alibi in Stephano observavimus. Unus Scylax Caryandensis Laconicam ab Asine incipit, ita enim ille: Λακεδαίμων ἔθνος καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε· 'Ασίνη, Μοθώνη, 'Αχίλλειος λιμὴν etc. Sed eum ordine turbato hic procedere, et regionum terminos confundere, nuper observavit doctissimus Palmerius.

179 — Τὸ ἐθνικὸν, 'Ασιναῖος, καὶ 'Ασινεύς, κακῶς.] Primum a gentile, quod ipse Stephanus non improbat, passim apud auctores antiquos invenitur. Xenophon lib. V. de Expeditione Cyri: 'Αντὶ δὲ Χειρισόφου Νέων ὁ 'Ασιναῖος. Idem etiam apud Pausaniam et de urbe Argolica et de Messeniaca in usu est. In Messeniacis ita scribit: Κεῖται δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ αὐτῇ κατὰ τὰ αὐτὰ τῇ ποτὲ ἐν μοίρᾳ τῇ 'Αργολίδι 'Ασίνῃ. Ubi proxime praecedunt haec verba: 'Ασιναῖοι δὲ Δρύοπές τε τὰ μάλιστα χαίρουσι καλούμενοι. De Argolica in Corinthiacis ita loquitur: Εἰ δὲ καὶ 'Ασιναίοις τοῖς ἐν τῇ 'Αργολίδι ἔθηκεν ὅρον τοῦτον, οὐκ ἄγαν ἔγωγε εἰδείην. Sed quo iure Stephanus alterum gentile 'Ασινεύς damnaverit, nullam ego rationem video, cum illud quoque Callimachus usurpaverit apud Etymologici Magni Auctorem in voce 'Ασινεύς

[redacted]

Μειλάσιοις Ἀσινεῦσιν ἐπιτριπτῆρες ἀρπάσας.

Ἀσινεῖς, Δρύοπες, οἱ τὴν Ἀσίνην κατοικοῦντες. Loquitur hoc loco de Asine Argolica, uti liquet ex loco Pausaniae mox allegato. Apud Goltzium tamen reperitur nummus cum inscriptione ΑСΙΝΑΙΩΝ.

Ἀσκάλων. Κἀκεῖ παρθένον ἐρασθείς.] Ita legunt libri MSS. et editiones omnes, sed pessimo errore. Eruditissimus Bochartus emendavit, κἀκεῖ παρθένου ἐρασθέντα. Quae indubitata est lectio.

— Νικόλαος ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ.] Haec phrasis Graecis auribus non est solita: suspicor potius minuta correctiuncula rescribendum: Νικόλαος ἐν τετάρτῃ ἱστοριῶν. Licet sequuturo commate eodem uti hic modo scribatur.

— Ὡς Δάμαλος Δαμάλης, Ἄραξος Ἀράξης etc.] Conveniunt omnes editiones: sed in MSS. Salmasius invenit: ὡς Δάμαλις Δαμάλης, ἄραρος ἀράρης. Legendum putat: ὡς Δάμαλος Δαμάλης, ἄραρος ἀράρης, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀράξω ἄραξος ἀράξης. Verum postea addit: *Vulgatam lectionem retinendam censeo, nec suo loco movendam.* Haec ex ora Salmasiani Stephani transcripsimus.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσκαλωνίτης.] Apud Goltzium et Tristanum tom. I. pag. 304. exstat antiquum numisma cum inscriptione 179
ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΩΝ. Et apud Spanhemium Dorico charactere, b
ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΑΝ.

— Καὶ Ἀσκαλώνιος.] Hoc gentili usus est Plinius lib. XIX. cap. VI. de cepis. *Sunt in honore Creticae, de quibus dubitant, an eadem sint, quae Ascaloniae.*

— Ἀντίοχος ὁ Κύκνος.] Hic ille est cuius passim Cicero in Philosophicis meminit. De eo sic scribit Strabo lib. XVI. ubi testatur ipsum Ascalonem patriam habuisse: Ἐντεῦθεν ἦν Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος, μικρὸν πρὸ ἡμῶν γεγονώς.

— Διὰ τῆς αι ἐν τῇ πρώτῃ.] Sic legunt libri vulgati: verum neque improbari potest scriptura codicis Vossiani: Διὰ τοῦ αι ἐν τῇ πρώτῃ.

— Καὶ ἡ μὲν πόλις, οὐ πρῶτόν φασι τὰ κρόμμυα γενέσθαι.] Etsi codices editi et scripti ita habeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo; nam praeterquam quod locus mala interpunctione laboret, etiam illud οὐ a mala manu videtur profectum. Fortassis totus locus hunc in modum est constituendus: Παρὰ δ' Εὐδόξῳ διὰ τοῦ αι ἐν πρώτῃ, καὶ ἡ μὲν πόλις, οὗ πρῶτόν φασι τὰ κρόμμυα γενέσθαι. Vult itaque Stephanus, Eudoxum urbis nomen in principio cum diphthongo exarasse. Hunc locum etiam magnus Salmasius tentavit in margine sui libri, sed eius

emendatio nihil ad rem facere videtur: quia MSS. in fine huius sectionis ei exhibebant κεράμια pro κρόμμυα, et hic legendum monebat, οὐ πρῶτόν φασι τὰ κεράμια γενέσθαι, de illa emendatione nihil omnino statuens. Ascalonensium regionem ceparum fuisse feracem testatur Strabo lib. xvi. Κρομμύων τ' ἀγαθή ἐστιν ἡ χώρα Ἀσκαλωνειτῶν, πόλισμα δὲ μικρόν. Plinius lib. xix. cap. vi. *Cepae genera apud Graecos, Sardia, Samothracia, Alsidena, Setania, Schista, Ascalonia ab oppido Iudaeae nominata.* Imo haec regio ceparum adeo erat ferax, ut tandem urbs hinc denominationem sortita sit. Stephanus: Κρομμυών, πόλις πλησίον Ἀσκάλωνος. Φιλήμων ἐν Ἐφήβῳ. ὁ πολίτης, Κρομμυώνιος. Licet Stephanus hanc Ascaloni propinquam, et ab ea diversam statuat, puto tamen eandem fuisse, quemadmodum
180 postea demonstrabimus. Tota igitur circumiacens regio fuit
a quasi *Cepetum*, et allia tanto studio coluerunt Ascalonitae, ut ceparum genus dictum fuerit Ἀσκαλώνιον, sive Ἀσκαλωνιακόν, si codices non fallant, quod etiamnum hodie a Gallis, detorto parum vocabulo, ESCHALOTTES appellatur.

— Καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν, Ἀσκαλωναῖα κρόμμυα.] Longe aliter hunc locum Salmasius in Palatinis invenit: καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν, Ἀσκαλωναῖα κεράμια. De vasis Ascalonensibus nihil legisse memini, ideoque vulgatam lectionem retinendam censeo. Verum cum hinc formaverit Stephanus τὸ Ἀσκαλωνίτης et Ἀσκαλώνιος, quorum usus a nummorum et scriptorum auctoritate etiam confirmatur, merito τὸ Ἀσκαλωναῖα mihi suspectum videtur, pro quo fortassis Ἀσκαλώνια reponi debet.

Ἀσκανία, πόλις Τρωϊκή.] De hac civitate ex Ethnicographo ita scribit Eustathius in commentariis ad Iliad. B. Ἀσκανία δὲ κατὰ μὲν τὸν Ἐθνικογράφον, πόλις Τρωϊκή. οὗ πρῶτόν φασι Κρόμμα γενέσθαι. ταύτην κτίσαι λέγεται ὁ Αἰνείου παῖς Ἀσκάνιος. Plura qui de hac civitate legere desiderat, Strabonem audiat lib. xii. et xiv. contra Apollodorum disputantem. Sed quid sibi volunt illa, οὗ πρῶτόν φασι Κρόμμα γενέσθαι? Hoc nunquam dixit Stephanus aut alius quispiam. Fortassis Eustathius mutilo Stephani codice usus est, in quo duae sectiones, quibus agebatur de Ascalone et Ascania, connectebantur, quod aliquoties in nostro observavimus. Nam eadem verba apud Epitomatorem in Ἀσκάλων conspici, et inde excidisse nemo ibit inficias.

— Σκαμάνδριος Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης etc.] Haec ergo sunt Nicolai verba, ex quarto Historiarum petita, quae optime Xylander asterisco notavit: nam post Ἀσκανίας καλουμένης, aliquid periisse evidentissimum est. In codicibus MSS. nullam re-

[redacted]

peritur hic loco remedium: ergo meliores sunt expectandi, ut lacuna suppleri possit. Fortassis pro *Σκαμάνδριος* rescribendum est *Σκάμανδρος*.

— *Οὐ μόνον καὶ ἡ λίμνη, ἀλλὰ καὶ ἡ χώρα δισσὴ καὶ ὁμώνυμος.*] Hic locus videtur esse *ἀποσπασμάτιον* verborum Strabonis, e libro XII. ubi accurate Mysiae situm delineare nititur, ita enim ille: *Διαιροῦσαν δὲ μέχρι τῶν ἑῴων μερῶν τῆς Ἀσκανίας λίμνης τε καὶ χώρας, ὁμωνύμως γὰρ τῇ λίμνῃ καὶ ἡ χώρα ἐλέγετο, καὶ ἦν αὐτῆς τὸ μὲν Φρύγιον, τὸ δὲ Μύσιον. ἀπωτέρω δὲ τῆς Τροίας τὸ Φρύγιον. Καὶ δὴ καὶ οὕτως δεκτέον τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ, ὅταν φῇ,*

Φόρκυς δ' αὖ Φρύγας ἦγε, καὶ Ἀσκάνιος θεοειδὴς
Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης.

Postrema haec Homeri verba etiam in Stephano desiderantur, atque iis oportebat augeri: nam uti hodie in vulgatis circumferuntur, de Ascanio ductore, non vero de urbe Ascania mentionem faciunt. Totum Strabonis locum huc transcribere, licet optime ad rem faciat, nimis longum foret: qui haec tanti fecerit, Geographum inspiciat; fatebitur mecum locum inde esse desumptum. 180 b

— *Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε* etc.] Vide Homer. Iliad. *B.*

— *Οἳ ἐξ Ἀσκανίης.*] Versiculus hic desumptus est ex Iliad. *N.* Sed in vulgatis Stephani libris male scribitur: *Τοί δ' ἐξ Ἀσκανίης* etc. quod correximus.

— *Καὶ τῆς μὲν Φρύγιον, τῆς δὲ Μύσιον* etc.] Haec lectio profecto habet, quod Graeci dicunt, *οὐδὲν ὑγιές*. Planior erit sententia et sensus, si totus locus hunc in modum constituatur: *Καὶ τὸ μὲν Φρύγιον καὶ τὸ Μύσιον τοπικὸν Ἀσκάνιος, ὁμοίως τῷ κυρίῳ.* Vel *τὸ μὲν Φρυγίας καὶ τὸ Μυσίας τοπικὸν* etc.

— *Ἀσκάνιος ποταμός. Εὐφορίων χιλιάσι.*] Strabo libro XIV. in disputatione contra Apollodorum, etiam Ascanii amnis ex Euphorione meminit, eumque probat ipsissimis Apollodori verbis. *Λέγεσθαι γάρ φησι καὶ τῆς Μυσίας κώμην Ἀσκανίαν περὶ λίμνην ὁμώνυμον, ἐξ ἧς καὶ τὸν Ἀσκάνιον ποταμὸν ῥεῖν, οὗ μνημονεύει καὶ Εὐφορίων,*

— — *Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο.*

— *Καὶ Ψιλοὶ Ἀσκάνιόν τε Ναυαίθοιο* etc.] Haec in libris editis et calamo exaratis pessime contaminata inveni. Salmasius ex coniectura in margine sui libri veram lectionem reducere hoc modo tentavit. *Καὶ Ψίλιν Ἀσκάνιόν τε, καὶ εὖ ναίοντα Ναύαιθον.* Quae sequuntur apud Ethnicographum etiam sic corrigit: *Ψίλις Μυσίας. Ναύαιθος Βιθυνίας.* Bithyniae amnem Strabo vocat *Νέαιθον*, sed apud ipsum legendum putat *Ναύαιθον*. Inde enim dicitur *Ναύαιθος*, quod ibi naves sint incensae.

— Νάαιθος, Ἰταλίας.] Doctissimus Cluverius putat hoc loco vocem ποταμὸς excidisse, eum ita emendans, Νάαιθος, Ἰταλίας ποταμός. Verum haec adiectio vocabuli ποταμοῦ haud admodum necessaria est: ex antecedentibus enim vox repetenda videtur. Summopere miror, ita dormitasse hic magnum Salmasium, nam nusquam Νέαιθος sive Ναύαιθος apud Strabonem pro Bithyniae amne sumitur. Est Brutii agri fluvius, qui inter Crimisum et Aesarum amnes in mare Ausonium effluit, vocaturque etiamnum hodie ab Italis *Neeto*. Cum Laomedontis filiae, Priami sorores, Aethylla, Astyoche et Medesicaste cum reliquis captivis, Ilio iam capto, in Italiam venissent, Graecorum servitutem evitantes navigia incenderunt: et inde nomen fluvio inditum perhibent, scilicet, παρὰ τὸ τὰς ναῦς αἴθειν. Ita rem narrat Lycophronis Scholiastes: Ναύαιθος, ποταμὸς Ἰταλίας. ἐκλήθη δὲ οὕτω κατὰ μὲν Ἀπολλόδωρον καὶ λοιπούς, ὅτι μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν αἱ Λαομέδοντος θυγατέρες, Πριάμου δὲ ἀδελφαί, Αἴθυλλα, Ἀστυόχη, Μηδεσικάστη, μετὰ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκεῖσε γε-
180 γονυῖαι τῆς Ἰταλίας, εὐλαβούμεναι τὴν Ἑλλάδος δουλείαν, τὰ
a σκάφη ἐνέπρησαν. ὅθεν ὁ ποταμὸς Ναύαιθος ἐκλήθη. Strabo libro VI. refert, mulieres navigia incendisse, molestia navigationis impulsas, ut ibi sedem figerent. Vide hac de re quoque Theocriti Scholiastam ad Idyll. quartum.

181 *Ἀσκῖται. Καὶ ἐπὶ ἀσκῶν πλέον.*] Placebat lectio codicis
a Vossiani, quam nunc repraesento: pessime enim in vulgatis legebatur, καὶ ἐπὶ ἀσκῷ πλέον. Haec verba ita debere emendari, etiam satis liquet ex Ptolemaeo, eadem phrasi libro VI. utente. Ἐν τῷ Σαχαλίτῃ κόλπῳ, ἐν ᾧ κολυμβῆσαι Πιννικὸν ἐπὶ ἀσκῶν διαπλέουσι. Hunc navigandi modum navigiis ex utribus factis etiam describit Arrianus in Periplo maris Erythraei: Πᾶς δὲ ὁ γενόμενος ἐν τῇ χώρᾳ λίβανος εἰς αὐτὴν ὥσπερ ἐκδοχεῖον ἐπάγεται καμήλοις τε καὶ σχεδίαις ἐντοπίαις δερματίναις ἐξ ἀσκῶν καὶ πλοίοις. Idem de Ascitis ita narrat Plin. lib. VI. cap. XXIX: *Quin et commercia ipsa infestant ex insulis Arabes Ascitae appellati, quoniam bubulos utres binos sternentes ponte, piraticam exercent sagittis venenatis.*

— *Ἀσχαλιτῶν.*] Stephanus gentis nomen a sigma incipit, ita enim ille: Σαχαλῖται, ἔθνος Ἰνδικόν. καὶ Σαχαλίτης κόλπος, κατὰ τοῦτον τὸν Σαχαλίτην κόλπον κεῖνται πελάγιοι νῆσοι ἑπτά. Ita quoque Ptolemaeus gentem et sinum appellavit, uti liquet ex loco mox citato.

Ἄσκλος, πόλις Ἰταλίας.] Asculum geminum est, alterum in Piceno, ad Truentum fluvium, XX milliaribus ab ora maris Adriatici, alterum in Apulia Daunia. Graecis scriptoribus, teste

[redacted]

Cluverio, Straboni lib. v. Plutarcho in Pompeio, Appiano et nostro Epitomatori duabus tantum syllabis effertur, quemadmodum *Τούσκλον*, *Κάτλος*, *Λέντλος* et alia eiusmodi. Verum Latinis nomen illud tribus syllabis exaratur. Caesar de Bello Civil. lib. I. cuius verba ita sunt emendanda ex membrania Academicis: *Domitius per se circiter xx cohortes ex Alba et Marsis et Pelignis et finitimis regionibus coegerat. Recepto Asculo, expulsoque Lentulo* etc. Poetae tamen metri gratia duabus syllabis vocem protulerunt. Silius lib. VIII.

Adria, et inclemens hirsuti signifer Ascli.

Hodie urbs ab incolis *Ascoli* appellatur.

— *Διονύσιος ἐν πρώτῳ Ῥωμ. Ἀρχ.*] Cluverius apertum hisce verbis mendum inesse existimat: Dionysio enim libro I. nulla omnino erat occasio Asculum nominandi.

— *Ἔστι καὶ οὐδέτερον.*] Latinis Graecisque scriptoribus neutrum genus potissimum fuit in usu.

— *Ὡς λίμνον λιμνίτης.*] De hisce vocabulis loquuti sumus in voce *Ἄντρον*. Stephanum aliquando appellativa propriis commiscere, uti hoc loco, et sectione praecedente, ad vocem *Ἀμφισσα* pluribus docuimus exemplis.

Ἄσκρη. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀσκραῖος Ἡσίοδος.] Utitur hoc gentili Virgilius lib. II. Georg. 181 b

Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

De patria Hesiodi non semper eadem traduntur ab Ethnicographo: hoc loco optime cum aliis *Ascraeum* statuit: sed in *Κύμη* Cumaeum: *τὸ ἐθνικὸν, Κυμαῖος. ἐντεῦθεν ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς, καὶ Ἡσίοδος*. Nisi Stephanus hic alium intelligat, toti antiquitati iniuriam facit.

— *Καὶ ἀπ' Ἀσκρῆθεν.*] Salmasius in margine sui libri non sine ratione contendit huic loco aliquid deesse, legendumque: *Καὶ ἀπὸ τόπου* vel *ἐκ τόπου, Ἀσκρῆθεν.*

Ἀσπαλάθεια, πόλις Ταφίων.] Ante oram Acarnanicam a Strabone collocantur insulae Taphiorum, antiquitus Teleboarum nomine insignitae, quarum una Taphos sive Taphiusa appellabatur, ita enim Geographus libro X. *Αἱ δὲ τῶν Ταφίων νῆσοι, πρότερον δὲ Τηλεβόων, ὧν ἦν καὶ ἡ Τάφος, νῦν δὲ Ταφιοῦσα καλουμένη.* Stephanus urbem in Cephalenia collocat, cui *Τάφος* et *Ταφιοῦσα* nomen est, sed ad hunc locum non pertinet; eodemque loco tradit, a Cephalenia non longe abesse insulam, quae *Ταφιὰς* appellatur, in qua *Aspalathea*, de qua nunc sermo est, ponenda videtur. In Illyrico fuit oppidum maritimum *Aspalathos* dictum, prope Salonam, cuius meminit tabula Peutingeriana, et Constant. de Administ. Imp. Verum cum Aspalathea

Stephani non est confundenda. Insulas ante Acarnaniam sitas Plinius lib. xII. cap. IV. enumerat hisce verbis, ubi etiam insulae Taphiados meminit. *Inter Leucadiam autem et Achaiam permultae: quarum Teleboides eaedem quae Taphiae: ab incolis ante Leucadiam appellantur, Taphias, Oxiae, Prinoessa etc.*

— *Νίκανδρος ἑτεροιουμένων πρώτῃ.*] Totus Antoninus Liberalis ferme ex Nicandri ἑτεροιουμένοις est transcriptus. Quicunque igitur τῶν ἑτεροιουμένων materiam discere avet, Antonini Liberalis Metamorphosin perlegat.

— *Βοήροτος.*] Quid sit τὸ βοήροτος ingenue fateor me ignorare. Fortassis emendandum est βοηθὸς, quod in versione repraesentamus.

Ἀσπαλαθὶς, νῆσος Λυκίας.] Non procul a Rhodo hanc insulam fuisse sitam in mari Lycio, ex verbis Plinii manifeste colligitur, tradentis in Rhodiorum insulis *aspalathum* nasci, unde
182 insulae nomen; ita enim ille lib. xxIV. cap. xIII. cuius verba Sal-
a masius ita constituit atque emendat: *Vulgaris quoque haec spina, ex qua iniae fulloniae implentur, radices usus habet, praeter spinas quidem multi. Inter odores et ad unguenta utuntur alia, aspalathum vocantes. Est sine dubio hoc nomine spina silvestris in oriente, ut diximus, candida, magnitudine arboris iustae. Sed frutex humilior aeque spinosus in Nisyro et Rhodiorum insulis etc.* Ultima verba in codice MS. Acad. Lugduno-Batav. ita leguntur: *Sed et frutex humilior atque spinosus in Syria et Rhodiorum insulis.* Quam lectionem omnino non improbo, cum praeter ipsum Plinium etiam Dioscorides testetur, *Aspalathum* in Syria nasci, quam ibi *diaxyron* vocant.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀσπαλαθίδος, ὡς Ψωφίδος, καὶ Αὐλίδος.*] Sequimur Xylandrianam et alias editiones, non quod earum lectionem probemus, sed quia libri calamo exarati nulla corruptissimo huic loco praebia suppeditant: nam neque Ἀσπαλαθίδος, neque illa quae sequuntur pro gentilibus sunt habenda, quia sunt casus obliqui, e quibus gentilia formantur. Liquet hoc evidentissime apud nostrum in vocabulo Ψωφὶς, ubi ita inquit: *Ἔστι καὶ τρίτη τῆς Ἀχαΐας. ὁ πολίτης ὤφειλεν εἶναι Ψωφίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις ληγόντων. ἀλλὰ γέγονεν ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς τῆς Ἀρκάδος Ἀρκάδιος, καὶ τῆς Αὐλίδος Αὐλίδιος, οὕτω Ψωφῖδος Ψωφίδιος.* Ergo hoc loco lacuna est, quam hunc in modum supplere tentabam: *Τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἀσπαλαθίδος, Ἀσπαλαθίδιος, ὡς ἀπὸ τῆς Ψωφίδος Ψωφίδιος, καὶ Αὐλίδος Αὐλίδιος.* Verum si locum ita augere non placeat, eum ita constitues: *τὸ ἐθνικὸν, Ἀσπαλαθίδιος, ὡς Ψωφίδιος, καὶ Αὐλίδιος.*

[redacted]

Alterutram lectionem esse verissimam, nemo in dubium vocabit, qui rem vere perpenderit.

— Ἡ Ἀσκαλαθίτης.] Scilicet iuxta canonem nominum in ις desinentium, de quo in verbis commentario proximo allegatis noster mentionem facit.

Ἄσπενδος. Ἀσπένδου κτίσμα.] Perhibet Strabo lib. xiv. Aspendum, urbem satis populosam, ab Argivis conditam esse. Accuratam situs descriptionem lege apud Arrianum lib. i. de Exped. Alex. Mag.

— Ὁ πολίτης, Ἀσπένδιος.] Passim occurrit hoc oppidani nomen apud Graecos Latinosque scriptores. Polybius lib. v. Histor. Ἀσπένδιοι δὲ τοὺς ἡμίσεις. Livius lib. xxxviii. cap. xv: *Termesso pacem dedit; quinquaginta talentis argenti acceptis, item Aspendiis, caeterisque Pamphiliae populis.*

Ἀσπὶς, πόλις Λιβύης.] Latinis scriptoribus urbs *Clypea* appellabatur, quam Solinus a Siculis conditam perhibet, ita enim ille cap. xxvii. *Clypeam civitatem Siculi extruunt, et Aspida primum nominant.* Apud Caesarem lib. ii. Bel. Civil. singulari et plurali numero vox effertur: *Hic locus abest a Clypeis passuum* 182 b xxii. *millia, habetque non incommodam aestate stationem, et duobus eminentibus promontoriis continetur. Huius adventum L. Caesar filius cum x longis navibus ad Clypeam praestolans etc.* Sed pessime in vulgatis *a Clypeis*, cum legendum sit *a Clypea*. Alii omnes urbis appellationem genere feminino et numero singulari usurpant, ita quoque Hirtius commentario de Bello Africano, circa initium: *Clypeam classe praetervehitur*; ubi mox sequitur: *Et a Clypeis secundum oram maritimam apparuit.* Ita quoque exhibent vulgati, sed liber Academiae Lugd. Bat. calamo exaratus optime habet: *Et a Clypea secundum oram maritimam.* Urbs sita erat in promontorio Mercurii, versus orientem Neapolin, Adrumetum, Ruspinam et Leptim aspiciens. Formam oppidi accepit tempore Agathoclis Siciliae Tyranni, patre figulo nati, quo tempore adversus Carthaginenses classem duceret; sed postea haec urbs a Romanis una cum Carthagine est eversa. Strabo lib. xvii. *Εἶτα Νεάπολις, εἶτ' ἄκρα Ταφῖτις. καὶ ἐπ' αὐτῇ λόφος Ἀσπὶς καλούμενος ἀπὸ τῆς ὁμοιότητος, ὅνπερ συνῴκισεν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος Ἀγαθοκλῆς. καθ' ὃν καιρὸν ἐπέπλευσε τοῖς Καρχηδονίοις.* Clypeam fuisse appellatam idem tradit Geographus lib. vi. *Καὶ πρὸ τῆς Ἀσπίδος Καρχηδονιακῆς πόλεως, ἣν Κλυπέαν καλοῦσι.*

— Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς ταῖς Κυκλάσιν.] Existimo hanc insulam in sinu Saronico esse collocandam, atque inter illas insulas numerandam, quae Atheniensium portui obiacent. Plinius lib.

suggerunt. Imprimis mihi huius et praecedentis commentarii verba admodum obscura et mutila videntur. Deesse aliquid video, quid autem substituam non video: lectionum tamen omnium malim hanc: *Τοὺς δὲ Ὀρχομενὸν καὶ Ἀσπληδόνα κατοικίσαι.* Ultima vox fortassis, vel simile quid excidit. Etiam Salmasius ad oram sui Stephani notavit, hic magnam labem latere, qua etiam nec MSS. carent.

— *Γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ α.*] A nonnullis urbem *Σπληδόνα* fuisse nuncupatam, abiecta prima vocali, testatur Strabo lib. IX. hisce verbis: *Τὴν δ' Ἀσπληδόνα, χωρὶς τῆς πρώτης συλλαβῆς ἐκάλουν τινες. Εἶτ' Εὐδείελος μετωνομάσθη, καὶ αὐτὴ καὶ ἡ χώρα, τάχα τι ἰδίωμα προσφερομένη ἐκ τοῦ δειλινοῦ κλίματος οἰκεῖον*
384 a *τοῖς κατοικοῦσι, καὶ μάλιστα τὸ εὐχείμερον. Ψυχρότατα μὲν γὰρ τὰ ἄκρα τῆς ἡμέρας ἐστί* Urbs deinde et circumiacens ager *Εὐδείελος* est appellatus, fortassis quia inclinatio versus occasum eius incolis aliquid peculiare confert. Vide hac de re etiam Eustathium ad Homeri Boeotiam pag. 272. Refert porro Etymologici Magni auctor, Spledonem Presbonis et Steropae filium, et huiusmodi Asclepiadae nomen fuisse, ita enim ille: *Ἀσπληδών. φασὶ γὰρ εἶναι Σπληδόνα τὸν Πρεσβῶνος καὶ Στερόπης. Ἀπολλόδωρος δὲ φησιν, Ἀσκληπιάδην οὕτω λέγειν. Σπληδόνα τ' ἠγαθέην. ὅταν οὖν εὕρωμεν, Οἵδ' Ἀσπληδόνα ναῖον. πλεονασμὸς ποιητικός ἐστι τοῦ α.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀσπληδόνιος.*] Goltzius antiquum C. Caesaris Augusti numisma divulgavit cum hac inscriptione: *ΑΣΠΛΗΔΟΝΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.*

Ἀσπουργιανοί.] Strabo libro VII. et XI. meminit cuiusdam Asiae ad Maeotida paludem sitae, per quam neque Maiorem neque Minorem Asiam, sed peculiarem quandam regionem intelligimus, quae nomen illud sibi ut proprium vindicaverat, ita enim ille lib. VII. *σὺν τοῖς Ἀσιανοῖς χωρίοις τοῖς περὶ Σινδικήν.* Et libro undecimo: *τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔστι καὶ ἡ Σινδική.* Hinc puto Aspurgianos nomen accepisse, quasi istius Asiae castellani sive habitatores fuissent: nam vocabulum *πύργος arcem* sive *castellum* denotare, notius est, quam quod ex aliis repeti debeat.

— *Στράβων ἑνδεκάτῃ.*] Ut perfecta sit sententia, nonnulla ex Strabone verba Stephano sunt adiicienda, apud quem totus locus fortassis ita est legendus: *Τούτων δ' εἰσὶ καὶ οἱ Ἀσπουργιανοί, μεταξὺ Φαναγορίας οἰκοῦντες καὶ Γοργιππίας.*

Ἄσσα. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Sine dubio hunc Herodoti locum Stephanus innuit: *Ὁ μὲν νῦν ναυτικὸς στρατὸς ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω, καὶ διέπλωσε τὴν διώρυχα τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ γενομένην, διέ-*

[redacted]

χώσαν δὲ ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἄσσα τε πόλις, καὶ Πίλωρος, καὶ Σίγγος, καὶ Σάργη οἴκηνται.

Ἀσσακηνοί, ἔθνος Ἰνδικόν.] Dubitat Salmasius, an Arrianus, an vero Stephanus vitii sit arguendus: nam Ἀσσακανα Indiae urbs fuit, a quo postea tota gens appellationem sortita est: adeo ut inde gentile Ἀσσακανοὶ deducendum esset. Vide Plinianas 184
Salmasii Exercit. pag. 1050. ubi accurate illorum situs descri- b
bitur.

— Ἥκει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς.] Leguntur haec verba apud Arrianum eo quem citat Stephanus libro: Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος τούς τε ἑταίρους ἱππέας, καὶ τοὺς ἱππακοντιστάς, καὶ τὴν Κοίνου καὶ Πολυσπέρχοντος τάξιν, καὶ τοὺς Ἀγριάνας τοὺς χιλίους, καὶ τοὺς τοξότας, ἤει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς. Sed mavult Salmasius, uti diximus, τοὺς Ἀσσακανούς. In vulgatis Stephani post ἤει particula ὡς desiderabatur, quam ex Vossiano revocavi.

Ἄσσηρα.] Oppidum etiam Ἄσσυρα videtur appellatum fuisse, nam Aristoteles Hist. Animal. lib. III. cap. XII. refert in terra Assyritide agri Chalcidici in Thracia aquas reperiri, quas cum oves biberint, moxque inierint, nigros generare agnos. Legitur ibi ἐν τῇ Ἀσσυρίτιδι, nisi quis statuat hic mendam transcriptorum irrepsisse, et ἐν τῇ Ἀσσηρίτιδι legendum esse.

— Καὶ Ἀσσησία Ἀθηνᾶ, παρ' Ἡροδότῳ.] Respicit Stephanus locum Herodoti libro primo, ubi hacc leguntur verba: Τοῖσι δὲ ἡ Πυθίη ἀπικομένοισι ἐς Δελφοὺς οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι τὸν ἐνέπρησαν χώρης τῆς Μιλησίης ἐν Ἀσσησῷ.

Ἄσσος, πόλις Λυκίας.] Constanter sic legunt libri scripti et editi, verum pessimo errore. Legendum est, optime id observante Salmasio: Ἄσσος πόλις Λυδίας. Haec emendatio ipsis Ἐθνικογράφου verbis confirmatur: Ἀτάρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας, πλησίον Λέσβου. Haec verba suo loco emendabimus. Mallem tamen hoc loco legere, Ἄσσος, πόλις Μυσίας: Mysiam enim aliquando Lydiam comprehendere, et vice versa, omnibus est notissimum.

— Πλησίον Ἀτάρνης.] Nihil omnino hoc loco lateret vitii, si Stephani editiones essent sanae: rescribendum est: πλησίον Ἀταρνέως. Vide inferius in illa voce.

— Νικόστρατος.] Et hic observavit mendum magnus Casaubonus in commentariis ad Strabonem. Legendum est transpositis literis: Στρατόνικος κιθαριστής. Stratonici faceti citharistae 185
non rara apud veteres mentio extstat. Vide Strabonem lib. a

XIII. ubi eundem versiculum citat: Diogenem Laert. in Xenophonte lib. II. Pollucem lib. V. cap. XVIII. Athenaeum et alios.

— *Δευτέρα πόλις Αἰολίδος.*] Stephanus tres Assos describit: sed quas tres hoc nomine urbes recenset, non sunt plus quam una, uti bene observavit Salmasius ad Solinum: nam Lydiae Assus eadem et Mysiae est, ubi Mitylenaei coloniam condiderunt, quam noster ex Alexandro Cornelio meminit. Quod autem alteram in Aeolide collocet, et ab aliis diversam existimet, in eo quoque graviter errat, nam Aeolis et Mysia non differunt, imo ipsa Lydia aliquando pro Troade vel proxima regione accipitur apud antiquos.

— *Κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ἢ Κεκρόπειον.*] Haec verba non satis accurate situm oppiduli, de quo nunc agitur, exprimere videntur, cum Assus ad sinum Adramyttenum, e regione Methymnae civitatis in Lesbo, sita sit, et nemo Gographorum ibi Hellesponti initium statuat. Praeterea circa Hellespontum Cecropium non novi; in mediterraneis maioris Phrygiae Cercopia reperitur; sed ad hunc locum non pertinet.

— *Ἀλέξανδρος δ' ὁ Κορνήλιος.*] De hoc scriptore vide etiam in vocabulo *Ἄραξα*, et commentariis ad illum locum.

— *Μιτυληναίων ἄποικον.*] Testatur Myrsilus apud Strabonem libro XIII. Assum a Methymnaeis conditam esse: *Φησὶ δὲ Μύρσιλος Μηθυμναίων κτίσμα εἶναι τὴν Ἄσσον.* Constat itaque Lesbios fuisse, qui Assum habitatoribus frequentarunt.

— *Ὅπου ὁ σαρκοφάγος γίγνεται λίθος.*] Plinius lib. XXXVI. cap. XVII. *In Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo, absumi constat intra XL. diem, exceptis dentibus. Mutianus specula quoque, et strigiles et vestes et calcimenta illata mortuis lapidea fieri auctor est.* Plura de hoc lapide addere non libet, quia Salmasius in Plinianis Exercit. fusius eum descripsit.

— *Ἔστι καὶ λειμὼν ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας.*] Secundum nostrum iste campus *Ἄσος* erat appellandus: verum committit hoc loco *μνημονικὸν ἁμάρτημα*: in antecedentibus enim de illo mentionem fecit, eum nuncupando *Ἄσσιον λειμῶνα* sive *Ἀσίαν*, ita enim ille in voce *Ἀσία. Ἔστι καὶ Ἄσιος λειμών. Ὅμηρος,*

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι. — —

Hinc tamen accurate *τοῦ Ἀσίου λειμῶνος* situm cognoscimus, de quo suo loco noster ne *γρὺ* quidem dixerat.

— *Περὶ τὸν Κάϋστρον ποταμόν.*] Ita hunc locum emen-

[redacted]

davimus, suadente chartaceo Vossiano, et ipso Stephano: *Κα-* 185
ϋστριον, πεδίον τῆς Ἐφεσίας ἀπὸ Καΰστρου τοῦ ποταμοῦ etc. b

— *Ἐκ δὲ τῆς Ἄσσου, Κλεάνθης ἦν ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος* etc.] Haec et quae sequuntur usque ad *τὸ ἐθνικὸν*, non ambigo, quin noster ex Strabone hauserit, ita enim libro XIII. legitur: *Ἐντεῦθεν ἦν Κλεάνθης ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος, ὁ διαδεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως σχολὴν, καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ τῷ Σολεῖ.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἄσσιος.*] Hoc gentile Graecis et Latinis scriptoribus usurpatur: apud Strabonem lib. XIII. et apud Plinium lib. XXXVI. cap. XVII. reperitur.

Ἀσσυρία. Εἰσὶ καὶ ἕτεροι παρὰ τοὺς Σύρους.] Non tantum illi *Assyrii* appellabantur, quod nomen magis proprie *Assyriis* trans Euphratem et Tigrim habitantibus competebat, sed etiam *Syri, Sidonii, Phoenices et Syrophoenices*, uti optime observat eruditissimus Bochartus lib. IV. cap. XXXIV. Geograph. Sac. ubi quoque veram nominis originem addiscet lector.

— *Ξενοφῶν οὕτω διαστέλλει ἐν πρώτῃ.*] Xenophontis locus libro citato non reperitur: alios eiusdem auctoris libros percurrere iam non vacat.

— *Λέγονται καὶ Ἀσσυρικοὶ καὶ Ἄσσυρες.*] Palatini codices suppeditabant hanc lectionem, et quidem, uti existimo, verissimam: *Λέγονται καὶ Ἀσσύριοι καὶ Ἄσσυρες.* Nihil omnino obstat, quod *τὸ Ἀσσύριοι* hoc loco repetatur: nam illi quoque *παρὰ τοὺς Σύρους* appellabantur *Ἀσσύριοι* et *Ἄσσυρες.* Huc apprime faciunt verba Eustathii, quae leguntur in commentariis ad Dionysium de Situ Orbis pag. 70. *Ἰστέον δὲ ὅτι οἱ Κερκυραῖοι παρά τισι καὶ Κέρκυρες λέγονται, ὡς καὶ Ἴλλυρες οἱ Ἰλλυριοί. καὶ οἱ Ἀσσύριοι, Ἄσσυρες.* Et pag. 103. etiam Eratosthenis auctoritatem citat: *Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει Ἄσσυρες οἱ Ἀσσύριοι λέγονται, ὡς καὶ πρὸ τούτου ἐῤῥέθη, ἀπὸ εὐθείας τῆς ὁ Ἄσσυρ.*

Ἀσσωρόν. Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ.] Constanter sic legunt libri editi et calamo exarati: verum Xylandro hic locus de mendo est suspectus. Salmasius ad marginem sui Stephani putat legendum, *ἐν Ἀρτέμιδος ὕμνῳ.* Sed praeter hanc coniecturam, etiam mentionem facit loci ex Apollonii Rhodii Scholiasta, qui magnopere huc facere videtur; citatur enim ab ipso ad librum primum *Euphorion in Apollodoro*, quemadmodum nunc a Stephano *Euphorion in Artemidoro.* Haec sunt Scholiastae verba, *Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος νεόγαμον τὸν Κύζικον καὶ ἄπαιδα ἱστορεῖ, Εὐφορίων δὲ ἐν Ἀπολλοδώρῳ μελλόγαμον. τὴν δὲ Κλείτην οὐ Μέροπος λέγει*

θυγατέρα, Θρῆσσαν δὲ τὴν Πιάσου. Ego autem nihil statuo, donec aliunde clarior lux affulgeat.

186 — *Δαίμονος Ἀμφιλύσιον ῥόον.*] Ita exhibent editi et MSS.
a excepto uno, in quo Salmasius invenit: *Δαίμονος Ἀμφιλύσοιο ῥόον*: existimabatque veram lectionem esse.

Ἀσσώριον.] Cuius auctoritate Stephanus quatuor syllabis huius oppidi nomen protulerit, non video. Genuinum nomen Cluverius tribus syllabis facit *Ἄσσωρος*. In antiquo numismate Ursinus excusum vidit iuvenis imberbis caput, prolixa caesarie redimitum, cum inscriptione *ΑΣΣΩΡΟΥ*, qui obliquus casus est a recto iam nominato. Apud Ciceronem in Verrina IV obliquus casus *Assoro* invenitur. Hodie tenue est oppidulum, in edito colle inter Ennam et Agyrium situm, quod vulgari vocabulo *Azaro* nuncupatur.

— *Ἐν πρώτῃ χρονικῶν.*] Vossianus: *ἐν δ χρονικῶν.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀσσωρῖνος.*] Idem gentile noster etiam producit in vocabulis *Ἀβακαῖνον*, *Ἄμπελος* et *Ταρχώνιον*. Eadem forma Ciceroni passim in Verrinis, atque Plinio libro III. cap. VIII. *ASSORINI* dicuntur. Stephanus in voce *Πεῤῥαίσιον* hinc deduxit gentile *Ἀσσωρηνός*: *τὸ ἐθνικὸν Πεῤῥαισηνός, ὡς τοῦ Ἀσσώριον τὸ Ἀσσωρηνός*. Hanc formam in totum non improbo; nam Siculos etiam gentilia in *ηνος* formare, ad vocem *Ἀβακαῖνον* luculenter demonstravimus.

Ἀσται, ἔθνος Θράκης.] Nihil omnino hoc loco de situ huius gentis perhibet: alibi tamen eam Cabylae civitati Thraciae vicinam facit. *Καβύλη, πόλις Θράκης, οὐ πόῤῥω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῃ.* Haec eadem est urbs, quam Strabo lib. VII. Calybem appellat, ibidem Astarum gentem collocans, ita enim ille: *Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ μὲν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη, Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος.*

— *Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ιά.*] Sic reposuimus ex codicibus Palatinis et chartaceo Vossiano. Libri editi exhibent: *Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἐν ἑνδεκάτῃ.* Enimvero, potius sequendam esse lectionem scriptam, etiam manifeste liquet in vocibus *Δέρτων*, *Κώθων*, et aliis quam plurimis.

Ἀστακος, πόλις Βιθυνίας.] Quo tempore et a quibus Astacus fuerit condita refert Memnon: *Τὴν Ἄστακον δὲ Μεγαρέων ᾤκησαν ἄποικοι ὀλυμπιάδος ἱσταμένης ιζ, Ἄστακον ἐπίκλησιν κατὰ χρησμὸν θέμενοι ἀπό τινος τῶν λεγομένων Σπαρτῶν καὶ γηγενῶν*
186 *τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις, Ἀστακοῦ τὴν κλῆσιν ἀνδρὸς γενν-*
b *ναίου καὶ μεγαλόφρονος.* Igitur a Megarensibus circa initium Olympiadis XVII. condita fuit, et a viro quodam nobili, non a

[redacted]

Neptuni filio nomen accepit. Strabo lib. xii. scribit, Astacum a Megarensibus et Atheniensibus esse conditam, a Daedalo vero instauratam, et a Lysimacho deletam. Latini scriptores tradunt manifeste Astacum a Nicomede Bithyniae rege Nicomediam vocitatam fuisse. Ammianus Marcellinus lib. xxii. *Et Astacum secuto tempore Nicomediam a rege cognominatam*. Trebellius Pollio in Gallienis: *Accesserat praeterea his malis, quod Scythae Bithyniam invaserant, civitatesque deleverant. Denique Astacum, quae postea Nicomedia dicta est, incensam graviter vastaverunt.* Verum Salmasius ad illum locum huius erroris fontem clarissime detexit.

— *Ἀῤῥιανὸς ἐν Βιθυνιακοῖς.*] Levissimum mendum in hisce verbis correximus: libri editi exhibent: *Ἀῤῥιανὸς ἐν Βιθυνικοῖς.* Vide nostrum in *Βιθυνόπολις* atque aliis locis plurimis. Arrianum libro quinto rerum Bithyniacarum de Astaco mentionem fecisse, alibi ex Stephano liquet. *Μεγαρικὸν πολίχνιον, ὃ συγκαταλέγεται ταῖς Βιθυνῶν πόλεσιν. Ἀῤῥιανὸς πέμπτῳ. Ἄστακός τε, καὶ Ἡραία, καὶ τὸ Μεγαρικὸν ἔθνος.* Fortassis noster haec Arriani verba innuit.

— *Ἔστι καὶ χώρα Βυζαντίων.*] Ergo alicui regioni in ditione Byzantina Astacus nomen fuisset, quod vix crediderim. Fortassis intelligit *Ἀστικὴν*, regionem in qua Astae, non procul a Byzantio, habitabant, de quibus praecedenti sectione mentionem facit. Itaque fortassis rescribendum est: *ἔστι καὶ χώρα πλησίον Βυζαντίνων.*

— *Ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας πόλις,*] Hanc civitatem aliquoties meminit Thucydides libro ii. Ptolemaeus lib. iii. cap. xiv. et Strabo lib. x. ex quo liquet, non longe a Crithote sitam fuisse: *Εἶτα ἄκρα Κριθώτη, καὶ Ἐχινάδες, καὶ πόλις Ἄστακος, ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον.*

— *Καὶ Ἀστακηνοί.*] Hoc gentile aut redundat, aut mendosum est. Videtur reponendum esse, *καὶ Ἀστακηνή.* Format enim noster saepissime etiam gentilia feminina.

Ἀσταπαῖοι, Λιβύης ἔθνος.] Insigniter errat Stephanus, quemadmodum optime observat Clarissimus I. Vossius in notis ad P. Melam, quod Astapaeos Libycam gentem faciat, cum in Hispania sub Carthaginensium ditione fuerit. Meminit in Ibericis suis Appianus Astapae urbis et Astapaeorum, aitque eos Carthaginensibus paruisse. Hinc error Stephani.

— *Ἀπὸ δὲ τοῦ Βαξίου ἄκρου.*] Ita vulgati omnes et scripti: 187
Salmasius ad oram sui Stephani, *ἀπὸ δὲ τοῦ Βαζίου ἄκρου* re- a
posuit, quae lectio Ptolemaei auctoritate confirmatur, ita enim ille lib. iv. cap. vii. *Μετὰ δὲ τὸ Βάζιον ἄκρον, ὃ εἴρηται, Πριόνωτον*

ὄρος. Ita quoque hunc montem et promontorium idem Geographus aliis in locis appellavit. A librariis autem Ξ et Ζ saepissime confundi, alibi demonstravimus.

— *Τριόνωτον ὄρος.*] Ptolemaeus loco iam allegato: *Πρεόνωτον ὄρος.* Quodnam sit praeferendum, alii viderint: ego a Ptolemaei partibus starem.

Ἀστερία, πόλις Λυδίας.] Codices Palatini, qui nunc in Vaticana Biblioth. custodiuntur, *πόλις Συρίας.* Suidas tamen Asteriam Lydiae urbem cum nostro recenset. Quid sit eligendum vehementer ambigo, praesertim cum alii Geographi nullam de hoc oppido mentionem faciant, et Xanthus libro quarto rerum Lydiacarum sine ullo dubio de nonnullis Syriae civitatibus loquutus sit: refert enim noster in voce *Ἀσκάλων,* Aciamum Lydorum regem Ascalum ducem exercitus elegisse, ut in Syria militaret: hac igitur occasione, quod ibi urbes obsidione aut cinxerit aut subegerit, etiam huius Asteriae potuit fieri mentio. Verum ut quoque credam, in Syria hoc oppidum exstitisse, me movet Eustathius, qui in commentariis ad Iliad. *B.* pag. 332. sic scribit: *Ἡ δέ γε Ἀστερία, οὐχ᾽ Ἑλληνική, ἀλλὰ Συρίας πόλις ἐστίν, ἡ δὲ ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀστερὶς, νῆσος οὐ μεγάλη.*

187 — *Ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία.*] Vide Strabonem lib. x. unde
b noster omnia hausit.

— *Ἔστι δέ τις νῆσος.*] Sunt versus ex Homeri Odyss. *Δ.* circa finem.

— *Ὅμηρος.*] Locum in navium Catalogo invenies.

— *Ἡ νῦν Πιρεσία.*] Urbem hoc nomine agnoscit Apollonius Rhodius lib. I.

—— φαίνοντο δ᾽ ἄπωθεν
Πειρεσιαὶ, Μάγνησά θ᾽ ὑπεύδιος ἠπείροιο.

Hinc liquet alto in loco sitam fuisse, uti eam quoque describit Apoll. eodem libro circa initium, ubi urbis nomen singulariter profert.

— *Διὰ τὸ λαμπρόν.*] Eadem prorsus Eustathius scribit ad navium Catalogum pag. 332. *Ἀστέριον δὲ πόλις καὶ αὕτη Θετταλική. ἢ ἀπὸ Ἀστερίου τινὸς ἥρωος, ἢ διὰ τὸ λαμπρόν. ἐφ᾽ ὑψηλοῦ γὰρ φασι κειμένη τοῖς πόῤῥωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται.*

Ἀστερουσία. Πρὸς νότιον μέρος.] Sic editi omnes: Vossianus codex cum articulo: *πρὸς τὸ νότιον μέρος.*

— *Ἰνδικὴ Ἀστερουσία.*] Incomparabilis Vossius in notis ad Scylacem Caryandensem contendit, apud nostrum reponendum esse: *Σινδικὴ Ἀστερουσία.* Aliquoties Stephanum et alios scriptores hunc errasse errorem, ibidem luculenter demonstrat.

[redacted]

Ἀστραία. Ἀδριανὸς Ἀλεξανδριάδος α΄.] Eiusdem auctoris liber primus allegatur in voce *Σάνεια*.

— *Δόβηράν τε.*] Fortassis reponendum *Δόβηρόν τε*, quod 188
dico inductus auctoritate ipsius Stephani, ita enim ille: *Δόβη-* a
ρος, πόλις Παιονίας. οἱ πολῖται Δόβηρες. In Concilio Chalcedonensi *Δούβηρος* invenitur. Salmasius in Palatinis legebat: *Οἵ δ' ἔχον Ἀστραίαν τε, Δόβηρά τε.*

Ἄστυ. Διαφέρει δὲ, ὅτι τὸ μὲν κτίσμα δηλοῖ, ἡ δὲ πόλις καὶ τοὺς πολίτας.] Salmasius in libris Palatinis coniunctionem *ὅτι* non reperiebat, quam tamen in omnibus vulgatis lego, verum non admodum videtur necessaria. Quasi diceret Stephanus: haec inter *τὸ ἄστυ* et *πόλις* plerumque conspicitur differentia: *τὸ ἄστυ* proprie urbis fabricam, sed *τὸ πόλις* praeter fabricam etiam cives, id est Reipublicae formam denotat. Huiusmodi significatu *τὸ πόλις* apud Aristotelem et Platonem, atque *civitas* apud Ciceronem aliosque scriptores Latinos frequentissime occurrit. Locus in hanc rem illustris exstat apud Plutarchum in Theseo, ubi de Atticae regionis incolis ita scribit: *Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον.* Clarissime hic conspicitur discrimen illud, de quo in Stephani verbis agitur. Antiquos inter illa vocabula sic distinxisse, etiam testatur Eustathius in commentariis ad Iliad. *P.* pag. 1100. hisce verbis: *Ἐν δὲ τῷ πόλιν καὶ ἄστυ σαώσεις, ζητητέον εἰ πόλιν μὲν λέγει τὸ κατώτερον, ἄστυ δὲ τὴν ἀκρόπολιν, ἢ καὶ ἀνάπαλιν. ἴσως δὲ καὶ ἐκ παραλλήλου ἔφη πόλιν καὶ ἄστυ, ὡς ἰσοδύναμα, ταυτολογῶν καὶ νῦν διὰ τὸ ἀγωνιᾷν. οἱ δὲ παλαιοὶ φασὶ πόλιν μὲν τὴν πολιτείαν, ἄστυ δὲ τὸ τεῖχος.*

— *Ὡς Φιλόχορος ἑνδεκάτῃ Ἀτθίδος.*] Salmasius in margine sui libri contendit debere legi, *ὡς Φιλόχορος ἐν πρώτῳ τῆς Ἀτθίδος*: atque in antiquis libris scriptum fuisse *ὡς Φιλόχορος ἐν α΄ τῆς Ἀτθίδος*: ex qua scriptura librarii eam fecerant, quam nunc vulgati praeferunt. Assentior Salmasio: nam eadem Philochori verba ex libro I. *Ἀτθίδος* apud Etymologici Magni Auctorem in *Ἄστυ* in medium adducuntur. Imo hoc ipse rei tractandae ordo postulabat, ut Athenarum origo et appellationes primo potius quam undecimo libro describerentur.

— *Διὰ τὸ πρότερον νομάδας καὶ σποράδην ζῶντας.*] Huc facit locus Valerii Max. lib. V. c. III. *Detrahe Atheniensibus Thesea, nullae, aut non tam clarae Athenae erunt: siquidem ille dispersos cives suos in unam urbem contraxit, separatimque et agresti mo-* 188
re viventi populo amplissimae civitatis formam atque ima- b

ginem imposuit. Huc quoque refer locum ex Plutarchi Theseo, cuius praecedenti commentario partem in medium produximus:

— *Ἀθηναῖοι δὲ πρῶτοι τῶν ἄλλων, ἄστυ καὶ πόλεις ᾤκησαν.*] Diodorus Siculus lib. III. refert, Uranum Atlantiorum regem homines sparsim habitantes intra urbis pomeria coëgisse: *Μυθολογοῦσι δὲ πρῶτον παρ' αὐτοῖς Οὐρανὸν βασιλεῦσαι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους σποράδην οἰκοῦντας συναγαγεῖν εἰς πόλεως περίβολον, καὶ τῆς μὲν ἀνομίας καὶ τοῦ θηριώδους βίου παῦσαι τοὺς ὑπακούοντας.* Igitur Stephani verba ita sunt interpretanda: in regione Attica Theseum ab agresti ad civilem vitam traduxisse homines, eumque ibi primum civitatis auctorem atque conditorem extitisse, quemadmodum plerumque in unaquaque regione huiusmodi auctor fingitur. Mera autem fabula est, Athenienses ante alios urbem et civitatem habuisse, cum in Mythologicis Uranus Theseum aliquot seculis praecesserit.

— *Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ.*] Ita hunc locum supplevit Salmasius in suo Stephani codice, qui in omnibus vulgatis et libris scriptis mutilus conspicitur. Certissimum est Sophoclem fabulam edidisse, quae aliquando dicitur *Ἀλεξάνδρα*, ut Hesychio in *Δύσαυλος*: aliquando *Ἀλέξανδρος*, ut eidem in *Θηλάστρια*. Vide hac de re Casaubonum in notis ad Athenaeum lib. VII. cap. III.

— *Καί· Βοτῆρα νικᾷν* etc.] Salmasius hunc locum in libris calamo exaratis aliter constitutum invenit, scilicet hunc in modum: *Καί· Βοτῆρα νικᾷν ἄνδρας ἀστίτας, τί γάρ;* In vulgatis hodie circumfertur *τοιγὰρ*, quam lectionem praeferre nequeo. Puto haec verba etiam ex Sophoclis Alexandro esse desumpta, et quidem hoc loco mentionem fieri de ludis funebribus, qui in honorem eius fiebant, de quibus Hyginus Fab. XC.

— *Προάστειον.*] Videtur legendum: *οὐ γὰρ παρὰ τὸ προάστιον*, sine diphthongo, quemadmodum etiam Suidas apud Sophoclem invenisse testatur. Confirmant nostram coniecturam, *τὸ προάστιος* et *προαστία*, de quibus nunc quoque noster loquitur.

— *Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῳ.*] Omnino subest hic aliquid vitii, quod unica literula mutata ex chartaceo Vossiano instaurari potest; legitur enim ibi: *Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῃ.*
189 Quae certa est et indubitata lectio. Erat Erigone Icari filia, quae
a amisso patre suspendio vitam finivit, uti de illa narrant theologiae mythicae doctores.

— *Εἴς τε δὴ Θόρικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος.*] Constanter ita legunt hunc locum codices vulgati omnes: sed mirifice eum librarii depravarunt: in libris manu exaratis parum auxilii superest. In Palatinis et Vossiano hunc in modum concipiuntur haec Eratosthenis verba: *Εἰ ὅτε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν* etc. Hinc Salmasius in ora sui libri suspicatur debere rescribi: *Εἰσόκε δὲ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ.* Deinde sententiam mutans, inquit emendandum esse: *Εἰς τὸ δὲ τοῦ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ.* Hanc verborum Eratosthenis emendationem meo calculo comprobare non vereor: nam pro *ἕδος*, quod librariorum supina negligentia in textum irrepsit, *τὸ ἄστυ* reponendum esse, sole meridiano clarius apparet, ex glossemate, quod mox sequitur: imo hic erat Stephani scopus, ex antiquo scriptore exemplum in medium adducere, in quo *ἄστυ* pro *δῆμος* accipitur. Hoc enim evidentissimum est, *Θορικὸν* esse Demum (pro quo Eratosthenes habet *ἄστυ*) Acamantidis tribus, uti postea Stephanus suo loco docebit.

— *Δῆμος Θορικός.*] Vide Stephanum in illa voce.

Ἀστυπάλαια. Ἐκαλεῖτο δὲ Πύῤῥα.] Stephanus in ista voce insulae cuiusdam meminit hoc nomine: *Πύῤῥα πόλις ἐν Λέσβῳ. ὁ πολίτης Πυῤῥαῖος. ἔστι καὶ κώμη Αἰγυστική. ἔστι καὶ νῆσος.* An hoc loco noster Astypalaeam intelligat, alii inquirant.

— *Ἀπὸ Ἀστυπαλαίας τῆς Ἀγκαίου μητρός.*] Astypalaeae genealogiam legimus apud Pausaniam in Achaicis, et Apoll. Rhodii Scholiastam, cuius verba mox producemus.

— *Δευτέρα πόλις ἐν Κῷ.*] Refert Strabo lib. XIV. ipsam Coorum urbem antiquitus Astypalaeam appellatam fuisse: *Ἡ δὲ τῶν Κώων πόλις ἐκαλεῖτο τοπαλαιὸν Ἀστυπάλαια, καὶ ᾠκεῖτο ἐν ἄλλῳ τόπῳ ὁμοίως ἐπὶ θαλάττῃ. ἔπειτα διὰ στάσιν μετῴκησαν εἰς τὴν νῦν πόλιν περὶ τὸ Σκανδάλιον καὶ μετωνόμασαν αὐτὴν Κῶν ὁμοίως τῇ νήσῳ.*

— *Νῆσος πόλιν ἔχουσα μεταξὺ Ῥόδου* etc.] Strabo libro iam allegato, iuxta agrum Myndium in ora Cariae Astypalaeam promontorium et Zephyrium collocat, quod fortassis illa erit insula, uti etiam Ortelius opinatur, quam noster inter Rhodum et Cretam ponit.

— *Τετάρτη πόλις ἐν Σάμῳ.*] Non erat in Samo urbs hoc nomine, sed arx, quam Polycrates Samius exstruxit teste Polyaeno lib. I. Stratag. Haec sunt eius verba: *Τειχίσας δ' ἀκρόπολιν τὴν καλουμένην Ἀστυπάλαιαν, καὶ μεταπεμψάμενος παρὰ Λυγδάμιδος τῶν Ναξίων τυράννου στρατιώτας.* Testatur Themistagoras apud Etymologici Magni Auctorem, Sami portionem fuisse dictam Astypalaeam *ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖσε ὄντος ἄστεος.*

Verum doctissimus Bochartus in Geographia Sacra docet esse nomen Phoenicum, quem videre licet, si rem tanti feceris.

189 — *Ἄκρα πλησίον Ἀττικῆς.*] Imo Strabo promontorium hoc
b nomine in Attica agnoscit, non autem Atticae vicinum, ita enim ille libro IX. *Μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων, μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας, Ζωστήρ. εἶτ' ἄλλη μετὰ Θορέας, Ἀστυπάλαια* etc.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀστυπαλαιεύς.*] Hoc gentili passim utuntur scriptores antiqui; imo illud Delphicum oraculum sua auctoritate comprobavit, ita enim de Cleomede consultoribus respondebat apud Pausaniam lib. XV.

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς.

Eo etiam utitur Plutarchus in vita Romuli, ubi interpretes pessimo errore vertunt *Astypalensis*, quem etiam ab aliis commissum aliquoties observavi. Alterius gentilis forma occurrit apud Goltzium in vetere numismate, in quo hanc inscriptionem conspiciebat, *ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΤΩΝ*. Apud nostrum gentile sex syllabis, in numismate autem quinque constat, ex quo liquet in Stephano penultimam vocalem redundare, et *Ἀστυπαλαίτης* reponendum esse pro *Ἀστυπαλαιάτης*: ex nummis enim, tanquam incorruptis testibus, genuinae gentilium formae sunt petendae.

Ἄστυρα, πόλις Μυσίας, οὐδετέρως.] Haec proprie Troadis urbs est, quaeque tempore Strabonis iam erat diruta, uti ipse testatur lib. XIII. *Ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Ἀβυδηνῶν χώρας ἐν τῇ Τρῳάδι τὰ Ἄστυρα, ἃ νῦν μὲν Ἀβυδηνῶν ἐστι, κατεσκαμμένη πόλις.* Etiam neutro genere Geographus vocem protulit, sed aliter Mela lib. I. cap. XVIII. ubi vocem feminino genere singulariter usurpavit. Verum Mysiam saepissime Troadem complecti, omnes norunt in Geographia versati.

— *Λέγεται καὶ ἑνικῶς Ἄστυρον.*] Hesychius: *Ἄστυρον, πόλισμα.*

— *Ἔστι καὶ κώμη πλησίον Ἀδραμυττίου.*] Etiam Strabo hunc pagum agnoscit et Astyrenae Dianae templum, de quo infra Stephanus, qui sine dubio haec Geographi verba respicit: *Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν. ἦν δὲ πολίχνη ποτὲ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρήνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προστατούμενον μεθ' ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, ᾗ μᾶλλον γειτνιᾷ.* Geographi alii non distinguunt inter Astyra urbem Troadis et Mysiae; hanc omnes, quam Strabo et Stephanus pagi nomine describunt, urbem faciunt. Mela lib. I. cap. XVIII. *Gremio interiore campus Thebe nomine, Adramyttion, Astyram, Chrysam, oppida, eodem quo dicta sunt ordine adiacentia, continet.* Sic quoque Scylax capite Lydia: et Plinius lib. V. cap. XXX. Pausa-

[redacted]

nias praeterea in Messeniacis Astyrorum e regione Lesbi meminit, ubi nigram aquam conspexerat, cuius verba fortassis ita sunt legenda: *Ὕδωρ δὲ ὑπὸ πηγῶν ἀνερχόμενον μέλαν ἰδὼν οἶδα ἐν Ἀστύροις. τὰ δὲ Ἄστυρα ἀπαντικρὺ Λέσβου λουτρά ἐστι θερμὰ, καὶ ἐν τῷ Ἀταρνεῖ καλουμένῳ.* Si in Troade fuerint Astyra, circa Ilium et Scamandrum ultra agrum Abydenum erunt collocanda. Sed vereor ne Strabo et cum illo Stephanus ex uno duo 190
diversa loca faciat, et urbs ante Strabonis aetatem diruta, ipso a
scribente, rursum in pagi formam excreverit.

— *Ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἀστυρίς.*] Sic ille locus continuatim est legendus, qui male in Xylandriana editione nova distinctione capitis a sua serie est divulsus. Nos MSS. codicum fidem sequimur et editiones, quae Xylandrianam praecesserunt. Xylander sic incipit novum tmema: *Ἀστυρὶς, ἔστι καὶ Βοιωτίας.* Verum ipsa coniunctio *καὶ* haec antecedentibus connectit: praeterea ex ipsa re firmissimum argumentum colligitur, haec non esse separanda: nam noster antea mentionem fecerat duarum urbium uniusque vici, a quibus nullum deduxerat gentile; sic non solet, licet de ignobili oppido aut vico verba faciat.

— *Ἔστι καὶ Βοιωτίας.*] Ignobile admodum videtur fuisse oppidum, et cuius ne rudera quidem aetate Pausaniae superfuere, nam in Boeotiae periegesi nullam de eo mentionem habet.

— *Ἔστι καὶ χώρα Ἰταλίας.*] Cluverius in antiquae Italiae descriptione lib. III, cap. VII, existimat, male nostrum hoc loco *τὴν χώραν* pro *τὸ χωρίον* scripsisse, et praedium Ciceronis, cuius Plutarchus in eius vita meminit, in regionem convertisse. Fateor hoc mendae genus saepissime apud Epitomatorem esse obvium, sed manifeste vir doctus non probavit, hoc loco non posse regionem Italicam intelligi. Fluvium et insulam hoc nomine invenies apud Plin. lib. III. cap. V. *Antium colonia, Astura flumen et insula, fluvius Nymphaeus, Clostra Romana, Circeii.* Et oppidum, apud Servium in Virgil. Aeneid. lib. VII. *Haud longe a* b
Tarracina oppidum est Astura, et eiusdem cognominis fluvius. Ergo non male circumiacens regio a nostro *χώρα Ἰταλίας* appellatur. Omnia illa loca, ubi Cicero in Epistolis ad Atticum de *Astura* mentionem facit, non intelligo de ipsa regione neque oppido, sed de villa, quam in ista regione possidebat. Sic Tusculum et Baias sumpsit pro praediis, quae Tusculi et Baiis habebat. Liquet hoc evidentissime ex Plutarcho in Ciceronis vita, quae verba etiam Cluverius, sed alium in finem citat: *Πραττομένων δὲ τούτων, ὁ Κικέρων ἦν μὲν ἐν ἀγροῖς ἰδίοις περὶ Τοῦσκλον, ἔχων τὸν ἀδελφὸν μεθ' αὐτοῦ. πυθόμενοι δὲ τὰς προγραφὰς, ἔγνωσαν εἰς Ἄστυρα μεταβῆναι, χωρίον παράλιον τοῦ Κικέρωνος.* Erat Cice-

ro in propriis agris circa Tusculum; id est, erat in Tusculano
190 suo: verum intellecta proscriptione cum fratre statuit Asturam
b proficisci, id est in praedium suum circa vel in Astura.

Ἄσφαξ. Ἔθνος ἐποικίσαν.] Chartacaeus Vossianus: *ἔθνος ἀποικίσαν.*

— *Οἰηθείη.*] Male in editione Xylandri: *οἰηδείη*, quod typothetarum est vitium.

Ἀταβύριον, ὄρος Ῥόδου.] Strabo libro XIV. montem *Atabyrin* nominat. Veram appellationem noster exhibet. Vide Diodorum Sicul. lib. V. Pindarum Olympia VII. Apollodorum et alios.

— *Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον.*] Cluverius Siciliae Atabyrium inter loca incertae positionis refert, verum manifeste apparet ex Polybio lib. IX. prope Agrigentum situm fuisse montem huius nominis, ita enim ille: *Ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἔκτισται, καὶ Διὸς Ἀταβυρίου, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις. τοῦ γὰρ Ἀκράγαντος ὑπὸ Ῥοδίων ἀπῳκισμένου, εἰκότως ὁ θεὸς οὗτος τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν, ἣν καὶ παρὰ τοῖς Ῥοδίοις.*

— *Ἀπό τινος Τελχῖνος Ἀταβυρίου.*] Telchines a Phoroneo rege Argivorum et Parrhasiis bello superati, et patria pulsi in Rhodum secessere, quemadmodum Eusebius et Orosius lib. I. cap. VII. auctores sunt. Quam male Telchines apud antiquos audiverint, narrat Diodorus lib. V. Strabo lib. XIV. et Ovidius lib. VII. Metamorph.

— *Ἔστι καὶ Φοινίκης.*] Existimo Stephanum hoc loco innuere urbem proprie in Coelesyria sitam, de qua Polybius lib. V. mentionem facit hisce verbis, postquam de Sidone, Tyro, Philoteria et Scythopoli loquutus est: *Ἀσφαλισάμενας δὲ φρουραῖς ταύτας, ὑπερέβαλε τὴν ὀρεινὴν καὶ παρῆν ἐπὶ Ἀταβύριον.* Et mox apud eundem sequitur: *Ἀσφαλισάμενος δὲ καὶ τὸ Ἀταβύριον, ἀνέζευξε, καὶ προάγων, παρέλαβε Πέλλαν* etc.

Ἀταλάντη, ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων.] Hic aliquid excidisse, scilicet oppidi vel insulae nomen, in dubium vocari non potest. Loquitur de Atalanta Cedrenus in Compend. Hist. *Καὶ σεισμῶν γενομένων, ἡ πρὸς Λοκροῖς Ἀτλάντη σχισθεῖσα, νῆσος ἐγένετο.* Vix puto Cedrenum vera pronunciare, nam ante terrae motum omnino erat insula, et accidente fissura, quae etiam navibus esset pervia, geminae insulae exstitere. Lege Strabonem lib. I. huius infortunii mentionem facientem: vide quoque Scaligerum ad Eusebium. Sequitur deinde apud nostrum *ἔστι καὶ νῆσος*, quod huc pertinere videtur.

— *Θουκυδίδης δευτέρᾳ.*] Verba Thucydidis haec sunt: *Ἐτειχίσθη δὲ καὶ Ἀταλάντη ὑπ' Ἀθηναίων φρούριον, τοῦ θέρους*

[redacted]

τουτου τελευτῶντος, ἡ ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις νῆσος ἐρήμη πρότερον. 191 a

— *Καὶ ἄλλη πρὸς τῷ Πειραιεῖ.*] Huius meminit Strabo lib. IX. referens cognominem esse Euboïcae Locrensique.

Ἀταρβίκις, πόλις ἐν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ.] Haec pessime contaminata conspiciuntur in omnibus vulgatis: *Ἀταρβίκις, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι νήσῳ.* Nos ex libris MSS. veterem veramque lectionem reduximus, quam mirifice librarii corruperant. Subolfecerant mendum illud Ortelius et Tristanus, idem plane coniicientes, quod Salmasio codd. Palatini, atque mihi Vossianus exhibuere. Insula haec erat in Delta Aegypti: urbis et insulae memoria reperitur apud Herodotum lib. II. ubi urbs non *Ἀταρβίκις*, sed *Ἀταρβῆχις* appellatur. *Ἀπικνέεται ἐς ἑκάστην πόλιν βάρις ἐκ τῆς Προσωπίτιδος καλουμένης νήσου· ἡ δ' ἔστι μὲν ἐν τῷ Δέλτα, περίμετρος δὲ αὐτῆς εἰσὶ σχοῖνοι ἐννέα. ἐν ταύτῃ δὴ ὦν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ ἔνεισι μὲν καὶ ἄλλαι πόλιες συχναί. ἐκ τῆς καὶ αἱ βάρις παραγίνονται ἀναιρησόμεναι τὰ ὀστέα βοῶν. οὔνομα τῇ πόλει Ἀτάρβηχις.*

Ἀτάρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας.] Constanter sic legunt libri calamo exarati et editi: nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo. Sine dubio oppidi nomen in mendo cubat, quod auferetur rescribendo *Ἀταρνεύς*. Hac enim forma Scylax, Strabo lib. XIII. Xenophon lib. III. Hellenicorum, Isocrates in Panegyrico et alii vocem istam protulerunt. Imo sic olim Stephanum scripsisse non est quod ambigam, apud quem alibi sic legimus: *Φελλεύς, ὄρος τῆς Ἀττικῆς. τὸ ἐθνικὸν Φελλείτης ἂν εἴη, ὡς τοῦ Ἀταρνεὺς Ἀταρνείτης.* Vide etiam in voce *Τομεύς*, et de hac emendatione eris certissimus. Ad situm quod attinet, noster Atarneum Asso vicinum facit: *Ἄσσος, πόλις Λυδίας, πλησίον Ἀταρνέως.* Locum lege et ad eum nostrum commentarium. 191 b

— *Ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς.*] Plurima occurrunt in hac epitome exempla, ubi gentilia et urbium nomina plane eadem sunt, cuius rei ratio redditur in voce *Αἱμονία*. Verum cum ipse Stephanus aliquoties τοῦ *ΑΤΑΡΝΕΙΤΗΣ* meminit, nequaquam illud est reiiciendum. Praeterea haec forma etiam apud idoneos scriptores occurrit, apud Diogen. Laërt. Pausan. Callimachum atque alios.

Ἀταφυνοί, ἔθνος.] Codex Vossianus et Palatini exhibent *Ἀταφηνοί, ἔθνος.* Ita quoque in Aldina editione reperies: verum in Florentina, *Ἀταρφηνοί, ἔθνος μέγα Ἀραβίας.* Quid sit praeferendum alii dispiciant.

Ἀτέλλα, πόλις Ὀπικῶν.] Testatur Cluverius inter Capuam et Neapolim hodie conspici oppidum *Aversa* dictum: circa quod

quaedam antiquorum operum visuntur ruinae. Multis scriptoribus hoc oppidum memoratur, Ciceroni, Livio, Straboni, Silio, Ptolemaeo atque aliis.

— Ὡς Ἀγηλλαῖος.] Scribe: ὡς Ἀγυλλαῖος. Vide in voce Ἄγυλλα, et de hac emendatione non dubitabis.

— Ἀτελλανοὶ, παρέδοσαν αὐτούς.] Ita hunc locum supplevimus, qui in vulgatis mutilus circumferebatur. Salmasius sic etiam ad oram sui Stephani emendaverat. Goltzius vidit nummum cum inscriptione ΑΤΕΛΛΑΝΩΝ.

Ἀτήνη. Φρύνιχος δὲ τῆς Αἰολίδος φησίν.] Emendabat doctissimus Meursius: Φρύνιχος δὲ τῆς Ἀτταλίδος φησίν.

—. Πατροκλῆς.] In Palatinis legebat Salmasius, Προκλῆς.

— Καὶ Παντακλῆς.] In antiquitatibus hic non est notus. Fortassis scribendum: καὶ Πανταρκῆς, de quo Pausanias in Eliacis prioribus.

192 a Ἄτλαντες. Ἔστι καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων.] Constanter sic legunt libri calamo exarati et editi. Salmasius in margine sui Stephani contendit legendum esse: Ἔστι καὶ τὸ ὄνομα τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων. Et sic locum emendatum esse a viro incomparabili in Plinianis Exercit. postea cognovi. Vel hoc modo verba constituenda putat: ἔστι δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλ. ut dicat Stephanus, Atlantas populos a montibus Atlantibus nomen esse adeptos.

— Ῥιανὸς δὲ ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ.] In voce Ἀπία eiusdem Rhiani liber secundus Ἀχαϊκῶν citatur: ad quem locum obiter admonuimus, Eustathium aliquando pro Rhiano allegasse Arrianum; quem errorem etiam nunc committit, ex Ethnicographo hunc de Atlantibus locum transcribens, ita enim ille in comment. ad Dionysium de situ Orbis pag. 15. ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, ἔθνος Λιβυκὸν λέγει τοὺς Ἄτλαντας. καὶ Ἀῤῥιανὸς δὲ, ὥς φησιν, Ἀτάραντας ἱστορεῖ, καὶ μετ' ἐκείνους λέγει κεῖσθαι τοὺς Ἄτλαντας, οἳ καὶ λέγονται μὴ βλέπειν ὀνείρους. Aut Archiepiscopus Thessalonicensis in depravatum Stephani codicem incidit, aut locum festinando male transcripsit: nam Rhianum Ἀχαϊκὰ scripsisse, non vero Arrianum, apud omnes in confesso est.

— Καὶ ὅτι οὐ βλέπουσι οὗτοι ὀνείρους.] Fabulas quas de Atlantibus narrant Mela, Plinius, Solinus aliique, ex Herodoto hauserunt, qui de illis lib. II. iam a Stephano allegato, ita scribit: Ἔχεται δὲ τοῦ ἁλὸς τούτου οὔρος τῷ οὔνομα Ἄτλας. ἔστι δὲ στεινὸν καὶ κυκλοτερὲς πάντῃ. ὑψηλὸν δὲ οὕτω δή τι λέγεται ὡς τὰς κορυφὰς αὐτοῦ οὐκ οἷά τε εἶναι ἰδέσθαι. οὐδέποτε γὰρ αὐτὰς ἀπολείπει νέφεα οὔτε θέρεος οὔτε χειμῶνος, τοῦτο κίονα τοῦ οὐρανοῦ λέγουσι οἱ ἐπιχώριοι εἶναι. ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος οἱ ἄνθρω-

ποι οὗτοι ἐπώνυμοι ἐγένοντο. καλέονται γὰρ δὴ Ἄτλαντες. λέγονται δὲ οὔτε ἔμψυχον οὐδὲν σιτέεσθαι οὔτε ἐνύπνια ὁρᾶν.

— *Καὶ Ἀτλαντικὴ Θάλασσα.*] Lepidissimum est quod narrat de etymologia maris Atlantici Lycophronis Scholiastes, nempe Atlantem Mathematicum Poenum extitisse, qui cum in montem altum conscendisset, ut diligentius astra specularetur, in subiacens mare decidens, ibi periit: unde mari nomen inditum est. Vide etiam Eustathium ad Odyss. *A.* pag. 1389 et 1390.

Ἀτραμῖται, ἔθνος εὐδαιμ.] Incidit Stephanus sine dubio 192
in Uranii codicem, in quo gentis nomen diversimode scribeba- b
tur, unde et diversas gentes videtur facere *τοὺς Ἀτραμίτας* et *Χατραμωτάς.* Uranii verba leguntur apud nostrum in voce *Ἀβασηνοί*: regionis, quae Chatramotitis dicitur, etiam Uranius lib. I. Arabicorum meminit, uti in *τῷ Χατραμωτίτης* liquet, eamque mari rubro vicinam statuit. Quibusnam autem appellationibus illorum regio et gens ipsa insigniebatur lege apud Salmasium in Solinum pag. 489. et Bochartum in suo Phaleg lib. II. cap. XVI.

— *Ἀτραμωτίτας.*] Haec vox formam *τοῦ ἐθνικοῦ* repraesentat. Non possum quin assentiar Salmasio existimanti *τὰ Ἀτράμωτα* loco nomen esse, unde gentile *Ἀτραμωτίτης* deducitur: nam plurima oppida et vici in Felice Arabia sic terminantur, quemadmodum *τὰ Ἄλατα, τὰ Χαβούατα, τὰ Θούματα* et similia.

Ἄτραξ. Τῆς Πελασγιώτιδος.] Etiam Ptolemaeus lib. III. cap. XIII. hanc urbem inter Pelasgiotidas recenset. *Δολίχη, Ἀζώριον, Πύθεον, Γόννος, Ἄτραξ, Ἰλέγιον* etc.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτράκιος.*] Apud Statium lib. I. Thebaidos hoc gentile occurrit:

— — *Quales per nubila Phoebes*
Atracia rubet arte labor. —

Et Valerius Flaccus lib. VI.

Quamvis Atracio Lunam spumare veneno
Sciret, et Aemoniis agitari cantibus umbras.

Idem gentile hinc deducit noster etiam in voce *Κόραξ.*

— *Ἄτρακας λύκους.*] Constanter ita exhibent MSS. et vulgati codices: et Eustathius ad Iliada *B.* confitetur, se in Stephani exemplaribus etiam hanc scripturam reperisse, verum communes Lycophronis codices *ἅρπαγας λύκους* habuisse, haec sunt eius verba: *Ὅρα δὲ τὴν ἀνωτέρω ῥηθεῖσαν Ἄτρακα. ἧς οἱ πολῖται Ἄτρακες παρὰ Λυκόφρονι. κἂν ἀντὶ τοῦ Ἄτρακας λύκους (ὃ γράφει ὁ Ἐθνικολόγος) ἁρπάγας λύκους γράφωσι τὰ τῶν ἀντιγράφων κοινότερα.*

— *Εἰς Ἄτραγα νύκτωρ.*] Codex Vossianus male: *καὶ Ἄτρυγα νύκτωρ.*

198 a *'Ατρήνη πόλις.*] En manifestissimum in hisce verbis epitomes argumentum. Imo vix verisimile est, Hermolaum compendii auctorem sic scripsisse: nam neque regionis neque provinciae nomen, in qua *Atrena* sita fuerit, in libris vulgatis aut MSS. exprimitur. Si quid coniectura valeam, censeo Stephanum hic de urbe Italica, in Volscorum mediterraneis sita, loquutum fuisse, eandemque esse, quam Livius lib. IV. cap. LXI. transpositis literis *Artenam* appellavit. *Diruta et arce et urbe Artena, reductae Legiones ex Volscis, omnisque vis Romana Veios conversa est.* Et mox sequitur: *Sunt qui Artenam Veientium, non Volscorum fuisse credant: praebet errorem, quod eiusdem nominis urbs inter Caere atque Veios fuit.* Haec litterarum transpositio antiquis adeo fuit familiaris, ut opus non sit eam pluribus comprobare exemplis: pro ἀριθμὸς dixere ἀμιθρὸς, pro ὄχλος ὄλχος et similia. Si quis vel ex antiquitate, vel ex melioribus libris certius aliquid attulerit, ei maximas habebo gratias.

— *'Από Δεύσου.*] Codices editi consentiunt in hanc scripturam: Vossianus: ἀπὸ Δέσου. Nomen huius herois apud alios, quod sciam, non occurrit: difficulter itaque dixerim, quid praeferendum sit.

— *Καὶ 'Ατρηνηστῶν.*] Certissimum est hanc vocem non esse sani coloris, atque imperitos librarios ex duabus unam conflasse. Salmasius in margine sui Stephani totum locum hunc in modum constituit: *Φιλοστέφανός φησιν, ἀπὸ Δέσου καὶ 'Ατρῶνος, καὶ 'Ατρήνης τῶν Ἄργητος τοῦ Κύκλωπος καὶ Φρυγίας νύμφης προσηγορεῦσθαι.* Hanc coniecturam tam firmam existimat, ut non dubitet eam in textum recipere.

'Ατρία, πόλις Τυῤῥηνίας, Διομήδους κτίσμα.] De appellationibus, situ et conditore huius urbis consulendus Cluverius in antiq. Ital. descriptione. Ita quoque haec urbs a Ptolemaeo vocatur, et in emendatioribus Plinii codicibus, auctore Hermolao Barbaro in castigat.

— *Χειμῶνος πλεύσαντος.*] Sic scripti et editi exhibent. Salmasius in margine sui Stephani scripsit, fortassis legendum esse: χειμῶνος πνεύσαντος.

— *Καλέσαι Αἰθρίαν.*] Cessante tempestate, servatoque Diomede, caelo sereno urbs est condita, quam significationem vox Αἰθρία apud lexicographos obtinet. Hesychius: Αἰθρία, εὐδία. Αἴθρη αἰθρία. αὐγὴ, ἀὴρ καθαρός.

— *Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικοῦ.*] Optime reiecit Xylander scripturam aliarum editionum, in quibus vitiosissime excusum erat: ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Βοιωτῶν, ἔθνους Κελ-
198 b τικοῦ. Verum aliud quid in hisce verbis latet, scilicet error Ste-

phani vel eius auctoris, ex quo noster transcripsit, Atriam Boiorum Gallorum ab hac diversam fuisse. Alia equidem praeter hanc Tyrrhenicam Atria fuit, verum longe a Boiorum finibus in Piceno sita, ut suo loco optime ostendit geographiae peritissimus Cluverius.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριέτης.*] Ultima gentilia in mendo cubare vidit Cluverius: emendavit optime: τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτριεὺς, καὶ Ἀτριάτης. Salmasius in ora sui codicis similiter corrigebat. Codex Vossianus mihi exhibuit: τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριάτης. Nihil nos mutavimus in textu, quia editi omnes inter se conveniunt.

— *Συνήθης γὰρ Ἰταλῶν ὁ τύπος.*] Non soli Itali hac forma gaudent, sed etiam aliae gentes: vide in vocibus *Ἄγκυρα* et *Ἄμαστρις*.

Ἀτροπατία. Καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς Μηδίας δευτέρα μερίς.] Hanc Mediae divisionem noster hausit ex Strabone lib. xi: nam postquam locutus fuerat de Media magna, cuius primaria urbs Ecbatana et Medorum regia dicitur, haec de altera Mediae parte subiungit: *Ἡ δ' ἑτέρα μερίς ἐστιν ἡ Ἀτροπάτιος Μηδία. τοὔνομα δ' ἔσχεν ἀπὸ τοῦ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος, ὃς ἐκώλυσεν ὑπὸ τοῖς Μακεδόσι γενέσθαι, μέρος οὖσαν μεγάλης Μηδίας.* Haec Mediae divisio etiam legitur apud Eustathium in Dionysium de Situ Orbis pag 129.

— *Ἀτροπατηνή.*] Hoc gentile foemininum passim pro regionis nomine usurpatur apud Strabonem et alios. Stephanus: *Πράασπα, πόλις τῆς Ἀτροπατηνῆς.* Triplex igitur huic regioni nomen fuit, *Ἀτροπατία*, et *Ἀτροπάτιος* et *Ἀτροπατηνή*.

Ἀττάλεια, πόλις Λυδίας.] Locum hunc, librariorum negligentia corruptum, restitutum iri puto, si scribatur *Λυκίας* pro *Λυδίας*, quod vitii genus passim in antiquorum scriptis occurrit. Attalea urbs Lyciae est maritima, non procul a fluvio Cataracta sita, uti perhibet Strabo lib. xiv. Huius memoria etiam in Actis Apost. cap. xiv. reperitur: Paulus enim ibi navem conscendebat, ut Antiochiam navigaret.

— *Οἱ δὲ, τὴν Κιλικίας Κώρυκον* etc.] Optime observat incomparabilis Salmasius, Demetrium Corycum Ciliciae confundere cum Coryco Pamphyliae. Nam Corycum Pamphyliae propter vicinitatem, et quod utraque eundem habuisset conditorem, eandem cum Attalia quosdam fecisse, verissimum est: sed Ciliciae Corycus procul ab Attalia sita erat. Strabo lib. xiv. perhibet, Attalum Philadelphum Attaliam condidisse, atque ei vicinum vi- 194
cum Corycum, circumdatis moenibus, in parvum oppidulum a

instruxisse. Haec sunt Strabonis verba: *Εἶτα πόλις Ἀττάλεια, ἐπώνυμος τοῦ κτίσαντος Φιλαδέλφου, καὶ οἰκίσαντος εἰς Κώρυκον πολίχνιον ἄλλην κατοικίαν ὅμορον, καὶ μικρὸν περιθέντος.* Hinc manifeste liquet, Attaliam et Corycum vicinas in Pamphylio littore, non longe a Cataracta, civitates fuisse. Praeter Strabonem etiam Dionysius de Coryco Pamphyliae mentionem facit:

Ἄλλαι δ' ἑξείης Παμφυλίδες εἰσὶ πόληες,
Κώρυκος Πέργη τε καὶ ἠνεμόεσσα Φάσηλις.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτταλεύς.*] Hoc gentile non improbamus, sed alia forma reperitur apud Goltzium in nummo Traiani, hanc inscriptionem repraesentante: *ΑΤΤΑΛΕΙΤΩΝ.*

— *Καὶ θηλυκόν.*] Fortassis feminina terminatio excidit. Legendum igitur *καὶ θηλυκὸν, Ἀτταλική.*

Ἀτταλὶς, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς.] Huius tribus Stephanus etiam in vocabulis *Ἀγνοῦς* et *Ἀπολλωνιεῖς* mentionem facit.

Ἀττάλυδα, πόλις Λυδίας.] Nomen huius urbis compositum esse ex duabus vocibus, *Ἄττυος* scilicet et *Λυδοῦ*, nemo non videt. Existimo eandem esse urbem, quam Ptolemaeus lib. v. cap. ii. Alyddam nominans, in Mysiae maioris mediterraneis inter Traianopolim et Praepenissum collocat hoc modo: *Δάγουτα, Ἀπολλωνία, πρὸς Ῥυνδάκῳ ποτ. Τραιανόπολις, Ἄλυδδα, Πραιπένισσος, Πέργαμος* etc. Certissimum est, non duntaxat in lingua Graeca, sed etiam in Italica, Hispanica, Gallica et Belgica, urbium nomina, si ex pluribus componantur vocabulis, levioris pronunciationis gratia contrahi, et per compendium efferri: ita hoc loco verum et antiquissimum civitatis nomen *Ἀττάλυδα* fuisse, non est quod dubitem, pro quo facilioris pronunciationis gratia tandem *Ἄλυδα* vel *Ἄλυδδα* in consuetudinem venit. Vide commentarios ad vocem *Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες*, pag. 87 et 88, ubi plurimis exemplis, ex quacunque lingua petitis, sententiam hanc stabilitam conspiciet lector.

Αὔαθα, καὶ Αὔαρα, οὐδετέρως.] Mox sequetur alia sectio, ubi Stephanus *τὰ Αὔαρα* urbem Arabiae, non vero viciniam appellabit. Quare haec non continuatim legantur, et quasi a sua serie divulsa sint, rationem nullam video, cum idem sit locus atque eadem loci appellatio, unde quoque idem gentile deducitur.

194 *Αὐαλίτης, κόλπος, ἐν δεξιοῖς.*] Situm et veram nominis
b originem huius sinus tam accurate descripsit vir insignis Samuel Bochartus in Geographia Sacra lib. ii. cap. xxiii. ut aliquid addere summum nefas putarem.

Αὔαρα, πόλις Ἀραβίας.] Graecis dicitur *Λευκὴ Κώμη*, quod Latinis Album Pagum denotat. Optime eius situm doctissimus Bochartus indicavit ex Arriani Periplo: *Ἐκ δὲ τῶν ἀριστε-*

μων Βερενίκης ἀπὸ Μυὸς ὅρμου, δυσὶν δρόμοις ἢ τρισὶν, εἰς τὴν ἀνατολικὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον, ὅρμος ἐστὶν ἕτερος, καὶ φρούριον ὃ λέγεται Λευκὴ Κώμη. Hinc liquet Auaram sive Album Pagum ex opposito Berenices sitam fuisse. Strabo lib. XVI. tradit, magnum Nabataeorum emporium esse; et Geographus Arabs, *oppidum populosum, cuius incolae sunt nobiles, et portum et acropolin habere.* Itaque minus recte ab Epitomatore superius perhibetur, Arabum *συνοικίαν* esse.

— *Ὀβόδᾳ, κληθεῖσα ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα.*] Hic locus inter mutilos est referendus. Lege ut sensus constet: *Αὔαρα, πόλις Ἀραβίας, ἀπὸ χρησμοῦ δοθέντος Ὀβόδᾳ κληθεῖσα, καὶ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀρέτα κτισθεῖσα.* Sensus etiam erit perspicuus, si pro *κληθεῖσα* reposueris *κτισθεῖσα.* Porro Obodam et Aretam affinitate, sed non quo gradu, iunctos fuisse, refert Strabo libro XVI. hisce verbis, ubi de Aelio Gallo loquitur: *Διόπερ πολλαῖς ἡμέραις ἧκεν εἰς τὴν Ἀρέτα γῆν, συγγενοῦς τῷ Ὀβόδᾳ. ἐδέξατο μὲν οὖν αὐτὸν Ἀρέτας φιλικῶς, καὶ δῶρα προσήνεγκεν.* Uti apud Nabataeos Aretas proprium territorium habebat, sic inter illos Obodes etiam *χωρίον*, de quo alibi Stephanus sic scribit: *Ὄβοδα, χωρίον Ναβαταίων. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τετάρτῳ. ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι, τέθαπται.* De hisce regibus etiam Iosepho multus est sermo.

— *Κατὰ Ἄραβας καὶ Σύρους, λευκήν.*] Vocem *Αὔαρα* apud Syros, Chaldaeos et Arabas istum obtinere significatum, etiam suo calculo comprobabit linguarum orientalium peritissimus Bochartus part. sec. Geographiae Sacrae lib. I. cap. XLIV. *Hauara* eadem quae *Λευκὴ Κώμη* Albus Pagus Syris enim et Chaldaeis חור *havar* est albescere, חִוָּר *hivar* vel *havár* albus. Et חור *haur* Arabice albedo. Inde igitur Albus Pagus *Haura* dictus, vel *Hawara* si mavis, ut in Stephano scribitur.

— *Καὶ λοχῶντι.*] Xylander hunc locum asterisco notavit sine necessitate, quem neque priores editiones agnoscunt. Pro 195
λοχῶντι chartaceus Vossianus mihi suppeditavit *χολῶντι*, quam a
lectionem in totum non improbo.

Αὔασις, πόλις Αἰγύπτου.] Geminae isthac appellatione urbes apud Geographos occurrunt, Auasis magna et parva. Auasis parva *Eleocath*, sive *Eleochet* appellatur, et versus septentrionem sita est, CX mil. pass. a magna distans. Auasis magna, de qua nunc fit mentio, a Thebis Aegyptiis teste Herodoto, cuius verba mox producemus et emendabimus, itinere septem dierum in occidentem abest.

— *Καὶ Ὄασιν καλοῦσιν.*] Haec Hebraeorum est pronuntiatio, Arabum *au* tanquam O proferentium. כוכב *cocab* Hebraice

[redacted]

stella, Arabice כוכב caucab: שושן sosan Hebraice lilium, Arabice סוסן sausan: Pipio Hebr. גוזל gozal, Arab. גוזל gauzal. Plura huius rei exempla, si necessitas requireret, ex Bocharto aliisque suppeditari possent. Stephanus hanc urbem alio in loco etiam *Hyasin* appellavit. Ὕασις, πόλις Λιβύης. λέγεται καὶ Ὄασις. καὶ ὁ πολίτης, Ὀασίτης. De quo nomine postea dicturi sumus.

— Ἐοικυῖαν παρδαλέᾳ.] Etsi omnes codices tam scripti quam editi ita habeant, nunquam tamen pro genuina hanc lectionem habebo: sine dubio legendum: ἐοικυῖαν παρδάλει: nam ita legitur apud Strabonem lib. II. ex quo Stephanus totum locum transcripsit. Ἔστι δ᾽ ὥςπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας, διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα παρδάλει, κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. Et libro XVII. rursum inquit: Αὐάσεις δ᾽ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις, ὡς ἂν νήσους πελαγίους. Stephanum sua ex priori Strabonis loco hausisse, nemo in dubium vocabit.

— Τὰ τοιαῦτα Αὐάσεις Αἰγύπτιοί φασι.] Manifeste liquet ex verbis Geographi, commentario praecedenti in medium productis, hoc loco rescribendum esse: τὰς τοιαύτας Αὐάσεις Αἰγύπτιοί φασι.

— Καὶ Αὐσίτης.] Non puto hoc gentile a Stephani manu esse profectum. Talis syncope in formandis gentilibus locum non habet. Fortassis reponendum est: Τὸ ἐθνικὸν, Αὐασίτης, καὶ Αὐασῖτις.

— Μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον.] Duridis testimonium non exstat hodie. Herodoti ex Thalia, quia emendatione indiget, huc transcribam. Οἱ δ᾽ αὐτέων ἐπ᾽ Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι, ἐπεί τε ὁρμηθέντες ἐκ τῶν Θηβαίων, ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγοὺς, ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσι ἐς Ὄασιν πόλιν, τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι. ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβαίων διὰ ψάμμου. οὐνομάζεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν Μακάρων νῆσος. Dicit hoc loco Herodotus, Oasin sive Auasin septem dierum itinere Thebis distare, eamque Samios e tribu Aeschrionia incolere, et lingua Graeca vocari istum locum Beatorum insulam. Verum in Samo non fuit tribus Aeschrionia: hinc est quod existimem, nomen huius tribus aut a librariis turpissime esse depravatum,
195 aut Herodotum errorem immanem errare, quod ultimum non au-
b derem constanter affirmare, quia sine dubio Herodotus, cum esset Halicarnassensis e Caria, insulas patriae suae vicinas optime

cognovit et peragravit: necesse est igitur ut omnem culpam in exscriptores imperitos transferamus: nam tribus illa non Aeschrionia, sed Schesia appellatur a fluvio Schesio, iuxta quem Patrocles et Tembrio coloniae, ad Caras, tunc temporis Samum incolentes, missae locum assignarunt, quemadmodum refert Themistagoras in Aureo Libro apud Etymologici Magni Auctorem, cuius verba, ut de emendatione in Herodoto simus certi, in medium adducam. *Ἀστυπάλαια, μοῖρα τῆς Σάμου οὕτω καλουμένη, ὅτι Πατροκλῆς καὶ Τεμβρίων ἀποικίαν στείλαντες εἰς Σάμον, πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας Κᾶρας κοινωνίαν θέμενοι, ᾤκησαν παρὰ τὸν Σχήσιον ποταμὸν, καὶ εἰς δύο φυλὰς τὴν πόλιν διένειμαν. ὧν τὴν μὲν Σχησίαν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ Σχησίου ποταμοῦ παρακειμένου τῇ πόλει, τὴν δὲ Ἀστυπάλαιαν, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖσε ὄντος ἄστεος. οὕτω Θεμισταγόρας ἐν χρυσῇ βιβλίῳ.* Plinius lib. v. cap. xxx. hunc amnem *Chesium* nuncupat, ita enim ille in Sami descriptione: *Samon liberam, circuitu octoginta septem mil. passuum: aut ut Isidorus, centum. Partheniam primum appellatam, Aristoteles tradit, postea Dryusam, deinde Anthemusam. Aristocritus adiicit Melamphyllum: dein Cyparissiam: alii Parthenoarusam, Stephanem. Amnes in ea Imbrasus, Chesius, Ibertes.* Huius amnis et promontorii eiusdem nominis non obscura etiam memoria reperitur apud Callimachum Hymno in Dianam:

Χησιὰς, Ἰμβρασίη πρωτόθρονε, σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
Πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ.

Ad quem locum Scholiastes ita commentatur: *Σχησιάς. Σχήσιον, ἀκρωτήριον τῆς Σάμου. καὶ Ἴμβρασος, ποταμὸς τῆς Σάμου.* Verum res eodem redibit, sive tribum in Samo *Σχησίαν Χησίαν*, fluvium *Σχήσιον Χήσιον*, et promontorium *Σχησιάδα Χησιάδα* nuncupaveris; hoc enim omnibus est notissimum, S initiale nominibus propriis nunc excidere, nunc vero addi. Evidentissimum igitur est, in Herodoto reponi debere: *τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Σχησίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι.* Verum si a voce *Σχησία* deduci posset gentile *Σχησιόνιος*, quod mihi non manifeste constat, legerem: *τῆς Σχησιονίης φυλῆς*, ut melius mea coniectura vulgatae lectioni responderet.

Αὐγάσιοι. Στράβων ἑνδεκάτῃ οὕτω φησίν.] Iure et merito defectae orationis signum apposuerat Xylander, in cuius editione legebatur: *Στράβων ἕκτῃ οὕτω φησίν.* Nos veram et veterem lectionem reduximus, legendo: *ἑνδεκάτῃ.* Illo enim libro haec de Augasiis leguntur: *Τοῦ δὲ τῶν Μασσαγετῶν, καὶ τῶν Σακῶν ἔθνους, καὶ οἱ Αὐγάσιοι, καὶ οἱ Χωράσμιοι.* Optime ex Stephano hunc locum Strabonis Casaubonus correxit, ubi antea male legebatur, *καὶ οἱ Ἀττάσιοι.*

Αὐγεία, πόλις Λοκρίδος.] Fortassis rescribendum est *Αὐγειαί, πόλις Λοκρίδος*, nam hoc numero Homerus et Strabo oppidi nomen protulere.

— *Ὅμηρος.*] Locus ex Catalogo navium est desumptus.

196 a — *Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις.*] Utriusque et Locridis et Laconicae Eustathius meminit ad locum Homeri iam proxime allegatum: *Αὐγειαὶ δὲ οὐ μόνον Λοκρικαὶ, ὧν ὁ πολίτης Αὐγειάτης, ἀλλὰ καὶ Λακωνικὴ πόλις ἐστὶν ὁμώνυμος.* Sed quare Xylander Stephani locum mutilae orationis signo notaverit, rationem non video. Fortassis Salmasius in eadem versabatur opinione, ad marginem sui libri sic scribens: *Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις Μαλιέων. Quantum conticere potui in corrupto MSS.* Attamen sententia est perfecta, si τὸ *Μαλιέων* hinc auferatur, quanquam verum sit, circa illud promontorium *Αὐγειὰς* Laconicas sitas fuisse.

Αὔγιλα, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης.] Apud Ptolemaeum oppidi nomen etiam genere neutro et plurativo numero profertur, et Nasamonibus attribuitur: *Ἐν τοῖς Αὐγίλαις καὶ Νασαμῶσι τὰ Αὔγιλα.* In Herodoto Musa quarta loci nomen *Αἴγιλα* factum est. *Τῷ δὲ χώρῳ τούτῳ οὔνομα Αἴγιλά ἐστι, ἐς τοῦτον τὸν χῶρον οἱ Νασαμῶνες ὀπωρίζοντες τοὺς φοίνικας φοιτέουσι. Ἀπὸ δὲ Αἰγίλων, διὰ δέκα ἡμερέων* etc. Salmasius in Herodoto rescribit *Αὔγιλα*, et Vossius testatur in aliquot Ptolemaei libris exaratum esse *Αἴγιλα*, uti etiam Herodotus habet.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Αὐγιλίτης, διὰ τὸ ἐπιχώριον.*] Non format hoc gentile ex ingenio Stephanus, quemadmodum viri eruditione insignes existimant, sed iuxta generalem canonem, qui exigit gentilia Libyca et Aegyptia in *ιτης* terminari, de quo videsis in vocabulis *Ἄβαρνος, Ἄζιλις* et aliis in locis plurimis. Verum est apud Pomp. Melam gentis nomen esse *Augilae*, ut et apud Solinum, qui Graecis dicerentur *Αὐγίλαι*: sed optime observat Salmasius, illud gentile eodem modo formatum esse, ut ab *Ἀσβύστα* urbe Africae *Ἀσβύστης*, et ab *Αὔσιγδα* Libyae oppido *Αὐσιγδῆς*; atque ita hoc loco ab *Αὔγιλα Αὐγίλης*. Noli tamen alterum gentile *Αὐγιλίτης* prorsus improbare, utpote iuxta generalem et Ἐθνικογράφῳ usitatissimum canonem formatum.

Αὐγοῦσται, πόλις ἐν Κιλικίᾳ.] A Ptolemaeo *Σεβαστὴ* appellatur, estque urbs Ciliciae littoralis inter Tarsum et Anemurium, non longe ab Anchialo sita, liquet hoc ex Theophylacto
196 Simocatta lib. I. Histor. cap. IV. ubi refert Chaganum Augustam
b et Viminaciam expugnasse; *Ἀνελὼν τε Αὐγοῦσταν καὶ τὸ Βιμινάκιον (πόλεις δ' αὗται λαμπραὶ ὑπὸ τὸ Ἰλλυρικὸν φορολογούμεναι) παραυτίκα στρατοπεδεύεται, καὶ τὴν Ἀγχιαλὸν περιτέμνεται.* Sta-

[redacted]

phanus plurali, alii autem singulari numero urbis nomen appellarunt.

— *Καὶ Ἰταλία.*] Cum plura in Italia hoc nomine oppida a geographis enumerentur, difficulter dixerim, quodnam hoc loco Stephanus intelligat. Est enim prope Padum *Augusta Taurinorum*, quae Taurasia Livio, Stephano Taurania et Gallis hodie Turin dicitur. Alia est *Augusta Vagienorum*, quam Cluverius putat fuisse versus Ligures montanos circa Carmaniolam, oppidum Pedemontii. Reperitur praeterea *Augusta Praetoria*, quae a Solino dicitur Italiae limes versus Alpes Graias, ab Augusta Taurinorum LV mil. pass. distans. De illis vide Cluverium iam supra nominatum. Occurrunt item aliae plurimae, sed nimis longum foret omnes recensere.

Αὐενίων. Τὸ ἐθνικὸν, Αὐενιωνήσιος.] Haec et quae sequuntur Xylander in sua editione asterisco notavit. In chartaceo Vossiano locus hoc ordine dispositus legitur. *Τὸ ἐθνικὸν Αὐενιωνήσιος, καὶ Αὐενίτης τῷ ἐπιχωρίῳ καὶ Ἕλληνι τύπῳ.* Haec verba ita sunt digerenda: *τὸ ἐθνικὸν Αὐενιωνήσιος τῷ ἐπιχωρίῳ, καὶ Αὐενίτης Ἕλληνι τύπῳ.* Certissimum est, primum gentile habere formam Italis et Galliae Narbonensis incolis usitatam. In voce *Βίεννος* Stephanus ita scribit: *Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Γαλλίᾳ* etc. *ἧς μνημονεύει πολλάκις Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ. τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Βιέννιος, εἰ μὴ κατὰ τὸν ἐγχώριον τύπον Βιεννήσιος, ὡς Λουγδουνήσιος.* Vide praeterea in vocabulo *Βέροννος*, et aliis in locis plurimis.

Αὐλαί. Τῶν δὲ εἰς αι οὐκ ἔστιν ὁ διὰ τοῦ ωτης τύπος.] Optime sic edi curavit Xylander: in prioribus editionibus pessime legebatur: *Τῶν δὲ εἶναι οὐκ ἔστιν ὁ διὰ τοῦ ωτης τύπος.*

— *Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς η δισυλλάβων θηλυκῶν.*] Primo intuitu existimabam hunc locum esse mutilum, et nonnulla ei excidisse: verum deinde animadvertebam ex simili prorsus canone, qui in voce *Σίδη* exhibetur, nihil ei deesse, ita enim ibi Stephanus: *Τὰ γὰρ εἰς η λήγοντα δισύλλαβα, πρωτότυπα, ὀξυνόμενα* 197
μὲν, διὰ τοῦ ε τὸ παράγωγον ἐκφέρει. φυλὴ φυλέτης etc. Planior a
profecto est sensus in loco allegato; sed eundem esse, nemo in dubium vocabit, qui rem probe examinaverit.

Αὐλή. Χρυσῇ μέν τ' αὐλῆς.] Est pars versus Homerici, ex Iliade *E* desumpti.

— *Ὁ οἰκήτωρ, αὐλίτης.*] Fortassis reponendum est: *ὁ οἰκήτωρ αὐλήτης.* Nusquam apud antiquos occurrit τὸ *αὐλίτης*: verum *αὐλήτης* apud Hesychium invenies, et *αὐλείτης* apud Apoll. Rhod. lib. IV. Argonaut.

Πᾶσι φερβομένοισι συνήντεες, εἴπετο δ' ἀνὴρ Αὐλείτης. — —

— Αὔλειοι.] Salmasius in margine sui Stephani admonet, ex libris Palat. rescribendum esse: αἱ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, αὔλεια.

— Καὶ οἱ ἄποικοι τούτων, θύραυλοι.] Apud Hesychium legimus: Θύραυλοι, τῶν ποιμένων οἱ ἀπόκοιτοι. Sunt hoc loco ἀπόκοιτοι, pastores qui sub dio extra stabulum apud gregem pernoctant. Ἀποκοιτεῖν est abnoctare, sive pernoctare: Κοιταῖος, ὁ εἰς τὴν κοίτην ἐρχόμενος, qui it cubitum: ἀπόκοιτος igitur qui non petit lectum, et a stabulo abest. Vereor profecto, ne apud Stephanum scribendum sit: καὶ οἱ ἀπόκοιτοι τούτων, θύραυλοι. Quid enim sit ἄποικος, notius est, quam quod hic doceri debeat.

— Καὶ αὔλιον ἄντρον.] Noster haec hausisse videtur ex lib. II. Apoll. Rhod. cujus verba sequenti commentario producemus, sed ibi non προσηγορικῶς accipitur, uti neque apud Etymologici Magni Auctorem, qui eundem Apollonii Rhodii locum citat.

— Στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν.] Hic locus in libris MSS. et vulgatis miserrime erat depravatus: in iis legebatur: Στήσετε χοροὺς ἀντρίους. Nos veram et veterem lectionem Epitomatori nostro ex lib. II. Apoll. Rhod. Argonaut. reddidimus, apud quem totus locus hunc in modum legitur:

Ὦκα δὲ Καλλιχόροιο παρὰ προχοὰς ποταμοῖο
Ἤλυθον· ἔνθ' ἐνέπουσι Διὸς Νυσήϊον υἷα,
Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο Θήβας,
Ὀργιάσαι, στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν,
Ὧι ἐν ἀμειδήτους ἁγίας εὐνάζετο νύκτας.
Ἐξ οὗ Καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάοντες,
Ἠδὲ καὶ αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσιν.

Totum hunc locum etiam Salmasius orae sui Stephani appinxerat.

Αὖλις. Παρὰ τὸ αὐλισθῆναι.] Magnus Salmasius in mar-
197 gine sui libri hunc locum ita legit: Παρὰ τὸ ἁλισθῆναι ἅλις καὶ
b αὖλις. Haec est Eustathii opinio, ad Homeri Boeotiam pag. 265. ita scribentis: Ἡ δὲ Αὖλις, ἀντιπέραν μὲν Εὐβοίας κεῖται, φυλάσσουσα μέχρι καὶ νῦν τὸ ὄνομα. ἐκλήθη δὲ οὕτω παρὰ τὸ ἐκεῖ αὐλισθῆναι τὰς τῶν Ἀχαιῶν νῆας πρὸ τοῦ ἀπόπλου, ἢ ἁλισθῆναι ἤγουν ἀθροισθῆναι, ἢ ἀπὸ Αὐλίδος φασὶ θυγατρὸς Εὐωνύμου υἱοῦ Κηφισσοῦ. Etymologici Magni Auctor etiam ut Trypho, urbis appellationem παρὰ τὸ αὐλισθῆναι deducit. Ad me quod attinet,

Tryphonis verba tali modo distincta et emendata vellem: *Τρύφων παρὰ τὸ αὐλισθῆναι ἅλις ἡ Αὐλίς.*

— *Ἠδύνατο Αὐλιδεὺς καὶ Αὐλίς.*] Primo intuitu hunc locum a librariis depravatum censebam, verum Goltzius ex veteri lapide hanc inscriptionem exhibet: *ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΑΥΛΙΔΙ ΣΩΤΕΙΡΙ.*

— *Ἔστι δ' Αὐλίδος, καὶ Αὐλιδία.*] Hunc locum transcriptorum vecordia esse deturpatum, ex aliis locis manifeste apparebit. Corrigendum videtur: *ἔστι δ' Αὐλίδιος, καὶ Αὐλιδία.* Hanc verissimam esse lectionem evincitur ipsissimis Stephani verbis, ita enim ille in *Ψωφίς. ὁ πολίτης ὤφειλεν εἶναι Ψωφίτης, τῷ τύπῳ τῶν εἰς ις ληγόντων. ἀλλὰ γέγονεν ἀπὸ τῆς γενικῆς, ὡς τῆς Ἀρκάδος Ἀρκάδιος, καὶ τῆς Αὐλίδος Αὐλίδιος, οὕτω Ψωφίδος Ψωφίδιος.* Plura huius rei exempla produci possent, sed alia probatione res non indiget.

Αὐλών. Πόλις Ἀρκαδίας.] In Arcadia locus fuit Aule dictus, ubi Panis delubrum erat, teste Aeliano lib. XI. de Animal. cap. VI. *Ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ χώρα ἐστὶν ἱερὸν Πανός. Αὐλὴ δὲ τῷ χώρῳ τὸ ὄνομα.* An idem sit locus de quo hunc Stephanus, alii dispiciant.

— *Πόλις Κρήτης.*] Urbem huius nominis in Creta non agnoscunt alii geographi: sed Miraeus sub Archiepiscopatu Cretensi urbem Aulopotamum recenset.

— *Ἔστι καὶ τόπος Ἀραβίας.*] Et hic Arabiae locus antiquis scriptoribus non nominatur. Marcianus Heracleota in Periplo circa mare rubrum non procul a Troglodytica *Αὐλίτας* recenset, sed ad hunc locum non pertinent: *Παροικοῦσι δὲ τούτῳ οἵ τε προειρημένοι Τρωγλοδύται, καὶ οἱ Αὐλῖται, καὶ προσέτι γε οἱ Μοσσυλοὶ τὰ ἔθνη.* Verum locus est depravatus, atque ita restituendus: *καὶ οἱ Αὐαλῖται*: de quibus vide in praecedentibus.

— *Ἔστι καὶ Αὐλών, ὃν ἐπόλισαν Κροτωνιᾶται.*] De situ et appellationibus huius urbis agit Cluverius lib. IV. Ital. ant. cap. XX. Rationem huius denominationis adfert Stephanus ex Hecataei Europa. *Καυλωνία πόλις Ἰταλίας, ἣν Αὐλωνίαν Ἑκαταῖος καλεῖ,* 198 *διὰ τὸ μέσην αὐλῶνος εἶναι. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐλῶνος ὕστερον μετωνομάσθη Καυλωνία.* a

Αὐσεῖς. Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ περιηγήσεως.] Codices Palatini, nunc vero Vaticani, et chartaceus Voss. *Ἀπολλόδωρος β' περὶ γῆς.* Idem auctor et libri index etiam in *Γαυγάμιλα* citatur a Stephano. *Γαυγάμιλα, τόπος Περσίδος. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ.*

— *Ἡρόδοτος ἐν τετάρτῃ.*] Sine dubio noster hunc locum

respicit, ubi sedem et mores huius gentis Herodotus delineat. *Τούτων δὲ ἔχονται τῶν Μαχλύων Αὐσῆς. οὗτοι δὲ καὶ οἱ Μάχλυες πέριξ τὴν Τριτωνίδα λίμνην οἰκέουσι. τὸ μέσον δέ σφι οὐρίζει ὁ Τρίτων, καὶ οἱ μὲν Μάχλυες τὰ ὀπίσω κομέουσι τῆς κεφαλῆς, αἱ δὲ Αὐσῆς τὰ ἔμπροσθεν.*

Αὐσχῖται, ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάρκης.] Ita hunc locum ex codicibus manu exaratis instaurare placuit, qui in vulgatis corruptissime hunc in modum circumferebatur. *Αὐσχῖται, ἔθνος Λιβύης ὑπερβάκης.* Lectionem, quam nostra repraesentat editio, esse verissimam, evincitur verbis Herodoti, quae libro IV. leguntur. *Λαβυστέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Αὐσχῖται. οὗτοι ὑπὲρ Βάρκης οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατ' Εὐεσπερίδας.* De Barca postea suo loco agetur.

— *Ἀπολλόδωρος περιηγήσεως δευτέρῳ.*] Libri MSS. *Ἀπολλόδωρος περὶ γῆς δευτέρῳ.* eodem prorsus modo uti in vocabulo *Αὐσεῖς.*

Αὔσων, ὁ Ἰταλός.] Non ita consignavit hunc locum Stephanus: imo postquam ab Hermolao in compendium erat redactus, plura continuit, de quibus nunc nulla in hodiernis libris fit mentio. Ut hoc certissime credam, movet me Eustathii Archiepiscopi Thessalonicensis auctoritas, qui in commentariis ad Dionysii Periegesin de Ausonibus *ἐκ τοῦ τὰ Ἐθνικὰ γράψαντος* ita tradit: *Καὶ σημείωσαι, ὅτι τοὺς αὐτοὺς εἶναι λέγει Αὔσονας καὶ*
198 *Ἰταλούς. λέγονται δὲ Αὔσονες ἀπὸ Αὔσονος, ὃς πρῶτος μὲν τῶν*
b *κατὰ Ῥώμην βασιλεῦσαι πρός τινων ἱστορεῖται, Ὀδυσσεῖ γεγονὼς ἐκ τῆς Κίρκης, ἢ κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα, ἐκ Καλυψοῦς γεννηθεὶς τῷ Ἄτλαντι. ἀφ' οὗ καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος Αὐσόνιον ἐκλήθη ποτέ.* Ex quibus verbis evidentissime liquet, Eustathium huiusmodi codice fuisse usum, in quo speciatim de Ausonis genealogia hoc tradebatur, ipsum *ex Atlante et Calypso* esse genitum. Cum autem haec verba nusquam in Stephano reperiantur, tutior ipsis non potuit assignari locus, quam ubi Ausonum origo et gentis incunabula erant pertractanda. Communior tamen et magis recepta erat sententia, *Ausonem Ulyssis et Calypsus* filium fuisse, solus Stephanus hac in re ab aliis dissentiebat. Pompeius Festus: *Ausoniam appellavit Auson, Ulyssis et Calypsus filius, eam primum partem Italiae, in qua sunt urbes Beneventum et Cales. Deinde paulatim tota quoque Italia, quae Apennino finitur, dicta est Ausonia ab eodem duce, a quo etiam conditam fuisse Auruncam urbem ferunt.* Vide quoque hac de re Marcianum Heracleotam: Scholiastam ad lib. IV. Apoll. Rhod. Suidam: Iohannem Tzetzem in Chiliadibus, et alios quam plurimos.

— *Κεῖνον σῶν αὐτόν.*] In vulgatis Lycophronis exemplaribus

[redacted]

legitur: *Κτενοῦται δ' αὐτόν.* Quae lectio sit praeferenda, alii examinaverint.

— *Παρ' Αὐσονίτην.*] Guilielmi Canteri editiones hoc loco exhibent: *Παρ' Αὐσονῖτιν*: sed minus recte, uti ex Epitomatore nostro clare patet.

Αὐταριάται. Ἔθνος Θεσπρωτικόν.] Geographi omnes hanc gentem in Illyride collocant. Strabo lib. VII. Arrianus lib. I, de Exped. Alex. Mag. et Scylax capite, cui *Μάνιοι* titulus est. Igitur vel male Stephanus, vel Thesprotas origine, non habitatione intelligit.

Αὐτόμολοι. Τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι etc.] Dici vix potest, 199
quam mirifice hunc Herodoti locum librarii transcribendo depravarint. a
Nos veterem veramque lectionem ex vulgatis Herodoti libris revocavimus. Xylander divulgaverat, *Τοῖσι δὲ Αὐτομόλοισι τούτοισιν ὄνομα Ἀσμάχην, ὅ ἐστιν, οἱ ἐξ ἀριστερᾶς χερὸς παριστάμενοι βασιλεῖ.* Sed longe ineptius est, imo prorsus ridiculum, quod exhibent editiones, quae Xylandrianam praecessere, in iis enim hoc modo excusum legitur: *Τοῖσι Αὐτομόλοισι τούτοισιν ὄνομα Ἀσμάχην, ὅ ἐστιν, οἱ ἐξ ἀριστερᾶς γλώσσης παριστάμενοι βασιλεῖ.* Hanc quoque lectionem in codd. Palatinis Salmasius, et nos in Vossiano invenimus.

Ἀφάνναι, χωρίον Σικελίας.] De hoc loco ita scribit Hesychius: *Ἀφάνναι, χωρίον τῆς Δαμάρτιδος φυλῆς πόῤῥωθεν.* Verum ubinam terrarum Damartis sita sit, fateor me ignorare.

— *Ἡ εἰς Ἀφάννας.*] Xylandri lectionem leviter immutavimus, in cuius editione legitur, *ἢ εἰς Ἀφάννας.* Sine dubio hic subaudienda est vox *παροιμία*; nisi malis statuere eam excidisse, et revocari debere. Fuerunt et aliae urbes, quae in proverbium abierunt. Plinius lib. III. cap. XI. *Diomedes ibi delevit gentes Monadorum Dardorumque; et urbes duas, quae in proverbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam.*

Ἀφακη. Πόλις Λιβύης.] Oppidum valde ignobile, cuius alii auctores non meminere. Miror nostrum nullam omnino mentionem facere de Aphacis Phoeniciis inter Heliopolim et Byblim sitis: de quibus Zosimus Hist. lib. III. Eusebius de vita Constantini lib. III. Socrates lib. I. Sozomenus lib. II, et alii.

Ἀφεταί. Ὅτι ἐντεῦθεν δευτέραν ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐποιήσατο.] Fabulantur mythicae theologiae mystagogi, Pagasas nomen habere ab Argo navi ibi compacta, unde primam *ἄφεσιν* fecisse videtur: deinde Aphetas non procul a Pagasis diducta est, inde eam secundum Argonautae solvebant. Multo itaque probabilius est, hinc Aphetarum nomen originem traxisse, quam ex eo quod Herculem

199 ibi reliquerunt Argonautae; ille enim et Polyphemus in Moesia
b manserunt, quaerentes Hylam. Hyginus Fab. XIV. *Sed neque Colchos omnes pervenerunt, neque in patriam regressum habuerunt. Hylas in Moesia, a nymphis iuxta Cion, flumenque Ascanium raptus est, quem dum Hercules et Polyphemus requirunt, vento rapta navi deserti sunt.* Sed in fabulis veritas non est investiganda, alii enim rem aliter narrant. Strabo lib. XVIII. *Πλησίον δὲ καὶ Ἀφέται, ὡς ἂν ἀφετήριόν τι τῶν Ἀργοναυτῶν.* Et Apollon. Rhodius lib. I. refert illud littus, in quo Aphetae erant sitae, nomen accepisse, quod navim inde deduxerint Argonautae, ita enim ille:

Τὴν δ' ἀκτὴν Ἀφέτας Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσι.

— *Τὸν Ἡρακλέα κατέλιπον.*] In hac sententia, aliis mythologis plane contraria, versatur etiam Herodotus lib. VII. *Ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίης, ἔνθα λέγεται τὸν Ἡρακλῆα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονός τε καὶ τῶν συνεταίρων ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπ' ὕδωρ πεμφθέντα. εὖτ' ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλεον ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα. Ἐντεῦθεν γὰρ ἔμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν. ἐκ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὔνομα γέγονε Ἀφέται.*

— *Κεῖται δ' ἐν τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ.*] Ita quoque hunc sinum, cui Aphetae adiacent, Strabo lib. IX. appellavit. Pom. Melae lib. II, cap. II. *Pagasaeus* dicitur.

— *Ἀναφαῖος.*] Hoc gentile deducendum est a voce, cuius usus numero singulari apud nostrum exstat, et non accurate *ταῖς Ἀφεταῖς* respondet. Fortassis scribendum: *Ἀφανναῖος*, quod ab *Ἀφάνναι* formatur, uti ex praecedentibus liquet.

Ἄφθαλα καὶ Ἄφθαλα.] Constanter sic in vulgatis excusum est: libri calamo exarati manifeste exhibent: *Ἄφθαια καὶ Ἀφθαία, ἡ Ἑκάτη.* Quam lectionem improbare nequeo.

— *Ἔστι καὶ Ἀφθίτης.*] Veterem lectionem revocavi ex editione Aldina Florentinaque: male Xylandriana exhibet, *ἔστι καὶ Ἀνθίτης, νομὸς Αἰγύπτου.* Vide Herodotum lib. II. et de hac restitutione non dubitabis.

200 *Ἄφιδνα, δῆμος Ἀττικῆς, τῆς Λεοντίδος φυλῆς.*] Hesy-
a chius hunc Demum tribui Ptolemaidi affingit: *Ἄφιδνα, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς.* Vide Meursium in speciali de Demis Atticis tractatu.

— *Ἔστι καὶ πληθυντικὸν Ἀφίδναι.*] Ita hunc locum ex MS. Vossiano emendare placuit, eiecto spuro: in omnibus enim editionibus pessime legebatur: *ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδναι.* Stephanus ipse hac voce numero plurativo usus est in *Δεκέλεια*, ubi ita infit: *Δεκέλεια, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ἀπὸ τοῦ*

ἠγηδαμένου τοῖς Διοσκούροις εἰς Ἀφίδνας, ὡς Ἡρόδοτος ἐννάτῳ. Etiam alii hanc vocem ita usurparunt.

— Φοίβη καὶ Ἰλάειρα.] Haec Leucippi filiarum nomina etiam reperiuntur apud Pausaniam in Messeniacis. Codices Palatini Salmasio pro Ἰλάειρα exhibuerunt Ἐλάειρα.

Ἄφνειον. Ἢ Μιλήτου.] Haec vox Casaubono in notis ad Strabonem suspecta est, nihil tamen ad emendandum suppeditat. Legendum est: Ἄφνειον, πόλις Φρυγίας, πλησίον Κυζίκου, ἢ Μιλητουπόλεως. Ultimam vocem sic componendam esse liquet satis ex auctore nostro, ita enim ille: Μιλητούπολις πόλις μεταξὺ Κυζίκου καὶ Βιθυνίας περὶ τὸν Ῥύνδακον. Plinius libro v. c. xxxii. *Amnes Horisius et Rhyndacus, ante Lycus vocatus, oritur in stagno Artynia iuxta Miletopolim.*

— Ἢ ἀπὸ Ἀφνείου, ἢ ἀπὸ Ἀφναΐδος.] Nominis originem aliter tradit Strabo lib. xiii. Ἀφνειοὺς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀφνίτιδος νομίζουσι λίμνης. Huc etiam pertinent verba Eustathii, ad Homeri Boeotiam sic scribentis: Ἀφνειοὺς δὲ λέγει οὐχ᾽ οὕτω τοὺς πλουσίους ὅσον τοὺς περὶ τὴν Ἀφνῖτιν λίμνην κατὰ τοὺς παλαιούς. καὶ γὰρ οὕτω φασὶ καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις.

— Ἡ πρότερον Ἀρτυνία.] Vide locum Plinii supra e lib. v. cap. xxxii. allegatum.

— Ἀφνίτης.] Veterem lectionem reduxi ex chartaceo Vossiano et primis editionibus: male in Xylandriana excusum est: 200
Αὐνῖτις. Puto tamen pro Ἀφνίτης Ἀφνῖτις hoc loco legendum b
esse.

Ἀφόρμιον. Τόπος Θεσπιέων.] Intellige Thespienses Boeoticos, non vero Thessalicos: Tiphys enim, de quo noster hoc tmemate loquitur, et cui Argus navis gubernacula credita sunt, Boeotius erat. Pausanias lib. ix. Ἡράκλειόν τε Τιφαιεῦσιν ἐστὶ, καὶ ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. οὗτοι Βοιωτῶν μάλιστα ἐκ παλαιοῦ τὰ θαλάσσια θέλουσιν εἶναι σοφοὶ, Τῖφυν ἄνδρα μνημονεύοντες ἐπιχώριον, ὡς προκριθείη γενέσθαι τῆς Ἀργοῦς κυβερνήτης. ἀποφαίνουσι δὲ καὶ πρὸ τῆς πόλεως ἔνθα ἐκ Κόλχων ὀπίσω κομιζομένην κομίσασθαι τὴν Ἀργὼ λέγουσιν. Anxie non inquiram, an Tiphys ex oppidulo Tipha, an vero ex Aphormio, quod ad Tiphaeensium ditionem spectasse videtur, originem duxerit: ingenue tamen fatebor, Pausaniae sententiam rationi magis consentaneam apparere.

Ἀφροδισιάς. Πόλις Κιλικίας.] Vide Ptolemaeum lib. v. cap. viii. et de situ eris certissimus. Ponitur enim inter urbem Celenderim et promontorium, cui Sarpedon nomen est.

— Γράφων καὶ ἱστορίας.] Haec verba profligatissime cor-

rupta esse, nemo non videt. Salmasius in margine sui Stephani scripsit: forte legendum, *Στράβων καὶ ἱστορίας.* Verum non video hanc coniecturam admitti posse, cum tot libri non supersint, et Strabo libro XIV. Ciliciae descriptionem exhibuerit, nullam omnino de hoc oppido mentionem faciens. Puto Stephani codices olim habuisse, *γράφων καὶ τὴν ἱστορίαν*, vel simile quid, et Hermolaum in conficienda hac epitome, Zopyri verba, quae Stephanus integra transcripserat, prorsus expunxisse; cuius rei indubitata nunc in genuinis Stephani fragmentis exempla circumferuntur.

— *Ἡ πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων.*] Vide Plinium lib. IV. cap. XII. Optime noster hanc insulam a Gadibus diversam statuit: quam alii pessime ob vicinitatem cum Gadibus confundunt. Vide Salmasium ad Sol. pag. 284.

201 — *Τετάρτη, ἐν Κνίδῳ.*] Quicunque in Cnido Doridis regio-
a nis oppido, civitatem huius nominis conceperit, nae ille absurda prorsus et impossibilia concipit. Fuit ea in urbe Veneris templum, quod quarto loco nunc innuere videtur Stephanus. Huius mentio reperitur apud Constant. Porphyrogennetam lib. I. de Them. cap. XIV. *Ἐπ' ἄκρων δὲ τοῦ κόλπου ἥ τε πόλις Κνιδίων κατῴκισται, καὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης τέμενος περιβόητον, ἐν ᾧπερ ἦν τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα, μνημεῖον τῆς Πραξιτέλους τέχνης ἀπαραμίλλητον.* Itaque vel ipsum templum, vel locus ubi aedificatum erat, a Cnidiis *Aphrodisias* nuncupabatur. Scio Hesychium insulae Cnidi circa Rhodum meminisse, sed utrum urbem hac appellatione habuerit, tacentibus geographis, me ignorare fateor.

— *Μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας.*] Hanc noster alio loco ipsi Cariae adscribit et Megalopolin appellat, ita enim ille: *Μεγάλη πόλις, Ἀρκαδίας* etc. *δευτέρα πόλις Καρίας, ἡ νῦν Ἀφροδισιὰς, ἡ πρότερον Λελέγων πόλις.* Etiam Pausanias lib. I. *Aphrodisienses* in Caria collocat, ubi Erechthei aedis puteum describit: *Καὶ διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα, καὶ ὕδωρ ἐστὶν ἔνδον θαλάσσιον ἐν φρέατι. τοῦτο μὲν θαῦμα οὐ μέγα. καὶ γὰρ ὅσοι μεσόγαιαν οἰκοῦσιν, ἄλλοις τέ ἐστιν καὶ Καρσὶν Ἀφροδισιεῦσιν.* Ptolemaeus lib. V. cap. II. urbem hanc inter Nyssam et Tralles collocat; adeo ut certum videatur, Lydiae et Cariae finibus finitimam fuisse.

— *Νῆσος Λιβύης, πρὸς τῇ Κυρήνῃ.*] Haec alio nomine a Ptolemaeo *Laea* appellatur, ita enim ille lib. IV. cap. IV. *Νῆσοι δέ εἰσι παρὰ τὴν χώραν αἵδε. Μύρμηξ νῆσος. Λαιὰ, ἢ Ἀφροδίτης νῆσος.* Scylax *Aphrodisiadem* nominat, capite Marmaridae.

— *Πόλις Λακωνικῆς.*] Fortassis idem hic est locus, de quo mox ex Thucydidis lib. IV. mentionem facit Stephanus: *Ἀφρο-*

δίτια, χωρίον Λακωνικῆς. Θουκυδίδης δ'. Ab Aenea haec condita est, teste Pausania in Arcadicis et Laconicis.

— Πρὸς τῇ λῃστείᾳ εὔθετος.] Codices Palatini: πρὸς τὴν λῃστείαν εὔθετος. Sic Salmasius orae sui libri alleverat.

— Δεκάτη, Κύπρου.] Strabo et Ptolemaeus non *Aphrodisiadem*, sed *Aphrodisium* nuncupant. Ex illis etiam situs colligi potest.

— Ἔστι καὶ Ἀλεξανδρείας.] Uti superius in Cnido oppidum huius nominis nequaquam situm fuerit: sic etiam hoc loco nihil aliud quam templum, vel alium Alexandriae locum sic insignitum intelligo. Venerem in Aegypto fuisse cultam Graeco nomine, et ibi habuisse templum non uno in loco apud Strabonem et alios legimus.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀφροδισιεύς.] Agnoscit idem gentile Pausanias loco supra allegato: et Goltzius nummum exhibet cum hac inscriptione: *ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΝ*.

Ἀφροδίτης πόλις, ἡ καὶ Ἀφροδιτ. etc.] Hunc locum ex codicibus Palatinis et chartaceo Vossiano multo auctiorem fecimus, quam in anterioribus editionibus circumfertur, in iis enim ita legitur: Ἀφροδίτης, πόλις κατὰ Ἄθριβιν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Θράκην. 201 b

— Κατὰ Ἄθριβιν.] In praecedentibus suo loco de hac civitate Stephanus loquitur, utramque scripturam per *P* et *Λ* veterum auctoritate confirmans. De situ Aphroditopoleos in Aegypto iuxta Athribin legendus Strabo lib. XVII. et Ptolemaeus lib. IV. cap. VI.

— Καὶ Αἰθιοπίαν.] Fortassis haec eadem est civitas, quam supra in voce Ἀφροδισιὰς nono loco noster in Aethiopia posuit. Aphroditopolin etiam in Arabia fuisse sitam luculenter affirmat Strabo lib. XVII. hisce verbis: Εἶθ' ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομὸς, καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗ λευκὴ βοῦς ἱερὰ τρέφεται.

Ἀφροδίτια, χωρίον Λακωνικῆς.] Existimat Meursius hunc locum diversum esse ab Aphrodisiade, cuius Stephanus septimo loco supra meminit; et pro Ἀφροδίτια hic rescribendum contendit Ἀφροδίσια, quia sic se habet locus Thucydidis a nostro allegatus. Verum nos putamus eundem esse locum, uti iam supra admonuimus. Imo hanc emendandi rationem probare non possum, ordinem alphabeticum considerans, quo totum hoc Onomasticum geographicum est exaratum. Sine dubio Stephanus in codicem Thucydidis incidit, ubi loci nomen in penultima cum *T*, non vero cum *Σ* exaratum reperit.

— Θουκυδίδης τετάρτῃ.] Haec sunt Thucydidis verba: Μία

δὲ φρουρὰ, ὥσπερ καὶ ἠμύνατο περὶ Κορτύταν, καὶ Ἀφροδισίαν, τὸν μὲν ὄχλον τῶν ψιλῶν ἐσκεδασμένων ἐφόβησεν ἐπιδρομῇ.

Ἀφύτη, ἢ Ἄφυτις, πόλις.] In codicibus Palatinis et Vossiano ita legitur: Ἀφύτη, ἢ Ἄφυτις, ἢ Ἄφυτος, ἀπὸ Ἀφύτου τινὸς ἐγχωρίου.

— Πρὸς τῇ Παλλήνῃ.] Pausanias in Laconicis oppidum Aphytin in Pallene collocat, ut et Strabonis Epitomator lib. VII. tradens in Pallene peninsula quatuor urbes esse sitas, Aphytin, Mendam, Scionam et Sanem.

— Ἀπὸ Ἀφύου.] Legendum videtur ἀπὸ Ἀφύτου, quam lectionem codd. Palatini et Vossianus etiam repraesentant.

— Μαντεῖον Ἄμμωνος.] Libri Palatini et Vossianus, nec non editiones primae constanter exhibent: μαντεῖον Ἀπόλλωνος, sed optime Xylander emendavit ex MSS. Ἄμμωνος, uti monuit ad Plutarchi Lysandrum. Huic enim in Thracia Aphygaeorum oppidum obsidione prementi, in somno Iupiter Ammon adstitit: unde soluta obsidione, veluti Dei iussu praecepit Aphygaeis Ammoni sacra facere. Haec sunt Plutarchi verba: Ἔνιοι μὲν οὖν ὡς ἀληθῶς φασὶν, αὐτὸν πολιορκοῦντι τὴν Ἀφυταίων πόλιν ἐν Θρᾴκῃ κατὰ τοὺς ὕπνους παραστῆναι τὸν Ἄμμωνα. διὸ καὶ τὴν πολιορκίαν ἀφεὶς, ὡς τοῦ θεοῦ προστάξαντος, ἐκέλευσε τοὺς Ἀφυταίους Ἄμμωνι θύειν. Vide quoque locum insignem hac de re apud Pausaniam in Laconicis.

202 a — Ὁ πολίτης, Ἀφυταῖος.] Civis nomen eodem modo reperitur apud Plutarchum et Pausaniam, locis iam citatis.

— Θουκυδίδης α.] Locus est apud Thucydidem libro allegato: Καὶ ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος, προσήγαγε τῇ Ποτιδαίᾳ τὸν στρατόν.

— Ἀφύτεια, ἴσως ἀπὸ τοῦ Ἀφύτη.] Vide similes συναλοιφὰς in vocabulo Ἀγάμεια et Φυτάλεια.

Ἀχαιΐα.] Censeo ultimum iota in hac voce redundare, licet libri editi et MSS. hoc modo exhibeant. Quam inficetum Epitomator de hac sectione compendium fecerit, vel hinc liquet, quod neque de regionibus neque de urbibus hoc nomine insignitis aliquam omnino mentionem fecerit.

— Καὶ σεσημείωται ὀξυνόμενον.] Optime in hanc rem scribit Etymologici Magni auctor in voce Ἀχαιός. Τὰ διὰ τοῦ αιος, εἰ ἔχουσι πρὸ τῆς αι διφθόγγου τὸ χ, προπερισπᾶται, οἷον ἀρχαῖος, τρυχαῖος. σεσημείωται τὸ Ἀχαιὸς καὶ τὸ εὐρυστιχαιός.

Ἀχαιμενία. Υἱοῦ Αἰγέως.] Nicolaus libro II. Hist. referente Etymologici Mag. auctore, tradit, Achaemenem Persei filium fuisse: Ἀχαιμένης, ὁ ἥρως. ἀφ᾽ οὗ καὶ οἱ Πέρσαι Ἀχαιμενίδαι, γέγονεν υἱὸς Περσέως.

Ἀχαρνοί. Ἀχαρνοί.] Salmasius ὁ πάνυ in margine sui Stephani censet eosdem esse, quos Strabo lib. XI. Parnos, Aparnos et Asparnos nuncupat.

Ἀχάρνα. Ἀχάρνεις βαρύτονον.] Florentina editio et Vossianus Cod. MS. *Ἀχάρνης βαρύτονον*. Quid sit praeferendum, alii iudicent.

Ἀχελῷος. Ἀπὸ Ἀχελῴου.] Vocis etymon ab eodem nomine, non autem ab eadem historia petit Lycophronis Scholiastes: 202
ita enim ille: *Ἀχελῷος δὲ καλεῖται ἀπὸ Ἀχελῴου τινὸς πνιγέντος* b
αὐτῷ, ἢ ὅτι τὸ ὕδωρ αὐτοῦ ἐν τοῖς τραύμασι, καὶ ταῖς ὠδίναις ὠφέλιμόν ἐστι. Ἀχελῷος οὖν, ὁ τὰ ἄχη διαλύων.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας.*] Confirmatur hoc Strabonis auctoritate, lib. X. sic scribentis: *Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῷος πρότερον.*

— *Καὶ Ἀχελωΐς.*] Apud Latinos in usu est τὸ *Achelоïus*, uti apud Virgilium, Ovidium, aliosque videre licet. Dionysius de situ orbis habet τὸ *Ἀχελώϊος* hoc versu:

——— *Τοῦ διὰ μέσσου*
Σύρεται ὁλκὸν ἄγων Ἀχελώϊος ἀργυροδίνης.

Verum eo in versu, uti monet Eustathius, neque est gentile, neque possessivum τὸ *Ἀχελώϊος*: nam τὸ iota, quod semper τῷ omega subscribitur, ut metri lex constaret, a Poëta pro syllaba habetur.

Ἀχέῤῥαι, πόλις μεταξὺ τοῦ Πάδου.] Haec ex Polybio esse transcripta tam certum est, quam solem ipso meridie lucere; ita enim ille lib. II. *Παραγενόμενοι δὲ καὶ στρατοπεδεύσαντες περὶ πόλιν Ἀχέρας, ἣ μεταξὺ κεῖται τοῦ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν, ἐπολιόρκουν ταύτην.* De situ et aliis ad hoc oppidum spectantibus, facile apud Cluverium inveniet lector.

Ἀχέρων, Ἀχέροντος, Ἀχερούσιος.] Praeter casum obliquum et nomina inde derivata, haec sectio nihil observatione dignum complectitur. Mirum est Epitomatorem de fluvii nomine in poëtarum scriptis decantatissimi, ut et civitate Apuliae *Acherontia*, et de aliis hac appellatione locis reticuisse.

Ἀχίλλειος δρόμος. Νῆσος μετὰ τὴν Ταυρικήν.] Situm 203
hisce verbis noster clare satis indicat, sed erroris non est immu- a
nis, quod hunc locum insulam faciat, cum testibus Strabone, Plinio aliisque, peninsula sit. Plinius lib. IV. cap. XII. *Insula Achillis, tumulo eius viri clara. Et ab ea centum triginta quinque millia passuum peninsula, ad formam gladii in transversum porrecta, exercitatione eiusdem cognominata Dromos Achilleos, cuius longitudinem octoginta millium passuum tradit Agrippa.*

— *Ἔστι καὶ νῆσος Ἀχίλλεια, ὡς δ' ἔνιοι Λευκή.*] Ergo no-

[redacted]

ster Achilleam sive Leucen distinguit ab Achilleo Cursu: contra auctor Peripli Ponti Euxini Achillei Cursum, Achillis insulam et Leucen pro iisdem habet; haec sunt eius verba: *Εὐθὺ πλέοντι ἀνέμῳ ἀπαρκτιαιάνεμοστὸ πέλαγος νῆσος πρόκειται, ἥντινα οἱ μὲν Ἀχιλλέως νῆσον, οἱ δὲ Δρόμον Ἀχιλλέως, οἱ δὲ Λευκὴν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ὀνομάζουσι.* Censeo tamen Achillei Cursum diversum fuisse a Leuce, quae etiam Achillea dicitur, uti ex loco Plinii proximè allegato satis evinci potest.

— *Ὡς δ' ἔνιοι Λευκή.*] Nomen accepit, uti Scholiastes in Lycophronem auctor est, ex eo; vel quod undarum spuma dealbata sit, vel quod in ea multa animalia albo colore degant, veluti lari, cygni et ciconiae, ita enim ille: *Τὴν Λευκὴν νῆσον τοῦ Εὐξείνου, ἢ τὴν λευκαινομένην ἐκ τοῦ ἀφροῦ τῶν κυμάτων· ἢ κατὰ Διονύσιον περιηγητὴν, ὅσα λευκὰ πολλὰ ζῶα ταύτην κατοικεῖν, λάροι, κύκνοι, καὶ πελαργοί.* Dionysii locus hodie exstat in orbis descriptione, ubi etiam, ut alii multi, hanc Leucen cum Achilleo Dromo confundere videtur. Omnem autem horum locorum apud auctores confusionem ortam existimo ex appellationis vicinitate, et quod uterque locus Achilli sacer fuerit.

— *Ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Μαιώτιδος.*] Vocatur hic vicus *Achilleum*, e regione Myrmecii situs, quemadmodum clare patet ex Strabone lib. XI. *Αὕτη δ' ἐστὶ τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας· καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στένωπος, ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος, ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ Ἀχίλλειον, καὶ τὸ Μυρμήκιον στενῶν, διατείνων μέχρι πρὸς τὴν Κοροκονδάμην.*

208. — *Πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ,*] Non satis chorographice haec di-
b cta videntur: mallem hoc loco Strabonis verbis uti, ita enim ille lib. XIII. *Τοῦ μὲν οὖν Ἀχιλλέως καὶ ἱερόν ἐστι, καὶ μνῆμα πρὸς τῷ Σιγείῳ.* Multum revera differunt *πρὸς τῷ Σιγείῳ* et *ἐν τῷ Σιγείῳ.* In urbe Sigeo non fuit Achilleum: et nisi hic promontorium Sigeum intelligas, a turpi errore noster minime excusari potest. Herodotus Musa quinta de bello inter Athenienses et Mytilenaeos sic scribit: *Ἐπολέμεον γάρ, ἔκ τε Ἀχιλληΐου πόλιος ὁρμεώμενοι καὶ Σιγείου, χρόνον ἐπὶ συχνὸν Μιτυληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι.* Hinc liquet Achilleum et Sigeum loca diversa, sed vicina fuisse.

— *Καὶ τόπος ἐν Σικελίᾳ.*] Nihil de hoc loco apud Cluverium invenies.

— *Καὶ λιμὴν Μεσσήνης.*] Apud Scylacem Caryandensem huius portus reperitur memoria in Lacedaemoniae descriptione: *Λακεδαίμων ἔθνος, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε. Ἀσίνη, Μοθώνη, Ἀχίλλειος λιμὴν* etc. Vide quoque Paus. in Laconicis.

Ἄχναι, πόλις Θεσσαλίας.] Alio loco haec urbs a Stephano

Ἴχναι appellatur et Macedoniae adscribitur: *Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.* Ibidem noster quoque perhibet ab Eratosthene *Achnas*, et a Phileta *Achnam* dictam fuisse.

Ἄχολλα, πόλις Λιβύης.] Noli dubitare, quin haec eadem sit urbs, quam Hirtius lib. de bell. Africano *Acillam* nominat. *Dum haec ad Ruspinam fiunt, legati ex Acilla civitate libera, etiam undique ad Caesarem veniunt.* Certum est, urbem non longe ab Adrumeto sitam fuisse, Livius eam *Acyllam* nuncupat lib. xxxiii. cap. xxxiv. Verum puto id nominis apud Hirtium et Livium esse corruptum, quia noster cum Ptolemaeo consentit, a quo *Ἄχολλα* appellatur.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχολλαῖος.*] Hirtius dicto loco utitur gentili ACILLANUS, ita enim scribit: *Deinde paucis post diebus, equestribus copiis a Labieno adductis, rursus Acillanos castris positis obsidere coepit.*

Ἀχραδινή, νῆσος.] Acradinae descriptio ex Cluverio potenda est.

— *Μάρκος ὁ Ῥωμαίων στρατηγός.*] Constanter ita legunt libri MSS. et vulgati omnes: Sigonius tamen in scholiis ad Livium hunc Stephani locum citans, non *Μάρκον* sed *Μάρκελλον* legebat, quod nollem factum. Polybius lib. viii. *Ὁ δὲ Μάρκος ἑξήκοντα σκάφεσι πεντηρικοῖς ἐποιεῖτο τὸν ἐπίπλουν ἐπὶ τὴν Ἀχραδινήν.* Vide Plutarchum in Marcelli vita et alios, unde constabit vulgatam Stephani lectionem non esse mutandam. 204 a

Ἀψίλαι. Ἀῤῥιανὸς ἐν περίπλῳ.] Haec sunt Arriani verba: *Λαζῶν δὲ Ἀψίλαι ἔχονται. βασιλεὺς δὲ αὐτῶν Ἰουλιανός* etc.

Ἄψυνθος, πόλις Θρᾴκης.] De situ et variis huius urbis appellationibus lege Stephanum in voce *Αἶνος*, et nostros ad illam vocem commentarios. Verum libet praeterea addere locum Hecataei ex Europae descriptione: *Ἀψινθίοισι πρὸς μεσημβρίαν ὁμορέουσι Χεῤῥονησῖται, ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημήναντο τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός.* Consule nostrum in voce *Χεῤῥόνησος.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀψύνθιος.*] Si terminationem spectes, eodem utitur gentili Eustathius ad Dionys. de situ orbis: *Τὸ δὲ ἔθνος οἱ Ἀψίνθιοι ἀπὸ ποταμοῦ ἐοίκασι κεκλῆσθαι Ἀψίνθου. φησὶ γὰρ ὁ Διονύσιος Θρήϊκος ἐκ' ῥόοισιν Ἀψίνθου. διχῇ δὲ γράφεται, καὶ διὰ τοῦ υ καὶ διὰ τοῦ ι, ὡς καὶ τὸ Ἀψίνθιον, τὸ φυτὸν, καθά φασιν οἱ παλαιοί.* Vide quoque locum Hecataei supra allegatum.

— *Βῶλος ὁ Δημοκρήτειος.*] Rationem nullam video, quare Xylander in indice auctorum a Stephano citatorum hoc nomen refinxerit, scribendo *Βῆλος ὁ Δημοκρήτειος.* Bolus Mendesius

Pythagoricus περὶ Θαυμασίων scripsit, teste Suida in voce *Βῶλος*.

— Θεόφραστος.] Haec sunt Theophrasti verba loco citato: *Ἐπεὶ καὶ τὸ ἀψίνθιον. τὰ μὲν ἐνταῦθα πρόβατα οὔ φασί τινες νέμεσθαι, τὰ δ' ἐν τῷ Πόντῳ νέμεται, καὶ γίνεται πιότερα καὶ καλλίω, καὶ ὥς δέ τινες λέγουσι, οὐκ ἔχοντα χολήν.* Ipsi Theophrasto non fuit perspectum, sed ex aliorum traditione perhibet, oves ibidem bile carere.

— *Οὐκ ἔχειν χολήν.*] Plinius lib. x. cap. xxxvii. *Carent et qui absinthio vescuntur in Ponto.* Et Apollonius Hist. Mirab. *Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν τὰ πρόβατά φησι τὰ ἐν τῷ Πόντῳ νε-*
204 *μόμενα οὐκ ἔχειν χολήν.* Aliud de ovibus in Ponto perhibet Alex-
b ander Myndius apud Aelian. de animal. lib. v. eas scilicet pinguescere ex amarissimo absynthio: *Ἀλέξανδρος δὲ ὁ Μύνδιος ἐν τῷ Πόντῳ πρόβατα πιαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ πικροτάτου φησὶν ἀψινθίου.*

— *Διχῶς δ' ἡ γραφή.*] Idem quoque de hac scribendi ratione tradit Eustathius loco supra allegato.

Ἀψυρτίδες. Νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ.] De situ et variis appellationibus videsis Cluverium Ital. Antiq. Descript. lib. i. cap. xxi.

— *Ὑπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου.*] Quam inconstans in veterum Mythologia sit veritas, hinc apparebit, si haec conferas cum illis, quae de eodem Absyrto referantur a nostro in voce *Τομεύς*. Ibi enim ab Iasone et Medea Aeetae filius interficitur.

— *Ἀψυρτεῖς καὶ Ἄψυρτοι.*] Primum gentile usurpavit Apollon. Rhodius lib. iv.

— — *Ἔνθ' ἔτι νῦν περ*
Κείαται ὀστέα κεῖνα μετ' ἀνδράσιν Ἀψυρτεῦσιν.

Ad quem locum ita scribit Scholiasta: *Ἀψυρτεῦσιν· ἔθνος ἀπὸ Ἀψύρτου εἰρημένον.* Ad alterum gentile quod attinet, vehementer dubito, an satis sanum sit: mallem legere cum Cluverio: *Ἀψυρτεῖς καὶ Ἀψύρτιοι.* Quanquam non ignorem multa gentilia cum suis primitivis convenire.

— *Ἄψαρος, Ἄψυρτος πρότερον λεγόμενος.*] Ab adiacentibus barbaris prisca huius loci appellatio successu temporum ita est depravata, ut pro *Ἄψυρτος Ἄψαρος* dixerint. testatur hoc Arrianus in Periplo Ponti Euxini: *Ὁ δὲ Ἄψαρος τὸ χωρίον λέγουσιν, ὅτι Ἄψυρτος ἐκαλεῖτο πάλαι ποτέ. ἐνταῦθα γὰρ τὸν Ἄψυρτον ὑπὸ τῆς Μηδείας ἀποθανεῖν. καὶ τάφος Ἀψύρτου δείκνυται. ἔπειτα διαφθαρῆναι τὸ ὄνομα ὑπὸ τῶν περιοίκων βαρβάρων, καθάπερ καὶ ἄλλα πολλὰ διέφθαρται.* Sine dubio Stephanus in ge-

nuino suo opere hunc Arriani locum vel transcripserat, vel respexerat.

— *Καὶ πόλιν νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ.*] Sine defectus nota conspicitur hic locus, in codd. Palat. et Vossiano. In vulgatis haec lacuna est: *Καὶ πολ * δὲ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ.* Verum non puto hanc ex MSS. depromptam lectionem vitii immunem 205
esse: integer locus ita videtur constituendus: *Ἀρτεμίδωρος ἐν* a
ἐπιτομῇ, καὶ πόλιν καὶ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ. Vide in voce *Φλάνων*, ubi nonnihil lucis suppeditatur.

Ἄψωρος, πόλις Ἰλλυρίας.] In eo noster vehementer fallitur, quod urbem hoc nomine statuat. A Geographis insula Apsorus describitur. Mela lib. II. cap. VII. *In Adria Apsoros, Dyscelados, Apsyrtis, Issa, Pityea* etc. Nisi existimes in isthac insula urbem eiusdem nominis extitisse. Hyginus Fab. XXIII. *Colchi qui cum Absyrto venerant, timentes Aeetam, illic remanserunt, oppidumque condiderunt, quod Absyrti nomine Absorin appellarunt.* Ubi fortassis *Absoron* scribendum. Gentile nomen 205
apud eundem Fabulatorem occurrit Fab. XVI. *Ibi ABSORITANI serpentium multitudini resistere non poterant.* b

Ἄωρος. Μετωνομάσθη δ' Ἐλευθήρα.] Fortassis scribendum: *μετωνομάσθη Ἐλευθῆραι*: nam Stephanus suo loco, nec non Dio, et Ptolemaeus, vocem numero multitudinis protulere. De situ et aliis appellationibus deinde agemus.

— *Ὁ πολίτης, Ἄωρος.*] Hoc ipsissimum urbis nomen est. Fortassis corrigendum: *ὁ πολίτης, Ἀώριος*: donec alibi hoc gentile occurrat.

B. 205
a

Βαβαί. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ αὐτῆς.] Codex Voss. male *αὐτοῦ*. In iis, quae hodie Marciani Heracleotae nomine circumferuntur, nihil reperies, quod ad hanc urbem spectet.

— *Ὁ πολίτης, Βαβαῖος.*] Sic correximus, aliis editionibus et MS. Vossiano suadentibus, male enim Xylandriana: *ὁ πολίτης, Βεβαῖος.*

Βάβυλη, πόλις ἐν Ὀδρύσαις. γ.] Ita hic locus ex MSS. Palatinis est supplendus, in quibus lacuna non cernebatur. Quia a Strabone et Stephano Odrysae pro gente Thracica habentur, suspicor hanc eandem esse urbem, quam Stephanus infra *Καβύλην*, et fortassis transpositis literis *Καλύβην* appellat, et Thraciae adscribit. De situ postea dicam: interim vide quae noster in voce *Χαβαρηνοὶ* hac de voce scripserit.

— *Ὀδρύσαις. γ.*] Editi omnes, neo non libri calamo exa-

rati illud γάμμα agnoscunt: unde evidentissime liquet, haec Stephanum hausisse ex libro III. cuiusdam auctoris, cuius nomen hic desideratur.

Βαβράντιον. Ἔοικε δ' ὑποκοριστικὸν τοῦ Βάβρας.] Ergo docet Stephanus nomina urbium diminutionem pati, quod alii fieri posse negant. Sosip. Charisius lib. II. *Monoptota vero nomina, et haec quae natura singularia sunt, hypocorismata non recipiunt, neque elementa. Item fluminum et montium nomina, et urbium. Item deorum et hominum nomina propria. Item dies festi. Item*
205 *literarum elementa. Item numeri diminutionem, quam Graeci*
b ὑποκορισμὸν *appellant, non recipiunt.* Plura tamen Stephani nostri Epitome ὑποκορίσματα urbium continet: Βέργη, πόλις Θρᾴκης etc. ἀφ' οὗ καὶ παροιμία βεργαΐζειν, ἀντὶ τοῦ μηδὲν ἀληθὲς λέγειν. λέγεται καὶ Βέργιον ὑποκοριστικῶς. Etiam gentilia apud nostrum hypocorismata recipiunt. in voce Πέρσαι ita scribit: Λέγεται δὲ καὶ Περσὶς ἡ χώρα, καὶ ἡ γυνή. καὶ Περσίδιον ὑποκοριστικόν. Etiam in Βοιωτία noster ex Aristophanis Acharnensibus τὸ Βοιωτίδιον in medium adducit:

Ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον.

Eadem Aristophanis fabula proprium virile nomen diminuitur contra Sosip. Charisii canonem:

Οὐ γὰρ ἂν ἀπέλθοιμ', ἀλλὰ κόψω τὴν θύραν,
Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον,
Ὑπάκουσον, etc.

Et apud eundem de Nubibus: Ἴθι νῦν, κατάβηθ' ὦ Σωκρατίδιον ὡς ἐμέ.

— Τοῦ Βάβρας.] Sequimur Xylandrianam editionem: pessime enim in aliis excusum est: τοῦ Βάβρασι.

Βάβρας. Τὸ ἐθνικὸν, Βαβράντιος, ἀπὸ Βάβραντος.] Ita hunc locum suppleo ex Vossiano codice; in omnibus vulgatis mutilus circumfertur hoc modo: τὸ ἐθνικὸν, Βαβράντιος, εὕρηται etc. Haec Stephani est sententia, gentile Βαβράντιος, a
206 voce Βάβρας deduci, quae περιττοσυλλάβως inflectitur, licet ea-
a dem in corruptis libris ἰσοσυλλάβως inflexa inveniatur.

— Ἐν ἀστιγεῖ βιβλίῳ.] Quid sit ἀστιγὲς βιβλίον, me ignorare ingenue fateor, licet in hanc scripturam omnes consentiant editiones. Codices Palatini repraesentant: ἐν ἀρωνεῖ βιβλίῳ, quod aeque conspurcatum est. Sine dubio legendum, ἐν ἀγενεῖ βιβλίῳ. Stephanus in voce Ἀνακτόρεια hac phrasi utitur: Εὐγένιος δὲ, ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων, διὰ διφθόγγου φησίν· ἔοικε δ' ἀγενεῖ ἐντετυχηκέναι βιβλίῳ. ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦ ι εὕρομεν. Itaque τὸ ἀγενὲς βιβλίον apud nostrum accipitur pro τῷ ἀδιορθώτῳ βιβλίῳ, quo loquendi mo-

do Stephanus in *Γεδρωσία* utitur. *Οὐκ οἶδα ὅθεν κλίνας· ἐν δὲ τοῖς τοῦ Πολυΐστορος, διὰ τοῦ κ εὑρέθη ἡ πρώτη συλλαβή, ἀλλ' ἦν ἀδιόρθωτον τὸ βιβλίον.*

Βαβυλών. Περσικὴ πόλις.] Urbs de qua loquitur Stephanus non in Perside, sed in Mesopotamia sita erat. Distinguit enim noster, observante Salmasio, inter *Περσικὰς πόλεις* et *πόλεις Περσίδος*. Haec sunt urbes Persidis, illae Persicae dominationis. Sic Stephano *Σοῦσα Περσικὴ πόλις* dicitur, Persici nempe imperii urbs, sed sita extra Persidis regionis fines, stricta appellatione acceptae. Ita apud Isidorum Characenum *Παρθικοὶ σταθμοὶ*, mansiones sunt imperii Parthici: at *σταθμοὶ Παρθυήνης*, sunt mansiones Parthiae regiones proprie ac specialiter sumptae.

— *Μητρόπολις.*] Noster videtur respexisse verba Strabonis lib. XVI. *Πάλαι μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς Ἀσσυρίας, νῦν δὲ Σελεύκεια ἡ ἐπὶ Τίγρει λεγομένη.*

— *Σελευκία καλουμένη.*] Multi ex antiquis scriptoribus tradiderunt, Babylonem postea Seleuciam nominatam fuisse, quia scilicet propter vicinitatem Babylon in Seleuciam transmigravit, et eodem tempore deserta illa, haec amplificata et aucta fuerit civibus; diversa tamen, notante Salmasio, Babylon a Seleucia. Sic Nicomediam olim appellatam *Astacon* auctores quidam aiunt, quia post excidium Astaci, Nicomedia in vicino condita, et ex ruinis eius instaurata est, civibus Astaci in novam urbem transire iussis. Hoc idem et in aliis factum invenies.

— *Κτίσμα Βαβυλῶνος, ἀνδρὸς σοφοῦ, παιδὸς Βήλου σοφωτάτου.*] Hunc locum ita emendaverat Salmasius ex codicibus Palatinis, uti testantur Plinianae Exercitationes, et annotationes ad oram sui Stephani conceptae. In vulgatis omnibus totus locus transpositus et corruptus hunc in modum circumferebatur: *Βαβυλών, Περσ. πολ. μητροπ. Σελευκ. καλουμ. Βαβυλῶνος ἀνδρὸς κτίσμα παλαίτατον, σοφωτάτου παιδὸς Μήδου.* Eustathius in Commentariis ad Dionysii Periegesin: *Ἕτεροι δὲ Σελεύκειαν ποτὲ καλεῖσθαι τὴν τοιαύτην Βαβυλῶνα φασὶ, καὶ κτίσμα εἶναι Βαβυλῶνος ἀνδρὸς σοφωτάτου, παιδὸς Μήδου. καὶ ἀρχαιοτέραν τὴν πόλιν ταύτην τῆς Σεμιράμιδος λέγουσι ἔτεσι χιλίοις ὀκτακοσίοις.* Haec ferme conveniunt cum Salmasiana correctione, nisi quod hic etiam *Μήδου* pro *Βήλου* legatur. De conditoribus urbis omnia huc congerere longum nimis foret: haec legantur apud Salmasium in Solinum et Bochartum in Geograph. Sacra.

— *Ὡς Ἡρόδοτος.*] Vide Herodotum lib. I. 206

— *Ἔτεσι χιλίοις δύο.*] Eustathius ad Dionysium loco iam b
allegato, olim apud Stephanum legebat *ἔτεσι χιλίοις ὀκτακοσίοις*:

verum uterque insigniter falluntur, uti observat Bochartus: Belo enim Tyrio (de quo Herennius Philo Bybliensis apud nostrum agit, ut gentem suam a vetustate commendet) multo vetustior fuit Assyrius, id est Nimrod, qui tamen Semiramidem paucis antecessit annis, ut quam eius filius Ninus in uxorem duxerit.

— Ὡς Ἑρέννιος.] Codices vulgati exhibent Ἐῤῥάνιος: Vossianus calamo exaratus, Ἐρένιος: et ex Palatinis Salmasius Ἑρέννιος reposuit, quod nos in hac editione sequimur. Verum non intelligendus hoc loco Herennius Philo medicus Tarsensis, sed Herennius Severus Philo, qui Traiani tempore vixit. Bybliensis fuit ex Phoenicia, professione Grammaticus, et consul factus est Olympiade vigesima et ducentesima, quum annum septuagesimum ageret, teste Suida in voce Φίλων. Hic scripserat περὶ πόλεων, et τὰ Φοινικικὰ, quae Stephano saepissime laudantur. Verum uti alias monuimus, distinguendus est a Philone Tarsensi, cuius libros de Re Medica etiam alibi laudat noster. Vide pag. 818.

— Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ πόλις.] Hanc Babylonem Libycam appellat Eustathius commentariis ad Dionysii Periegesin, postquam de Babylone Assyriae satis fuse loquutus erat: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Βαβυλὼν Λιβυκή. Castellum est natura munitum, et Babyloniis quibusdam conditum, qui huc secedentes, eo in loco habitationem a regibus impetrarunt. De eo sic scribit Strabo lib. XVII. Ἀναπλεύσαντι δ' ἐστὶ Βαβυλὼν φρούριον ἐρυμνὸν ἀποστάντων ἐνταῦθα Βαβυλωνίων τινῶν, εἶτα διαπραξαμένων ἐνταῦθα κατοικίαν παρὰ τῶν βασιλέων. Per hoc munimentum sive oppidulum fluit *Traianus* amnis, ut auctor est Ptolemaeus lib. IV. cap. V. Ab Antonino in Itinerario *Babylonia* appellatur, eiusque situs ibi hoc modo describitur:

Thimonepsi.	M. P. XVI.
Aphroditen.	M. P. XXIIII.
Scenas Mandras.	M. P. XX.
Babyloniam.	M. P. XII.
Helin.	M. P. XII.

Βαβυτάκη.] Plinius lib. VI. cap. XXVII. *In septentrionali Tigridis alveo oppidum est Babytace. Abest a Susis* CXXXV M. *pass.* Sed correctores hoc oppidum Plinio donarunt, ut censet Salmasius, ipso quidem non renuente. Nam apud Plinium in veteribus libris legitur *Barbathace* et *Barbibace*.

Βαγαδαονία. Τὸ ἐθνικὸν, Βαγαδάονες.] De vera appellatione huius Cappadociae partis et nomine gentili melius iudicare possemus conspecto numismate, quod exstat apud Goltzium cum hac inscriptione *ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ*. Hinc liquet τὸ Βαγη-

δαόνιος potissimum in usu fuisse, et hanc Cappadociae partem apud nostrum, Strabonem et alios Βαγηδαονίαν appellari oportere.

— Ὡς Κατάονες, τῆς Καταονίας.] Codex Vossianus mirum in modum ab hac lectione recedit, in illo enim sic reperi; Ὡς 207
Κατάονες τῆς Μηδίας. Verum τὸ Μηδίας revera est ἀποσπασμά- a
τιον secuturae sectionis, quod in vulgatis non extat.

Βαγίσταινα, πόλις Μηδίας etc.] Hanc sectionem MSS. Palatinis debemus, de qua in vulgatis ne γρὺ quidem. Montis hoc nomine meminit Diodorus Sicul. lib. II. Ἡ δὲ Σεμίραμις, ἐπειδὴ τοῖς ἔργοις ἐπέθηκε πέρας, ἀνέζευξεν ἐπὶ Μηδίας μετὰ πολλῆς δυνάμεως. καταντήσασα δὲ πρὸς ὄρος τὸ καλούμενον Βαγίστανον. Mox sequitur: Τὸ δὲ Βαγίστανον ὄρος ἔστι μὲν ἱερὸν Διός. De situ parum certa habeo, quae tradam: ibidem ex Diodoro liquet, montem non longe a Choana abfuisse, nam a Bagistano monte ad illam urbem, et deinde ad Ecbatana castra movebat Semiramis.

— Τὸ ἐθνικὸν, Βαγιστανός.] Vereor ne corruptum sit hoc gentile: rescribendum videtur: τὸ ἐθνικὸν Βαγιστανηνός. Ita enim ab Ἐκβάτανα Ἐκβατανηνὸς deducitur, quae forma Persis Medisque non est insolita.

Βάδεως πόλις. Βαδεωπολίτης.] Florentina editio: Βαδεοπολίτης.

Βάδιζα. Πολύβιος τρισκαιδεκάτῳ.] In omnibus vulgatis lacuna conspicitur, legiturque hunc in modum: πολ τρισκαιδεκάτῳ. Hanc ita suppletam omnes MSS. repraesentant.

Βαία. Ὄρος Κεφαλληνίας, ἀπὸ Βαίου.] Maximus Cephalleniae mons Aenus appellatur, in quo templum Iovis Aenesii: verum de Baeo nullam apud geographos mentionem inveni. Baeum Ulyssis gubernatorem fuisse etiam praeter alios testatur Lycophronis Scholiastes, ita enim ille: Ὁ Βαῖος οὗτος κυβερνήτης ἦν Ὀδυσσέως, ὃς τελευτήσας ἐτάφη περὶ Σικελίαν.

Βαίκυλα. Πόλις Ἰβηρίας.] Hoc oppidum Casaubonus Straboni reddidit. Vide eius comment. ad lib. III. Strab. Putatque idem esse, quod Hirtius *Obuculam*, Ptolemaeus Ὀβούκολα, et Appianus Ὀβόλκολαν appellant.

Βαιταῤῥοῦς. Ἔστι καὶ πόλις Κελτικὴ, Βαίταῤῥα.] Haec cum in MSS. et prioribus editionibus interrupta serie coniungan- 207
tur, male Xylander in sectiones divisit, uti observat Salmasius b
in margine sui libri, et Vossius ad Pomp. Melam, qui hoc oppidum ex veteribus libris ei restituit. Spanhemius tamen censet verum oppidi nomen esse Βήτηῤῥα, probatque ex nummo, quem apud Harlaeum vidit. Holstenius in Annotationibus ad Ortelii Geographiam ex nummo Peiresciano idem statuit.

— Βαιταῤῥίτης.] De fide huius ἐθνικοῦ vehementer me du-

bitaré facit inscriptio veteris nummi, quam Cl. Spanhemius apud Harlaeum lustravit: in eius anteriori parte erat caput muliebre, in aversa leo, cum inscriptione *BHTHPPATΩN*.

Βαίτιον. *Δύναται δὲ κατὰ τὴν τέχνην.*] Sine dubio hic excidit nonnihil, licet ita legant libri veteres et editi. Scribo: *Δύναται δὲ τὸ ἐθνικὸν κατὰ τὴν τέχνην Βαιτιεύς.*

Βαῖτις. *Ὃς Πέρκης λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων.*] Livius libro XXVIII. cap. XXII. de Baete ita scribit: *Martius superato Baete amni, quem incolae Cirtium appellant, duas opulentas civitates sine certamine in deditionem accipit.* Sigonius suspicatur apud nostrum pro *Πέρκης* oportere scribi *Κίρκης*, sed coniectura, ut mihi videtur, satis infelici: nam doctissimus Bochartus hanc vocem non sollicitavit, existimans τὸ *Perca* factum esse ex ברכה *berca*, et a *stagno* nomen accepisse; quemadmodum in Sicilia *Percusa* vel *Pergusa* dicebatur lacus Ennae vicinus, ubi Proserpina rapta est. Baetis enim circa ostia et prope Cordubam, et in ipso fonte latius diffunditur in stagni modum, unde ab accolis pars fluvii *Pelagus* dicebatur. Eulogius in Apologetico martyrum Cordubensium: *Sumebant* (Saraceni Cordybenses) *lapillos Baetis fluminis, qui cruore martyrum erant aspersi, et lymphis abluentes proiiciebant in Pelago.* Et Ambrosius Moralis in scholiis ad hunc locum: *Ea Baetis pars quae a Solis porta aut paulo*
208 *superius ad pontem, aut paulo inferius, hoc est ad arcem veteris*
a *urbis, eo tractu urbis moenia alluit peculiari nomine nunc vocatur Pelagus.* Vide locum lib. I. de Coloniis Phoenicum cap. XXXIV.

Βαίσαμψα.] Seldenus existimat hoc urbis nomen corruptum esse ex Beth-Schemesh, quod est *οἶκος ἡλίου*. Et uti illa Palaestinae urbs, non semel in Sacris literis memorata, a Solis in ea fano dicta est, ita haec Arabum *Βαίσαμψα* etiam inde fortassis denominationem accepit.

— *Περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν.*] Ex situ coniicio hanc eandem esse urbem, quam alio loco *Ἡλιούπολιν* nuncupat, et in Arabia *Ἀρωματοφόρῳ* collocat. Si quis praeterea utriusque vocabuli, scil. *Ἡλιούπολ.* et *Βαισαμψ.* significationem perpendat, de nostra coniectura non dubitabit. Apud Ptolem. lib. V. cap. XVIII. in descriptione Mesopotamiae iuxta Euphratem reperitur locus *Βαρσάμψη* dictus. Haec vox iisdem ex fontibus deduci posse videtur. Verum situs ad hoc Stephani oppidum non pertinet.

— *Ὅ ἐστιν οἶκος ἡλίου.*] Apud Arabas τὸ *σάμψα solem* denotare, docet illa voce noster Stephanus. *Σάμψα, κώμη τῆς Ἀραβίας. τὸ ἐθνικὸν, Σαμψηνός. Σάμψα δὲ παρὰ τοῖς Ἄραψιν ὁ ἥλιος.*

— Ὁ πολίτης, Βαισαμψηνός.] Hub. Goltzius ex nummo Traiani idem oppidani nomen divulgavit: *ΒΑΙΣΑΜΨΗΝΩΝ*.

Βακκαῖοι.] Libri editi omnes hoc gentis nomen male Βακκαῖον appellant. Ex MSS. nos veterem lectionem huic loco reddidisse, nemo in dubium vocabit. Straboni Οὐακκαῖοι *Vaccaei*, qui nunc nostro Βακκαῖοι dicuntur. Sic Graeci in dictionibus Latinis aliquando pro litera B ponunt V, aliquando diphthongum ου. Plutarchus in Sertorio eodem modo ut Stephanus, huius gentis nomine utitur: Πομπήϊος δὲ περὶ Βακκαίους διαχειμάσαι μοχθηρῶς ὑπὸ ἀχρηματίας γράφων πρὸς τὴν σύγκλητον.

Βάκτρα, πόλις.] Videtur regionis nomen, vel simile quid excidisse. Urbs quondam *Zariaspa* dicta fuit, teste Strabone lib. XI. Stephanus: Ζαρίασπα ἢ Ζαριάσπη, πόλις Βακτριανῆ, Στράβων ἑνδεκάτῃ, ἣ ἐκαλεῖτο καὶ Βάκτρα.

— Στράβων ιά.] Ab omnibus editionibus libri numerus abest, quem ut summe necessarium ex Vossiano libro reduxi. Undecimo enim Strabonis libro Bactrianae descriptio habetur.

— Καὶ Βακτριανὴ, τὸ θηλυκόν.] Postremam vocem ex chartaceo Voss. in textum transtuli, quae in editis non conspicitur. 208

Βάκχου νῆσος.] Harum insularum meminit Plinius lib. b
VI. cap. XXIX. *Supra Aethiopas Aroteres, insulae, quae Elaeae: item Bacchias et Antibacchias.* Vide quoque Ptol. lib. IV, cap. VIII.

Βαλανέαι, πολ. Φοινίκης.] Strabo lib. XVI prope Paltum in Aradiorum regione *Balanaeam* agnoscit, quae eadem cum hac Phoenicica urbe: Ptolemaeus in Coele Syria Βαλαναίας; Antoninus in descriptione itineris a Constantinopoli usque Antiochiam *Balaneam*. Existimo tamen apud nostrum esse verum oppidi nomen, quia Goltzius gentile nomen ab hac civitate derivatum, in suo thesauro ex nummo C. Caesaris Augusti in medium adduxit. *ΒΑΛΑΝΕΩΤΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ.*

Βάλβουρα.] Bubo et Balburus latrones fuere, qui duas in Lycia civitates condidere, et de nomine suo appellavere. Stephanus: Βούβων, πόλις Λυκίας. Βουβὼν γὰρ καὶ Βάλβουρα, πόλεις Λυκίας, ἀπὸ Βαλβούρου καὶ Βουβῶνος. οὗτοι δὲ λῃσταὶ πόλεις ἔκτισαν ὁμωνύμους. De situ vide Strabonem, Plinium et Ptolemaeum.

Βάλδος, πόλις Φοινίκης.] Certum est *B* et *Π*, nec non *Δ* et *T* in pronuntiando et scribendo saepe confundi: sed vereor, ne Stephanus in depravatum alicuius scriptoris locum inciderit, et in illo Βάλδος pro Πάλτος invenerit, quod vitii genus saepissime, librariis non diligenter advertentibus, ob affinem literarum sonum, in bonorum auctorum scripta irrepere solet. In voce *Xεί-*

μερα etiam egregium huius rei exemplum occurrit: nam sic noster Siciliae urbem appellat, Xenophontis auctoritatem adducens. Verum fallitur vehementer vitioso codice, in quo librarii pessime Χείμερα pro Ἵμερα exaraverant: in tota enim Sicilia Χείμερα urbs non reperitur. Imo noster aliquoties fatetur, se in corruptos auctorum codices incidisse. Vide observata ad vocem Βάβρας.

— Τὰ εἰς δος δισύλλαβα etc.] Hunc de accentu canonem Etymologici Mag. Auctor in Ῥάβδος multo generaliorem facit: Τὰ εἰς δος δισύλλαβα, εἴτε ἀρσενικὰ, εἴτε θηλυκὰ, εἴτε κύρια, εἴτε προσηγορικὰ, μετ' ἐπιπλοκῆς συμφώνου, βαρύνεται, φροῦδος, πάρδος, Σάρδος, ῥάβδος ὄνομα προσηγορικόν. A Stephani canone adiectiva excipiuntur. Τὸ φροῦδος apud Etymologum nihil ad rem facit, quia ante δος praecedit diphthongus, quae in hac voce necessario circumflectitur.

209 a — Πρὸ τῆς δ ἄφωνον.] Sic omnes editi: malim, πρὸ τοῦ δ' ἄφωνον.

— Τὸ λορδός.] Haec in omnibus editis tam arcte coniunguntur, ut unius vocabuli speciem prae se ferant. In Voss. cod. haec divisim leguntur, quemadmodum edi curavimus.

— Μυνδός.] Chartaceus Voss. pessime exhibet κυνοδός.

Βάλκεια.] Plinius lib. v. cap. xxx. *In ea Pioniae, Andera, Cale, Stabulum, Conisium, Tegium, Balcea* etc.

— Ἀπό τινος Βάλεως.] Nomen hoc formatum est ex Punico *Bal*, cui Graeculi terminationem adiecere. Servius ad lib. i. Aeneid. *Lingua Punica Bal dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione et Saturnus et Sol.* Etymologici Mag. Auctor huius Dei nomen Βαλὰ fecit in voce Βαβυλών. Βαλὰ γὰρ καλεῖται τῇ Σύρων φωνῇ, ὃ τῇ Ἑλληνίδι Βῆλος. Verum male in vulgatis Καλὰ excusum est.

Βάλοιον, πολ. Μακεδ.] Salmasius in margine sui libri annotavit hoc oppidum a Galeno nominari Βαλείαν, et apud Hippocratem reperiri τὸ ἐθνικὸν Βάλοιος. Tristanus ex numismate antiquo etiam huius urbis nomen obscure producit.

Βάντεια, πόλις Ἰταλίας.] Cluverius hanc urbem collocat ad laevam Bardani amnis ripam, haud procul a fonte. Locum vide Ital. Ant. pag. 1225.

209 b — Τὸ ἐθνικὸν Βαντιανοὶ, καὶ Βαντιᾶται.] Neutrum gentile aut in Graecis, aut Latinis scriptoribus reperire potui. Apud Horat. lib. iii. od. iv. BANTINI occurrunt:

— Mirum quod foret omnibus
Quicunque celsae nidum Acherontiae,
Saltusque BANTINOS, *et arvum*
Pingue tenent humilis Ferenti.

Βάραθρα. Ἔστι καὶ Βάραθρα πλησίον τοῦ Κασίου.] Non intelligit noster nomen alicuius urbis, sed quasdam voragines, Nili effusionibus factas, monti Casio Pelusioque proximas. Strabo lib. XVI. postquam de Casio monte locutus est, de hisce Barathris ita pergit: Εἶτ' ἐπὶ Πηλούσιον ὁδὸς, ἐν ᾗ τὰ Γέῤῥα, καὶ ὁ Χαβρίου λεγόμενος χάραξ, καὶ τὰ πρὸς τῷ Πηλουσίῳ Βάραθρα, ἃ ποιεῖ ὁ παρεκχεόμενος Νεῖλος, φύσει κοίλων καὶ ἑλωδῶν ὄντων τῶν τόπων. Vide eundem lib. XVII. Diodorum Sicul. lib. I. lib. XVI. lib. XX. et Polybium lib. V.

Βαράκη. Νῆσος τῆς Γεδρωσίας.] Insulam hoc nomine agnoscit, Ptolemaeus lib. VII. cap. I. in Canthi sinu, contra Indi ostia, sed longe a Gedrosia sita. Vide Salmasium ad Solinum pag. 1187.

Βαρβάλισσος, φρούριον τῆς ἔσω.] Locus est Armeniae minoris in finibus Commagenes, quem Antoninus in Itinerario Arabissum appellat. Ptolemaeo lib. V. cap. XV. Βαρβαρισσὸς dicitur.

Βάρβαρος. Τοὺς Κᾶρας Βαρβαροφώνους.] In prioribus editionibus lacuna conspicitur, quam Xylander voce Κᾶρας re- 210
plevit; verum praeterea inserendum ὀνόμασι, aut simile quid. a

— Ὡς πολεμίους τῶν Ἰώνων.] Non possum quin huc transcribam verba Eustathii Archiepiscopi Thessal. ita enim ille ad Iliad. Β. pag. 367. Ἕτεροι δέ φασιν ὅτι μόνους ἐθνῶν τοὺς Κᾶρας οὕτως ἔσκωψεν ὁ ποιητὴς, διὰ τὴν ἔχθραν τῶν Ἰώνων. Ἴων μὲν γὰρ Ὅμηρος. Κᾶρες δὲ Ἴωσιν ἐχθροί. Plures ab Eustathio allegantur rationes, quare Cares Barbari dicantur, verum cum hanc duntaxat innuat Stephanus, alias transcribere supervacaneum existimo.

— Χώρα παρὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον Βαρβαρία.] Propria Barbaria non est collocanda παρὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον, uti noster scribit; quippe ora illa maritima Τρωγλοδυτικῆς est: sed, uti optime observat Salmasius, post Rubrum mare quod inter sinum Arabicum et Persicum ad meridiem patet, versus austrum tendenti in ora sinus Barbarici, qui ad orientem iungitur mari Indico, *Barbaria* dicebatur usque ad promontorium *Rhapton*, a quo urbs totius Barbariae Metropolis Ῥαπτὰ, et portus et Emporium. Stephanus: Ῥαπταὶ, μητρόπολις τῶν ἐντὸς Αἰθιόπων, οἱ οἰκήτορες Ῥάψιοι. καὶ Ῥαπτὰ ὅρμος, καὶ Ῥαπτὸς ποταμός. ἔστι δὲ καὶ μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας τὰ Ῥαπτὰ, καὶ αὐτὴ καλουμένη. Huius Barbariae situm egregie tradit Marcianus Heracleota hisce verbis: Μετὰ τὴν Ἐρυθρὰν τοίνυν θάλασσαν κάμψαντι πρὸς τὴν μεσημβρίαν, καὶ ὁμοίως ἐν δεξιᾷ τὴν γῆν ἔχοντι, τό τε ὄρος ὁ Ἐλέφας τυγχάνει κείμενον, καὶ ἡ Ἀρωματοφόρος χώρα, μεθ' ἣν

ἐκδέχεται τὸ ἔθνος τὸ λεγόμενον Βαρβαρικὸν, καὶ τὸ Βαρβαρικὸν καλούμενον πέλαγος. Vide quoque Ptolemaeum et Auctorem Periplі Rubri maris.

Βάργασα, πόλις Καρίας.] Vide Strabonem lib. xvi. in Cariae descriptione, et de situ huius oppidi eris certissimus.

— *Λάμος ὁ Ὀμφάλης.*] Huius Lami etiam noster meminit alio in loco. *Λαμία, πόλις Θεσσαλίας τῶν Μηλιέων. Πολύβιος. οἱ μὲν ἀπὸ Λαμίου τοῦ Ἡρακλέους.* Verum ibi *Λάμου* correximus. Apud Nonnum in Dionysiacis *Lami* aliquoties mentio reperitur.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βαργασηνός.*] De hoc gentili non est dubitandum. Apud Goltzium conspicitur nummus Vespasiani cum inscriptione *ΒΑΡΓΑϹΗΝΩΝ*.

210 — *Ἐμεσηνός.*] Stephanus urbis nomen fecit *Ἔμισα*, unde
b *Ἐμισηνὸς* deducendum foret: verum addit: *Ἐν τισι δὲ Ἔμεσα εὕρηται, ἀφ' οὗ Ἐμεσηνός.*

Βαργούσιοι. Πολύβιος ἐν τρίτῳ.] Sine dubio haec Polybii verba respicit noster: *Καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, κατεστρέφετο τό τε τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς* etc. Vide quoque Livium lib. xxi.

Βάργυλα, οὐδετέρως.] Duplici lambda hoc oppidi nomen exprimunt editiones Xylandrianam praecedentes, *Βαργύλλα, οὐδετέρως πόλις Καρίας.* Mira conspicitur in hac voce exaranda diversitas: sequor Xylandrum, quanquam neque τὸ *Βάργυλα*, neque *Βαργύλλα* probem, quod ultimum Ursinus in notis ad Polybium, deceptus prava Stephani lectione, prius retinendum, et deinde ex illo auctore exstirpandum putavit. Optime in chartaceo Vossiano legitur *Βαργύλια, οὐδετέρως πόλις Καρίας.* Praeter alios hanc vocem eadem terminatione eodemque genere Strabo usurpavit, ita enim ille: lib. xiv. *Καὶ μετὰ ταύτην Βαργύλια, καὶ αὕτη πόλις.* Mox sequitur: *Πλησίον δ' ἐστὶ τῶν Βαργυλίων τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν τῆς Κινδυάδος.* Et post haec verba addit: *Ἐκ δὲ τῶν Βαργυλίων ἀνὴρ ἐλλόγιμος ἦν ὁ Ἐπικούρειος Πρώταρχος.* Polybius lib. iii. *Τὰς δὲ φρουρὰς ἐξάγειν ἐξ Ἰασσοῦ, καὶ Βαργυλίων.* Et ita quoque apud Livium esse scribendum viri docti admonuerunt. Unus Mela habet *Bargylos* lib. i. cap. xvi.

— *Ἣν Ἄνδανον οἱ Κᾶρες φασίν.*] Posterioribus temporibus videtur hoc nomen fuisse adoptatum, cuius apud Constantinum Porphyrog. lib. i. de Them. cap. xiv. mentio reperitur: verba eius adscribam, quia emendatione indigent: *Καταλήγει δὲ πρὸς μῆκος ὡς δυσμὰς ἕως αὐτῆς Μιλήτου τῆς πόλεως, καὶ τῆς Ἰασσοῦ, καὶ τοῦ Βαργυλιακοῦ κόλπου, ἤγουν τῶν καλουμένων Ἀνδανίων, ἐν ᾧ κεῖται ἥ τε Μύλασσα, πόλις διάσημος, καὶ αὐτὰ τὰ Βαργύλια.* Male nunc in editis legitur *Ἀνιανίων* et *Μαργύλια.*

— Καὶ Μύνδου.] Pessime Florentina editio: Κύνδου.

— Ὠνομάσθη.] Sic ex MSS. Palatinis emendavimus. Editiones omnes Ὠνομάσθησαν. Posset tamen retineri, si respicias τὰ Βαργυλία: verum non ita loqui amat Stephanus.

— Ἔκτισε πόλιν Βαργυλίαν.] Quanquam hanc lectionem agnoscant libri vulgati omnes atque editi, puto tamen aliquid a 211 mala manu irrepsisse. Lego: ἔκτισε πόλιν Βαργύλια. Nusquam a enim genere feminino hoc oppidi nomen profertur.

— Βαργυλικὸς κόλπος.] Ita in MSS. codicibus scriptum, et in vulgatis impressum reperio, verum corrigendum hunc in modum: Καὶ ἡ θάλασσα Βαργυλιακὸς κόλπος. Locus apud Constant. Porphyrog. elegans est, quem supra in medium adduxi, quo hanc coniecturam confirmare possem. Liv. l. XXXVII. c. 17. *Miletum et caeteram oram sociorum praetervecti in Bargyliaco sinu excensionem ad Iassum fecerunt.* Plinius lib. V. cap. XXIX. etiam camporum ab hac urbe denominatorum meminit: *Apamenam primum pervagatur regionem, mox Eumeneticam, ac dein Bargylleticos campos.* Mallem hic reponere *Bargyliacos campos*, vel quod magis lectioni vulgatae respondet, *Bargyliaticos campos*; quod possessivum non a voce Βαργύλια, sed a gentili Βαργυλιάτης commodissime deduci posset.

— Ὁ πολίτης, Βαργυλιάτης.] Hinc optime huiusmodi gentile formatum videtur, sed corruptissime occurrit apud Ciceronem lib. XIII. Epist. LVI. *Praeterea Heracleotae, et Bargiletae, qui item debent, aut pecuniam solvant, aut fructibus suis satisfaciant.* Confidenter hoc loco repono, *Bargyliatae qui item debent.* Apud Plutarchum in vita T. Q. Flaminii Βαργυλιήτης occurrit: Ἅμα γὰρ ἐξέπεμψεν ὁ Τίτος Λέντλον μὲν εἰς Ἀσίαν Βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα etc. Hic mallem rescribere Βαργυλιάτας, nisi dicas Plutarchum peculiarem dialectum secutum fuisse.

Βαρήνη, πόλις Μηδίας.] Putat And. Scottus haec desumpta esse ex Ctesiae Persicis, et Epitomatorem eius nomen reticuisse. Salmasius in margine sui libri censet gentile hinc formatum corruptum esse, et legi debere: οἱ οἰκήτορες, Βαρηνηνοί. Qua in re viro Cl. facile assensum praebeo.

Βαρήτιοι, χωρίον πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ.] Hoc oppidum Straboni Ἀλητία, et Ptolemaeo Ἀλήτιον dicitur: Latinis vero Valetium et Valentium et Aletium. Cluverius, ut optime demonstrat Cl. Vossius, Valetium et Aletiam tanquam duo diversa oppida in Calabria describit, cum unum omnino idemque fuerit. Plura de oppidi situ apud eundem legere licet. Vide eius Observ. ad lib. II. cap. IV. Pomp. Mel.

Βάρις, πόλις.] Ita hic locus conspicitur in prioribus edi-

tionibus et chartaceo Vossiano. Salmasius in annotationibus ad marginem sui Stephani exaratis, testatur se in MS. invenisse, *Βάρις, πόλις τῆς ἀνατολικῆς Πισιδίας*. Quae verba in textum admisissem, nisi ibidem monuisset, illa ab alia manu addita fuisse. In orientali Pisidiae parte oppidum hoc nomine extitisse liquet ex Ptolemaeo lib. v. cap. v. *Πισιδίας δὲ Ἀντιόχεια, Παλαιὸν Βεῦδος, Βάρις, Κόμανα, Λυσινία, Κόρμασα* etc.

211 b — *Βάρις ἡ οἰκία.*] Varias huius vocis significationes apud Hesychium, Etymologici Magni auctorem, et alios lexicographos reperies.

Βάρκη. Ἥτις καὶ Πτολεμαΐς.] Multi, inter quos etiam Stephanus, Barcen et Ptolemaidem pro eadem urbe habent, uti observat Bochartus. Strabo lib. xvii. *Εἶθ' ἡ Βάρκη πρότερον, νῦν δὲ Πτολεμαΐς.* Plinius lib. v. cap. v. *Ptolemaïs antiquo nomine Bar-Barce.* Servius in lib. quart. Aeneid. *Barce autem civitas est Pentapoleos, quae hodie Ptolemaïs dicitur.* Vide quoque Suidam et Sophoclis Scholiast. ad Electram. Verum Ptolemaeo lib. iv. cap. iv. Ptolemaïs et Barce sunt diversae urbes, quarum illa in littore, haec in mediterraneis collocatur. Scylax Caryandensis: *Ἡ δὲ πόλις ἡ Βαρκαίων ἀπὸ θαλάσσης ἀπέχει στάδια ρ'.* Ptolemaïdem Ptolemaei condidere, non quo loco erat urbs, sed quo loco erat portus Barces, de quo idem Scylax: *Ἐκ δὲ λιμένος τῆς Κυρήνης μέχρι λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην στάδια φ'.* Et rursum: *Ἐκ δὲ λιμένος τοῦ κατὰ Βάρκην ἐφ' Ἑσπερίδας στάδια χκ'.*

— *Κτίσμα Περσέως, Ζακύνθου* etc.] Horum conditorum genealogiam eruere res non adeo facilis est. Ex nostro non liquet, illos affinitate fuisse coniunctos. Herodotus lib. iv. perhibet, Arcesilaum Batti filium extitisse, qui cum fratribus suis seditiones exercuit, donec illi relicto eo, in alium Libyae locum migraverunt, ubi foedere sancito, urbem hanc condiderunt. Verum fratrum nomina ibidem non exprimuntur.

— *Λέγεται καὶ Βαρκαία.*] Sumitur de regione apud Herodot. Musa iv. *Αὐσχισέων δὲ κατὰ μέσον τῆς χώρης οἰκέουσι Κάβαλες, ὀλίγον ἔθνος, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατὰ Ταύχειρα πόλιν τῆς Βαρκαίης.*

— *Βαρκαῖος.*] Goltzius edidit nummum cum inscriptione: *ΒΑΡΚΑΙΩΝ.* Ptolemaeus secundum formam regioni solitam formavit gentile *Βαρκίτης*, ita enim ille lib. iv. cap. iv. *Κατέχουσι δὲ τῆς χώρας τὰ μὲν ὑπὸ τὴν Πεντάπολιν Βαρκῖται.*

— *Βαρκαῖον τὸν Λίβυν.*] Hinc evidentissime liquet, τὸ Βαρκαῖος tam late patere, ut non duntaxat pro Barcae incolis, verum etiam pro aliis circumiacentibus Libyae incolis sumi possit. He-

sychius per Barcaeos currus intelligit Libycos: *Βαρκαίοις ὄχοις, Λιβυκοῖς.*

— *Βαρκαῖον ἔθνος.*] Sic edi curavit Xylander, sed ut ingenue fatear, non possum hac correctione acquiescere. Editiones Xylandrianam praecedentes: *Βαρκαῖον ἔπος*: quod itidem a mala manu existimo, licet Palatini, nunc vero Vaticani codices, nec non chartaceus Vossianus constanter ita exhibeant. Duobus modis hoc mendum commodissime posset tolli, legendo vel *Βάρκαιος ἵππος*, vel *Βαρκαῖος ὄχος*, quod ultimum praefero, tanquam minus a vulgata lectione recedens. Totum locum ita conceperam, atque distinxeram: *Καὶ Βαρκαῖον τὸν Λίβυν φασὶ, ὡς Βαρκαῖος ὄχος.* Sophocles in Electra:

Μέτωπα συμπαίουσι Βαρκαίοις ὄχοις.

Si quis tamen τὸ *ἵππος* loco τοῦ *ὄχος* in textum recipere malit, 212
non acriter cum ipso contenderim, cum etiam multa pro hac emen- a
datione dici possint: est enim notissimum *τὴν ἱππικὴν* in Libya inventam esse, uti ex Pindaro et eius Scholiasta manifeste constat. Verum cum in MSS. et vulgatis tam magna conspiciatur lectionum varietas, indicabo et tertium modum, quo hic locus instaurari possit. *Καὶ Βάρκαιον τὸν Λίβυν φασί· Βάρκαιον ἔθνος, ὃ τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος, ἡνιοχεῖν δὲ παρὰ Ἀθηνᾶς ἔμαθεν.*

— *Τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος* etc.] Totum hunc locum Stephanus ex Mnaseae Libycis transcripserat, cuius scriptoris nomen Epitomator reticuit: ut hoc argumento evidentissimo evincam, Hesychii locum addere necesse habeo: *Βαρκαίοις ὄχοις. Λιβυκοῖς. οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος. τὸ δὲ ἡνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης.*

Βαρύγαζα.] Genere neutro et numero plurativo hanc vocem usurpat Arrianus in Periplo Mar. Rubri: *Ἀφ' οὗ μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζοις παλαιαὶ προχωροῦσι δραχμαὶ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι.* Situm celeberrimi huius emporii habes apud eundem Arrianum, et Ptolemaeum lib. VII. cap. I.

— *Βαρυγαζηνοί.*] Male Xylandriana: *Βαριγαζηνοί.*

Βασανίσαι.] Sic legunt MSS. et vulgati omnes. Salmasius in suo libro correxerat *Βάσαναι*, quod deinde alio loco iterum confirmat, addens inde regionis nomen *Βασανῖτις* apud Suidam reperiri. Verum non puto illud nomen de hac gente Thracia deductum esse. *Βασανῖτις* est regio quae ditioni regis Og subiacet, et alio nomine *Basan*, dicebatur. Huius memi-

minit Cyrillus ad IV. cap. Proph. Amos: Χώρα ἡ Βασανῖτις, εὔβοτός τε καὶ εὐανθής. Et Theodoretus ad eundem locum: Δαμάλεις δὲ αὐτὰς τῆς Βασανίτιδος ὀνομάζει, ὡς ἁβροδιαίτους καὶ χλι-
212 b δῇ παντοδαπῇ κεχρημένας. Existimo itaque Suidam de hac Basanitide locutum fuisse.

Βάσηρα. Τὸ ἐθνικὸν Βασηρεύς.] De hoc oppido nemo antiquorum mentionem fecit: Goltzius tamen Titi nummum divulgavit cum hac inscriptione, ΒΑΣΗΡΕΩΝ.

Βάσιλις. Παυσανίας ὀγδόῳ.] Haec sine dubio Pausaniae verba noster respicit, in quibus de conditoribus et ruinis huius oppidi agitur: Τοῦ δὲ χωρίου τοῦ ὀνομαζομένου Βάθους σταδίους ὡς δέκα ἀφέστηκε καλουμένη Βασιλίς. ταύτης ἐγένετο οἰκιστὴς Κύψελος, ὁ Κρεσφόντῃ τῷ Ἀριστομάχου τὴν θυγατέρα ἐκδούς. ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἐρείπια ἡ Βασιλὶς ἦν, καὶ Δήμητρος ἱερὸν ἐν αὐτοῖς ἐλείπετο Ἐλευσινίας.

Βαστάρναι. Σαμάται.] In MSS. et aliis editionibus Σαρμάται legitur, quod ob versiculi modulum non est ferendum, uti docet Eustathius ad Dionysii locum a Stephano citatum.

Βαταναία. Ἡ καὶ Βατανέα ἐνικῶς.] Iosepho lib. II. de bello Jud. cap. 2. dicitur Βαταναία, pars regni Herodis: Hebraice בשן Basan, et Syriace בותנן Batnan et בותנאי Batnaea, regio transiordana pinguedine sua celebris.

— Ἔστι καὶ Βάτανα πρὸς τῷ Εὐφράτῃ] Vereor ne hic scribendum sit Βατάνεια vel Βατάνεα. Stephanus in voce Ἀγβάτανα, Οἱ δὲ νῦν Βατάνειαν αὐτὴν καλοῦσι. τὸ ἐθνικὸν Βατανεῶται. Et in fine eiusdem sectionis inquit: Δείξομεν δ' ἐν τῷ Β, ὅτι ἡ καθ' ἡμᾶς Βατάνεα, καὶ Βατάνεια καλεῖται. τὸ ἐθνικὸν, Βατανεῶται. Quam manifestum hinc Epitomae conspicitur argumentum. Promittit enim Stephanus se in Βατάνεα demonstraturum, quare hoc oppidum sic appellatum fuerit. Verum is qui Stephani opus in compendium redegit, lectorem iam frustratur et inanem dimittit.

Βατέταρα, πόλις Αἰγύπου.] Lectionem vulgatam, quam etiam MSS. agnoscunt, minime probo, in quibus erat πόλις Ἀυγίων. Nos emendavimus, uti nunc legitis.

213 a Βατίεια, τόπος τῆς Τροίας.] De eo vide Homerum Iliad. B. et ad illum locum Eustathium et Didymum; item Strab. lib. XII. Dyct. Cretensis inter urbes Troianis amicas enumerat Polyram, de qua nihil uspiam legitur. Fortassis ibi Batiaeam non male correxeris.

— Ἀπὸ Βατείας τινός.] Secundum Stephanum Batea Dardani uxor, et Trois filia fuit. ita enim ille in Δάρδανος: Ὁ δὲ Τρῶς ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον, δίδωσι αὐτῷ τὴν θυγατέρα Βα-

ξειαν. Vide etiam Apollod. de origine Deor. lib. III. Hanc Lycophron alio nomine Αὐίσβην appellat, ut eius Scholiastes testatur alibi.

— Ἢ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων.] Haec sine dubio Stephanus ex Epaphrodito hausit; cuius grammatici nomen, saepissime a nostro citatum, nunc expunxit Epitomator. Ut evidentissime hoc confirmem, addam Epaphroditi verba, uti ea transcripsit Etymologici Magni Auctor: Ἐπὶ δὲ τοῦ τόπου, Ἐπαφρόδιτός φησιν, ἀπὸ τοῦ πατεῖν, πάτος. καὶ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων. τοὺς γὰρ ἐν ταῖς ὁδοῖς ὁλκούς τε καὶ συνεχεῖς τριμμοὺς, πάτους ἔλεγον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, πατίεια, καὶ Βατίεια. ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ πεδιάδι τῆς Ἰλιάδος. Verum longe alio sensu τὸ πάτος accipit Etymologus, quam noster. hic ἀντὶ τῆς ὁδοῦ κεπατημένης, ille vero ἀντὶ τῆς τροφῆς, quae significatio apud alios non adeo trita et obvia est, imo fateor me nusquam nisi hoc loco legisse: verum si quis in memoriam revocet, τὸ πατεῖν non duntaxat *ambulare* et *conculcare*, verum etiam *vesci* et *comedere* denotare, τῆς τροφῆς notionem inde facillime deduxerit. Vide quae de significatione τοῦ πατεῖν pag. 110. fusius disseruimus.

— Ἢ ἀπὸ τῶν βάτων.] De hac opinione mentionem fecit Eustathius ad Homeri Iliad. B. pag. 351: Τινὲς δὲ Βάτειαν φασὶ, πόλιν Τρωϊκὴν παρονομαζομένην ἐκ τῶν περὶ αὐτὴν βάτων. εἶναι καὶ Βάτειαι, τρισυλλάβως λέγονται, ὡς ὁ Πίνδαρος δηλοῖ ἐν τῇ εἰς τὸν Ἀγησίλαν ᾠδῇ. Mendum latet in hisce verbis, lego τινὲς δὲ Βατίειαν φασί. Primo enim loco vox quatuor, et postremo tribus syllabis est proferenda. Praeterea apud Pindarum hodie non legitur Βάτεια sed Βατία, haec enim verba respicit Eustathius:

— Ἀλλ' ἐγ-
Κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ, βατίᾳ τ' ἐν ἀπειράτῳ.

Hunc igitur Troiano in agro locum ἀπὸ τῶν βάτων, id est, a rubis appellationem accepisse, multo probabilior est opinio, quam eam vel ab heroina quadam vel aliunde deduxisse, nam circa Idam montem βάτοι sive rubi magna copia nascebantur, teste Dioscoride lib. IV. cap. XXXIX, quos ille a loco βάτους Ἰδαίας, id est *rubos Idaeos* nuncupavit. Plinius lib. XXIV. cap. XIV. *Idaeus rubus appellatus est, quoniam in Ida, non alias nascitur.*

— Τὸ ἐθνικὸν, Βατιεὺς, καὶ Βατιειάτης.] Sic exhibent editi: verum a Βατίεια deductum esse Βατιεὺς, mihi non fit verisimile: nam uti ab eodem fonte noster derivat τὸ Βατιειάτης, sic ego eodem iure inde τὸ ἐθνικὸν Βατιειεὺς formaverim. Nisi quis affirmet

suspectum illud gentile a *Βάτεια*, sive *Βατία* factum esse: nam alterutrum genuinum loci nomen fuisse, liquet satis evidenter ex verbis Etymologici iam allegatis, ubi inquit ex *Βάτεια* per pleonasmum literae Iota *Βατίεια* fieri, quo etiam Homerus per poëti-
213 cam licentiam usus est. Addam et alia Etymologici Mag. Aucto-
b ris verba: *Βατία, λέγεται καὶ ὁ βάτους ἔχων τόπος. ἀπὸ τοῦ Βάτος, Βατία διὰ τοῦ ι, ὡς Αἰτωλὸς Αἰτωλία, τὸ ἐθνικὸν, Βατιεὺς, καὶ Βατιάτης.* Ergo a *Βατίεια* deducendum est *Βατιειεὺς καὶ Βατιειάτης*. Verum a *Βάτεια* formandum τὸ *ἐθνικὸν, Βατιεὺς καὶ Βατιάτης*, quam lectionem codex Vossianus mihi exhibuit: unde non levis oritur suspicio, in principio huius tmematis scriptum fuisse olim, *Βάτεια* vel *Βατία, τόπος τῆς Τροίας ὑψηλὸς*, nam *Βατίεια* poëtica auctoritate fictum est, ut iam probavimus.

Βατή, δῆμος etc.] Vide Meursium de Populis Atticis.

— *Ἄβρων ὁ Καλλίου ἐξηγητής.*] De Abrone videndus Cl. Vossius de Hist. Graec. lib. III. Et Ionsius de Script. Hist. Phil. lib. IV. De Callia legendus idem Voss. de Hist. Graec. lib. I. cap. IX. et Ionsius eodem tractatus lib. II. cap. III.

— *Τὸ ἐθνικὸν ἐπιῤῥηματικῶς, Βατῆθεν.*] Adverbii forma loco gentilis usus est Plutarchus in Lycurgo Rhet. *Ἀριστόδημος Βατῆθεν*. Diogenes Laërt. in Epicuro: *Φιλοκράτης Βατῆθεν*. Quod noster aliis in locis τῶν δημοτῶν, nunc τὸ ἐθνικὸν appellavit. Ab omnibus plerumque Demis populare nomen deducitur, quod adverbii formam repraesentat, exceptis in *ους* desinentibus, ab iis enim saepissime duplex τοῦ δημότου nomen formatur, sic *Ἀγνοῦς Ἀγνούσιος* et *Ἀγνουστόθεν, Ἀχερδοῦς, Ἀχερδούσιος, Ἀχερδουντόθεν*. Et ita in multis aliis.

— *Ἡ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως.*] Gentile nomen cum inventu difficile sit, tum plerumque solent scriptores uti genitivo cum praepositione, quae formatio artificialis, sive *κατὰ τὴν τέχνην* appellatur. *Ἀγαθοῦ Δαίμονος, νῆσος ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν, κατὰ τέχνην ἐξ Ἀγαθοῦ Δαίμονος, διὰ τὸ ἄπορον.* Sic in voce *Ἀβρότονον* etiam testatur, gentile nomen istius urbis non fuisse in usu, quod tamen formavit ad similitudinem aliarum urbium circumiacentium, et ex lege artis cum genitivo et praepositione: *Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος. ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεὺς, etc. οὕτως Ἀβροτονεύς. ὁ δὲ τῶν οὐδετέρων τύπος ἔσθ' ὅτε τὸ ἐθνικὸν διὰ τοῦ ηνος ἔχει. ὡς Πέργαμον Περγαμηνὸς, εἰ μὴ ἀπὸ θηλυκοῦ τοῦ Πέργαμος etc. Δυνατὸν δὲ καὶ ἐξ Ἀβροτόνου φάναι τὸ ἐθνικόν. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, μάλιστα ἐν τοῖς Δήμοις τῶν Ἀθηναίων.* Plurima hac de re inveniet lector vel in prolegomenis

ad hunc scriptorem, vel in tractatu quem περὶ ἐθνικῶν meditamur.

— Ἡ τῷ συνήθει τῆς χώρας.] Cum alio modo Europaei et alio modo Asiae incolae, teste Stephano in Ἀβασηνοὶ, gentilia sua formare soleant, alio modo Aegyptii, alio quoque Persae, Assyri, Mesopotamii, Syri etc. Scriptores consuetam unicuique regioni formam et terminationem sequi necesse habent. In voce Βολογεσιὰς hanc differentiam noster egregie commonstrat: nam inde ex analogia et lege artis deduci posset Βολογεσιεὺς, verum quia huiusmodi forma regioni non est familiaris, inde Βολογεσιηνὸς derivandum est: τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βολογεσιεὺς, ὡς Ἀφροδισιεύς. ἀλλ' ἀνοίκειος ὁ τύπος τῇ χώρᾳ. λεκτέον Βολογεσιηνός. Vide quoque de hac re in voce Ἄρειος πάγος, Δοκίμειον, Φιλαδέλφεια et aliis in locis plurimis.

Βάτναι, πόλις τῆς Ὀῤῥοήνης.] Codex Voss. male Ἐῤῥοήνης. Optime emendavit Hieronymus Surita Ὀσδροήνης. Ammianus Marcell. lib. XXIII. *Denique cum exercitu et Scytharum auxiliis Euphrate navali ponte transmisso, venit ad Batnas, municipium Osdroënae, ibi illaetabile portentum offendit.* A priscis Macedonibus conditum esse, idem testatur lib. XIV. *Batnae municipium in Anthemusia conditum, Macedonum manu priscorum, ab Euphrate flumine brevi spatio disparatur, refertum mercatoribus opulentis.* Optime observat Valesius geminas olim Batnas fuisse, alias in Syria cis Euphratem, alias Osdroënae trans Euphratem satis celebres. Utrumque oppidum manifeste distingui, ex Ant. Itinerario facillime probari posset. 214 a

— Τὸ ἐθνικὸν Βατναῖος. διὰ τὸν χαρακτῆρα.] Noster, quotiescunque ultima voce utitur, intelligit peculiarem, et regioni solitum loquendi typum et formam. Verum non censeo terminationem in αῖος huius regionis incolis familiarem fuisse. Hic error et ingens oscitantia non Stephano, sed potius Hermolao est imputanda, sine iudicio optima quaeque exstirpanti. Stephanum in genuino suo opere etiam aliud gentile ab hoc oppido formasse κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον καὶ χαρακτῆρα, evidentissime liquet in voce Χωχή, ubi noster ita scribit: Τὸ ἐθνικὸν δύναται καὶ Χωχηνὸς, καὶ Χωχαῖος, ὡς τὰ παρακείμενα χωρία Καῤῥαῖος Καῤῥηνὸς, Βατναῖος Βατνηνός. Itaque valde miror τὸ ἐθνικὸν Βατνηνὸς suo loco non insertum fuisse, et licet nunc ordine ultimum conspiciatur, habet tamen terminationem regioni solitam et familiarem.

Βέρβυκες. Παρὰ τοῖς Ἴβηρσιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ.] Dio Coccianus, quemadmodum Lycophronis Scholiastes perhibet, Narbonenses appellavit Bebrycas, et ad Pyrenaeos montes, Hispaniam a Gallia dividentes, collocat. Δίων δὲ Κοκκειανὸς τοὺς Ναρβω-

νησίων, ἔστι τὸ Πυρήναιον ὄρος. τὸ δὲ ὄρος τοῦτο χωρίζει Ἰβηρίαν καὶ Γαλατίαν. De iisdem Europaeis Bebrycibus alius est locus praestantissimus apud eundem Lycophronis enarratorem hisce verbis: *Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Βέβρυκες ἔθνος Γαλατῶν, μεταξὺ Πυρήνης* (male in vulgatis *Πειρήνης*) *καὶ Κεραυνίων ὀρῶν καὶ Ἰβηρίας κείμενον, οἳ καλοῦνται Ναρβωνήσιοι.* Marcianus Heracleota etiam eos Iberis vicinos statuit, ita enim ille:

— *Εἶτ' Ἴβηρες οἱ προσεχεῖς.*
Ἐπάνω τούτων δὲ κεῖνται τῶν τόπων
Βέβρυκες.

Haec regio a virgine quadam *Bebrycia* nomen accepit, cuius meminit Silius lib. III.

Nomen Bebrycia duxere a virgine colles.

Et mox sequitur lib. eodem:

Iamque per et colles et densos abiete lucos,
Bebryciae Poenus fines transcenderat aulae.

— *Περὶ δὲ τῆς ἐν Ἀσίᾳ, διάφοροι* etc.] Quemadmodum incertum est, unde Bebryces Asiatici nomen traxere, ita quoque eorum habitatio vaga atque admodum incerta habetur. Nam quidam perhibent, eos agrum Troianum incoluisse, inter quos
214 Lycoph. Scholiasta: *Τὴν Τροίαν ποτὲ Βέβρυκες ᾤκησαν, ὅθεν καὶ*
b *Βεβρυκίαν* (ita legendum est pro *Βεβρυκυίαν*) *αὐτὴν καλοῦσι, καὶ τὸ σῶζον παλαιὰν Βεβρύκων παγκληρίαν.* Apollonius Rhod. lib. II. Bebrycas et Amyci regionem ponit circa Bosporum in Propontide. Theocritus Idyll. XXII. eos collocat ultra Bosporum in Bithyniae littore, quod Pontus alluit, ut et Dionysius Periegetes. Apollonii Scholiast. ad lib. II. refert, eos loca quaedam circa Ephesum et Magnesiam incoluisse, praeterea ex Charone addens, Lampsacenorum regionem Bebryciam nuncupatam fuisse. Haec sunt eius verba: *Κατῴκησαν δέ τινες τῶν Βεβρύκων καὶ περὶ τὴν Λυδίαν ἐν τοῖς πλησίον Ἐφέσου τε καὶ Μαγνησίας τόποις. Χάρων δέ φησι, καὶ τὴν Λαμψακηνῶν χώραν πρότερον Βεβρυκίαν καλεῖσθαι, ἀπὸ τῶν κατοικησάντων αὐτὴν Βεβρύκων· τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἠφάνισται διὰ τοὺς γενομένους πολέμους, καθάπερ καὶ ἄλλων ἐθνῶν.* Strabo lib. XII. coniicit, Bebrycas Thracas fuisse, ubi quoque varias de Bebrycibus opiniones recenset.

— *Ἢ ἀπὸ Βεβρύκης.*] Bebrycae genealogiam fusius describit Eustathius in comment. ad Dionysii Periegesin, scilicet fuisse Aegypti fratris filiam: *τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Βεβρυκίαν φασὶ κληθῆναι ἀπὸ Βεβρύκης Αἰγύπτου μὲν ἀδελφόπαιδος, μίαν δὲ τῶν θυγατέρων Δαναοῦ, ἀδελφὴν τῆς Ὑπερμνήστρας* etc. *διὸ καὶ Βεβρύκην ἢ Βεβρυκίαν ἀπ' αὐτῆς κληθῆναι τὴν χώραν εἰς τὸ ὕστερον.*

Verum Etymologici Magni Auctor Bebrycum appellationem deducit *ἀπὸ τοῦ βρύχειν*, quod *fremere* et *frendere* denotat. Futurum huius verbi est *βρύξω*, unde *βρὺξ* et per *ἀναδιπλασιασμὸν Βεβρύξ*. Fortassis a voce *βρὺξ* deductum est Belgicum et Germanicum *Brusch*, quo homo morosus et frendens denotatur.

— *Καὶ Βεβρυκία.*] Latino ore Bebrycum regio *Bebrycia* dicitur. Hyginus cap. XVII. *Amycus Neptuni et Melies filius, Bebryciae rex.* Vide quoque Servium ad lib. V. Aeneid.

Βέλβινα, πολ. Λακών. Παυσανίας ὀγδόῳ.] In tota Pausaniae Periegesi τῆς Ἑλλάδος huius oppidi memoria non reperitur. Aut Stephanus in vitiosum incidit codicem, aut locum non recte transcripsit, aut hodiernae editiones sunt emendandae, in quibus lib. VIII. nunc legitur *Βελέμινα. Λέγουσι μὲν δὴ οἱ Ἀρκάδες τὴν Βελεμίναν τῆς σφετέρας οὖσαν τὸ ἀρχαῖον ἀποτεμέσθαι Λακεδαιμονίους.* Parum abest quin *τὸ Βελεμίναν* in Pausania expungam, inductus auctoritate Plutarchi, qui ipsa de hac *Belbina*, et controversia inter Lacedaemonios et Arcadas agitata, mentionem facit, ita enim ille in Agid. et Cleom. *Ἐκ τούτου Κλεομένην πρῶτον οἱ ἔφοροι πέμπουσι καταληψόμενον τὸ περὶ τὴν Βελβίναν Ἀθήναιον. ἐμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστὶ, καὶ τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἦν ἐπίδικον.*

— *Ἀρτεμίδωρος νῆσον αὐτήν φησι.*] Tanta mentis stupiditate Artemidorum laborasse non existimo, ut ille sibi persuaserit locum istum Laconiae insulam fuisse, aut insulam hoc nomine circa Laconicum littus extitisse. Belbina insula procul ab Aegina sita est: Strab. lib. VIII. *Νησίδια δὲ περίκειται πολλὰ μὲν πρὸς τῇ ἠπείρῳ. Βέλβινα δὲ πρὸς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα.*

Τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης etc.] Malim: *τὸ ἐθνικὸν Βελβινήτης, ὡς Αἰγινήτης*, vel hoc modo: *Βελβινάτης, ὡς Αἰγινάτης*. Vide in 215
voce *Αἴγιναι*. In *Βέλβινα*, quam Persicam urbem statuit, etiam a
legitur *Βελβινάτης, ὡς Αἰγινάτης*. Apud Stobaeum Serm. XXXVIII. *Βελβινήτης* occurrit, quod ab insula Belbina formatum videtur: *Καὶ ὀνειδίζουσι μὲν, ὅτι Κύπριος, ὁ Μυκόνιος, ὁ Βελβινήτης.* Ita emendavit vir doctus pro *Βελβινθείτης*.

Βελγική, ἡ χώρα.] Male in Aldina, et quae illam excepit Florentina: *Βελβική, ἡ χώρα.*

— *Τὸ θηλυκὸν Βέλγεια, ἡ χώρα.*] Ita libri MSS. et Xylandriana quam sequimur: pessime in aliis legitur: *τὸ θηλυκὸν Βελγαία ἡ χώρα.*

Βεληδόνιοι. Οὐδ' ὑπὸ τηλίτων τῶν πόῤῥω ἄκρα Βεληδονίων.] Codex Voss. *Οὐ δ' ἀτιλίτων πόῤῥω.* Verum haec lectio est maxime depravata, ut et codicum vulgatorum. Optime incomparabilis Salmasius in margine sui libri legendum existimat:

Οὐ δ' ἀποτηλίτων ἄκρα Βεληδονίων. Est versus pentameter, optime suis numeris constans. *Ἀπστηλίτας Βεληδονίους* vocat *extremos* et *longe positos*: illud enim *τῶν πόῤῥω* glossema est hominis cuiusdam studiosi, qui explicabat *ἀποτηλίτων*, *τῶν πόῤῥω*.

Βέλιτρα.] Editiones Xylandrianam praecedentes, *Βέλετρα, πόλις Ἰταλίας*. Existimat Cluverius a quo non dissentio, olim Stephano fuisse scriptum *Βελίτραι*: cum omnibus aliis auctoribus oppidum numero plurativo dicatur. Livius lib. VI. *Ad Velitras* pugnatum est. Deinde: *Obsidebantur Velitrae*. Dionysius Hal. lib. VII. *Ἐδήλωσε δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῆς συμφορᾶς ἡ πόλις ἐπιφανὴς τῶν Οὐολούσκων (Οὐελίτραι ὄνομα αὐτῇ) μεγάλη τε καὶ πολυάνθρωπος*. Vide quoque Suetonium in August. Zonar. Anal. lib. II. et alios, quos citat Cluverius in Ital. antiq. descriptione.

— *Οὐ Ῥώμης ἀποτέρω.*] A Roma distat XX mil. pass. in eurum, Privernum versus. Cluverius testatur se hoc intervallo deprehendisse XXIV. mil. pass.

— *Ὥς φησι Φλέγων ὀλυμπιάσιν ἑκατὸν ἑβδομηκοντατέσσαρσι.*] Subolfecit Cluverius in hisce verbis aliquid latere, quod a mala manu erat: nihilominus tamen hunc locum emendando multo vitiosiorem reddit, Olympiadum numerum, qua Phlegon de hoc oppido mentionem facit, ad stadiorum intervallum ineptissime detorquens, ita enim ille: *ὥς φησι Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάσιν, ἢ ἑκατὸν ἑβδομηκοντατέσσαρσι σταδίοις*. Quotiescunque Phlegon a Stephano citatur, toties ferme a transcriptoribus miserrime depravatur, uti observatum Salmasio ad Aelium Spartianum, ubi plurima loca restituit, et inter alia etiam hunc, de quo nobis est
215 sermo. *Ὥς φησι Φλέγων Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ τετάρτῃ*. In voce
b *Ταῤῥαχίνη* optime omnium Phlegon allegatur. *Ταῤῥαχίνη, πόλις Ἰταλίας· Φλέγων, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ ὀγδοηκοστῇ πρώτῃ, ὅτι παιδίον ἐκ δούλης γενόμενον τῇ ἐννάτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ τῆς γενέσεως τὸν προσαγορεύσαντα ἀντιπροσαγορεῦσαι, ἐφ' οἷς τοὺς μάντεις προσαγορεῦσαι ὄλεθρον*. Hunc locum adducebat Salmasius, ut appareret quale fuerit argumentum librorum Olympiadum Phlegontis: nam sub quaque Olympiade, quid toto orbe gestum esset recensebat, prodigia praecipue et monstra, resque alias mirabiles memorabilesque. Verum hoc obiter addam, etiam Luc. Holstenium in commentariis suis ad Stephanum Byzant. (quae etiam nunc lucem publicam desiderant) ostendisse, haec a Cluverio pessime et inepte esse correcta, uti ipse testatur in Annotationibus ad Phil. Cluv. Italiam antiquam pag. 214.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βελιτριανός.*] Licet Stephanus solitum regioni morem testetur, nihilominus tamen credit Cluverius, hoc

gentile vitiatum esse, et pro eo Stephanum potuisse scribere *Βελιτρῖνος*. Sueton. in Aug. cap. xciii. *Qua fiducia VELITRINI et tunc statim, et postea saepius pene ad exitium sui cum pop. Rom. belligeraverunt.* Apud Plin. lib. iii. gentile nomen est VELITERNUS, ut et Valer. Max. lib. ix. cap. v. et Livium lib. vi. et lib. xxxii. Similiter apud Diodor. lib. xiv. *Οὐελιτρῖνοι*, et Plutarch. in Coriolano *Οὐελιτρανοί*.

Βελών, πολ. καὶ ποτ. ἐν τῇ Βαιτικῇ.] Marcianus Heracleota in descriptione Hispaniae Baeticae de hoc oppido fluvioque verba facit: *Ἀπὸ δὲ Μενλαρίας εἰς Βελῶνα πόλιν στάδια οὐ πλεῖον ρμ'. οὐχ' ἧττον στάδια ρ'. ἐντεῦθεν ἄρχεται τῶν Τουρδούλων ἔθνος. ἀπὸ δὲ Βελῶνος πόλεως εἰς Βελῶνος ποταμοῦ ἐκβολὰς στάδια οὐ πλεῖον οε', οὐχ' ἧττον στάδια ν'.* Apud Ptolemaeum lib. i. cap. iv. etiam Belonis fluvii et oppidi memoria reperitur, sed monet Cl. Vossius ibi male *Βαίλων* scriptum esse. Pomp. Mel. lib. ii. cap. vi. *Tum Mellaria, et Belo, et Besippo, usque ad Iunonis promontorium oram freti occupat.* A Belone potissimum traiiciebatur ad Tingin Mauritaniae, uti auctor est Strabo lib. iii. Plinius lib. v. cap. i. etiam de Tingi et traiectu loquens, haec habet: *Abest a Belone oppido Baeticae proximo traiectu* xxx. m. *pass.* Marcianus Capella lib. vi. etiam meminit civitatis Velonensis in Baetica, quam coloniam dicit Mauritaniae Caesariensis.

Βέμβινα. Βεμβινήτης, ὡς Σταγειρίτης.] Sic libri scripti et editi omnes: fortassis reponendum: ὁ *πολίτης*, *Βεμβινίτης*, *ὡς Σταγειρίτης*.

— *Ἔοικεν οὖν Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης.*] Variis modis a 216
voce *Αἴγινα* formatur τὸ *ἐθνικόν*. Cum in illa voce essem occupa- a
tus, nihil de eius gentilibus dixi. Deducuntur inde quatuor gentilia: in nummo quodam Goltzius lustravit *Αἰγινέων*, ab *Αἰγιεὺς* factum, quod etiam noster agnoscit suo loco. Praeterea hic habemus τὸ *Αἰγινάτης* et *Αἰγινήτης*. Et in voce *Βέλβινα* reperitur *Αἰγινίτης*. Verum quatuor hae τοῦ *ἐθνικοῦ* terminationes, utrum apud idoneos auctores sint in usu, nihil habeo quod dicam.

— *Βεμβινήταο λέοντος.*] Haec de leone Nemaeo, bellua in mythologorum scriptis decantatissima, dubio procul intelligenda sunt. Belluae in antiquorum scriptis duabus appellationibus insignitae quandoque nobis occurrunt, quarum alteram a regione in qua natae sunt, alteram a loco in quo degunt, vel quem atroci ferocitate devastarunt, accepere. Aper ille qui Calydonium agrum vastavit, non solum Calydonius, verum etiam Oetaeus dicebatur ab Oeta monte circa Macedoniam sito, uti Soterichus apud Lycophronis Scholiast. in Calydoniacis auctor est. Ita fortassis etiam huic leoni duplex nominatio obtigit, vel quod hunc

[redacted]

Nemeae vicum atroci immanitate divexaverit, vel quod ibi ut plurimum transegerit. Strabo lib. VIII. Ἐνταῦθα δὲ καὶ Νεμέα μεταξὺ Κλεωνῶν καὶ Φλιοῦντος, καὶ τὸ ἄλσος, ἐν ᾧ καὶ τὰ Νέμεα συντελεῖν ἔθος τοῖς Ἀργείοις, καὶ τὰ περὶ τὸν Νεμαῖον λέοντα μυθευόμενα, καὶ ἡ Βέμβινα κώμη.

— Καὶ ἄλλως.] Hinc liquet evidenter in utroque versiculo τὸ Βεμβινήταο non eodem prorsus modo esse legendum, quemadmodum omnes editi et scripti exhibent, verum uno in loco Βεμβινάταο, et altero Βεμβινήταο, uti testatur noster κατὰ τροπὴν dici Αἰγινάτης et Αἰγινήτης.

Βενεβεντός, χωρίον Διομήδους.] De situ et rebus aliis ad hunc locum spectantibus legatur Cluverius.

— Ὅτι κτῆμα Διομήδους.] Salmasius in Plinianis Exercitationibus hunc locum citans, habet κτίσμα Διομήδους, de qua mutatione in margine sui libri nullam mentionem facit. Libri MSS. et editi constanter legunt, οἱ δὲ, ὅτι κτῆμα Διομήδους.

— Ἡ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο.] Livius lib. IX. *Omisso certamine, caesi captique Samnites; nisi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est, perfugerunt.* Alia loca apud Cluverium invenies. De origine huius vocis speciosam admodum coniecturam videsis apud Salmasium in Solinum pag. 64.

216 — Τὸ ἐθνικὸν, Βενεβεντῖνος.] Oppidani inde erant BENE-
b VENTANI, uti observat Cluverius. Livius lib. XXIV. *Beneventani omnes turba effusa quum obviam ad portas exissent, complecti milites, gratulari, vocare in hospitium.*

— Ἔστι καὶ ἄλλη Καμπανίας, διὰ τοῦ δ.] Salmasius reprehendit Stephanum Beneventum in Campania collocantem, diversum ab oppido quod iam nominavit. Βενεβεντὸς et Βενεβενδὸς plane idem: ut Βρεντήσιον et Βρενδήσιον dupliciter scribebatur.

Βέννα. Τὸ ἐθνικὸν, Βεννάτι.] Locus suspectus de mendo. Legendum fortassis: Τὸ ἐθνικὸν, Βενναῖος. Ita enim a Κάννα deducitur Κανναῖος.

Βενναμία, βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέμπτη.] Sic legunt libri MSS. et editi omnes: et quanquam evidentissimum sit, transcriptores hunc locum mirifice contaminasse, non tamen sustinui probabilem coniecturam, et forte verissimam, textui inserere. Totus locus hinc in modum est constituendus: Βέννα, μία βουλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέντε. Non teram tempus in asserenda hac lectione, tantum apponam ipsissima nostri auctoris verba, quae eadem hac sectione leguntur: Ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο βουλαὶ τῶν πέντε τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ, Βέννιοι etc. Hinc satis apparet *Bennam* fuisse unam, non vero quintam, ex quinque Ephesinis curiis.

— "Οτι "Ανδροκλος ὁ κτίσας "Εφεσον.] Mirum est profecto Epitomatorem in sequentibus, ubi Ephesi descriptionem exhibet, nulla omnino de Androclo, qui coloniarum ad eam urbem tendentium dux fuerit, verba fecisse. Unde apparet nos optime scripti pessimam habere Epitomen, eandemque negligenter et oscitanter ab Hermolao esse consarcinatam. De Androclo meminit Strabo lib. XIV. "Αρξαι δέ φησιν "Ανδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ Βασιλέως Ἀθηνῶν. γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίστην.

— Οὗτος Πριηνεῦσι βοηθήσας ἐτελεύτησεν.] Temporibus Androcli Leleges Carici nominis, illum circa Ephesum et Prienen tractum incolebant. Androclus Ionum dux primo Leleges et Lydos in superiori Ephesi parte habitantes, inde eiecit. Postquam etiam Samiis Samon ademisset, Prienensibus contra Caras auxilium tulit, in qua pugna ipse cum multis Ephesiis occubuit. Tota historia, quam noster leviter tangit, extat apud Pausaniam lib. VII. Σαμίων δὲ ἤδη κατεληλυθότων ἐπὶ τὰ οἰκεῖα Πριηνεῦσιν ἤμυνεν ἐπὶ τοὺς Κάρας ὁ "Ανδροκλος, καὶ νικῶντος τοῦ Ἑλ- 217
ληνικοῦ, ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ. Huius cadaver sublatum ab Ephesiis, a
intra suos fines sepulturae mandatum est.

— Καρίνης.] Secundum Epitomatorem scribendum esset Καρήνης, et in fine huius sectionis Καρηναίους pro Καριναίους. Oppidi nomen ex Herodoto et Cratero de Decretis Καρήνη fecit: sed Herodoti codd. agnoscunt Καρίνη, uti postea ostendemus.

— Οἱ δ' ἐν Εὐωνύμῳ.] Vide nostrum in voce Εὐωνυμία.

Βεργεπόλις, 'Αβδηριτῶν.] Hunc locum miserrime esse truncatum, nemo non videt, licet constanter in omnibus editis et MSS. sic legatur. Ego censeo esse ἀποσπασμάτιον sectionis secuturae, et ante τὸ 'Αβδηριτῶν vel excidisse τὸ κτίσμα, vel χωρίον, vel simile quid.

Βέργη. 'Εξ ἧς Βεργαῖος Ἀντιφάνης, ὁ κωμικός.] Antiphanes Bergaeus, qui incredibilia scripsit, non confundendus cum Antiphane comico, uti optime monet Cl. Valesius: nam praeterquam quod Antiphanes comicus non fuit oriundus Berga oppido, sed Cio, aut ut quidam aiunt, Rhodo, certe non eiusmodi poëta fuit, ut in exemplum insignis stultitiae sumeretur: quae enim supersunt illius fragmenta apud Athenaeum, longe aliud testantur. Ipsi Stephano videtur haesisse animus, utrum τὰ ἄπιστα Antiphani comico, an vero alii eiusdem nominis adscribenda sint, quia addit: "Απιστα δὲ οὗτος συνέγραψεν, ὥς φασιν. Antiphanem quendam Bergaeum incredibilia, et falsa scripsisse testantur Strabo lib. I. Polyb. de Virtutibus et Vitiis, Marc. He-

racleota, in Epitome undecim librorum Artemidori, Suidas et alii.

— *Λέγεται καὶ Βέργιον ὑποκοριστικῶς.*] Vide quae hac de re ad vocem *Βαβράντιον* fusius diximus.

Βερενῖκαι. Ὑπὸ Πύῤῥου τοῦ νεωτέρου κτισθεῖσα.] Quod hic nihil omnino de situ urbis tradatur, hoc potius Hermolao
217 Epitomatori, quam Stephano est imputandum. Existimo in Epi-
b ri Cherroneso urbem hoc nomine a Pyrrho conditam esse, referente Plutarcho in eius vita, hisce verbis: *Μεμνημένος δὲ Βερενίκης καὶ Πτολεμαίου, παιδίον μὲν αὐτῷ γενόμενον ἐξ Ἀντιγόνης, Πτολεμαῖον ὠνόμασεν, οἰκίσας δὲ πόλιν ἐν τῇ χεῤῥονήσῳ τῆς Ἠπείρου, Βερενικίδα προσηγόρευσεν.*

— *Δευτέρα ὑπὸ Φιλαδέλφου* etc.] De secundae Berenicae situ ne γρὺ quidem tradit noster. Certum est unam fuisse ex quatuor, quae sinui Arabico adiacent. Prima inter Heroopoliticum promontorium er Strobilum sita est, cuius praeter Melam unus meminit Iosephus lib. VIII. Antiq. observante Cl. Vossio, ubi de classe Salomonica agit, quam perhibet in portu Asiongaber aedificatam esse, qui sua aetate Berenice appellabatur. Alteram collocant geographi in Troglodytica sub solstitiali circulo, uti liquet ex Plinio lib. II. cap. III. Tertia *Epidires* dicitur, quia sita est in intimo Arabici sinus recessu. Plinius etiam quartam addit, et *Πάγχρυσον* appellatam scribit lib. VI. cap. XXIX. Haec fortassis illa est, quae Stephano quarto loco male *Χῖος* pro *Πάγχρυσος* dicitur. Videsis Cl. Vossium ad Melam pag. 228. et sequent.

— *Ἕκτη. Λιβύης, ἡ πρότερον Ἑσπερίς.*] Ita hunc locum ex Vossiano cod. supplere placuit: omnes editi vocem *Λιβύης* non agnoscunt. Haec est Cyrenaïca illa, de qua Plinius lib. V. cap. V. Vide quoque in *Ἑσπερίς*.

— *Λέγεται καὶ πατρωνυμικῶς.*] De patronymicis appellationibus alibi egimus. Vide ad vocem *Ἀθῆναι*.

— *Ἄλλη περὶ Συρίαν, ἣν Πέλλαν καλοῦσι.*] Hanc Stephanus in voce *Πέλλα* Cavae Syriae attribuit, et olim *Butim* nominatam perhibet. Eustathius in commentariis ad Dionysii Periegesin: *Ἥτις καὶ Χεῤῥόνησος ποτὲ ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ἐκεῖ ὑδάτων ἐκλήθη. Καὶ Πέλλα δὲ ὠνομάσθη παρὰ τῶν αὐτόθι Μακεδόνων, διὰ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ Πέλλαν, τὴν τοῦ Φιλίππου πατρίδα.*
218 Haec illa Pella est, quae alio nomine etiam Apamea nominaba-
a tur, de qua in praecedentibus. Vide Vossium ad Melam pag. 141.

Βερέκυντος, γενικὴ τῆς εὐθείας ἀῤῥήτου.] Optime noster hanc vocem sine aspiratione scripsit in fine, secutus exemplum Strabonis, Hesychii et aliorum. Servius ad lib. IX. Aeneid.

Mater Deum a monte Phrygiae Berecynto, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthum dicimus. Dicam ad vocem *Δωδώνη* quid sit *ἄῤῥητον*, ubi eodem utitur Stephanus: *Διόπερ ἔοικεν ὁ τεχνικὸς μεταπλασμὸς ἡγεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν, ταύτης ἄῤῥητον ὡς πεπονθυίας.*

— *Ἔστι καὶ πόλις Φρυγίας.*] Servius ad lib. vi. Aeneid. perhibet esse castellum iuxta Sangarium fluvium, ubi Mater Deum colitur.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βερεκύνται.*] Hesychius: *Βερεκύνται, Φρυγῶν τι γένος, καὶ πρότερον Βερεκυντία ἡ Φρυγία, καὶ αὐλὸς Βερεκύντιος.*

Βερενικίδαι. Δέκα γὰρ φυλὰς ἔχοντες Ἀθηναῖοι.] Antiquis temporibus apud Athenienses quatuor tantum fuere tribus, ex quibus Clisthenes, ut populo placeret, decem effecit, teste Herodoto lib. v. Respicit hunc Herodoti locum Pausanias in descriptione Atticae: *Ὅστις δὲ ἀντικατεστήσατο δέκα ἀντὶ τεσσάρων φυλὰς εἶναι, καὶ μετέθετο σφίσι τὰ ὀνόματα ἀντὶ τῶν ἀρχαίων, Ἡροδότῳ ταῦτα ἐστὶν εἰρημένα.*

— *Ὕστερον δὲ Ἀτταλίδα καὶ Πτολεμαΐδα.*] De Attalo et Ptolemaeo mentionem facit Pausanias loco iam citato: recensitis enim priscorum heroum nominibus, a quibus Athenienses tribubus appellationes indiderant, ita pergit: *Ὕστερον καὶ ἀπὸ τῶνδε φυλὰς ἔχουσιν, Ἀττάλου τοῦ Μυσοῦ, καὶ Πτολεμαίου τοῦ Αἰγυπτίου, καὶ κατ' ἐμὲ ἤδη βασιλέως Ἀδριανοῦ τῆς τε ἐς τὸ θεῖον τιμῆς ἐπιπλεῖστον ἐλθόντες.*

— *Ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγα θυγατρὸς* etc.] Magas rex fuit Cyrenarum, de quo Iustinus lib. xxvi. cap. iii. Verum in vulgatis legitur *Agas*, quod viri docti emendarunt. Polyb. lib. v. et in Excerpt. de Virt. et Vitiis. Polyaenus lib. ii. Stratag. Et Athenaeus lib. xii. tradens ipsum a pinguedine suffocatum esse. Huius 218
filiam Berenicen Ptolemaeus Philopator uxorem habuit, uti ex b
Iustino et aliis liquet.

— *Πατρωνυμικῶς.*] Ita placuit rescribere ex libris MSS. Male omnes editi *πατρωνυμικὰ* exhibent.

— *Καὶ Βουτάδαι.*] Xylander, quem sequimur, optime sic curavit edi: Aldina editio, Florentinaque perperam: *Βουτιάδαι.* Vide Stephanum de hac voce suo loco.

Βέρεξ, ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας.] Existimat Cl. Vossius in observat. ad Melam, hanc gentem male sic a Stephano appellari pro *Βέχειρες.* Pomp. Melae *Bechiri* dicuntur, ita enim ille lib. i. cap. xix. *Deinde minus feri (verum et hi inconditis moribus) Macrocephali, Bechiri, Buzeri.* Indiam et Aethiopiam intelligit noster circa Pontum Euxinum, uti idem Vossius loco iam allegato indi-

[redacted]

cat. Etiam hujus gentis mentio reperitur apud Dionysium de Situ Orbis:

Βύζηρές τοι πρῶτα, καὶ ἀγχόθι φῦλα Βεχείρων.

Βέρης. Ἀπὸ Βέρητος υἱοῦ Μακεδόνος.] Idem hic est Beres, de quo proxima sectione fit mentio.

— *Αὐτοὺς δὲ τὸ φ εἰς β μεταποιεῖν.*] Hunc locum non parum illustrant verba Etymologici Mag. Auctoris, ubi de hac civitate ita scribit: *Βέροια, πόλις Μακεδόνων, ἥν φασιν ἀπὸ Φέρητος τινὸς κτισθεῖσαν. Φέροια, καὶ κατὰ Μακεδόνας Βέροια, τροπῇ τοῦ φ εἰς β, ὡς Φερενίκη Βερενίκη, ἡ γυνὴ τοῦ πατρὸς Πτολεμαίου· καὶ τὴν κεφαλὴν κεβαλὴν λέγουσι.* Addam praeterea insignem locum Plutarchi ex Quaest. Graec. ubi docet Bysium mensem apud Delphos dici, qui Pysius esset: *Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ Φ τῷ Β χρῶνται Δελφοὶ, καθάπερ Μακεδόνες (Βίλιππον γὰρ καὶ Βάλακρον καὶ Βερονίκην λέγοντες) ἀλλὰ ἀντὶ Π. καὶ γὰρ τὸ πατεῖν βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσι. ἔστι οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος.*

Βέροια. Ὡς Φάλακρον Βάλακρον.] Abest a Palatinis codicibus *τὸ φάλακρον*, uti scripsit Salmasius in margine sui libri. Balacri mentio fit apud Polyb. Legat. LXIX. ejus filius Pantauchus a Perseo legatus eligitur, et ad Romanos cum Medone Beroeaeo mittitur.

219 a — *Καὶ Βεβαλῖνον.*] Haec vox in mendo cubat, legendum videtur *κεβαλῖνον*, quod Macedones dixere pro *κεφαλῖνον*: sic quoque *κεβαλὴ* pro *κεφαλή*. Estque *κεφαλῖνος* piscis, quem alio nomine *βέψιαν* appellant, de quo Athenaeus lib. VII.

— *Ἄλλοι ἀπὸ Βεροίας, τῆς Βέρητος.*] Eandem genealogiam noster habet in voce *Μίεζα* ex Theagenis Macedoniacis: *Βέρης γὰρ τρεῖς ἐγέννησε Μίεζαν, Βέῤῥοιαν, Ὄλγανον. ἀφ' οὗ ποταμὸς ὁμώνυμος, καὶ πόλις Βερόη.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βεροιαῖος.*] Apud Ursinum in aereo numismate conspicitur haec inscriptio: *ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ*. Non video rationem quare Ursinus *τὸ Βεῤῥιεὺς*, quod est apud Polybium Legat. LXIX, praeferat, cum ab antiquis numismatibus, tanquam incorruptis testibus, gentilium nominum forma peti debeat. Utitur Philostorgius genitivo cum praepositione lib. IX. cap. VIII. *Δημόφιλος ἀπὸ Βεῤῥοίας.*

— *Ἔστι καὶ πόλις Συρίας.*] Scio plures esse qui existiment, hanc urbem esse recentiorum Aleppo, et Turcicum emporium celeberrimum, quod non facile mihi persuaderi patiar, nisi litem de distantiis ad alias urbes sublatam viderim.

— *Οἱ δ' ἐγχώριοι, Βερόειαν.*] Sequimur Aldinam et Floren-

tinam: male enim Xylander divulgaverat: οἱ δ' ἐγχώριοι, Βερόειαι. Idem etiam Salmasius ad marginem sui libri correxerat.

Βέρουνος.] Lepidissima est fabula, quam Suidas de origine huius urbis posteris reliquit: *Βηρούνιον, ὄνομα πόλεως. Νωρικοὶ γὰρ ἔθνος, ἔνθα συὸς χρῆμα θεόπεμπτον τὴν χώραν ἐλυμαίνετο. καὶ αὐτῷ πάντες ἐπιχειροῦντες, οὐδὲν ἤνυον, μέχρι τις ἀνὴρ τὴν σῦν περιτρίψας, ἐπὶ τοὺς ὤμους ἀνέθετο, οἷόν τι καὶ περὶ Καλυδῶνος μυθεύεται. οἱ δὲ Νωρικοὶ ἐπεβόησαν, εἷς ἀνήρ, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, τουτέστι Βὴρ οὔνους. ὅθεν ἡ πόλις Βηρούνιον ἐκλήθη.* Vide porro Cluverium, situm et alia hanc urbem spectantia memorantem lib. 1. Ital. antiq.

— *Μεταξὺ τῶν Ὠρίκων.*] Sic habent MSS. et libri editi. Cluverius iam olim emendaverat, *μεταξὺ τῶν Νωρίκων*, quod etiam 219
a Salmasio in margine sui libri factum video: sed primus om- B
nium Ortelius hunc locum ita instauravit.

Βέρυτις, Τρωϊκὴ πόλις.] Hactenus hic locus in vulgatis mutilus fuit. Ex codice Vossiano τὸ πόλις addere placuit. Haec eadem est urbs, quam Berithrum alio loco appellat. *Βήριθρος, πόλις Τρωϊκή. τὸ ἐθνικὸν Βηρίθριος.*

Βέσβικος, νησίδιον περὶ Κύζικον.] Antiquis temporibus non erat insula, sed Bithyniae adiuncta, uti refert Plinius lib. II. cap. LXXXVIII.

— *Διογένης ὁ Κυζικηνός.*] A Suida Diogenes sive Diogenianus appellatur: *Διογένης ἢ Διογενιανὸς Κυζικηνὸς γραμματικὸς ἔγραψε περὶ πατρίας Κυζίκου.* Ita hunc Suidae locum emendat Salmasius in margine sui Stephani. Vulgati Suidae codd. habent, *ἔγραψε πατρία Κυζίκου.*

— *Καὶ Φοίβη.*] Eiecto spurio, scilicet τὸ *Φοινίκη*, quod omnes editi agnoscunt, antiquam et veram lectionem reduxi ex MSS. Palatinis et Vossiano. *Phoenice* enim nulla ratione inter insulas circa Cyzicum iacentes poni debet. De *Phoebe* circa Cyzicum egregius est locus apud Plinium lib. v. cap. XXXII. *Insulae in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, unde Cyzicenum marmor: eadem Neuris et Proconnesus dicta. Sequuntur Ophiusa, Acanthus, PHOEBE, Scopelos, Porphyrione, Halone cum oppido.* Phoenice sita erat extra Hellespontum prope Tenedum. Plinius lib. v. cap. XXXI. *Extra Hellespontum adversa Sigaeo littori adiacet Tenedus, Leucophrys dicta, et Phoenice, et Lyrnessos.*

Βεσκία, πόλις Αὐσόνων.] Inter Massicum montem, teste Cluverio, et Lirim amnem fuit urbs *Vescia* et *Vescinus* ager. Livio hic ager et urbs saepissime commemorantur. Lib. VIII. *Cae-*

terum Ausonum gens, proditione urbium, sicut Sora, in potestatem venit. Ausona et Minturnae et Vescia urbes erant.

— Τὸ ἐθνικὸν, Βεσκιάτης.] At Romani, uti optime censet Cluverius, a Vescia potuere deducere *VESCINI*, ut a Fescennia,
220 Saturnia, Pollentia, Potentia, Aricia, Fescennini, Saturnini,
a Pollentini, Potentini, Aricini etc. Livius lib. iam citato: *Itaque placuit, ut duae coloniae circa Vescinum et Falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quae Minturnae appellatae: altera in saltu VESCINO, Falernum contingente agrum.*

Βεύη. Βεῦος ποταμός.] Huius amnis memoria reperitur apud Livium lib. XXXI. cap. XXXIII. hisce verbis: *Ad Lycum stativa posuit prope flumen Beuum: inde frumentatum circa horrea Dassaretiorum mittebat.*

Βέχειρ, ἔθνος Σκυθικόν.] Grammatici notant, ut optime perhibet Cl. Vossius ad Melam, Βέχειρ et Βέχειρος utrumque rectum esse. Zenobius in Paroemiis: Βέχειροι ἐὰν ἀπὸ νόσου σωθῶσι, κυσὶν ἑαυτοὺς παραβάλλουσιν. Usitatius tamen Βέχειρ et Βέχειρες. Vide quae ad vocem Βέρεξ annotavimus. Illorum regio vocatur Βεχειρική, uti testatur Hecataeus in Asiae descriptione in voce Χοῖ. Ἐς μὲν τοῦτο ἡ Βεχειρική, ἔχονται δ' αὐτῶν Χοῖ. Apollon. Rhod. lib. II. Argonaut.

Μετὰ δ' αὖ πειρέσσια φῦλα Βεχείρων.

— Ὡς Σάπειρ, ἢ μετὰ τοῦ σ, Σάσπειρ.] Etsi codd. MSS. et editi ita habeant, nunquam tamen pro legitima hanc lectionem habebo. Sine dubio rescribendum est: ὡς Ἄπειρ, ἢ μετὰ τοῦ σ Σάπειρ. Innumeris nominibus propriis nunc addi τὸ σ, nunc vero demi, aliis in locis demonstravimus. Puto eandem esse gentem, de qua Stephanus alibi sic scribit: Σάπειρες, ἔθνος ἐν τῇ μεσογείᾳ τῆς Ποντικῆς, οἱ νῦν διὰ τοῦ Β λεγόμενοι Σάβειρες. Optime tamen omnium nostram emendationem confirmant verba Etymologici Mag. Auctoris: Βέχειρ, ἔθνος Σκυθικὸν, ὡς Ἄπειρ, ἢ μετὰ τοῦ σ Σάπειρ. Eadem vox corrupta occurrit apud eundem Etymologum in voce ἀνήρ, ita enim ille: Τὰ εἰς ηρ ἐπὶ παντὸς γένους διὰ τοῦ η γράφεται, πλὴν τοῦ χεὶρ, φθεὶρ, Βέχειρ, Σάφειρ (Lego Σάπειρ) ἔθειρ, εἰνάτειρ, Ἐλάτειρ ποταμός· Αἴγειρ (malim Αἴγειρ) ποταμὸς, Ἐλεάζειρ.

— Αἴχειρ, ποταμὸς περὶ Πλάταιαν.] In Boëotia esse fluvium huius nominis circa Plataeam, nemo geographorum statuit. Censeo ultimam vocem summa librariorum incuria, crebraque transcriptione deturpatam esse. Ingenue fateor, nihil mihi in mentem venire, quo commode huic loco medicina adferri possit: nam si vel τὸ Γαλάτας, vel Γαλλίαν rescripserim, utrumque nimis longe a vulgata lectione recedere existimabitur: alterum tamen eorum

est amplectendum, si quis fluvium Celtarum in Aruernorum finibus orientem, et Heduos a Biturigibus dividentem intelligat. Tibull.

Testis Arar, Rhodanusque celer, magnusque Garumna,
Carnuti et fluvii caerula lympha Liger.

— Χρυσοέθειρ.] Rarissime haec vox in Graecorum scriptis occurrit, eamque accipi posse existimo de homine flavis crinibus praedito, quemadmodum apud Coluthum χρύσειοι πλόκαμοι sermone familiari hoc modo sumuntur. Verum et optime hoc verbum in illos quadrat, qui inter veteres auri ramentis quotidie capillum spargebant, quod de Gallieno testatur Trebellius Pollio: *Mantilibus aureis semper stravit. Gemmata vasa fecit, eademque aurea.* 220
Crinibus suis auri scobem aspersit. Eundem quoque morem observasse Salomonis equites scribit Iosephus lib. VIII. Antiq. Iud. cap. II. hisce verbis: Ψῆγμα δὲ χρυσίον καθ' ἡμέραν αὐτῶν ἐπέσηθον ταῖς κόμαις. ὡς στίλβειν αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τῆς αὐγῆς τοῦ χρυσίου πρὸς τὸν ἥλιον ἀντανακλωμένης. Hac de re etiam locus est egregius apud Herodianum lib. I. de Commodo: Ὀφθαλμῶν τε γὰρ ἀρθμίαι καὶ πυρώδεις βολαὶ, κόμη τε φύσει ξανθὴ καὶ οὔλη. ὡς, εἴποτε φοιτῴη δι' ἡλίου, τοσοῦτον ἐκλάμπειν αὐτῷ πυροειδές τι, ὡς τοὺς μὲν οἴεσθαι ῥίνημα χρυσοῦ προϊόντι ἐπιπάσσεσθαι.

— Ἑκατόγχειρ.] Aegionis vel Briarei epitheton, uti liquet ex Apollodoro de origine Deorum circa initium lib. I. Apud Palaephatum de Cotto et Briareo reperitur τὸ Ἑκατοντάχειρ, et urbis nomen Ἑκατονταχειρία inde formatum: Τῇ πόλει ὄνομα Ἑκατοντάχειρία, ἐν ᾗ ᾤκουν. ἦν δὲ πόλις τῆς νῦν καλουμένης Ὀρεστιάδος· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Κόττος καὶ Βριάρεως, καὶ Γύγης, οἱ Ἑκατοντάχειρες. Horat. Carm. lib. II.

Nec si resurgat centimanus Gyges.

Βῆγις, πόλις Τράλλεων.] Male in Florentina editione Βῆγης excusum est. Noster in voce Μέτηλις mentionem facit de oppido quod dicitur Βῆχις, sed ad hanc sectionem minime pertinet. Begis vicina fuit Boluro Illyridis urbi, sic enim Stephanus: Βόλουρος, πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Τράλλεων· μοῖρα γὰρ τῶν Ἰλλυριῶν Βῆγις καὶ Βόλουρος.

— Τὸ ἐθνικὸν, Βηγίτης, τῷ κοινῷ χαρακτῆρι.] Geminas noster communis characteris terminationes facit, alteram in ιτης, uti hoc loco Βηγίτης; alteram vero in ιος, quemadmodum docet in Τελχὶς, πόλις Αἰθιοπίας, πρὸς τῇ Λιβύῃ· τὸ ἐθνικὸν, τῷ μὲν ἔθει τῆς χώρας, Τελχίτης, τῷ δὲ κοινῷ χαρακτῆρι, Τελχίνιος.

Βηθλεμα.] Cum aspiratione haec vox sine dubio est exaranda, ita recto literarum ordine, et auctoritate Septuaginta Interp. nec non Euangelistarum atque aliorum, passim Βηθλεέμ,

[redacted]

non vero *Βητλεὶμ* exarantium, postulante. Et fortassis hic non *Βήθλεμα*, sed *Βηθλέεμα* scribendum est; nam οἱ Ο', Euangelistae, et Iosephus passim in fine duplex *E* agnoscunt, uti mox apparebit.

— *'Εκ Βητλεεμῶν.*] Rescribe etiam hic, *ἐκ Βηθλεεμῶν*. Locus quem noster ex Iosepho allegat, reperitur lib. v. Antiq. Iud. cap. xi. *'Επὶ τούτου λιμοῦ γενομένου Ἀβιμέλεχος ἐκ Βηθλεεμῶν, ἔστι δ' ἡ πόλις αὕτη τῆς Ἰούδα φυλῆς.* Verum censeo apud Iosephum ex nostro emendandum *ἐκ Βηθλεεμῶν*: nam eodem capite paucis interiectis versibus sic scribit Iosephus: *'Ελθοῦσαν δὲ Ῥουθὴν μετὰ τῆς πενθερᾶς εἰς τὴν Βηθλεεμῶν.* Sic optime ibi legitur, sed subintellige hic *πόλιν*, *χώραν* vel simile quid: est enim in usu apud Stephanum et alios ellipticum hoc loquendi genus, ita enim noster in *Βερενικίδαι· τὰ εἰς τόπον, εἰς Βερενικιδῶν φασι, τὰ δ' ἐν τόπῳ, ἐν Βερενικιδῶν.*

221 — *Βητλεμίτης.*] Fortassis et hoc loco rescribendum est:
a *Βηθλεεμίτης.*

Βῆλος, ἡ καὶ Μῆλος.] Mallem legere, *Βῆλος, ἣ καὶ Μῆλος*, uti saepenumero noster aliis in locis loquitur. Infra a Stephano appellabatur *Βέλων*. De situ lege Strabonem lib. iii. Plinium lib. iii. cap. i. Melam lib. ii. cap. vi. Ptolemaeum lib. i. cap. iv. Marcianum Heracleotam et alios.

— *Βηλὸν λέγειν τὸν οὐδὸν τῆς θύρας.*] Hoc sensu vocem accepit Homerus Iliad. *A.* ubi Vulcanus de limine divino, id est coelo, proiicitur:

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
Ῥῖψε, ποδὸς τεταγὼν, ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Alias, et quidem egregias huius vocis explicationes invenies apud Eustathium ad hunc locum et Etymologici Mag. Auctorem in *Βηλός*. Apud Hesychium legimus: *Βηλὸς, οὐδὸς οἴκου, ἀπὸ τοῦ βαίνεσθαι.*

— *Μηλάρια.*] Scriptura huius vocis admodum est inconstans in antiquorum libris: verum Stephani maxime est praeferenda, si urbs *ἀπὸ τῶν μήλων* nominis originem traxerit. Straboni lib. iii. dicitur *Μελλάρια*, non absque suspicione mendi, nam et illo in loco *η* desidero. Pomponius Mela lib. ii. cap. vi. *Tum Mellaria et Belo, et Besippo, usque ad Iunonis promontorium oram freti occupat.* Vide quoque Plinium lib. iii. cap. i. Solinum, Ant. Itinerarium et alios. Apud Ptolemaeum reperitur *Μενραλία*, et apud Marcianum Heracleotam *Μενλάρια*, de quo vehementer ambigo, licet Salmasius eam vocis scripturam defendere conetur.

— *Ἃ χρύσεα λέγεται Ἡρακλῆς ἐκ τῆς Λιβύης* etc.] Fabula

[redacted]

originem duxit ex ambigua significatione vocabuli *μῆλα*, *oves* et *mala* significantis. Varro lib. I. de Re Rust. *Aurea mala, id est, secundum antiquam consuetudinem caprae et oves; quas Hercules ex Africa in Graeciam exportavit.*

Βήνη, πόλις Κρήτης.] Sequimur priores editiones et MSS. codices: in Xylandriana pessimo typothetarum errore *Βύνη* excusum est.

— *Ῥιανὸς γὰρ ὁ ποιητὴς Βηναῖος ἦν* etc.] Quanquam etiam Pausanias in Messeniacis testetur Rhianum Benaeum fuisse, alias tamen de eius patria opiniones adfert Suidas: *Ῥιανός. ὁ καὶ Κρὴς ὢν Βηναῖος. Βήνη δὲ πόλις Κρήτης. τινὲς δὲ Κεραίτην. ἄλλοι δὲ, ἐξ Ἰθάκης τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν.* Ita hunc locum lege.

— *Ἡ Κερεάτης, ἢ Κρής.*] Si *Bene* fuit urbs Cretae, quis 221
dubitabit Rhianum fuisse *Κρῆτα*? Melius Suidas loco citato, *ὁ* b
καὶ Κρὴς ὢν Βηναῖος, eodemque loco pro *τοῦ Κερεάτης* habet *Κεραίτης*. Sed uterque locus levi mendo laborat, rescribendum forte *ἢ Κερέτες, ἢ Κρής*. Polybius lib. IV. *Καὶ Πολυῤῥήνιοι μὲν καὶ Κερέται καὶ Λαμπαῖοι* etc.

Βήριθρος, πόλις Τρωϊκή.] Haec eadem est, quemadmodum in praecedentibus diximus, quam Berytin appellavit.

Βηρυτὸς, πόλις Φοινίκης.] Sita est ad mare Syriacum inter Byblum et Sidonem media: a Sidone, uti Strabo lib. XVI. auctor est, quadringentis fere stadiis distans. Portum habuisse testis est Scylax Caryandensis, cuius formam nobis egregie ob oculos ponit Ioh. Phocas in itinerario suo: *Βηρυτὸς, πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, λειμώνων περιστοιχουμένη πλήθεσι, καὶ κάλλει λιμένος λαμπρυνομένη. οὐ γὰρ φυσικός ἐστιν ὁ λιμὴν, ἀλλὰ τεχνικῶς γενόμενος, μηνοειδῶς ἐγκολποῦται τῇ πόλει, καὶ περὶ τὰ τοῦ κόλπου μηνοειδοῦς σχήματα κέρατα δύο μεγάλοι πύργοι ἐφίδρυνται, ὧν ἐκ τοῦ θατέρου πρὸς τὸν ἕτερον ἅλυσις ἐκταθεῖσα τὰς ναῦς ἔσωθεν τοῦ λιμένος ἐναποκλείει.* In depraedicandis huius urbis laudibus omnino luxuriatur Nonnus Panopolita lib. XLI. Dionysiacorum, testificans praeterea eam a Romanis *Beroen* fuisse dictam, qua de re lege iudicium Illustris Scaligeri ad Eusebium.

— *Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ' αὐτοῖς.*] Optime in hanc rem Hesychius: *Βήρ, τὸ φρέαρ, Σύροι.*

— *Τὴν ἰσχὺν βηρουτὶ Φοίνικας ὀνομάζειν.*] Pro *βηρουτὶ* Cl. Bochartus optime legendum existimat *Βηρόυτ*, cuius verba integra adscribam. „En Beryti nominis duas origines; unam ex באר *beer* vel *ber*, id est puteo, quod vocabulum Phoenices commune habuere cum Hebraeis; alteram ex בירות *beruth*, id est robore; nam בירות *beruth* est pro אבירות *abiruth* ex אביר *abir*, quod *validum* sonat.“ Scio Scaligerum ad Eusebium non probare secun-

dum huius vocabuli etymon, quod ego tamen verissimum existimo: nam τὸ βεροὺτ denotare *robur*, etiam manifeste liquet ex Hesychio, apud quem legimus: Βῆρυς, ἰχθύς. Sed locus pessime est depravatus, rescribe confidenter, Βῆρυς, ἰσχύς. Munitissimam ergo et validam Berytum fuisse urbem, vocis origo satis manifeste arguit.

— Ὁ πολίτης, Βηρύτιος.] Hoc gentile habet Iosephus lib.
222 xvii. Antiq. Iud. cap. xii. conspiciturque in hortis Arundelianis
a ex oriente advecta haec inscriptio.

ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΤΟΤ ΘΕΟΔΩΡΟΤ ΒΗΡΤΤΙΟΣ
ΕΤΕΡΓΕΤΗΣ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΤΡΙΟΙΣ.

Latino ore dicebatur BERUTENSIS, uti liquet ex inscriptione, quae legitur Neapoli in aedibus Marcelli Muscettolae Equitis, quam Cl. Reinesius cum viro docto communicavit.

IMP. CAESARI
IEROPOLITANI
BEPYTENSES
QUI PUTEOLIS CONSISTUNT.

Utitur eodem gentili Ulpianus L. 1. D. de Cens. §. 1. *Sed Berytensis colonia in eadem provincia Augusti beneficiis gratiosa* etc. Praeterea etiam BERYTIENSIS reperitur § 7. Const. Iustin. de Concep. D. *Haec autem tria volumina a nobis composita, tradi eis tam in regiis urbibus, quam in Berytiensium pulcherrima civitate.* Praeferendum tamen multis nominibus *Berytensis*, imo vehementer ambigo, an *Berytiensis* non leviter sit corruptum.

— *Καὶ ἀμβρόσιος.*] Nullum est dubium, quin hoc loco rescribendum sit, *καὶ ἄμβροτος*: nam quemadmodum a *θεόδοτος* fit *θεοδόσιος*, ab *ἀθάνατος ἀθανάσιος*, sic ab *ἄμβροτος* fit *ἀμβρόσιος*. Adducuntur enim a nostro exempla nominum in *τος* desinentium, unde illa in *σιος* exeuntia derivantur. Vide Etymologici Mag. Auctorem in Ἀμβρόσιος.

— *Περὶ τοῦ Περκώσιος ἐροῦμεν.*] Promiserat Stephanus suo loco dicturum, quare a *περκώτη*, quae Troadis urbs est, derivandum sit gentile *Περκώσιος*: verum nulla istius rei isthac in voce memoria superest, quod etiam inter Epitomes signa est recensendum.

— *Αἶαν ἐραννήν.*] Cod. Vossianus: *Αἶαν ἐρατεινήν.* Sed metri lex sic non constat.

— *Ὡς τρισύλλαβος.*] Idem cod. MS. *Ὡς τρισύλλαβα.*

222 — *Κορδυτὸς πόλις.*] Eadem fortassis est haec urbs, quam
b

alio loco *Κόρδυλον* appellavit. *Κόρδυλός, πόλις Παμφυλίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.*

— *Τὸ Σεβέννυτος.*] Hanc vocem suo loco noster duplici *N* exaravit, *Σεβέννυτος*. Est urbs Aegypti notissima.

— *Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει.*] Si noster existimet, Herodianum Locridis urbem simplici sigma consignasse, maxime fallitur et toto coelo errat: contrarium enim de Herodiano testatur Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 227. *Ἡ δὲ Βῆσσα, ὅτι μὲν κατά τινας δι' ἑνὸς γράφεται σ, εἴρηται πρὸ βραχέων. Ἡρωδιανὸς δὲ διὰ δύο γράφει.* Quod si vel Herodianus vel alii simplici S in hac voce exaranda fuerint usi, non intellexere hanc Locridis civitatem, sed *δῆμον* Atticae, de quo commentario secuturo mentionem faciam.

— *Διὰ δύο.*] Etiam Strabo lib. IX. in Locridis periegesi scriptionem cum duplici *T* praefert, et rationem dat: *Ἑξῆς δὲ Βῆσσά τι πεδίον. καλοῦσι δ' οὕτως ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος τῷ τόπῳ. δρυμώδης γάρ ἐστι. ταύτην μὲν οὖν τὴν Βῆσσαν ἐν τοῖς δυσὶ γραπτέον σσ. ἀπὸ γὰρ τοῦ δρυμώδους ὠνόμασται ὁμωνύμως.* Praeterea addit, Bessam Locridis cum duplici S proferri, ad differentiam Besae Atticae: *τὸν δ' ἐν Ἀττικῇ δῆμον, ἀφ' οὗ Βησαιεῖς οἱ δημόται λέγονται, ἐν τῷ ἑνὶ σ γράφουσι.* Apud Suidam tam reperitur hoc nomine tribus Antiochidis, sed duplici S exaratur.

Βῆσσα. Αὐγείας ἐρατεινάς.] Aldina editio Florentinaque exhibent: *Αὐγείαν ἐρατήν.* Multo adhuc peius Xylandriana: *Αὐγείαν ἔρα.* Nos eiecto spurio, antiquam lectionem revocavimus.

— *Ἀπὸ τῆς τόπου φύσεως.*] Qualis *Βῆσσα* sit locus, legito apud Hesychium et Etymologici Mag. Auctorem. Huius vocis etymon etiam agnoscere videtur Eustathius ex Strabone loco iam allegato: cuius verba producam, quia leviter sunt corrupta: *Ἀρέσκει δὲ καὶ τῷ γεωγράφῳ ἡ διὰ τῶν δύο σσ γραφὴ τῆς Βήσσης. ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτόθι δριμώδους* (lege *δρυμώδους*) *φησὶν ὠνομάσθαι ὁμωνύμως.*

Βίβαστος. Εἰ δὲ Βούβαστος.] Quid haec et sequentia ad rem faciant non video: est enim Bubastus Aegypti oppidum, geographis decantatissimum.

Βιβλίνη. Ὁ Βίβλινος οἶνος.] Huius vini mentio reperitur apud Theocritum Idyl. XIV. 223 a

——— *Ἀνῷξα δὲ Βύβλινον αὐτοῖς*
Εὐώδη τετόρων ἐτέων. ———

Locus leviter est corruptus: lege *Βίβλινον.* De hoc vino legito Hesychium, Etymologici Mag. Auct. Suidam atque alios.

— *Δῆμος δ' ὁ Δήλιος τὸν Νάξιόν φασι.*] Salmasius in mar-

[redacted]

gine sui libri emendat ex Athenaeo *Ζῆμος δ' ὁ Δήλιος*. Verum quid de illo loco pronunciaverit Casaubonus, longum nimis foret hic enarrare. Omnes editi et MSS. constanter *τὸ Δῆμος* agnoscunt, quod non temere mutaverim: nam idem videtur, qui de Attica scripsit apud Hesychium in *Ἀγαμεμνόνια. ἱστοροῦσι τὸν Ἀγαμέμνονα περὶ τὴν Αὐλίδα καὶ πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος φρέατα ὀρύξαι, καὶ Δῆμος δὲ ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῆς Ἀτθίδος*. Praeterea hic Demus Delius commentaria in Homerum conscripsit, e quibus haec de vino Naxio hausit Stephanus, nam eadem traduntur ab Etymol. Mag. Auct. in *Βίβλινος οἶνος*: locum producam, quia emendatione indiget: *Σῖμος δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ τῆς Ἰλιάδος, ἐν Νάξῳ φησὶ ποταμὸν Βιβλίνην. ἀφ' οὗ καλοῦσιν οἶνον Βίβλινον, διὰ τὰς πεφυκυίας ἀμπέλους*. Sed quis hic *Σῖμος*? Scribe potius *Δῆμος δὲ ἐν τῇ* etc. Certissimum enim est, et nostrum Stephanum et Etymologum haec ex iisdem hausisse fontibus.

Βίδος, φρούριον ἐν Σικελ.] Testatur Cluverius, in Syracusano agro inveniri reliquias antiqui oppidi cum templo, cui vulgaris appellatio *S. Giovanni di Bidini*. Cicero in Verrem: *Bidis oppidulum est tenue sane, non longe a Syracusis.*

— *Ἕτερον ἐν τῇ τῶν Ταυρομενιτῶν χώρᾳ.*] Male cod. Voss. *ἐν τῇ Σαυρομενιτῶν χώρᾳ*. Huius castelli, eodem perhibente Cluverio, nusquam apparent vestigia, adeo ut incertae positionis sit.

Βίεννος. Ἀπὸ Βιέννου.] Xylandrianam sequimur. Editio prima et secunda male exhibent: *οἱ μὲν ἀπὸ Βέννου*.

— *Ὤτου καὶ Ἐφιάλ. τῶν παίδ.*] Iure meritoque hunc locum Xylander asterisco notavit, nam *τὸ δεδέσθαι*, vel simile quid, ut sententia sit perfecta, excidisse, nemo in dubium vocabit,
223 qui apud Homerum Iliad. *E.* in eximia Diones oratione legerit,
b Martem olim ab Aloëi filiis validis vinculis ligatum et tredecim menses aereo carcere inclusum fuisse:

Τλῆ μὲν Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος κρατερός τ' Ἐφιάλτης
Παῖδες Ἀλωῆος δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ,
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας.
Καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο Ἄρης ἆτος πολέμοιο,
Εἰ μὴ μητρυιὴ περικαλλὴς Ἠερίβοια,
Ἑρμέᾳ ἐξήγγειλεν. ——

Totum itaque locum hunc in modum suppleo atque emendo: *Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Ἄρη γενομένης βίας, ὃν ἐνταῦθά φασι δεδέσθαι ἀπὸ Ὤτου καὶ Ἐφιάλτου τῶν παίδων Ποσειδῶνος.* Et quicunque evolverit comment. Eustathii ad hunc locum, de hac emendatione non ambiget. Verum dubitarunt mythologiae docto-

res, utrum Neptuni, an vero Aloëi filii fuerint Otus et Ephialtes, uti liquet ex Hyg. Fab. XXVIII. Isacius in Scholiis ad Lycophronem scribit, Alphaei filios fuisse: *Καὶ Ὅμηρος φησὶ περὶ τῶν Ἀλφαίου παίδων, Ὦτον καὶ Ἐφιάλτον. Ὄσσαν ἐπ' Ὀλύμπου μέμασαν θέμεν.* Certissimum est, hunc locum transcriptores depravasse, et restitui debere: *περὶ τῶν Ἀλωέως παίδων.*

— *Καὶ μέχρι καὶ νῦν.*] Vitium irrepsit; lege, *καὶ μέχρι τοῦ νῦν.*

— *Ἑκατομφόνια.*] Si quis olim centum hostes interfecisset, Iovi hominem sacrificabat. Illa itaque sacra *Ἑκατομφόνια* appellantur.

— *Τῷ Τεμιλίῳ Διΐ.*] Ignotum mihi Iovis nomen. Clarissimus Bochartus in margine sui libri emendavit, uti ad me scripsit doctissimus Morinus: *Τῷτε μήλην Διΐ Βιεννίῳ.*

— *Ἐν Γαλλίᾳ.*] Xylander adiutus optimae notae MSS. merito edi curavit *ἐν Γαλλίᾳ.* Editiones Xylandrianam praecedentes, MSS, Palatini, nec non chartaceus Vossianus constanter agnoscunt, *ἐν Γαλιλαίᾳ,* quod est vitiosissimum.

— *Σύμπασαν Κρήτην.*] Aldina Florentinaque *τὴν σύμπασαν Κρήτην.*

— *Ἐπὶ τὸν Ῥόδανον.*] Chartaceus Vossianus male: *ἐπὶ τὸν Ῥόδανον.* Similiter quoque Ald. et Flor. editio.

— *Τῆς Γαλλίας.*] Libri editi omnes et MSS. excepta Xylandriana: *τῆς Γαλιλαίας,* quod itidem mendosissimum.

— *Ἧς μνημονεύει πόλεως Εὐσέβιος.*] Omnes editiones constanter exhibent: *ἧς μνημονεύει πολλάκις Εὐσέβιος:* quod mendum ex compendiosa scriptura ortum videtur: fortassis haec antiqua fuit scriptura: *ἧς μνημονεύει πολ. Εὐσέβιος.* Nos veram lectionem reduximus, Vossiano MS. ita suadente. 224 a

Βιζύη, πόλις Θρᾴκης.] Solinus cap. x. *In Caeniensi regione non longe a Flaviopoli colonia, Bizye oppidum, quondam arx Terei regis, invisum hirundinibus.* Verum in *Caenica* non est collocanda Bizye, uti optime monet Salmasius, sed in *Astica*: erat enim ibidem, ut noster perhibet, *τὸ τῶν Ἀστῶν βασίλειον.* Etiam Plinius huius oppidi meminit, et Socrates in Hist. Eccles. lib. IV. cap. XV.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βιζυηνός.*] Variis modis hoc gentile in numismatibus excusum conspicitur, teste Spanhemio. In Adriani nummis regiis ac Mediceis *ΒΙΖΥΗΝΩΝ*, in aliis autem Philippi nummis *ΒΙΣΣΗΝΩΝ* et *ΒΥΖΥΗΝΩΝ.* Hinc nata illa auctorum diversitas: nam oppidum quibusdam *Byzia*, aliis *Bisa*, et nonnullis *Βιζύη* appellatur: et in Actis Conciliorum *Βύζης* et *Byziae* reperitur. Aliud quoque gentile a tribus iam nominatis di-

[redacted]

versum legitur apud Ioh. Cantacuzenum lib. III. cap. LXXVIII. *BIZΥΙΟΙ δὲ, οὔτε ἐπηγέλλοντο σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν παραδιδόναι.*

Βιζώνη, πόλις Ποντική.] Non longe a Tetrisiade hoc oppidum erat situm: de eo sic scribit Auctor Peripli Ponti Euxini: *Ἀπὸ δὲ Τετρισιάδος ἤτοι ἄκρας εἰς Βιζώνην πολίχνιον ἐν ᾧ σάλος στάδια ξ', μίλια η. Τοῦτο τὸ πολίχνιον τινὲς μὲν φασὶν Βαρβάρων, τινὲς δὲ ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας.*

Βιθυνία, πρὸς τῷ Ποντ. etc.] Tristanus in antiquo numismate invenit *ΒΕΙΘΥΝΙΑ*. Et Spanhemius in nummis Domitiani, quos servat gaza regia Gallorum: *ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΚΑΙ*
224 *ΠΡΩΤΗ ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ ΝΙΚΟΜ.* Haec regio olim multis no-
b minibus insigniebatur, uti testis est Sallustius apud Isidorum, cuius verba ita sunt emendanda: *Prima Asiae minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad solis orientis partem adversa Thraciae iacet, multis antea nominibus appellata: nam prius Bebrycia dicta, deinde Mygdonia, mox a Bithyno rege Bithynia appellata, ipsa est et maior Phrygia.* Praeterea Bithynia etiam Mariandyna nuncupata fuit, uti auctor est Eusebius Chron. lib. I. *Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ πρὶν Μαριανδύνη.*

— *Τὸ μόσυνος βαρυνόμενον.*] Ad *τὸ μόσυνος* quod attinet, videtur esse casus obliquus a recto *μόσυν*, turris, domus lignea qua utuntur *Μοσύνοικοι*, populus de quo passim geographi. Hesychius: *Μόσυν, πύργος.* Originem habet *παρὰ τὸ μῶ τὸ συντεθῶ*, teste Etymologici Mag. Auctore. Verum quare *τὸ μόσυνος* in omnibus editionibus accentum habeat in antepenultima, rationem nullam video, nam quid *τὸ βαρυνόμενον* apud Grammaticos denotet, omnes norunt, qui eorum tribus obiter salutarunt.

— *Τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ σ.*] Vitium irrepsit: videtur legendum: *τὰ γὰρ ἔχοντα τὸ Ε,* atque ita canon sequenti verbo *γέρυνος* respondebit.

— *Καὶ τὸ γέρυνος.*] Sequimur editiones Xylandrianam praecedentes. In Xylandriana erat *τὸ γύρινος*, quod ad hunc locum non pertinet. Lexicographi tribus modis hanc vocem efferunt: *γέρυνος, γύρινος* et *γέρινος*. Hesychius: *Γύρινος, τὸ ἐκ τοῦ βατράχου παιδίον.* Etymologici Mag. Auctor: *Γύρινοι, οἱ μικροὶ βάτραχοι. παρὰ τὸ γυρὸν τὸ περιφερές. τοιοῦτοι γάρ εἰσι.*

Βιθύνιον. Παυσανίας ὀγδόῳ.] Noster hunc Pausaniae locum innuit: *Γένος ἦν ὁ Ἀντίνους ἐκ Βιθυνίου τῆς ὑπὲρ Σαγγαρίου ποταμοῦ. οἱ δὲ Βιθυνιεῖς Ἀρκάδες τέ εἰσι καὶ Μαντινεῖς τὰ ἄνωθεν.* Sic legendum esse hunc locum iam olim doctissimus Syl-
225 burgius annotavit. Vide quoque Plinium lib. v. cap. XXXII. et Pto-
b

lemaeum, qui scribit lib. v. cap. i. Bithynium Claudiopolin appellari.

Βιθανόπολις.] Legendum esse *Βιθυνόπολις* satis manifeste ostendit τὸ ἐθνικὸν *Βιθυνοπολίτης*, uti in margine sui libri observat Salmasius.

Βῖσα, πόλις Θρᾴκης.] Non ambigo, quin idem sit oppidum, quod Stephanus supra *Βιζύη* appellavit: liquet hoc ex epigraphe nummi Philippei, *ΒΙΣΣΗΝΩΝ*, quod deductum est a *Βίσσα*: dempto enim *Σ* habemus *ΒΙΣΑ*. Vide comment. ad illum locum.

Βίλβινα, πόλις Περσική.] Hic aliquid monstri latere, luce meridiana clarius est: quod sine magna mutatione tolli non potest. Persicam urbem hoc nomine non agnoscunt geographi. Fortassis rescribendum est: *Βίλβινα, πόλις Λακωνική*. Videtur idem esse oppidum, quod supra *Βέλβινα* dicitur. Praeterea τὸ ἐθνικὸν Persica forma non est indutum, quod etiam manifestum mendae signum arguit.

Βισάλτια. Δύο ἤπατα ἔχοντες.] Idem ex Theopompo refert Aelianus lib. v. cap. xxvii. de animal. *Τοὺς ἐν τοῖς Βισάλταις λαγὼς διπλᾶ τὰ ἤπατα ἔχειν Θεόπομπος λέγει.* Stephanus adducit gentile *Βισάλτης*, quod ex hoc loco probum esse cognoscimus. Hunc locum verbotenus transcripsit Suidas, et gentile cum Aeliano etiam approbat Virgil. lib. ii. Georg.

Bisaltae quo more solent, acerque Gelonus.

— *Τὸν μὲν γὰρ ἠών.*] Ita rescripsimus ex Lycophronis vulgatis. Omnia Stephani exemplaria male exhibent: *Τὸ μὲν γὰρ ἠών* etc.

Βισάνθη. Πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην.] Haec re vera Thraciae civitas est, in ore Ponti sita, non longe ab Arso fluvio, quo usque se Macedoniae fines nunquam extenderunt. Ptolemaeus lib. iii. cap. xi. *Ῥαίδεστον* appellat, ut et Procopius de Aedificiis Iustiniani; qui praeterea testatur commodissimum habere situm ad navigandum Hellespontum. Huius etiam extat mentio in Itin. Ant. Augusti.

A Plotinopoli Heracleam.	M. P.	xcii
Traianopolim	M. P.	xxii.
Apros	M. P.	xxiii.
Resiston	M. P.	xxii.
Heracleam.	M. P.	xxv.

Verum censeo, hunc locum esse corruptum, legique debere *Raedestum*, uti habent Ptolemaeus, Iustinianus, et Suidas.

— *Σαμίων ἄποικος.*] Pomp. Mela lib. ii. cap. ii. *Tum Rhe-*

[redacted]

so regnata quondam pars Thraciae, et Bysanthe Samiorum, et ingens aliquando Cypsela.

— Φαίδιμος.] Codices Palatini: Φαίδυμος.

Βίστιρος, πόλις Θράκης.] Eadem haec est civitas, quae noster alio loco Pistirum appellat., Πίστιρον, ἐμπόριον Θράκης. τὸ ἐθνικὸν Πιστιρῖται. Quam familiare sit antiquis scriptoribus Β et Π confundere, omnibus est notissimum. Noster has urbes distinxisse videtur, quia mox subiungit: ὡς Πίστιρος τὸ ἐμπόριον, qua phrasi nunquam utitur, nisi diversas urbes intelligat. Verum τὸ Στάγειρος quod sequitur, est vitiosissimum et ad rem non facit, cum semper τὰ Στάγειρα dicatur, uti infra videre licet.

Βιστωνία, πόλις Θράκης, ἀπὸ Βίστωνος καὶ Καλλιῤῥόης.] Et urbis et herois nomen per ο parvum exarandum esse, plurimis tam Graecorum quam Latinorum locis evidenter evinci potest. Videantur Lycophron, Apollonius Rhodius, Dionysius Periegeta et alii: e Latinis vero Ovidius, Lucanus, Valerius Flaccus et Statius. Praeterea locus est mutilus et ita supplendus: ἀπὸ Βίστονος τοῦ Ἄρεος καὶ Καλλιῤῥόης τῆς Νέστου. Diversam ab hac Bistonis genealogiam enarrant quotquot huius herois meminere. Apollonii Schol. ad lib. II. Βίστονες γὰρ ἔθνος Θρᾳκῶν· ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Βίστονος τοῦ Κίκονος, ὡς Φιλοστέφανος. Et Scholiastes in Lycophronis Alexand. Βίστονες δὲ ἀπὸ υἱοῦ Ἄρεος Βιστίνου [ubi malim Βίστονος.] ἢ υἱοῦ Τερψιχόρης.

226 — Τῶν εἰς των δισυλλάβων βαρυνομένων.] Hic grammati-

a cus canon mutilus est: nam vocem unam et alteram excidisse, ex depravato sensu nemo est, qui non cognoscat. Eundem noster exhibet in Αἴσων, unde hic locus commodissime suppleri posset, ita enim ibi: Τὰ γὰρ εἰς ων δισύλλαβα ἐπὶ πόλεων, ὀξύνεται, εἰ μὴ διαστολὴν ἔχει σημαινομένου, ὡς τὸ Κρότων βαρύνεται. Ipsum locum vide et commentarios nostros, si rem tanti feceris.

— Διὰ τὸ κοιτών, ἰστών.] Illud κοιτὼν *cubiculum* denotare, omnes norunt, quod de sequenti ἰστὼν non dixerim. Puto enim legendum esse: διὰ τὸ κοιτὼν, σιτὼν, quae ultima vox *frumentarium agrum* significat.

— Διὰ τοῦ ο κλινόμενον, ὡς τὸ Βίστονος.] Hinc liquet, nos superius bene reposuisse τὸ Βιστονία et Βίστονος. Contrarium plane huic canoni exhibet Epitomator in Αἴσων: nam cum longum de nominibus in των exeuntibus sermonem instituisset, in fine sectionis subiungit: πάντων ἡ κλίσις διὰ τοῦ Ω. Quae verba cum sint falsa, etiam me facile in errorem induxerunt: nam pag. 70. aperte statui τὸ Βιστὼν in casu obliquo habere

Βίστωνος, deceptus non tantum illo canone, sed etiam verbis, iam supro allegatis, ubi noster inquit: *Βιστωνία, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Βίστωνος* etc. Verum haec frequens doctorum est querela, Epitomatorem plurimis in locis a vero longissime aberrare, et sibi ineptissime contradicere.

— *Ἐκτέταται δὲ καὶ λέγεται Βιστωνίς* etc.] Utinam unicum ex poëtis Epitomator adduxisset exemplum. Non memini apud grammaticorum filios huiusmodi nomina invenisse, quae in casu obliquo habent *ονος* et poëtice *ωνος*. Apud Herodotum lib. VII. cap. CIX. legitur: *Κατὰ δὲ Δικαίαν, Βιστωνίδα* etc. Sed sine dubio rescribendum est *Βιστονίδα*, nam capite sequenti *τὰ Βίστονες* apud eundem occurrit. Poëtae omnes mediam huius vocis corripiunt, tum Graeci tum Latini, uti superius dictum est. Ovidius lib. XXII. Metam.

Est ubi Troia fuit, Phrygiae contermina tellus,
Bistoniis habitata viris. — —

Lucanus lib. VII.

Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum.
Bistonas, aut Mavors agitans. —

Etiam ex Graecis exempla peti et addi possent, si res foret ope- 226
rae pretium. b

Βλαῦδος, πόλις Φρυγίας.] Existimat Ortelius hanc esse *Blandum* Antonini. Sita erat urbs non procul a finibus Lydiae, uti liquet ex Strab. lib. XII. *Τούτων δ' ἦν φρούριον Ἄγκυρα, ὁμώνυμος τῇ πρὸς Λυδίαν περὶ Βλαῦδον πολιχνῇ Φρυγιακῇ.*

— *Τὸν τόπον εὑρόντος.*] Codex Vossianus plus continet: *ἀπὸ Βλαύδου τοῦ τὸν τόπον πρῶτον εὑρόντος.* Sic noster etiam aliis in locis aliquando loqui amat.

— *Μενεκράτης.*] Sine dubio hic idem est, cuius liber primus de rebus Lyciacis Stephano in voce *Ἀρτύμνησος* allegatur, et Anton. Liberali Metam. cap. XXXV.

Βλέμυες, ἔθνος Βαρβαρικὸν Λιβύης.] Multi reperiuntur gentis nomen cum simplici *M* exarantes; sed plures duplici efferunt, ut Mela, Plinius, Solinus, Strabo, Eusebius de Vita Constantini et alii. Mamertinus in Maximiniani Genethliaco *Blemios* appellat. *Blemii illi, ut audio, levibus modo assueti sagittis, adversus Aethiopas quaerunt quae non habent arma.* Incolunt locum Aegypti superioris, qui *Τάλμις* dicitur, uti testatur Olympiodorus apud Photium. Et Etymologici Magni auctor, cuius locum mox emendabimus, illis sedem circa Catarraetas prope Syenen assignat.

— *Ἀπὸ Βλέμυος.*] Sine dubio haec Stephanus hausit ex Dionysii Bassaricis, cuius nomen nunc reticet Epitomator. Apud

Nonnum in Dionysiacis Blemyis aliquoties reperitur memoria, ita enim ille in fine lib. lib. xvii.

> *Καὶ Βλέμυς ὠκὺς ἵκανεν ἐς ἑπταπόρου στόμα Νείλου,*
> *Ἐσσόμενος σκηπτοῦχος ὁμόχρονος Αἰθιοπήων.*
> *Καί μιν ἀηθερίος Μερόης ὑπεδέξατο πυθμὴν*
> *Τψιγόνοις Βλεμύεσσι προώνυμον ἡγεμονῆα.*

— *Καὶ Ὀρουάνδης.*] Vulgati omnes male *Ὀροβάνδας*. Codicum Palatinorum verissima lectio, *Ὀρουάνδης*. Ita quoque hunc ducem appellat Etymologici Magni auctor, cuius verba, quia emendatione indigent, in medium adducam. *Βλέμμυες ἔθνος Βάρβαρον Λιβυκὸν, ἀπὸ Βλέμμυος ἑνὸς τῶν Δηριάδου τριῶν ὑποστρατηγῶν. ἔστι δὲ Ὀρόντης, καὶ Ὀρουάνδης, καὶ Βλέμμυς. τοὺς Καταῤῥάκτας φασὶ τοὺς περὶ Συήνην. Τῆς πάρος αἰθαλέων Βλεμύων ἀνέχουσι κολῶναι.* Post vocem *Βλέμμυς* excidisse *τὸ οἰκεῖν*, vel simile quid, evidentissimum est. Ultima huius loci ver-
227 ba sumsit Etymologus ex Dionysio de situ orbis, ubi nunc cor-
a rupte legitur, *Τῶν πάρος αἰθαλέων*: cum legendum sit, *Τῆς πάρος αἰθαλέων* etc.

Βόγχναι, ἔθνος.] Sequimur Xylandrianam editionem. Codex Vossianus *Βόγχαι*, deleto *N*: quod etiam editio Aldina et Florentina repraesentant.

— *Μέσον Εὐφράτου καὶ Κύρου.*] Putat Bochartus hic latere mendum: emendat enim im Geog. Sac. *Μέσον Εὐφράτου καὶ Καῤῥὰ ποταμοῦ*, addens, forte fluviolum esse in Chaboram influens. Alibi hunc fluvium Stephanus ita appellat. *Καῤῥαὶ, πόλις Μεσοποταμίας, ἀπὸ Καῤῥὰ ποταμοῦ Συρίας.*

Βοίβη, πόλις Θεσσαλίας.] Hunc in modum reponere placuit, pro *Βοῖβος, πόλ. Θεσσαλίας*, quod omnes codices antiquos et vulgatos occupaverat. Sic legendum esse etiam monuit Cl. Vossius ad Scylacem Caryandensem. Liquet praeterea hanc veram esse lectionem ex testimonio, quod noster ex Homero adfert.

— *Βοίβην τε γλαφυράν.*] Haec verba duobus aliis in locis a Stephano ex Homero citantur: sed nusquam bene. Hic veram noster repraesentat lectionem. Vide in vocibus *Γλαφυραὶ* et *Ἰωλκός*.

— *Καὶ λίμνη Βοιβιάς.*] Sic Pindarus Pythiorum iii. hanc paludem nominat:

> — — *Ἐπεὶ*
> *Παρὰ Βοιβιάδος*
> *Κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.*

Ex Scholiasta situm accuratius cognoscimus, ita enim ille: *Ἐπεὶ ἡ παρθένος Κορωνὶς ᾤκει παρὰ ταῖς ὄχθαις τῆς Βοιβιάδος λίμνης. ἡ δὲ Βοιβιὰς λίμνη παρακειμένη τῇ Λακερείᾳ.*

— *Ἀπὸ Βοίβου τοῦ Γλαφύρου.*] Non possum quin adducam verba Eustathii, qui totum Epitomatoris locum in suos ad Homerum commentarios transcripsit, ita enim ille pag. 327. *Εἴρηται δέ φασι Βοίβη ἀπὸ Βοίβου υἱοῦ Γλαφύρου, τοῦ τὰς Γλαφυρὰς κτίσαντος, ὡς ἱστορεῖ ὁ ἀπογραψάμενος τὰ Ἐθνικά. ὃς λέγει καὶ ὅτι ἐστὶ καὶ Κρητικὴ Βοίβη. καὶ Μακεδονικὴ δὲ λίμνη Βοίβη. καὶ ὅτι ἡ ῥηθεῖσα Βοιβηὶς καὶ Βοιβία λέγεται.*

— *Καὶ ἐν Μακεδονίᾳ λίμνη Βοίβη.*] Paludem hanc omnes *Βόλβην* appellant. Scylax cap. Macedonia. *Ἀρέθουσα Ἑλληνὶς, Βόλβη λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνίς.* Ad quem locum Cl. Vossius inquit, se metuere, ne Stephanus vitiosos codices secutus sit, uti centies in eo observare est.

— *Καὶ Βοιβηΐς.*] Haec etiam paludis Thessalicae est appellatio: sed praeterea etiam *Ξυνιὰς* dicitur ab urbe Xynia ei vicina, teste Stephano: *Ξυνία, Θετταλίας πόλις. Πολύβιος ἐννάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Ξυνιεὺς, ὡς Ἰλιεύς. καὶ Ξυνιὰς λίμνη, ἣν Βοιβηΐδα φασί.* Ad quem locum etiam vide verba Scholiast. in Apoll. 227
Rhodium a nobis allegata. b

— *Εἰ δὲ καὶ Βοιβαῖος, οὐ κωλύει.*] Permittit itaque noster usum huius *ἐθνικοῦ*, quod etiam reperire est in voce *Ἀλύχμη*, ubi nihil omnino ad rem facit, uti ibidem et alias manifeste ostendimus. Vide quae diximus ad genuinum Stephani Fragmentum pag. 315.

Βοΐλλαι, πόλις Λατίνων.] Latino ore dicuntur BOVILLAE numero plurali, innumeris auctoribus. Urbs sita fuit teste Cluverio, in via Appia prope Albanum oppidum. De nominis origine ita scribit Nonius Marcellus cap. II. *Hillas intestina veteres dixerunt: unde Bohillae: unde oppidum in Italia, quod eo bos intestina ex vulnere trahens advenerit.* Plura qui velit, Cluverium legat.

— *Τὸ ἐθνικὸν Βοϊλλανός.*] Graeci pariter et Latini hoc gentili usi sunt. Cicero ad Q. Fratrem lib. III. epist. I. *Fundum audio te hunc Bovillanum velle retinere.*

— *Ὡς Διονύσιος ἐν ὀγδόῳ.*] Neque ipsum oppidi nomen, neque gentile inde formatum apud Dionysium eo libro reperitur nisi corrupte *Βολαὶ* et *Βωλανοί.* Cluverius ex Stephano emendavit *Βοΐλλας* et *Βοϊλλανοὶ*, uti videre licet lib. III. Ital. antiq. cap. IV.

Βοῖον, ἣν Ὅμηρος ἔοικε Βοίβην λέγειν.] Non leviter fallitur noster, quemadmodum observavit Cl. Vossius ad Scylacem, existimans hanc eandem esse, de qua Homerus in Catalogo *Βοίβην τε γλαφυράν.* Quippe *Βοίβη* Homeri est in Thessalia, ut et reliquae urbes, quas recenset: haec autem est Doridis: ut

[redacted]

nihil dicamus de summo discrimine, quod est inter *Βοῖον* et *Βοίβην*. Fortassis aliter scripsit Stephanus olim, quam nunc in vulgatis conspicitur, nempe *Βοῖβον, ἣν Ὅμηρος ἔοικε Βοίβην λέγειν*, depravato deceptus antiqui scriptoris codice. *Βοῖον* tamen est verissimum nomen urbis: Scylax capite *ΜΗΛΙΕΙΣ*: *Ἐν τούτῳ τῷ κόλπῳ εἰσὶ οἱ Λιμοδωριεῖς καλούμενοι, καὶ πόλεις αἵδε. Ἐρινεὸς, Βοῖον, τὸ Κυτίνιον.* Hoc urbis nomen optime nuper Diodoro Siculo vir doctus restituit, ubi de Doriensibus lib. IV. sic scribit: *Καὶ κατῴκησαν ἐν Ἐρινέῳ καὶ Κυτινίῳ καὶ ἐν Βοίῳ.* Vide praeterea Thucyd. l. I. Scymnum Chium, Strabonem l. IX. Plinium lib. IV. cap. VII. Ptolemaeum lib. III. cap. XV. et Aristidem in Leuctrica.

— *Ἔστι Βοιαὶ καὶ Κρήτης πόλις.*] Haec mihi eadem videtur, quam praecedenti sectione in Gortynide posuit. *Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Βοίβη τῆς Γορτυνίδος.*

— *Πιτάναι, Πιτανάτης.*] Suo loco hoc gentile, quod tamen non improbandum est, non conspicitur, cuius primitivum numero singulari effertur.

228 a — *Ἔστι καὶ Βοιανὸν, πόλις Σαυνιτῶν.*] Sequitur Strabonis scripturam noster Stephanus. Aetate Geographi non merebatur inter urbes numerari, ita enim ille lib. V. *Καὶ γὰρ τοίνυν κῶμαι γεγόνασιν αἱ πόλεις. ἔνιαι δ' ἐκλελοίπασι τελέως, Βοιανὸν, Ἐσερνίνα* etc. Ptolemaeo dicitur *Βουΐανον*, ex Latino BOVIANUM formatum est. Cluverius illud collocat ad radices Apennini montis et fontes Tiferni amnis. Vulgo nunc *Bolano* dicitur.

Βοιωτία. *Ἐπὶ τρισὶ θαλάτταις διήκοντας* etc.] Ephorus apud Strabonem lib. IX. indicat, Boeotiam finitimis populis hac in re praestare, *ὅτι μόνη τριθάλαττός ἐστι. καὶ λιμένων εὐπορεῖ πλειόνων.* Nam in Crissaeo et Corinthiaco sinubus allata ex Italia, Sicilia et Africa excipit. Ubi Euboeae opponitur in utramque Euripi partem se ora eius diducit. Ita ut parte quae adversus Aulidem est, in qua Tanagra iacet, Salganeus et Anthedon, continuum habeat mare ei, quod ad Aegyptum, Cyprum aliasque insulas pertingit: altera parte habet mare Macedonico, Propontidi et Hellesponto continuum. Non possum quin hic addam verba Marciani Heracleotae, egregie ad rem facientia:

Ταύτης δὲ κεῖται πλησίον Βοιωτία,
Χώρα μεγίστη, καιρία τε τῇ θέσει.
Χρῆται μόνη γὰρ τρισὶ θαλάσσαις, ὡς λόγος.
Ἔχει δὲ λιμένας, οὓς μὲν εἰς μεσημβρίαν
Βλέποντας εὐκαιρότατα πρὸς τὸν Ἀδρίαν,
Τὸν Σικελικόν τε πόντον, οὓς δὲ πρὸς Κύπρον,
Καὶ τὸν κατ' Αἴγυπτόν τε τὰς νήσους τε πλοῦν.

In hisce verbis erat lacuna, quam coniectando supplevimus.

— *Πρὸς Αἴγυπτόν τε, καὶ Κύπρον.*] Fateor *Κρήτην* hic commodissime posse substitui, loco τοῦ *Κύπρον*, verum cum omnes codices constanter ita legant, eademque vox apud Strabonem et Marcianum Heracleotam reperiatur, non possum stare a partibus Gerbelii, pro *Κύπρον* apud Strabonem et nostrum *Κρήτην* reponentis.

— *Βοιωτὸν Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος.*] Sic etiam scripsit Pausanias in principio Boeoticorum, totam gentem a Boeoto nomen accepisse: *Βοιωτοὶ δὲ τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἔσχηκεν, ὃν Ἰτώνου παῖδα, καὶ νύμφης δὴ Μελανίππης, Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι.* Editio Aldina et Florenti- 228
na habent: τοῦ *Ἀφικτύωνος.* b

— *Κατ᾽ αὐτόν.*] Ex hisce verbis manifestissime colligo, in praecedentibus excidisse antiqui scriptoris nomen, cuius testimonio Stephanus in genuino opere usus est, quo probaret Amphictyonem filiorum Deucalionis et Pyrrhae minimum natu fuisse. Mythologiae doctores Amphictyonis genus referre ad Deucalionem inter alios testis est Apollod. lib. III. *Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων ἐβασίλευσε. τοῦτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονα λέγουσιν.* Igitur τὸ κατ᾽ αὐτὸν auctorem respicit, de quo iam nulla reperitur mentio.

— *Τῶν Δευκαλίωνος* etc.] Optime sic edidit Xylander. Pessime in Vossiano cod. ex prioribus editionibus: *τοῦ Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας παίδων.*

— *Μεθ᾽ υἷάσι Βοιωτοῖο.*] Codex vetustissimus Palat. unico verbo legebat *μεθυάσαι*, notante Salmasio in margine sui Stephani.

— *Τόν ῥα Ποσειδάωνι* etc.] Hic Euphorionis locus etiam ab Etymologici Mag. auctore citatur eodem modo, nisi quod pro *νομῆες* habeat *βοτῆρες.* Totum locum in medium producam, quia ad rem facere videtur, et emendatione indiget. *Βοιωτὸς*] *Ἄρνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ, τεκοῦσα αὐτὸν, λαθεῖν βουλομένη τὸν πατέρα, ἔῤῥιψεν εἰς βοῶνα. παρὰ τὸ οὖν μετὰ βοῶν τραφῆναι Βοωτὸς καὶ Βοιωτὸς ἐκλήθη. Εὐφορίων·*

Τόν ῥα Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκε μήτηρ.
Βοιωτὸν δ᾽ ὀνόμηνε. τὸ γὰρ καλέουσι βοτῆρες.
Ὅττι ῥα πατρῴησι βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις.

Mendum latet in istis verbis *ἔῤῥιψεν εἰς βοῶνα.* Ultima vox nihil ad rem facit, apud Hesychium *viam*, et Alexandrinorum lingua *custodiam* denotans. Ego confidenter repono: *ἔῤῥιψεν εἰς βολεῶνα.* Est enim ὁ *βολεὼν*, sterquilinium, *κοπρὼν* sive *κο-*

προβολεῖον: locus ubi animalium purgamenta reiiciuntur et colliguntur. Etymol. Mag. auctor: Βολεῶνας] οὕτω λέγεται οὗ ἡ κόπρος τῶν βοῶν καὶ τῶν ὑποζυγίων βάλλεται, οἷον τοὺς κοπρῶνας. Vide etiam Pollucem et Eustathium ad Homer. pag. 1404.

— Ἀπὸ τῆς καθηγησαμένης Κάδμῳ βοός etc.] Addi meretur quod hac de re scribit Ovidius lib. III. Metamorph.

Bos, tibi, Phoebus ait, solis occurret in arvis
229 *Nullum passa iugum; curvique immunis aratri.*
a *Hac duce carpe vias: et qua requieverit herba.*
Moenia fac condas: Boeotiaque illa vocato.

Hinc Boeotiam nomen accepisse etiam vult Hyginus Fabula CLXXVIII. *Cadmus cum erraret Delphos devenit: ibi responsum accepit, ut a pastoribus bovem emeret, qui Lunae signum in latere haberet, eumque ante se ageret, ubi decubuisset, ibi fatum esse eum oppidum condere et ibi regnare etc. Ex bove autem quem secutus fuerat, Boeotia est appellata.*

— Τινὲς δ' ὡς οὐκ ὄντας ταῖς διανοίαις etc.] In his verbis lacunam debere notari, tam certum est, quam solem ipso meridie lucere: nam varias Boeotiae origines enarrans Stephanus, ultimo loco addit: quosdam perhibuisse Boeotos παρὰ τὸν βοῦν ὠνομάσθαι, quod mente non admodum agiles essent; quae verba cum hic necessario requirantur, commodissime transscribi possunt ex Eustathio ad Dionysium de Situ Orbis, ubi omnium etymologiarum vocis Boeotiae quasi ex Stephano compendium fecit: Ὅτι Βοιωτοὶ ὠνομάσθησαν ἀπό τινος Βοιωτοῦ καλουμένου, ὃν ἡ μήτηρ Ἄρνη λάθρα τεκοῦσα, περὶ βοῶν ἔθετο κόπρους. ἐξ οὗ καὶ τὸ ὄνομα ἔσχεν, ὡς ῥιφεὶς ἀμφὶ τοὺς βόας. ἢ ἀπὸ τῆς βοὸς ἡ χώρα Βοιωτία τῆς καθηγησαμένης αὐτόθι τῷ Κάδμῳ. οἱ δὲ παρὰ τὸν βοῦν ὠνομάσθαι εἶπον τοὺς Βοιωτούς, ὡς μὴ ὄντας ταῖς διανοίαις ἄγαν εὐκινήτους. συμφωνεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ καὶ ἡ Βοιωτία ὗς, ὅπερ ἐσκώπτοντο οἱ Βοιωτοί. Hinc manifestissime liquet, Stephani locum esse mutilum, et ut sensus sit integer, hunc in modum suppleri debere: Τινὲς δ' ὡς οὐκ ὄντας ταῖς διανοίαις τοὺς Βοιωτοὺς ἄγαν εὐκινήτους, παρὰ τὸν βοῦν ὠνομάσθαι εἶπον. Culpam huius defectus non in librarios, sed in Hermolaum Epitomatorem reiicio, qui multis in locis praestantissimum scriptorem tam foede mutilavit, ut in tota antiquitate vix simile exemplum occurrat.

— Ἐκαλεῖτο δὲ Ἀονία.] Aonas barbaros a Sunio evagatos Boeotiam priscis temporibus tenuisse, et inde Aoniam nuncupatam fuisse, testantur plurimi: Strabo lib. IX. Apollon. Rhodii

[redacted]

Schol. ad lib. III. Eustathius ad Catalogum navium circa initium, et alii.

— *Καὶ Μεσαπία, καὶ Ὠγυγία, καὶ Καδμηΐς.*] Boeotiam Mesapiae nomine fuisse insignitam, non memini apud alios legisse. Ogygiam nuncupatam fuisse noster ipse testatur: *Ὠγυγία, νῆσος ἀρχαία* etc. *λέγεται καὶ ἡ Βοιωτία, καὶ ἡ Θήβη, ἀπὸ Ὠγύγου υἱοῦ Τερμέρας.* In honorem Cadmi, qui plurima in hanc regionem beneficia contulit, Cadmeïdem vocatam fuisse, admodum verisimile est, licet aliorum testimonia desint.

— *Ἀθηναῖοι περὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν.*] Hinc est quod passim *τὸ θαλαττοκρατεῖν* Atheniensibus adscribatur. Vide Thucydidem, Aristophanis Scholiastam atque alios. Egregie Iustinus lib. VI. cap. II. *Quippe Athenienses, etsi fractae sint opes, manere tamen navalem usum, nec, si eligendus sit ex universis, meliorem alium esse.*

— *Θετταλοὶ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν.*] Eadem haec de Thessalis, Atheniensibus, Boeotis et Cyrenaeis perhibet Eustathius ad Dionysium de Situ Orbis, quae verbotenus ex nostro 229 transcripsisse videtur: *Γυμναστικοὶ οἱ Βοιωτοί, διὸ καὶ λέγεται* b *λόγος τοιοῦτος, ὡς Ἀθηναῖοι μὲν περὶ ναυτικὴν ἠσχόληνται τέχνην. Θετταλοὶ δὲ περὶ τὴν ἱππικὴν ἐμπειρίαν. Βοιωτοὶ δὲ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν, Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν ἐπιστήμην.* Aelianus in Tacticis multum laudis Thessalicis equitibus attribuit. Equi Thessalici laudantur passim in oraculo apud Dionysium de situ orbis, Suidam, et speciatim apud Lucanum lib. VI.

Thessalicus sonipes bellis feralibus aptum.

Hinc factum videtur, illum qui in Thessalia uxorem esset ducturus, pro nuptiis sacrificaverit equum frenatum. Vid. Aelian. de Animal.

— *Βοιωτοὶ περὶ τὴν τῆς γυμνασίας ἐπιμέλειαν.*] Locus in hanc rem egregius est apud Cornel. Nepot. in Alcibiade: *Postquam inde expulsus Thebas venerit, adeo studiis eorum inservivisse, ut nemo eum labore corporisque viribus posset aequiparare. Omnes enim Boeotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt.* Ad quem locum vide commentatores.

— *Κυρηναῖοι δὲ περὶ τὴν διφρευτικὴν* etc.] Non multum temporis teram, ut probem Cyrenaeos hac scientia prae caeteris excelluisse, lectorem remitto ad vocem *Βάρκη*, ubi fusius hac de re in comment. loquuti sumus.

— *Ἡμεῖς δέ, περὶ τὴν τῶν νόμων σύνταξιν.*] Toto orbe Romano tria tantum fuere gymnasia in quibus licitum erat ius docere, Romae, Constantipoli, et Beryti in Phoenicia. Iustinia-

[redacted]

nus in prooem. D. §. 7. *Haec tria volumina a nobis composita tradi eis tam in regiis urbibus quam in Berytiensium pulcherrima civitate, quam et legum nutricem quis appellet, tantummodo volumus, quod iam a retro principibus constitutum, et non in aliis locis.* Duarum urbium, scilicet Novae Romae et Beryti, quam alii Beroën appellavere, meminit Theaetetus lib. IV. Epigrammat.

> *Τοῦτον Ἰουλιανὸν νομικῆς φάος εἶπον ἰδοῦσαι*
> *Ῥώμη καὶ Βερόη, πάντα φύσις δύναται.*

— *Βοιωτία ἐν Θρᾴκῃ.*] De Boeotia ad Propontidem sita mentionem facit Hyginus Fab. CLXXXVI. *Post quae Metapontus duxit coniugio Melanippen, eosque sibi filios adoptavit, qui in Propontide ex suo nomine condiderunt, Boeotus Boeotiam, Aeolus Aeoliam.*

— *Βοιωτός.*] Invenitur illud gentile in veteribus numismatibus. Goltzius agnoscit nummum cum inscriptione *ΒΟΙΩΤΩΝ.*

— *Βοιωτία ὗς.*] Adagium desumtum est ex Pindari Olymp. Od. VI. haec sunt Lyrici verba:

> — — *Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους*
> *Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-*
> *ραν παρθενίαν κελαδῆσαι.*
> *γνῶναί τ᾽ ἔπειτ᾽ ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-*
> *θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν*
> *ὗν.* — —

230 Ad quem locum ita scribit Scholiast. *Ἡ δὲ παροιμία ἐντεῦθεν.*
a *Ὕαντες, ἔθνος βάρβαρον ἀρχαῖον, κατῴκησαν τὴν Βοιωτίαν, οὓς τινας ἐκ παραφθορᾶς τοῦ ὀνόματος, ἀντὶ τοῦ Ὕαντας λέγειν ὗς ἐκάλουν. ὥστε καὶ τοῖς ὕστερον διαδοθῆναι τὴν λέξιν ἐπὶ τῶν Βοιωτῶν. καὶ λοιπὸν νομισθῆναι, διὰ πολλὴν ἀλογίαν καὶ ἀγροικίαν οὕτως ἐξ ἀρχαίου αὐτοὺς κεκλῆσθαι. τούς τε βουλομένους εἰς ἀπαιδευσίαν ἐπισκώπτειν τινὰς, τοῦτο λέγειν, Βοιωτία ὗς.* Eadem etiam refert Demetrius Triclinius ad Pindari locum iam citatum. Praeterea in fine huius sectionis addit aliam dictionem continentem adagium, nempe *Βοιωτιάζειν*, quod in eos dicitur, qui rudi et incomposita voce, quasi bovum mugitu clamare consueverunt.

— *Βοιωτίδιον.*] Vocabulum diminutivum comica licentia fictum, quemadmodum plura eiusdem farinae apud Aristophanem occurrunt, ut *Σώκρατες Σωκρατίδιον, Εὐριπίδης Εὐριπίδιον.* Vide commentarios ad vocem *Βηβράντιον.*

Βόλβαι, πόλις Καρίας, καὶ ποταμὸς Βολβαιώτης.] Locus admodum suspectus: nam fluviorum nomina in ωτης terminari, res non adeo frequens est. Ortelius verba sequentia *ἢ τις Ἡράκλεια ἐκλήθη* cum fluvii appellatione coniungit, quod profecto

praeter Stephani mentem factum videtur. Fortassis hic locus ita est constituendus: *Βόλβαι, πόλις Καρίας, ὁ πολίτης, Βολβαιώτης· ἥτις Ἡράκλεια ἐκλήθη.* Necesse est ultima verba urbis nomen respicere. Heracleae Cariae meminit noster suo loco.

— *Ἔστι καὶ Βόλβη, πόλις, καὶ λίμνη.*] Haec illa palus est, quam supra *Βοίβην* male appellavit, et optime Macedoniae adscripsit, de cuius situ *τὸ παράπαν οὐδὲ γρύ*. Ponitur a Scylace prope Apolloniam, cuius verba iam supra citavimus. Memoratur etiam Thucydid. lib. IV. Aeschylo in Persis, et Aristot. de hist. Animal. lib. II. Etiam Palmerius hoc stagni nomen felicissime Athenaeo restituit.

Βολβιτίνη. Ὁ πολίτης, Βολβιτινήτης.] Leve mendum hic latet. Scribe, *ὁ πολίτης, Βολβιτινίτης.* Aegyptiorum enim *τύπος*, ut passim noster inculcat, in *ιτης* desinit. Verum quod in fine addit *περὶ Βολβιτίνου ἅρματος*, illud valde est insolens, nam de istis vehiculis non memini aliquid in scriptis antiquorum reperisse. Hinc non levis mihi suborta suspicio mendae, licet constanter hic locus in vulgatis et MSS. ita concipiatur. Lego, *Βολβίτινον στόμα.* Existimo enim Stephanum unum ex Nili ostiis innuere. Strabo lib. XVII. *Μετὰ δὲ τὸ Βολβίτινον στόμα ἐπιπλέον* 230
ἔκκειται ταπεινὴ καὶ ἀμμώδης ἄκρα. Eodem loco apud Strabonem b
τὸ Βολβιτικὸν στόμα dicitur, quod possessivum est ab hac voce formatum.

Βολίνη, πόλις Ἀχαΐας.] Etymologici Mag. Auctor *Bolinum* vicum appellat, et prope Patras et Drepanum collocat, statuens hoc nomen ei *ἀπὸ τῆς βολῆς* inditum fuisse, ita enim ille: *Βόλινον, κώμη τῆς Ἀχαΐας, πλησίον Πατρῶν καὶ τοῦ καλουμένου Δρεπάνου. εἴρηται δὲ ὅτι νύμφη τὶς διωκομένη ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐρῶντος, κατὰ τόνδε τὸν τόπον μέλλουσα ἀγρεύεσθαι, ἔῤῥιψεν ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν. ὅθεν τὸ χωρίον οὕτως ἐκαλεῖτο, ἀπὸ τῆς βολῆς τῆς νύμφης.* Eundem situm ei quoque attribuit Pausanias in Achaïcis.

Βολισσός. Πόλις Αἰολικὴ ἐπ' ἄκρου, Χίου πλησίον.] Non possum quin huc transcribam locum insignem, qui est apud Annam Comnenam lib. VII. Alexiad. ubi egregie urbis situs ob oculos ponitur: *Ὁ μέν τοι Δαλασσηνὸς παραπεπλευκέναι τὰς περὶ τὸ δυτικώτερον μέρος ἀκτὰς τῆς νήσου, καὶ τὴν Βολισσὸν καταλαβεῖν παρεκελεύσατο, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀπεκδέχεσθαι ἔλευσιν. ἡ δὲ Βολισσὸς πολίχνιον κατὰ τὸ ἀκρωτήριον ταυτησὶ νήσου διακείμενον.*

— *Θουκυδίδης Βολίσκον.*] Apud Thucydidem libro octavo urbis nomen etiam duplici S exaratum reperitur. Incidit fortassis noster in librum *ἀδιόρθωτον.*

— *Ὅμηρος ἐν τούτῳ τῷ πολ.* etc.] Homerum quandoque ibi

[redacted]

divertisse, literas docuisse, et quaecunque iuvenilia ludicraque eius extant, condidisse, etiam Herodotus testatur libro de vita Homeri: *Καὶ τοὺς Κέρκωπας, καὶ Βατραχομυομαχίαν, καὶ Ἐπικιγκλίδας, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα παίγνια ἐστὶν Ὁμήρου, ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ.*

Βολογεσιάς. Βολογίσσου βασιλέως.] Genuinum regis regum Vologesi nomen, in omnibus auctoribus corruptissimum reperitur, uti nuper docuit Cl. Spanhemius dissert. secund. de praestantia et usu numismatum, adducens auctoritatem rarissimi et eximii nummi Romae non ita pridem reperti, in quo *ΒΟΛΑΓΑΣΟΥ* scriptum occurrit. Hinc emendandum urbis nomen et gentilia inde formata. Quod hic de voce *Βολογεσιάς*, idem etiam de *Βολογεσίφορα* statuimus.

— *Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βολογεσιεύς.*] Noster hic loquitur *περὶ*
231 *ἐθνικοῦ*, quod ex lege artis et ad similitudinem aliorum forma-
a tum est, quemadmodum liquet in voce *Ἀβρότονον*, quae verba etiam alia occasione produximus. *Τὸ ἐθνικὸν οὐκ ἔστι ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος, ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, οὕτως Ἀβρότονον Ἀβροτονεύς.* Eadem prorsus ratio hic obtinet: nam uti ab *Ἀφροδισιάς* fit *Ἀφροδισιεύς*, ita a *Βολογεσιάς Βολογεσιεύς*. Verum noster fatetur hunc *τύπον* regioni minime convenire, quippe hinc deducendum *Βολογεσιηνός*.

Βολογεσίφορα. Λεκτέον δὲ Βολογεσιφορεύς.] Non dubito, quin in genuino suo opere Steph. hoc restricte statuerit. Huiusmodi enim gentile ab hac urbe non est formandum, nisi id feceris *κατὰ τὸν Ἑλληνικὸν τύπον*, quemadmodum alibi loquitur.

Βοὸς κεφαλαί. Καθ' ὃν ἐπολέμησε Προυσίας πρὸς Ἄτταλον.] De bello inter Prusiam et Attalum legendus Polybius Legat. CXXVIII. *Ὅτι Ἄτταλος ἡττηθεὶς παρὰ Προυσίου, προχειρισάμενος Ἀθήναιον τὸν ἀδελφὸν, ἐξαπέστειλε μετὰ τῶν περὶ Πόπλιον Λέντλον, διασαφήσοντα τῇ συγκλήτῳ τὸ γεγονός.* Praeterea videsis Legat. CVI. CXXIX. CXXXV et CXXXVI. ubi leges pacis, in quas reges ambo auctoritate Romanorum legatorum consentiebant, memorantur. Polybius locum, ubi Prusias Attalum devicit, expressis verbis non nominat, et noster de situ nihil perhibet: procul dubio fuit locus Asiae vel circa Chalcedonitim, vel circa Bithyniam. Polybius libro IV. in descriptione Maeotidis ac Ponti, in Asia locum ponit *Bovem* dictum, qui fortassis idem est, quem noster *Βοὸς κεφαλάς* nuncupat: *Ὅθεν αὖθις ὁρμήσας προσπίπτει πρὸς τὴν Βοῦν καλουμένην, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας τόπος. ἐφ' ὃν ἐπιστῆναι φασὶ πρῶτον οἱ μῦθοι τὴν Ἰὼ περαιωθεῖσαν. πλὴν ὅγε ῥοῦς τὸ τελευταῖον ὁρμήσας ἀπὸ τῆς Βοός, ἐπ' αὐτὸ φέρεται Βυζάντιον.* Verum haec mera coniectura est, quam nemini obtrudo.

— Ἔστι καὶ Ἰνδικῆς Βουκέφαλα.] Miror nostrum hac sectione Bucephalae, ab Alexandro aedificatae, meminisse, cum et literarum ordo aliter suadeat, et eiusdem Bucephalae, suo loco in sequentibus, descriptionem exhibeat.

— Ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ὄχθαις.] In omnibus editionibus hic locus mala interpunctione laborat. Ante haec verba τελειοστιγμὴν collocare visum fuit, et reliqua ita interstinguere, ut lectori sensus sit facilis et perspicuus. Egregie huc faciunt verba Eustathii ad Iliad. B. Ἡ Βουκέφαλα δὲ ἐστὶ πόλις Ἰνδικὴ ἐκείνη 231 κτισθεῖσα ὑπ' Ἀλεξάνδρου, ἐπ' ἀμφοτέραις φησὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ b ποταμοῦ Ὑδάσπου, διότι διαβάντος Ἀλεξάνδρου ἐκεῖ, καὶ μαχομένου, ὁ Βουκεφάλας ἵππος ἀπέθανεν.

— Πόλεις ᾤκισε Νίκαιαν, Βουκεφάλαν τε.] Hic locus in omnibus editis mutilus conspicitur hunc in modum, et particulam τε transcriptores in adversativam coniunctionem commutarunt, πολ * ᾤκισε Νίκαιαν. Βουκεφάλαν δὲ, ἔνθα διαβάντος etc. Quemadmodum edi curavimus, ita Salmasius ad oram sui Stephani hanc lacunam ex MSS. repleverat. Hanc lectionem nobis etiam Vossianus cod. suppeditavit. Suspicor tamen haec et sequentia auctoris cuiusdam antiqui esse verba, cuius nomen ante τὸ ἐπ' ἀμφοτέραις excidit. In eundem ferme modum scribit Arrianus lib. v. Ἵνα δὲ ἡ μάχη ξυνέβη, καὶ ἔνθεν ὁρμηθεὶς ἐπέρασε τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν, πόλεις ἔκτισεν Ἀλέξανδρος. καὶ τὴν μὲν Νίκαιαν, τῆς νίκης τῆς κατ' Ἰνδῶν ἐπώνυμον, ὠνόμασε. τὴν δὲ, Βουκεφάλαν, ἐς τοῦ ἵππου τοῦ Βουκεφάλου τὴν μνήμην, ὃς ἀπέθανεν αὐτοῦ.

— Ὁ ἵππος Βουκεφάλας.] Utrumque dicitur, et Βουκεφάλας et Βουκέφαλος. Plutarchus in vita Alexandri: Τοῦ Βουκεφάλα φειδόμενος, ἤδη παρήλικος ὄντος.

— Ἐπειδὴ ὁ δημότης Κεφαλεὺς, τοῦ Κεφαλῆ.] Sic exhibent libri editi. Cod. Vossianus ultimae voci aliam terminationem tribuit, legitur enim inibi, Κεφαλεὺς τοῦ Κεφαλέου. Unde fortasse si Κεφαλαὶ coniecero, non erravero, Eustathii auctoritate ductus, ita enim ille ad Iliad. B. Ὅμοιον δὲ καὶ αἱ ἀσυνθέτως ὠνομασμέναι Κεφαλαὶ, δῆμος αὗται Ἀττικὸς, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ὄρνισι.

Βορμίσκος. Ἐν ᾧ κυνοσπάρακτος γέγονεν Εὐριπίδης.] Qui de hoc Euripidis fato mentionem faciunt, loci nomen reticent, duntaxat narrantes hoc illi in Macedonia contigisse. Aulus Gellius lib. xv. cap. xx. *Quum in Macedonia apud Archelaum regem esset, utereturque eo rex familiarius; rediens nocte ab eius coena, canibus a quodam aemulo immissis dilaceratus est: et ex*

his vulneribus mors secuta est. Vide hac de re C. Rhodig. Ant. lect. lib. XXII. cap. X. Cui adde Scaligerum ad Eusebium pag. 108.

— Ὁ δὲ ποιητὴς τραπεζῆας.] Locus, quem Stephanus innuit, est apud Homerum Iliad. X. in oratione Priami hisce verbis:

Αὐτὸν δ' ἂν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσιν
232 Ὠμησταὶ ἐρύουσι, ἐπεί κέ τις ὀξέϊ χαλκῷ
a Τύψας ἠὲ βαλὼν ῥεθέων ἐκ θυμὸν ἕληται,
Οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας πυλαωρούς.

Τραπεζεὺς est canis domesticus, qui ad mensam omnia cruda vorat. Hesychius: *Τραπεζῆες, οἱ πρὸς ταῖς τραπέζαις λιχνεύοντες.* Etymologici Magni Auct. simpliciter *κύνας* interpretatur *mensae adstantes*, ita enim ille: *Τραπεζίτης, διὰ τοῦ ι. σημαίνει τὸν ἐν τῇ συνηθείᾳ λεγόμενον τραπεζίτην, ἀπὸ τοῦ τράπεζα. διὰ δὲ τῆς ει διφθόγγου, τὸν ἐν τῇ τραπέζῃ παριστάμενον, ὡς παρ' Ὁμήρῳ· — — τραπεζῆες κύνες. ἀπὸ τοῦ τραπεζεύς ἐστι. τὸ δὲ παρ' Ἰβύκῳ, διὰ τοῦ η λεγόμενον, τραπεζητᾶν κυνᾶν, ἔστιν ὡς πλείων πλήων.*

— Δορίσκιος.] In prima syllaba omnes scripti et vulgati Ω mega agnoscunt, quod nobis auctoritate ipsius Stephani et aliorum immutare placuit.

Βόρσιππα, πόλις Χαλδαίων οὐδετέρως.] Sic usurpavit hanc vocem Strabo lib. XV. cuius verba noster transcripsit, ita enim ille: *Τὰ δὲ Βόρσιππα, ἱερὰ πόλις ἐστὶν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, λινουργεῖον μέγα.* Sequitur et aliud quid memorabile, quod noster neglexit, scilicet, maximam ea in urbe vespertilionum multitudinem reperiri, qui longe maiores sunt quam in caeteris locis. Hi capiuntur ad cibum et sale condiuntur. Corrupte urbis nomen occurrit apud Ptolemaeum *Βάρσιττα* pro *Βόρσιππα*, observante doctissimo Bocharto. Apud Iosephum lib. I. contra Appionem reperitur *Βόρσιππος*, sic enim ille de Cyro Nabonnedum oppugnaturo: *Ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον.*

— *Λέγεται καὶ θηλυκῶς.*] In Graecorum scriptis nihil inveni, quo hoc demonstrem. Apud Iustinum lib. XII. cap. XIII. locus est, quem sic emendavit Cl. Vossius: *Ob hoc omissa Babylonia in Borsippam urbem trans Euphratem, desertam olim concessit.*

— *Οἱ πολῖται, Βορσιππηνοί.*] Hoc gentile usurparunt Strabo et Iosephus, libris iam supra allegatis.

— *Βορσιππεῖς αὐτούς φησι.*] Scilicet, non secundum τὸν ἐπιχώριον, sed τὸν Ἑλληνικὸν τύπον.

Βόρυζα. Τὸ ἐθνικόν, Βορυζαῖος.] Clarissimus Seguinus divulgavit nomisma cum inscriptione *ΒΡΟΤΖΗΝΩΝ*, quam ad Prusam Bithyniae pertinere existimabat. Verum Spanhemius levi

traiectione P et O *ΒΟΡΥΖΗΝΩΝ* legendum ex Stephano nostro iudicavit, quod etiam a Cossartio observatum asseverat.

Βορυσθένης, πόλις καὶ ποταμός.] Martianus Capella: *Ab Histro ad Oceanum bis decies centum millium passuum est: in latitudine millibus quadringentis usque ad Sarmatiae solitudines. Nec procul fluvius, lacus, oppidum, sub uno cuncta nomine* 232
Borysthenes, propter Achillis insulam eius sepulchro celebratam. b
Omnia Borysthenis (qui vulgo nunc de *Nieper* dicitur) memorabilia atque admirabilia ex variis auctoribus huc congerere, nimis longum foret. Lectorem ablegamus ad Herodot. lib. IV. Solinum cap. XIX. Plinium lib. IV. cap. XII. IX. XV. et XXXI. V.

— *Παρὰ τὴν Μαιῶτιν λίμνην καὶ Τάναϊν.*] Non recte Stephanus noster Borysthenem iuxta Maeotidem et Tanaïm collocat, quod obiter observavit Cl. Isaacus Vossius in notis ad fragmenta Peripli Ponti Euxini et Maeotidis paludis. Addam verba Herodoti quae hoc evincunt manifestissime, ita enim ille lib. iam citato: *Ἀπὸ γὰρ Ἴστρου ἐπὶ Βορυσθένεα δέκα ἡμερέων ὁδός. ἀπὸ Βορυσθένεός τ' ἐπὶ τὴν λίμνην τὴν Μαιῆτιν, ἑτέρων δέκα.* Vide quoque Plinium lib. IV. cap. XII.

— *Οὕτω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πρὸ τῆς Ἕλλης.*] Sic Hellespontus antequam Hellé in eo periisset, Borysthenis nomine insigniebatur, quamvis apud Hesychium et alios contrarium inveniatur.

— *Μιλησίων ἀποικία.*] Hinc est, quod Plinius tradat Olbiam Miletopolim dictam esse. Herodotus lib. IV. *Εὖτε ἀγάγοι τὴν στρατιὴν τῶν Σκυθέων ἐς τὸ Βορυσθενεϊτέων ἄστυ. Οἱ δὲ Βορυσθενεῖται οὗτοι λέγουσι σφέας αὐτοὺς εἶναι Μιλησίους.* Vide praeterea Marcianum Heracleotam et alios.

— *Ἄλλοι Βορυσθένην, αὐτοὶ δὲ Ὀλβίαν.*] Desideratur *καλέουσι*, vel simile quid. Borysthenem esse Olbiam certissimum est. Pomponius Mela ineptissime contrarium statuit, ita enim ille lib. II. cap. I. *Longe venit ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alveo stringit: tantoque spatio navigabilis, secundum Borysthenida et Olbiam Graeca oppida.* Egregie ad rem faciunt verba Herodoti lib. IV. *Τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπανι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας, σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας.*

— *Ἣν ποιοῦσιν ὅ τε Βορυσθένης καὶ Ὕπανις.*] Haec mihi non satis sana videntur: locum tamen sine auxilio meliorum codicum emendare haud aggrediar. Videtur noster velle: urbem eo loci esse conditam, ubi Hypanis et Borysthenes fluvii iunguntur. Praeclare in hanc rem scripsit Auctor Peripli Ponti Euxini: *Ἐπὶ δὲ ταῖς καθ' Ὕπάνην καὶ Βορυσθένην ταῖς τῶν δυοῖ ποταμῶν συμβολαῖς ἐστὶ κτισθεῖσα πόλις, πρότερον μὲν Ὀλβία Σαυΐα κα-*

λουμένη, μετὰ δὲ ταῦτα ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης κληθεῖσα. Ταύτην δὲ κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαρχίαν Μιλήσιοι κτίζουσι.

— Τὸ δὲ Ἰήτης.] Est gentile a voce Ἴος, quae una ex Cycladum est insulis, de qua suo loco.

233 — Διὰ τὸ Ι.] Ita correxi hunc locum ex prioribus editio-
a nibus. Pessime Xylandriana exhibet, διὰ τοῦ Ι.

— Ἔλεος. Ἑλείτης.] Vocabulum primum est casus obliquus a recto Ἔλος, de quo in sequentibus.

— Ὠρεὸς Ὠρείτης.] Male in Xylandriana legitur, Ὠρεὺς Ὠρείτης. Nos veram lectionem ex MS. Vossiano et prioribus editionibus revocavimus.

— Τῷ Τεμενίτης.] Iuxta Stephanum Τέμενος Siciliae locus est, unde deducitur τὸ Τεμενίτης, de quo vide suo loco.

— Ἑρκίτης.] Aliae editiones sine aspiratione Ἐρκίτης. Est nomen servile, uti scribit Eustathius ad Iliad. O. Δουλικὰ ὀνόματα καὶ οἱ Ἄζοι, καὶ οἱ πάλμονες, καὶ οἱ λάτρεις, καὶ οἱ ἑρκίται, οἵπέρ εἰσιν κατ' ἀγρὸν οἰκέται. Idem quoque perhibet Hesychius. Derivatur haec vox παρὰ τὸ ἕρκος, cuius varias notiones apud Lexicographos legere licet: illa Stephanus utitur alibi: Ἕρμος, ὡς ἕρκος, οὐδετέρως. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς.

— Ὅτι ἠκολούθησε τῷ πλείονι χαρακτῆρι.] Salmasius in margine sui libri ad haec verba ita scribit: Χαρακτῆρα hoc loco vocat, quem aliter semper τύπον vocavit. Πλείονα χαρακτῆρα vocat, qui multis est in usu. Inde et πλεονάζειν verbum, sic ἐπιπολάζειν, pro eodem sumunt, ἀπὸ τοῦ πολὺ, quod alibi temere non reperias.

Βοσίραρα. Βοσιραρήτης.] Sine dubio legendum, Βοσιραρίτης, quae forma Aegyptiis est solita, ut noster passim perhibet.

Βόσπορος, πόλις Πόντου etc.] Totum hunc locum Constantinus Porphyrogenneta lib. II. de Thematibus, ex genuino Stephani opere, quo passim utitur, transcripsit, quanquam eius nomen supprimat, ita enim ille: Βόσπορος, πόλις Πόντου κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, καὶ πορθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου καλούμενος, καθὼς Αἰσχύλος ἐν τῷ Προμηθεῖ δεσμώτῃ γράφει. Sequuntur iidem versus Aeschyli, et aliorum scriptorum testimonia, quae de Bosporo Cimmerio et Thracio loquuntur, de quibus Epitomator ne γρὺ quidem. Denique Constantinus quoque fabulosam hanc de Philippo Macedone narrationem addit, et sic eodem modo ac Stephanus, quanquam illa narratio ubi mutila sit, huic themati finem imponit.

— Καὶ πορθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς καλούμενος.] Nae
233 mihi in mythologicis is parum videtur versatus, qui hanc Cadmi
b filiam facit. Ita tamen voluit Etymologici Magni Auctor: Βόσπο-

[redacted]

ρος, οἱονεὶ βοὸς πόρος· ὠνόμασται γὰρ ἀπὸ τῆς Ἰοῦς τῆς θυγατρὸς Κάδμου. ταύτῃ γὰρ ἡ Ἥρα κατὰ ζῆλον οἶστρον ἐπέμψεν. ἥτις ἐλαυνομένη ὥσπερ πόρτις, τοῦτον παρῆλθε τὸν τόπον. Apollodorus lib. II. Ius genealogiam recenset, et variantes antiquorum sententias adducit, sed de Cadmo nullam mentionem facit: sic neque Hyginus Fab. CXLV. cuius verba veterum membranarum ope ita restituo: *Ex Triope et Oreaside Xanthus et Inachus, ex Pelasgo Laris, ex Inacho et Argia Io. Hanc Iupiter dilectam compressit, et in vaccae figuram convertit, ne Iuno eam cognosceret. Id Iuno cum rescivit, Argum cui undique oculi refulgebant, custodem ei misit, cuius timore exagitata, coëgit eam ut se in mare praecipitaret: quod mare Ionium est appellatum. Inde in Scythiam transnavit, unde Bospori fauces sunt dictae.* Pessime in vulgatis legitur et sine sensu: *unde Bosphorus fines sunt dictae.* Huius fabulae plurimi antiquorum meminere, Dionysius Periegeta, et Eustathius ad eundem, Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Palaephatus, Lycophronis Scholiastes, Hesychius Milesius, et Parthenius Eroticor. lib. I.

— *Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ.*] Corruptissime MS. Vossianus: *Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ δεσπότῃ.* Scripsit enim Aeschylus Prometheum *δεσμώτην* et *λυόμενον*, cuius noster meminit in Ἄβιοι.

— Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Ἰνδικῆς.] Eustathius qui passim Stephani ἐθνικὰ transcribit et sequitur, quanquam aliquando nomen reticeat, etiam huius Bospori meminit, ita enim ille ad Dionysium: Ἔστι δὲ Βόσπορος καὶ Ἰνδικός. Clar. Vossius in notis ad Scylacem legendum existimat, ἔστι καὶ ἄλλη τῆς Σινδικῆς. Non magnopere tamen cum quoquam contenderit, si quis apud Stephanum Ἰνδικῆς retineat, quia posterioris aetatis Graeci Sindicam videntur appellasse Indicam. Verum Salmasius in margine sui libri etiam haec verba non intacta reliquit, legit enim: ἔστι καὶ ἄλλος τῆς Ἰνδικῆς, respiciendo ad vocem πορθμός.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βοσπόριος.*] Utitur Ovidius hoc gentili, ita enim ille lib. II. Trist.

Isidis aede sedens, cur hanc Saturnia quaeret,
Egerit Ionio Bosphorioque mari.

— *Καὶ Βοσποριανὸς, καὶ Βοσπορηνός.*] Non ignoro primum 234
gentile scriptoribus antiquis esse usitatissimum, praesertim Stra- a
boni lib. VII. *Οὗτος δὲ ὅρος ἦν πρότερον τῆς τῶν Βοσποριανῶν καὶ Ταύρων γῆς.* Verum metuo, ne apud Stephanum legendum sit, *καὶ Βοσπορανὸς καὶ Βοσπορηνός. διχῶς γὰρ, καὶ διὰ τοῦ α, καὶ διὰ τοῦ η.* Quemadmodum *Τιβαρανὸς* et *Τιβαρηνὸς* dicitur. Nam Graecis pariter et Latinis τὸ *Βοσπορανὸς* in usu est. Eu-

stathius ad Dionysium Periegetam pag. 45. *Παντικάπαιον πόλις μεγάλη, κτίσμα παιδὸς Αἰήτου, λόφος κύκλῳ περιοικούμενος, σταδίων εἴκοσι, μητρόπολις τῶν ἐκεῖ Βοσποράνων.* Sic quoque Iul. Capitolinus in Ant. Pio: *Rimethalcen in regnum Bosphoranum, audito inter ipsum et curatorem negotio, remisit.*

— *Καὶ Βοσπορικὸς τὸ κτητικόν.*] Macrobius Saturnal. lib. VII. cap. XII. *Nam quod Herodotus historiarum scriptor, contra omnium ferme, qui haec quaesiverunt, opinionem, scripsit mare Bosporicum, quod et Cimmericum appellat.*

— *Λέγεται καὶ Βοσπόριον τοῦ Βυζαντίου λιμήν.*] Observat Salmasius ad oram sui libri, apud Eustathium legi *Βόσπορος*, non vero *Βοσπόριον*. *Ἔστι δὲ Βόσπορος καὶ Ἰνδικός· καὶ ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ λιμὴν οὕτως ὕστερον ἐκλήθη.* Imo non dubito hanc genuinam Stephani lectionem fuisse, nam eodem modo etiam Constant. Porphyrogenneta loquitur, qui saepissime nostrum verbotenus transcripsit, ita enim ille lib. II. de Them. circa finem. *Δύο δὲ εἰσὶ τόποι Βόσποροι καλούμενοι. εἷς μὲν ὁ Κιμμέριος, πλησίον Χερσῶνος, ἐν ᾧ καὶ τὸ βασίλειον τῶν Βοσποριανῶν ἦν. ἕτερος δὲ ἐν Βυζαντίῳ, καθὰ Φαβωρῖνος γράφει Βυζαντίων λιμὴν Βόσπορος καλεῖται.*

— *Οἱ δὲ ἐγχώριοι Φωσφόριον αὐτὸν καλοῦσι.*] Hunc locum ferme verbotenus ex nostro habet Eustathius, ita enim ille in comment. ad Dionysium: *Καὶ ὁ περὶ τὸ Βυζάντιον δὲ λιμὴν οὕτως ὕστερον ἐκλήθη, κατὰ παραγραμματισμὸν, ἢ μάλιστα κατὰ τὴν παρὰ τοῖς ῥήτορσι λεγομένην παραφθορὰν, Φωσφόριον ὀφείλων καλεῖσθαι, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. Φιλίππου γὰρ ἐν πολιορκίᾳ διορύξαντος εἴσοδον κρυπτὴν, ὅθεν οἱ ὀρύσσοντες ἔμελλον ἀφανῶς ἐξαναδῦναι τοῦ ὀρύγματος, καὶ Ἑκάτη φωσφόρος οὖσα δᾷδας ἐκεῖθεν ἔφηνε τοῖς πολίταις. καὶ τὴν πολιορκίαν οὕτω φυγόντες, Φωσφόριον οἱ ἐγχώριοι τὸν τόπον ἐκάλεσαν.*

234 b — *Ἀναδῦναι.*] Editi omnes et calamo exarati, *ἀναδοῦναι*, quod est vitiosissimum. Iam olim Meursius ex Eustathio reposuit *ἀναδῦναι* vel *ἐξαναδῦναι*. Quod itidem a Salmasio in ora sui Stephani factum video.

— *Καὶ Ἑκάτη.*] Multo rectius Eustathius verbis iam allegatis: *Ἡ Ἑκάτη*. Hanc veram lectionem esse reor.

— *Ἐν Φινεῖ πρώτῳ.*] Ab Hesychio in *Ἀχάλκευτα* Sophoclis *Φινεὺς δεύτερος* allegatur.

— *Οὐδ' ἂν Βοσπόρειον*] Salmasius in Palatinis MSS. invenit: *Οὐδ' ἂν Βοσπόρειο ἐν Σκύθαις ὕδωρ.*

Βόστρα, πόλις Ἀραβίας.] Vide quae de hoc oppido scripsere nobilissimi antiquarii Tristanus tom. II. pag. 426. et Spanhemius dissertatione nona de praest. et usu numismatum.

— *Καὶ Βοστρινή.*] Haec vox manifeste est depravata in MSS. et editis omnibus. Non incommode rescribi posset, *καὶ Βοστρηνὴ*, quod est femininum a *Βοστρηνός.*

Βότρυς, πόλις Φοινίκης.] P. Mela lib. I. cap. XII. *Ab ea ad promontorium Euprosopon duo sunt oppida, Byblos et Botrys.* Ad quem locum vide Vossium. Wildebrandus ab Oldenburg *Boterim* appellat in itinerario suo: *Eadem nocte, quae semper a me nigro lapide computabitur, processimus Boterim, quod est castellum bonum a nostris possessum.*

— *Παραλόγως*] Codex Vossianus *περιλόγως*, male. Optime addit hanc formandi rationem non procedere, nam in *Ἄγκυρα* dixerat: *ἡμάρτηται τὸ Βοτρυηνὸς, ἐὰν ἀπὸ τοῦ βότρυος γέγονεν.*

— *Ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης.*] Salmasius in margine sui libri existimat, hunc locum ita corrigendum esse: *ἀπὸ γὰρ γενικῆς καθαρευούσης τὸ υ, ἔχειν πρὸ τέλους ὀφείλει τὸ α.* Haec si probe intelligere velimus, recurrendum ad vocem *Ἄγκυρα*, ubi hac in re plurimum lucis suppeditatur.

Βοτίειον. Ἄτταιαν λεγομένην.] Codex Palatinus vetustissimus, teste Salmasio, exhibet: *Ἀτγαιαν λεγομένην.* Utrum sit praeferendum, alii iudicent, in geographicis magis versati.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βοτιεύς.*] MSS. Palatini: *Βοτιαεύς.*

Βούβαστος. Ἣν Βούβαστιν Ἡρόδοτος φησί.] Frequens 235
admodum huius urbis est mentio apud Herodotum l. II. Haec in a
honorem Dianae condita est, quae lingua Aegyptia *Βούβαστις* appellatur. Ita enim Herod. loco iam allegato: *Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν, Ὧρος· Δημήτηρ δὲ, Ἶσις· Ἄρτεμις δὲ Βούβαστις.* De situ idem legatur Herod. Strabo, Plinius, Ptolemaeus et alii.

— *Αἰγύπτιοι βούβαστον, τὸν αἴλουρόν φασι.*] Typhone imperium Iovis affectante, omnes dii, habitu in bestias mutato, in Aegyptum fugam paravere, uti refert Ant. Liberalis Fab. XXVII. *Ἀπόλλων μὲν ἐγένετο ἱέραξ, Ἑρμῆς δὲ ἶβις, Ἄρης δὲ λεπιδωτὸς ἰχθὺς, Ἄρτεμις δὲ αἴλουρος.* Ergo Dianae aeluri sive felis nomine, apud Aegyptios nota erat.

Βουβὼν γὰρ καὶ Βάλβουρα, πόλεις Λυκίας.] Urbes fuere vicinae in mediterraneis Lyciae teste Plinio lib. V. cap. XXVII. *Lycia comprehendit in mediterraneis Cabaliam, cuius tres urbes, Oenoanda, Balbura, Bubon.* Etymologicographus *Bubonem* in Lycaonia, quae Lyciae mediterranea regio est, collocat, ita enim ille: *Βουβὼν πόλις Λυκαονίας, ἀπὸ Βουβῶνος λῃστοῦ· ὁ πολίτης Βουβώνιος ὤφειλεν εἶναι, ἀλλ' ἔστι Βουβωνεύς.* Reperitur circa hanc urbem creta, viribus suis commendabilis, de qua Plinius

lib. xxxv. cap. xvii. *Laudatur maxime Thessalica. Nascitur et in Lycia circa Bubonem.*

— *Χαίρουσι γὰρ οἱ Λύκιοι τῷ τύπῳ.*] Eundem gentilium formandorum canonem noster etiam Lyciis attribuit in voce *Ἀγάθη. Ἔστι καὶ νῆσος Ἀγάθη Λυκίας· τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Ἀγαθεύς· ἡ γὰρ χώρα τῷ εἰς ευς τύπῳ χαίρει.* Vide praeterea in *Δολιχή*, et *Σιδάκη*.

Βούδεια, πόλις ἐν Μαγνησίᾳ.] Cum plures sint Magnesiae, merito quis ambigere posset quamnam noster intelligat. Eustathius hunc locum verbotenus transcribens, intelligit *Μαγνησίαν τὴν κατὰ Εὐρώπην*, quae verba hic excidisse merito quis suspicetur, ita enim ille ad Iliad. *Π.* pag. 1076. *Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας, Ὁμηρικὸν οἶδε σχηματισμὸν τὸ Βούδειον. Ἄλλως δὲ Βούδειαν ἱστορεῖ πόλιν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ κατὰ Εὐρώπην, ἀπὸ τοῦ οἰκίσαντος Βουδείου. καὶ Βούδειαν λέγων Ἀθηνᾶν ἐν Θεσσαλίᾳ. εἰς ὃ καὶ παραφέρει τὸν Λυκόφρονα μάρτυρα. ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ ἑτέραν Βούδειαν ἱστορῶν πόλιν Φρυγίας, λέγει ὡς καὶ ἔθνος ἐστί τι Μη-*
235 *δικὸν οἱ Βούδειοι.* Igitur Eustathius aut meliore usus est codice,
b aut illa verba *τῇ κατὰ Εὐρώπην* de suo addidit, ut τὸν τὰ *Ἐθνικὰ γραψάμενον* sua interpretatione emoliret. Praeterea in nostro manifestum hic apparet compendii signum; nullum enim, neque de urbibus Magnesiae et Phrygiae, neque de gente Medica gentile formavit, quod tamen apud Eustathium exstat, qui inde *Βουδειεύς* deduxit.

— *Ἡ πολλὰ δὴ Βούδειαν αἴθυιαν κόρην.*] Ita hunc Lycophronis locum legunt libri editi omnes: sed variat mirum in modum MS. Vossianus, in quo haec verba ita concipiuntur: *Οἱ πολλὰ δὴ Βούδειαν Ἐλλείθυιαν κόρην.* Neque haec lectio adeo inconcinna et invenusta est, ut speciosae interpretationis non sit capax: omnes norunt *Εἰλείθυιαν* esse Lucinam, quae a parturientibus invocatur, ut partus in lucem veniat. Multo rectius haec *τἀῤῥόθος γάμων*, id est, nuptiarum auxiliatrix dici potest, quam *Αἴθυια*, licet illa voce *Ἀθηνᾶ* intelligatur. Quicquid sit, Lycophronis locus in mendi suspicionem venit: nam Stephani scopus est, ex Lycophrone probare Minervam in Thessalia Budiam appellari et coli, cuius praenomen in versu, nisi sensu quodammodo detorto, non conspicitur.

— *Ὅς ῥ᾽ ἐν Βουδείῳ.*] Desumsit noster haec verba ex Iliad. *Π.*

— *Ἔστι καὶ Βούδεια πόλις Φρυγίας.*] Dionysius libro III. Bassaricorum huius oppidi meminit, sed penultima sine diphthongo profertur apud nostrum in *Δρίσια*·

Βουδίαν, Δρεσίην τε, καὶ οἱ μηλώδεα γαῖαν.

[redacted]

Verum puto antiquam scripturam ibi fuisse *Βουδεῖαν*, uti ad illum locum docebimus.

— *Βούδιοι ἔθνος Μηδικόν.*] Eustathius olim hoc loco legebat *Βύδιοι*, uti superius liquet, quam scripturam etiam agnoscunt editiones Xylandrianam praecedentes. Apud Herodotum Musa prima hodie *Βούδιοι* reperitur, ita enim ille: *Ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρουχάτες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι.*

Βουδινοὶ, ἔθνος Σκυθικόν.] De situ et moribus huius populi legendus Herodotus lib. IV. Pomp. Mela lib. I. XIX.

— *Ὑπὸ βοῶν ἐλαυνομένων.*] Ita exhibent libri editi omnes. Vossianus codex: *ὑπὸ βοῶν ἑλκομένων.* Utraque lectio ferri potest. Nam *τὸ ἐλαύνεσθαι* optime dicitur de equo ad cursum incitato. 236 a

— *Ἀμαξόβιοι γὰρ οἱ Σκύθαι.*] Vide nostrum in voce *Ἄβιοι.*

— *Παρμένων ὁ Βυζάντιος.*] Idem citatur in voce *Φρίκιον*, ubi etiam Iamborum liber primus commemoratur.

Βούδωρον. Θουκυδίδης.] Locus est apud Thucydidem libro II. non tertio: ibidemque non *Βούδωρον*, sed *Βούδορον* legitur.

Βουθία, πόλις Ἰωνίας.] Huius urbis et gentilis inde deducti meminit Etymologus in voce *Βουθοίη.*

Βουθόη, πόλις Ἰλλυρίδος.] MSS. Palatini, *πόλις Ἰλλυριάδος.* Editiones Xylandrianam praecedentes pessime *Βουθὸν, πόλις Ἰλλ.* Haec est *Butua* Plinii, de qua lib. III. cap. XXII. mentionem facit, unde etiam situs cognosci potest: ut autem manifestior evadat, addam verba Scylacis, ita enim ille capite Manii: *Ἀπὸ δὲ τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ πλοῦς ἡμέρας ἥμισυ. καὶ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας οἱ λίθοι εἰσὶν ἐνταῦθα καὶ ἱερὸν, ἄπωθεν τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Δρίλωνος ποταμοῦ εἰς Βουθόην ὁ πλοῦς καὶ τὸ ἐμπόριον.* Capite sequenti idem auctor civitatem hanc memorat. Sitam fuisse ad Drilonem amnem, patet ex verbis Sophoclis, quae sunt apud Etymologicographum, qui summo errore distinguit inter urbem *Βουθόη* et *Βουθοίη*, quod nomen urbi Sophocles tribuit. *Βουθοίη, πόλις τῆς Ἰλλυρίδος. Σοφοκλῆς Ὀνομακλεῖ. Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσι ἐνάσθη. εἴρηται ἀπὸ τοῦ βοηθὸν γενέσθαι.* Ptolemaeo *Βουλούα* dicebatur.

— *Ταχέως ἀνύσαι.*] Illud *ταχέως* proprie non pertinet ad etymologiam *τῆς Βουθόης*, nisi quod ultimam partem vocis compositae explicet. Nam civitas nomen habet *ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ τοῦ θοῶς*, id est *ταχέως*, uti docet Etymologici Mag. Auctor: *Βουθόη, πόλις Ἰλλυρίδος. εἴρηται, ὅτι Κάδμος ἐπὶ βοῶν ζεύγους ἐκ*

Θηβῶν ταχέως εἰς Ἰλλυρικοὺς παραγενόμενος ἔκτισε πόλιν. καὶ ἀπὸ τῶν βοῶν καὶ τοῦ θοῶς φυγεῖν Βουθόην ὠνόμασεν. ἢ ἀπὸ τοῦ Βούτου Βουτόη καὶ Βυνθόη. τὸ ἐθνικὸν, Βουθοαῖος.

— *Ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας Βουτοῦς.*] Latona Aegyptiis dicebatur *Βουτὼ*, unde quidam urbi nomen impositum existimant: verum Etymologus loco iam citato non a Latona, sed ab urbe, quae *Βοῦτος* dicitur, hanc appellationem deducit.

— *Βουθρωτὸς, χεῤῥόνησος περὶ Κέρκυραν.*] Editio Aldina
236 Florentinaque corruptissime exhibent *Βουθρωτὸς, νῆσος περὶ*
b *Κέρκυραν.* Ita quoque codex Vossianus mihi oxhibuit. Optime sane Xylander *χεῤῥόνησος*, quem sequimur, reposuit. Urbem in loco peninsulam referente conditam esse, Strabonis testimonio sufficienter evincitur, ita enim ille lib. VII. *μετὰ δὲ Ὄγχισμον, Ποσίδιον, καὶ Βουθρωτὸν, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ καλουμένου Πηλώδους λιμένος, ἱδρύμενον ἐν τόπῳ χεῤῥονησίζοντι.* Verum peninsulam hanc etiam Buthrotum appellatam fuisse, sola Stephani auctoritate nititur. Urbs sita erat in Epiro e regione Corcyrae, Caesar de bel. civ. lib. III. *Caesar eo tempore cum legione una profectus ad recipiendas ulteriores civitates, et rem frumentariam expediendam, qua anguste utebatur, erat ad Buthrotum oppositum Corcyrae.* Haec urbs edito in loco condita fuit, teste Virgilio lib. III. Aeneid. ita enim ille:

Protinus aërias Phaeacum abscondimus arces,
Littoraque Epiri legimus, portuque subimus
Chaonio, et celsam Buthroti adscendimus urbem.

Eundem situm huic urbi attribuunt Dionysius de situ orbis, Mela, Plinius et alii.

— *Οἱ δὲ μυθεύονται, ὅτι Ἑλένῳ.*] Coniunctionem ὅτι inserere placuit ex chartaceo Vossiano, quae in omnibus editionibus omissa est.

— *Πλέοντι εἰς ἑσπέρην.*] Nescio quid Meursio in mentem venerit, corrigenti in comment. ad Lycophronem, *πλέοντι εἰς ἑσπερίην.* Sine dubio scribendum, *πλέοντι εἰς ἑσπέραν.* Nam *τὰ πρὸς ἑσπέραν μέρη*, sunt partes ad occidentem sitae. Epirus respectu Troadis ad occasum iacet.

— *Θύσαντι ἀποβατήρια.*] Hanc de Heleno Priami et Hecubae F. Historiam etiam ex Teucro Cyziceno, verbis et circumstantiis paullulum immutatis transcripsit Etymologici Mag. Auctor, quae, utpote ad rem facientia, nostris commentariis inserere non pigebit. *Βουτρωτὸς, ἢ Βουθρωτὸς, πόλις τῆς Ἠπείρου, ὥς φησι Τεῦκρος ὁ Κυζικηνός. ὅτι Ἑλένου ἐκ τῆς πατρίδος εἰς τὴν Ἤπειρον παραγενομένου, θύοντος δὲ ἐπιβατήρια, ἡ βοῦς, οὐ καιρίαν λαβοῦσα τομὴν, φεύγει, καὶ κόλπον τινὰ τῆς Ἠπείρου*

διανηξαμένη, εἰς γῆν ἐξέρχεται, καὶ καταπεσοῦσα, ἀπέθανεν. ὁ δὲ Ἕλενος, συμβόλῳ θείῳ χρησάμενος, κτίζει πόλιν, καὶ ἀπὸ τοῦ συμβάντος, Βουτρωτὸν αὐτὴν ὠνόμασε. Haec potissimum eum in finem adduco, quia ex Teucro habet τὰ ἐπιβατήρια pro ἀποβατήρια. Horum τῶν ἀποβατηρίων verum sensum, quum hoc a nomine praestitum sit, accuratius excutere fert animus. Triplici significatu illa vox, qua Stephanus utitur, in antiquorum scriptis occurrit. Primo quidem locus ille, ubi Noachus animantes post diluvium ex arca emisit, ipseque cum liberis egressus est, ab Armeniis *ΑΠΟΒΑΤΗΡΙΟΝ* dicitur, teste Iosepho lib. I. Ant. Iud. cap. IV. Καὶ μαθὼν τὴν γῆν ἀπηλλαγμένην τοῦ κατακλυσμοῦ, μείνας ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας, τὰ ζῶα τῆς λάρνακος ἐξαφίησιν. αὐτός τε μετὰ τῆς γενεᾶς προελθὼν, καὶ θύσας τῷ θεῷ, συνευωχεῖτο τοῖς οἰκείοις. Ἀποβατήριον τὸν τόπον τοῦτον Ἀρμένιοι καλοῦσι. Idem ex Iosepho perhibet Zonaras: Ἀποβατήριον δὲ τὸν τόπον καλεῖσθαι τοῖς Ἀρμενίοις φησὶν ὁ Ἰώσηπος, καὶ λείψανα δείκνυσθαι τῆς λάρνακος ἐκεῖ. Deinde hoc verbum summo Iovi attribuitur: solebant enim e veteribus paullo religiosiores, postquam in aliam regionem transfretassent, et omnes pelagi difficultates essent emensi, Iovi Ἀποβατηρίῳ, pro felici de nave in terram egressu, gratias agere et altaria struere. Illustrissimum huius rei in Alexandro Magno exemplum habemus, qui itinere ex Europa in Asiam peracto, in eo Asiae loco, in quem primus ex nave cum armis descendebat, *Iovi Descensori* aliisque numinibus altaria erexit. Docet hoc Arrianus lib. I. de Exp. Alex. Λέγουσι δὲ καὶ πρῶτον ἐκ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκβῆναι αὐτὸν ἐς τὴν Ἀσίαν, καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι, ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης, καὶ ὅπου ἐξέβη τῆς Ἀσίας, ΔΙΟΣ ΑΠΟΒΑΤΗΡΙΟΥ καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἡρακλέους. Denique illa sacrificia, quae pro navigatione peracta, et felici ex nave in terram egresssu fiebant, veteribus ἀποβατήρια appellabantur, quae si quis etiam ἐπιβατήρια dixerit, non acriter cum eo contendam; nam primitiva ἀποβαίνειν et ἐπιβαίνειν eandem hac in causa sortiri significationem, notius est quam ut multis doceri debeat. Hunc ritum etiam non obscure innuit Suidas in Ταυροπόλαν: refert enim ibi Anium quendam, dato Atridis tauro, iussisse, ubicunque is e navi exiliisset, ut aedem Minervae conderent, si prospere navigare vellent. Addam ipsissima verba: Καὶ Ἀθηνᾶ Ταυροπόλος ἐν Ἄνδρῳ. ὁ γὰρ Ἄνιος δοὺς ταῦρον τοῖς Ἀτρείδαις, ἐκέλευσεν ὅπου ἂν ἐκ τῆς νεὼς ἅληται, ἱδρύσασθαι Ἀθηνᾶν. καὶ οὕτως εὐπλοήσειν, ὁ δὲ ἐν Ἄνδρῳ ἐξήλατο. Cum fluvius esset traiiciendus solebant veteres θύειν τὰ διαβατήρια, cuius rei nobis Plutarchus in Lucullo exemplum suppeditat; ὑπερβατήρια vero, cum in montana loca expeditio suscipere-

237 a

tur. Duces copias suas educturi Ἐξιτήρια faciebant. Etymologici Mag. Auctor: Ἐξιτερίους, εὐχὰς ἐφοδίους τοῖς πρὸς ἔξοδον ἔχουσιν, ἢ πρὸς θάνατον. Quod Latini dicebant propter viam sacrificare. Festus: *propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Saneo, qui scilicet idem est Deus.*

— Τρῶμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν.] Libri ante Xylandrianam editionem excusi: Τραῦμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν. Cum etymologia urbis τὸ τρῶμα magis convenit. Verum τραῦμα usitatius est.

— Διὰ τοῦ τ Βουτρώτιος.] In antiquorum scriptis in secunda syllaba nunc per θ, nunc per τ exaratur. Si etymi rationem habemus, scriptura per τ maxime est probanda. Goltzius tamen in antiquo numismate ΒΟΥΘΡΩΤΙΩΝ.

Βουκεφάλεια, πόλις ἐπὶ τῷ Βουκεφάλῳ ἵππῳ.] Etiam in praecedentibus de hac civitate atque eius conditore mentionem facit noster, eam Βουκεφάλαν appellans, quod contractum est ex Βουκεφάλεια, cuius rei exempla occurrunt in Ἀγάμεια, et alibi. Quam diversimode huius urbis nomen Graecis Latinisque auctoribus scribatur, videsis doctissimum Freinshemium ad Curtium. Verum non possum, occasione iam sese offerente, quin addam,
237 Anonymum de vita et rebus gestis Alexandri Macedonis, hacte-
b nus ineditum (cuius usum insigni favore Magnus et celeberrimus Theologus Fridericus Spanhemius, Bibliothecae Lugd. Bat. praefectus, mihi nuper concessit) urbem hanc, ut et omnes alias ab Alexandro per orbem terrarum conditas Alexandriam appellare, ubi refert circa finem operis, ipsum duodecim hac appellatione civitates aedificasse. haec sunt eius verba, quae eodem modo corrupta et depravata edam, quemadmodum in illo codice conspiciuntur: Ἔκτισε δὲ πόλεις δώδεκα· αὗται. Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Ὀρπᾶς. Ἀλεξάνδρειαν κράτιστον. Ἀλεξάνδρειαν τὴν Σκυφίαν. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Κρηπῖδος ποταμοῦ. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Τρωάδος. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Περίας Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ κεφαλῶν ἵππων. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Πώρων. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ τὸν Τίγριν ποταμόν. Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ τὰ Μεσάγγυστα καλουμένην. Sine dubio idem hic est ille Anonymus, de quo Casaubonus epistola CCXXXVI. ad Iosephum Scaligerum ita scribit. „Cum hoc autem ex te scire cupio, tum illud magis, quid de illorum veterum scriptis iudices, qui Alexandrum non Philippo satum, sed rege quodam Aegyptio, qui ipsis dicitur Nectenabo, tanta cum asseveratione confirment. Scio rem ridiculam: sed miror quid fabulae originem dederit: nisi forte illae ipsae imagines, quae ad Ammonem genus illius referebant. Fabulam illam legere memini apud Iosephum Hebr. editionis Italicae, Calisthenem quen-

dam ψευδώνυμον, qui in Regis Bibliotheca erat; itemque in alio scriptore de vita Alexandri. Nugacissimi istius auctoris nugax scriptum (non intelligo Pseudo-Calisthenem) in quo Nectenabo magicis artibus instructissimus, et Olympias Alexandri mater omne punctum faciunt, a capite usque ad calcem evolvi, nihil in eo reperiens, quod aut ad historiae, aut ad antiquitatis illustrationem pertineat. Colloquia inter Nectenabonem et Olympiadem fabellae sunt suavissimae, saepenumero adeo facetae, ut in tristissimo quovis non risum duntaxat, sed et cachinnos excitare valerent; nam rex ille Aegyptius omnem movet lapidem, ut Olympiadis potiatur et cum ea rem habeat: unde Alexandrum non Philippo, sed Nectenabone satum auctor perhibet. Dictio in principio parum tumet, deinde humi serpens, saepe barbara et inconcinna. Praelia quibus Alexander hostes devicit, gentes sub eius imperio redactas, civitates per orbem terrarum conditas recenset, et tandem mortuo Alexandro inficetissimis commentis Graeculus ille sequioris aevi finem imponit. Ut autem unusquisque liberum de hoc scripto iudicio ferat, pagellam unam atque alteram si lectorum oculis subiecerim, non ingratum futurum confido.

ΒΙΟϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΕΔΟΝΟϹ ΚΑΙ ΠΡΑΞΕΙϹ.

Οἱ σοφώτατοι Αἰγύπτιοι, θεῶν ἀπόγονοι, γῆς μητέρα καταλαβόμενοι, θαλάσσης κύματα καθημερωσάμενοι, οὐρανοῦ ἀστέρων θέσιαν ψηφισάμενοι, παραδεδώκασι τὴν οἰκουμένην ἐπὶ στρατείας ἀρχὴ λόγου ῥύσεως μαγικῆς δυνάμεως· φασὶ γὰρ τὸν Νεκταβὼ τὸν τελευταῖον τῆς Αἰγύπτου βασιλέα, μεθ᾽ ὃν Αἴγυπτος ἐξέπεσε τῆς τοιαύτης τιμῆς· τῇ μαγικῇ δυνάμει πάντων περιγενέσθαι· τὰ γὰρ κοσμικὰ στοιχεῖα, λόγῳ πάντα αὐτῷ ὑπετάσσετο, εἰ γὰρ αἰφνιδίως πολέμου νέφος ἐπεληλύθει, οὐκ ἔσκυλε στρατόπεδον, οὐδὲ ὅπλων πομπεύματα, οὔτε σιδήρου μηχανήματα, ἀλλ᾽ εἰσήρχετο εἰς τὰ βασίλεια, καὶ ἐλάμβανε χαλκῆν λεκάνην, καὶ ἐμπλήσας αὐτὴν ὕδατος ὀμβρίου, ἔπλαττεν ἐκ κηροῦ πλοῖα μικρὰ καὶ ἀνθρωπάρια, καὶ ἐνέβαλλεν αὐτὰ εἰς τὴν λεκάνην καὶ ἔλεγεν ἀοι- 238
δὴν, κρατῶν ἐβεννίνην ῥάβδον, καὶ ἐπεκαλεῖτο τοὺς ἀγγέλους καὶ a
θεὸν Λιβύης Ἄμμωνα, καὶ οὕτως τοιαύτῃ λεκανομαντείᾳ τὰ ἐν τῇ λεκάνῃ πλοῖα τῶν ἐπερχομένων πολέμων ἀπολλυμένων ἀνθρωπίων περιεγένετο, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τῶν διὰ γῆς ἐπερχομένων. οὕτως οὖν διὰ τῆς πολυπειρίας τοῦ ἀνδρὸς τοῦ βασιλέως διαμένοντος, μετὰ ἱκανὸν χρόνον, ἐν τοῖς παρὰ Ῥωμαίοις ἐκφρουρατόρων, παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι κατασκόπων, παρὼν ποτέ τις παρὰ τῷ βασιλεῖ, οὕτως εἶπε, μέγιστε Νεκταβὼ παρακεμψάμενος τὸ

ἐν εἰρήνῃ εἶναι, ταῦτα ἐπισκέψασθε, ἐπίκειται γάρ σοι νέφος οὐκ ὀλίγον μυρίων ἐχθρῶν, εἰσὶ γὰρ Σκύθες, Κένσιρες, Καύκωνες, Ἴβηραι, Στόδμοι, Κυκλωσάνιαι, καὶ Δαπάτες, καὶ Σπόροι, καὶ Ἀργεῖοι, καὶ Ζάλβοι, καὶ Χαλδαῖοι, καὶ Μετωπόψορες, καὶ Ἀγριοφάγοι, καὶ Εὐωνυμῖται, καὶ ὅσα εἰσὶν ἔθνη ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς μεγάλα ἀναρίθμητα ἀνδρῶν στρατὸν ἔχοντα μύριον σπευδόντων τὴν σὴν Αἴγυπτον καταλαβέσθαι. ὑπεισελθέτω σοὶ τὸ Ὁμηρικὸν διστίχιον· Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα, ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλεν. Οὕτως εἰπόντος τοῦ στρατάρχου, μειδιῶν ὁ Νεκτεναβὼς εἶπε· σὺ μὲν καλῶς καὶ ἐπαγρύπνως ἣν βεβούλευσαι φρουρὰν φυλάσσῃς. δειλῶς δὲ καὶ οὐ στρατιωτικῶς ἐφθέγξω. οὐ γὰρ δύναμις ἐν ὄχλῳ φαίνεται ἀλλὰ προθυμία. καὶ γὰρ εἷς λέων πολλοὺς ἐλαύνει χειρὶ τῇ ἀγαθῇ πολυπληθεῖς ἀλκὴ κρύψων, καὶ γὰρ εἷς κύων πολλὰς ἐλάφους ἐχειρώσατο καὶ λύκος εἰς ἀγέλην ποιμνίων ὠλέσατο· ὥστε σὺ πορεύου ἅμα ταῖς ὑποταγείσαι στρατιώταις· καὶ τὴν σεαυτοῦ παράταξιν φύλαττε. λόγῳ γὰρ ἐγὼ τὴν τῶν βαρβάρων ἀνάριθμον πολυπλήθειαν πελάγους κύμασιν ὑποκαλύπτω. Οὕτως εἰπὼν ἀπέπεμψεν αὐτόν. Οὗτος δὲ εἰς τὰ βασίλεια ἀναστρέψας, ἐκέλευσε πάντας ἐκ μέσσου γενέσθαι. μόνος δὲ τὴν λεκάνην θεὶς, ἐπλήσατο ὕδατος, βαλὼν δὲ ἐπὶ αὐτῷ τὰ κήρινα πλοῖα ἁψάμενος· κατὰ χεῖρα τὴν ῥάβδον τῷ δυναμικῷ λόγῳ ἐχρήσατο· ἀτενίζων δὲ εἰς τὴν λεκάνην, ἴδε τοὺς τῶν Αἰγυπτίων θεοὺς, τὰ τῶν πολεμίων βαρβάρων πλοῖα δὲ κυβερνῶντας· διὸ καὶ σχολασθεὶς τὸ τῶν Αἰγυπτίων βασίλειον ὑπὸ τῶν μακάρων ἤδη προδοσίαν ἔχ", ξυρησάμενος τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν πώγωνα πρὸς τὸ ἄλλο μορφῶσαι, ἐγκολπωσάμενος χρυσὸν ὅσον ἠδύνατο βαστάζαι, ἔφυγε τὴν Αἴγυπτον διὰ τοῦ Πηλουσίου. Πολλὰ δὲ περιμαστεύσας ἔθνη, εἰς Πέλλην τῆς Μακεδονίας παρεγένετο ὀθόνη ἀμφιεσάμενος οἷα προφήτης Αἰγύπτιος Ἀστρολόγος. ἐκάθισε δημόσια τὸν προσερχόμενον σκέπτεσθαι· καὶ τοῦνσα μαθηματικά· ἐν δὲ τῇ Αἰγύπτῳ ἀφανοῦς γενομένου τοῦ Νεκτεναβὼς ἠξίωσαν οἱ Αἰγύπτιοι τὸν προπάτορα τῶν θεῶν Ἥφαιστον, εἰ ἄρα ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς ἐγένετο· Ὁ δὲ ἔπεμψεν αὐτοὺς διὰ χρησμῳδίας πρὸς τὸν ἀόρατον τοῦ Σινωπίου, ὅστις ἐχρησμῴδησεν οὕτως· οὕτως Αἴγυπτον ἐκφυγὼν κραταιὸς ἄλκιμος πρέσβυς βασιλεὺς δυνάστης ἥξει μετὰ χρόνον τὸ γηραλέον ἀποσείων ἐκ τύπου εἶδος κοσμῶν, κυκλεύσας ἐπὶ τὸ Αἰγύπτου πεδίον ἐχθρῶν ὑπὸ ταγὴν ἀληθῶν διδοὺς ἡμῖν. οὕτω δοθέντος τοῦ χρησμοῦ τούτου, μὴ νοήσαντες τὴν λέξιν εἰς τὴν τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Νεκτεναβὼς βάσιν γράφουσιν εἰς μνήμην προταμοῦ ἐκβησομένου τοῦ χρησμοῦ τούτου.

Ἐν τῇ Μακεδονίᾳ οὖν φανερὸς γίνεται πᾶσι ὁ Νεκτεναβὼς ἐπιτρεσοῦτον, ὥστε καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα θελῆσαι σκέψασθαι ὑπ'

αὐτοῦ. μετεκαλέσατο οὖν αὐτὴν ὑπὸ δήμου τοῦ Φιλίππου τυγχάνοντος πρὸς πόλεμον, ὃς παραγενόμενος εἰς τὰ βασίλεια, ἰδὼν αὐτῆς τὴν εὐμορφίαν, τῆς σελήνης διαφορωτέραν· ἄνος κατωφερὴς εἰς τὰς γυναῖκας ἀπὸ τῆς ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας· τὸν νοῦν ἀπονήσας, προτείνας τὴν χεῖρα ἠσπάσατο. χαίροις Μακεδόνος βασίλεια, μὴ καταξιῶν αὐτὴν δέσποιναν εἰπεῖν, τὸν βασιλικὸν ἔχων λογισμόν.

Ὀλυμπιὰς εἶπε· χαίροις ἀγαθότατε Μαθηματικέ· καὶ παραβὰς καθέζου· ὃ δὲ ἐκάθισεν· Ὀλυμπιὰς εἶπεν· εἰ τυγχάνεις Αἰγύπτιος ἀληθινός; Νεκταναβὼς εἶπεν, ὡς οἱ δοκιμάσαντες λέ- 238 b
γουσιν. Ὀλυμπιὰς εἶπεν, ποίᾳ σκέψει χρώμενος τὸ ἀληθὲς ἀπαγγελεῖς; Νεκταναβὼς εἶπεν, καλῶς ἀπεφήνω ὦ Βασίλισσα, πολυσχιδὴς γάρ ἐστι τῆς σκέψεως ἡ κρίσις· εἰσὶ γὰρ Ὀνειροκρίται, σημειολύται, ὀρνεοσκόποι, μάντεις, Ἀμμωνομάντεις, γενεολόγοι, ἀπροθέται, ἀστρόλογοι· ἐγὼ οὖν πάντων τούτων ἐφαπτόμενος, κατ᾽ ἐξοχὴν προφήτης ὢν Αἰγύπτιος, καὶ μάγος εἰμὶ καὶ ἀστρόλογος. καὶ ταῦτα λέγων, δριμύτατον αὐτῇ ἔβλεψεν· ἥτις σημειωσαμένη τὸ βλέμμα εἶπε· τί λογιζόμενος οὖν ὦ προφῆτα κατ᾽ ἐξοχήν, τί περι ἔργων με οὕτως περιέβλεψας; Νεκταναβὼς εἶπεν, ὑπομνησθῆς χρησμοῦ βασιλικοῦ· ἤκουσα γὰρ ὑπὸ τῶν ἰδίων θεῶν ποτε, ὅτι βασιλίδα σε δεῖ σκέψασθαι, καὶ ἅπερ λέγω ἀληθῆ εὑρεθῆναι· ἅμα δὲ τῷ ταῦτα εἰπεῖν, προσενεγκάμενος πίνακα καὶ πολυτίμητον βασιλικόν, ὃν ἑρμηνεῦσαι τίς ποτε οὐ δύναται, ἐξ ἐλέφαντος καὶ ἐβεννίνου, καὶ χρυσίου, καὶ ἀργύρου. τριχάρακτον ζώναις, ἐπὶ μὲν τοῦ πρώτου κύκλου δεκανοὺς ἔχοντα τοὺς τριάκοντα ἕξ, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, ζώδια δέκα δύο, ἐπὶ μὲν τοῦ μέ- a
σου ἥλιον καὶ σελήνην, ἔθηκεν ἐπὶ δίφρου, εἶτα γλωσσοκόμον ἐλεφάντινον ἀθροίσας, ὡς αὕτως μικρὸν ἐκκενώσας τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας, καὶ τὸν ὡρόσκοπον ἐξ ὀκτὼ λιθοτέχνων μετ᾽ ἄλλων ἔθηκε τὸν τηλικοῦτον οὐρανὸν ἐν ὀλίγῳ κύκλῳ περιφωτίσας προσθεὶς τὸν ἥλιον, τὴν δὲ σελήνην ἀδαμαντίνην, τὸν Ἄρεα αἵματι· τοῦ τὸν ἑρμέα σμαράγδου, τὸν Δία αἰθερίτου, τὴν Ἀφροδίτην σαπφείρου, τὸν Κρόνον ὀφίτου, τὸν ὡρόσκοπον λυγδίτου, καὶ φησὶ εἰπέ μοι λέξον μοι βασιλὶς ἐνιαυτόν, μῆνα, ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς ἑαυτῆς γενέσεως· τῆς δὲ εἰρηκυίας Νεκταναβὼς ψηφίζει τὴν ἑαυτῆς καὶ τὴν ἑαυτοῦ γένεσιν, εἰ συναστρεῖ εὐνοῆσαι, ἰδὼν δὲ εὐκειμένην τὴν ἀστρονομίαν, φησί, τί θέλεις ἀκοῦσαι βασιλίς; Ὀλυμπιὰς εἶπε, τὰ περὶ τὸν Φίλιππον μαθεῖν θέλω, φημίζεται γάρ μοι μετὰ τὸν πόλεμον ἀποβαλεῖν με καὶ γαμεῖν ἄλλην. Νεκταναβὼς εἶπε· Ψευδὴς ἡ φήμη γέγονε βασίλισσα.

— Βουκεφάλας λιμὴν τῆς Ἀττικῆς.] Omnes quotquot de hoc portu mentionem faciunt, *Bucephalum* nominant. Plinius lib. IV. cap. V. *In ea Epidaurum oppidum Aesculapii delubro*

celebre: *Spiraeum promontorium*, *portus Anthedon et Bucephalus.*

Βούκιννα, πόλις Σικελίας.] Non est in Sicilia oppidum huius nominis, uti observat Cluverius, sed insula Lilybaeo ac Drepanis obiecta. Videsis Plinium lib. III. cap. VIII.

Βουλινοί, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν.] Diversimode huius gentis nomen veteribus profertur, uti ipse testatur Eustathius ad Dionysium Alexandrinum hisce verbis: *Ἐκεῖ δὲ, φησὶ, καὶ οἱ Βουλιμεῖς, οὓς τινες διὰ τοῦ ν γράφουσι Βουλινεῖς, ἢ Βουλινούς.* Straboni *Βουλλίονες* dicuntur, ita enim ille lib. VII. *Τῆς γὰρ Ἐ-*
a *πιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας μέχρι τῶν Κεραυνίων περιοικοῦσι Βουλλίονές τε καὶ Ταυλάντιοι* etc. Horum regio appellatur Livio Byllinus ager. sic ille lib. XXXVI. *Ipse cum omnibus terrestribus copiis in Byllinum agrum procedes, et inde Graeciae praesidebis.*

— *Βουλίνην πόλιν φησίν.*] Vehementer dubito, an non eadem sit urbs, quam infra Stephanus appellavit *Βυλλίδα.*

Βοῦλις, πόλις Φωκίδος.] Urbis situm, conditorem et alia memorabilia describit Pausanias in Phocicis: *Τῇ δὲ γῇ τῇ Φωκίδι ἔστιν ὅμορος ἢ ὀνομάζεται μὲν ἀπὸ Βούλωνος ἀγαγόντος τὴν ἀποικίαν ἀνδρὸς, συνῳκίσθη δὲ ἐκ πολέων τῶν ἐν τῇ ἀρχαίᾳ Δωρίδι.*

— *Ἀπὸ Βούλωνος οἰκιστοῦ.*] Salmasius in margine sui libri scripsit, quendam virum doctum censere reponendum esse *ἀπὸ*
239 *Βουλίωνος.* Is est Henricus Stephanus in annotationibus ad Dio-
a nysium de situ urbis pag. 158. Qui re vera fallitur, uti manifestissime liquet ex Pausania.

— *Οἱ πολῖται Βούλιοι.*] Hoc civium nomen transcriptorum negligentia esse depravatum, manifeste apparet ex Pausania libro citato, apud quem saepenumero *Βουλίδιοι* occurrit.

Βούνειμα, πόλις Ἠπείρου.] Urbem hanc prope Trampyam fuisse sitam, noster alibi etiam affirmat, verum qua in regione utraque sita fuerit, neque apud Stephanum, neque apud alios geographos facile invenies. Certum est oppidum a boum pascuis dictum esse, quae in Tymphaea regione prae caeteris excellebant, uti liquet ex Callimacho Hym. III. in Dianam, cuius verba in margine sui Stephani ita emendat ὁ πάνυ Salmasius:

— — *Καὶ εἰ Τυμφαιίδες εἶεν,*
Εἰνατεϊζόμεναι, κεραελκέες, αἳ μέγ' ἄρισται
Τέμνειν ὦλκα βαθεῖαν.

Cum itaque mons Tymphe praestantissimos fortissimosque boves habuerit, non improbabile est, ibi etiam optima pascua fuisse, unde locus *Βούνειμα* appellatus sit, quem aut circa hunc mon-

[redacted]

tem constituo, aut in eius radicibus. Eustathius etiam illorum locorum, ad quos Ulysses *μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν* aufugiebat, in comment. ad Homerum meminit, illos *Βουνίμαν* et *Κελκέας* nuncupans, quae vocabula veteribus videbantur barbara terminatione prolata. Quia autem Archiepiscopi Thessalonicensis locus egregie ad illustrationem huius sectionis pertinet, eum huc transcribam, ita enim ille ad Odyss. *Λ*. pag. 1675. *Βούλεται δὲ ἡ τοῦ Τειρεσίου παραίνεσις, λαβεῖν τὸν Ὀδυσσέα κώπην ἐπὶ τοῖς ὤμοις, καὶ ὁδεύειν ἕως ἂν εἰς ἄνδρας ἔλθοι μὴ εἰδότας θάλασσαν, ἢ ἐμβρωματιζομένους μετὰ ἁλῶν, ἢ ἐπιστήμονας νηῶν, ἵνα δηλαδὴ τιμηθῇ Ποσειδῶν Ἠπειρώτης, ἐν τόποις οἷς οὐ φέρεται αὐτοῦ ὄνομα. φιλοτιμία γάρ τις καὶ τὸ τιμᾶσθαί τινας παρ' οἷς οὐ γνωρίζονται. Διόπερ ὁ πρὸς εἰδότας λέγων ἐπαίνους τινῶν, ἀκούσοι ἂν τὸ, εἰδόσιν Ἀχαιοῖς ταῦτ' ἀγορεύεις. Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ μὴ εἰδότες Ποσειδῶνα; ὅσοι οὐκ ἴσασι τὰ ἀνωτέρω ῥηθέντα. οἱ δὲ παλαιοὶ, καί τινων τοπικῶν ὀνομάτων βαρβαροφώνους δούπους ἱστοροῦσι, Βουνίμαν λέγοντές τινα ἢ Κελκέαν, ἐν οἷς Ὀδυσσεὺς τὸν Ποσειδῶνα ἐτίμησε.*

— *Πλησίον Τραμπύας.*] Codd. Palatini, *πλησίον Τραμπέλας*, et sic quoque exhibet editio Aldina Florentinaque. Stephanus: *Τράμπυα, πόλις τῆς Ἠπείρου, πλησίον Βουνίμων.*

— *Λαβὼν χρησμόν.*] Oraculum est desumptum ex Oratione Tiresiae, quam habuit ad Ulyssem apud Homer. Odyss. *Λ*. Locum huc transferam, apprime ad rem facientem:

Αὐτὰρ ἐπὴν μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι 239
Κτείνῃς ἠὲ δόλῳ, ἢ ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῷ, b
Ἔρχεσθαι δ' ἔπειτα λαβὼν εὐῆρες ἐρετμὸν,
Εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν.

Βοῦννος, *πόλις Ἰλλυρίας.*] Nemo vel geographorum vel historicorum huius oppidi mentionem fecit, quapropter incertae positionis est. Videtur tamen nomen hausisse *παρὰ τοὺς βουνούς*. Sunt enim *βουνοὶ οἱ ὑψηλοὶ καὶ γεώλοφοι τόποι.*

Βουπράσιον. Καὶ χώρα τῆς Ἤλιδος.] Placet magis *καὶ χωρίον τῆς Ἤλιδος*, quod Eustathius olim hoc in loco reperit, quemadmodum apparebit ex verbis mox citandis.

— *Οἳ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε* etc.] Vide Homeri catalogum navium.

— *Κατοικία τῆς Ἤλιδος.*] Totum hunc locum Eustathius in suos ad Homerum commentarios transtulit, ita enim ille ad Iliad. *B*. *Ὁ δὲ τῶν Ἐθνικῶν γραφεὺς καὶ πόλιν Ἤλιδος λέγει καὶ ποταμὸν καὶ χωρίον καὶ κατοικίαν ἀξιόλογον, τὰ Βουπρά-*

τὸ Βουπράσιον. κληθὲν οὕτω ἀπὸ Βουπρασίου τινὸς ἄρξαντος ἐκεῖ. ἐθνικὸν αὐτοῦ, Βουπρασιεὺς, καὶ Βουπράσιος, καὶ Βουπρασίων, ὡς Καδμείων. Legendus porro Strabo, lib. VIII. Buprasium luculentissime describens.

— *Τοῦ ἄρξαντος αὐτῶν.*] Chartaceus Vossianus sine articulo, *ἄρξαντος αὐτῶν.*

Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας, θηλυκῶς. ἀπὸ Βούρας etc.] Quis ausus fuisset palam confiteri, hic aliquas dictiones excidisse? Immanis profecto et intoleranda iniuria est, quam Stephani verbis illatam reperi, nam praeter haec verba (*Βοῦρα, πόλις Ἀχαΐας. τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος. Λυκόφρων.*) codd. Palatini et omnes editi nihil agnoscunt. Verum ne locus iste posthac aut librariorum vecordiam, aut temporis iacturam causetur, eum fide codicis Vossiani replevi, quemadmodum in contextu excusum est. Videt ergo lector integritatem huius loci, cuius si veritatem quoque requirit, consideret modo haec Pausaniae ex Achaïcis verba: *Θαλάσσης δὲ ἐν δεξιᾷ καὶ ἡ Βοῦρα ἐν ὄρει κεῖται. τεθῆναι δέ φασι τὸ πόλει τὸ ὄνομα ἀπὸ γυναικὸς Βούρας. θυγατέρα δὲ αὐτὴν Ἴωνος τοῦ Ξούθου, καὶ Ἑλίκης εἶναι.* Legendus porro Stephanus in voce *Ἑλίκη*. Solere Graecos urbium natales ab heroum et heroïnarum appellationibus deducere, iam lippis et tonsoribus notum est: verum aliud huius urbis etymon legere est apud Etymologici Mag. auctorem, qui testatur civitati *ἀπὸ τοῦ τὰς βοῦς ὠρεῖν* nomen inditum esse, ita enim ille: *Βοῦρα, πόλις τῆς Ἀχαΐας, ἣν ᾤκισεν Ἐξάδιος ὁ κένταυρος, καὶ ἐκεῖ αὐτοῦ τὰ Βουστάσια ἐφυλάττετο. διὸ καὶ Βοῦρα ὠνομάσθη, ἀπὸ τοῦ τὰς βοῦς*
240
a *ὠρεῖν, ὅ ἐστι φυλάττειν.* Eandem nominis originem lector inveniet apud Scholiastam Callimachi ad Hymnum in Delum.

— *Τοῦ Ξούθου.*] In Vossiano MS. male exaratum erat *Ξάνθου.* Auctoritate Pausaniae *Ξούθου* reposui, quae verissima est lectio. Ionem Xuthi filium fuisse testantur passim Mythologi. Apollod. lib. I. *Ξοῦθος μὲν λαβὼν τὴν Πελοπόννησον, ἐκ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως Ἀχαιὸν ἐγέννησε, καὶ Ἴωνα, ἀφ' ὧν Ἀχαιοὶ καὶ Ἴωνες καλοῦνται.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βουραῖος.*] Passim quoque Pausanias hoc gentili utitur libro iam allegato.

— *Δύμη τε Βουραίοισι* etc.] Pessime in tribus editionibus et libris calamo exaratis conspicitur, *Δήμη τε Βουραίοισι ἡγεμὼν στόλου.* Veterem veramque lectionem ipso ex Lycophrone reduxi.

— *Ἀπὸ τοιχογραφίας ὢν.*] Vel librariorum negligentia, vel alio quodam fato, hic voculam excidisse, qua Pytheae in τοιχογραφίᾳ peritia, sive prae caeteris excellentia denotatur, firmiter

mihi persuadeo. Verum fateor, me tam divinum non esse, ut ipsam omissam vocem ope ingenii excogitem. Specilegis ingeniosioribus et iis qui melioribus usi sunt codicibus etiam relinquendum est aliquid. Dionysius, teste Plinio lib. xxxv. cap. x. *ἀνθρωπογράφος* cognominabatur, quia nihil aliud quam homines pinxit. Qui parietibus pingendis operam navabant, veteribus *Τοιχογράφοι* dicebantur, inter quos Ludius, Pausias, C. Fabius et alii recensentur. Romae *Τοιχογραφίαν* primus instituit Ludius aetate Augusti, narrante Plinio libro iam citato: *Non fraudandus sua gloria Ludius, qui Divi Augusti aetate primus instituit amoenissimam parietum picturam, villas et porticus, ac topiaria opera, lucos, nemora, colles, piscinas, euripos, amnes, littora, qualia quis optaret, varias ibi obambulantium species, aut navigantium, terraque villas adeuntium asellis aut vehiculis.* De Pausia legimus ibidem cap. xi. *Pinxit et ipse penicillo parietes Thespiis, cum reficerentur, quondam a Polygnoto picti, multumque comparatione superatus existimabatur, quoniam non suo genere certasset. Idem et lacunaria primus pingere instituit: nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.* De C. Fabio mentionem facit Valer. Maximus lib. viii. cap. xiii. *Nam quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus civis? qui cum in aede Salutis, quam C. Iunius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit.* Verum tanta non fuit τῶν τοιχογράφων gloria, quanta illorum qui tabulas pinxere: tabulae enim ex incendiis, sed minime illud quod parietibus erat allitum, rapi poterant Qua de re vide- 240
sis iudicium Plinii lib. xxxv. cap. x. circa finem. b

— *Καὶ Βουραϊκὸς, κτητικόν.*] Mendum leve machinata fuerat librariorum incuria in hunc locum: exhibent enim MSS. et libri editi, *καὶ Βοραϊκὸς, κτητικόν.* Ego vero auctoritate Pausaniae commotus emendavi *Βουραϊκὸς*, ita enim ille in Achaïcis: *Ἐς οὖν τὸ ἐπίνειον Αἰγειρῶν δύο καὶ ἑβδομήκοντα ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν Βουραϊκὴν εἰσιν Ἡρακλέους στάδιοι.*

— *Τὸ δὲ διὰ τοῦ Ι.*] Et huic loco aliquid excidisse, facile mihi persuaserim. Videtur enim rescribendum: *Τὸ δὲ διὰ τοῦ ι Βούριος, ὡς Νύσσα Νύσσιος* etc. Polybius libro ii. hoc gentile usurpavit: *Ἑξῆς δὲ τούτοις, Βούριοι τὸν τύραννον ἀποκτείναντες.*

Βούρχανις, νῆσος etc.] Locus Strabonis, quem noster innuit, reperitur lib. vii. hisce verbis: *Ἐχειρώσατο δ' ὁ Δροῦσος οὐ μόνον τῶν ἐθνῶν τὰ πλεῖστα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῷ παράπλῳ νήσους, ὡς ἐστὶ καὶ ἡ Βούρχανις.* Plinius lib. iv. cap. xiii. *Burchanam* appellat: *Promontorium Cimbrorum, excurrens in mare longe, peninsulam efficit, quae Cartris appellatur.* xxiii *inde in-*

lae, Romanorm armis cognitae. Earum nobilissima Burchana, Fabaria a nostris dicta, a frugis similitudine, sponte provenientis. Sita est haec insula in ore Amisiae, et vulgo *Borchum* nuncupatur, uti viri docti testantur.

Βοῦσαι. Ἡρόδοτος πρώτῃ.] En Herodoti verba: *Ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βοῦσαι, Παρητακηνοὶ, Στρουχάτες* etc.

Βούσιρις, πόλις Αἰγύπτου.] Noster perhibet, hanc vocem componi παρὰ τὸ βοῦν καὶ Ὄσιριν, quasi urbis nomen esset *Βουσόσιρις*. Verum Etymologici Mag. auctor in longe alia versatur sententia, scilicet, sic nuncupatam esse παρὰ τὸ βοῦς εἴρειν, id est, *a iungendis bobus*, ita enim ille: *Βούσιρις, ὁ ἥρως ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύς. ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις οὕτω καλεῖται. εἴρηται παρὰ τὸ βοῦς εἴρειν. ὁ δυνάμενος μόνος ζευγνύειν δύο βοῦς.* Sequitur iam eodem loco alia praeterea etymologia: *παρὰ τὸ βοῦς καὶ τὴν σειρὰν, ἵν' ᾖ ὁ ἰσχυρὸς καὶ ἀνδρεῖος, ὥστε δύνασθαι βοῦν ἄγειν σειραῖς.* Quicquid sit, certissimum est, fabularem historiam de Iside et Osiride, qua nihil antiquius habent Aegyptii, multis in Aegypto oppidis nomen imposuisse.

— Ἐν ταύτῃ Ἴσιος μέγιστον ἱερόν.] Haec noster, licet Herodoti nomen reticeat, ex Euterpe verbotenus transcripsit, ita enim ibi: *Δευτέρα, ἐς Βούσιριν πόλιν τῇ Ἴσι. ἐν ταύτῃ γὰρ δὴ τῇ πόλεϊ ἐστὶ μέγιστον Ἴσιος ἱρόν. Ἵδρυται δὲ ἡ πόλις αὕτη τῆς Αἰγύπτου ἐν μέσῳ τοῦ Δέλτα. Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ.*

— Θάψαι τὸν Βούσιριν.] Locus in libris calamo exaratis
241 et omnibus editionibus foedissime corruptus: confidenter repone,
a *θάψαι τὸν Ὄσιριν.* Ita quoque hunc locum Cl. Bochartus in Hierozoico emendavit.

— Ἐμβαλοῦσα εἰς ξυλίνην βοῦν.] Apud Plutarchum in libro de Iside legimus, Osiridem arca inclusum in mare fuisse proiectum, et postea Busiride sepultum, aut ut alii volunt Taphosiride. Qua in urbe tumulatus sit, inter auctores nondum convenit. Stephanus aliam quoque urbem recenset, in honorem Osiridis sepulturae conditam. Refert etiam Herodotus lib. II. de rege Mycerino, qui defuncta filia ligneam bovem fecit, in qua eam sepelivit, haec sunt eius verba: *Τὸν δὲ ὑπεραλγήσαντά τε τῷ περιπεπτώκεε πρήγματι, καὶ βουλόμενον περισσότερόν τι τῶν ἄλλων θάψαι τὴν θυγατέρα, ποιήσασθαι βοῦν ξυλίνην κοίλην, καὶ ἔπειτα καταχρυσώσαντά μιν ταύτην, ἔσω ἐν αὐτῇ θάψαι τὴν ἀποθανοῦσαν θυγατέρα.*

Βουτάδαι. Αἰγηΐδος φυλῆς.] Etymologici Mag. auctor, *Οἰνηΐδος φυλῆς*, quem vide in *Βουτάδαι*, si rem tanti feceris.

— *Κωθωκίδαι.*] Sic etiam aliae editiones. Verum Hesychius hanc vocem in prima syllaba per ο μικρὸν exaravit.

— *Ἔστι δὲ Βούτου.*] Et hic locus in omnibus libris MSS. et editis mutilus circumfertur. Legendum videtur: *ἔστι δὲ ἀπὸ Βούτου, τοῦ Πανδίονος.*

Βοῦτος. Ἀφ' ἧς καὶ ἡ Λητὼ Βουτώ.] De hac urbe et dea videndus Herodotus lib. II. *Τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱερὸν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου· ὄνομα δὲ τῇ πόλι Βουτώ.*

— *Ἑτέρα Γεδρωσίας.*] Alii geographi de hac urbe silent. In cava Syria noster *Βοῦτιν* collocat, de qua in voce *Πέλλα*, verum ad hanc sectionem non pertinet. 241 b

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βούτιος etc.*] Locum hunc, librariorum incuria male acceptum, ope codicis Vossiani in integrum restitui. Profligatissime enim in vulgatis legebatur: *τὸ ἐθνικὸν, Βουτία· τοῦ δὲ Βουτῶς, Βουτοΐτης.* Nostram emendationem esse verissimam, etiam liquet ex voce *Κύβος*, ubi Epitomator ita infit: *ὁ πολίτης Κυβίτης, ὡς Σαβίτης τῆς Σαβοῦς, ἢ Κυβοίτης, ὡς τῆς Βουτοῦς Βουτοίτης.*

— *Τῆς δὲ Βουτοῦς, Βουτοΐτης, καὶ Βουτοίτης.*] Non puto hanc diaeresin huc pertinere, quod evidenter liquet ex verbis proxime allegatis: nam τὸ *Κυβίτης* et *Σαβίτης* habent formam Aegyptiis propriam. Nusquam Stephanus ab urbium nominibus in ω desinentibus, formavit gentilia, quae per diaeresin efferuntur. Vide in *Ταχεμψώ* et aliis locis. Igitur hic rescribendum videtur: *τῆς δὲ Βουτοῦς, Βουτίτης καὶ Βουτοίτης.*

Βρασιαί, Παυσανίας τρίτῳ.] Hunc Pausaniae locum noster videtur respicere: *Βρασιαὶ δὲ ἐσχάτη μὲν ταύτῃ τῶν Ἐλευθερολακώνων πρὸς θαλάσσῃ ἐστὶ, Κυφάντων δὲ ἀπέχουσι πλοῦν σταδίων διακοσίων.* Ibidem etiam oppidani nomen reperitur: *Βρασιᾶται δὲ καὶ τάδε ἐπιλέγουσι.*

Βραχία, οὕτως ἡ Ἀραβικὴ θάλασσα καλεῖται.] Quotquot huius maris mentionem faciunt, penultimam per diphthongum scribunt, et ita quoque Cl. Vossius ad Melam hunc Stephani locum allegavit. Quare vereor, ne omnino hic *Βραχεῖα* sit rescribendum. Marc. Heracleota in Periplo: *Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ λεγομένη Βραχεῖα θάλασσα, καὶ ὁ περὶ αὐτὴν μέγιστος κόλπος.* Eodem 242 modo Agathemerus lib. II. cap. XI. *Μετὰ δὲ ταύτην ὡς πρὸς ἄρ- a κτους ἡ Βραχεῖα κεῖται θάλασσα, ἣ οὐ διὰ βραχύτητα τοῦ μεγέθους (ἐστὶ γὰρ μεγίστη) τούτου τετύχηκε τοῦ ὀνόματος, ἀλλὰ διὰ τὰ ἐν αὐτῇ βράχη.* Igitur hoc maris etymon deducunt παρὰ τὸ *βράχος*, quia plurima in eo sunt brevia et syrtes: verum alii hoc no-

men derivant ab Arabica voce بحر *Bahr mare*, quod auribus Graecis duriuscule sonans, paullo aliter redditum et immutatum est.

Βραχμᾶνες, Ἰνδικὸν ἔθνος.] De hac gente et ejus moribus scribunt Strabo lib. XV. Plutarchus in vita Alexandri: Arrianus de Exped. Alexandri lib. VII. et in Indicis: Clemens Alexandrinus Stromat. lib. III. Porphyrius de Abstinentia lib. IV. Philostratus in vita Apollonii lib. III. cap. IV. Quibus adde Palladium et Ambrosium de moribus Brachmanum. Veteribus etiam *Gymnosophistae* appellabantur, hodie *Bramines*. Illorum doctrinam ac mores Belgico idiomate non indocte descripsit Abrahamus Rogerius, qui per aliquot annos apud orientales Indos aetatem egit.

— *Σοφώτατον.*] Eorum sapientiam manifeste satis describunt auctores supra allegati, quibus addam verba Ciceronis Tusc. Quaest. lib. V. *Quae Barbaria India vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum hi qui Sapientes habentur, nudi aetatem agunt.* De illorum sapientia etiam sic scribit Apuleius in Floridis: *Est praeterea genus apud illos praestabile, Gymnosophistae vocantur. Hos ego maxime admiror; quod homines sunt periti, non propagandae vitis, nec inoculandae arboris, nec proscindendi soli. Non illi norunt arvum colere, vel aurum colare, vel equum domare, vel taurum subigere, vel ovem vel capram tondere vel pascere. Quid igitur est? Unum pro his omnibus norunt. Sapientiam percolunt tam magistri senes, quam discipuli minores.*

— *Ἱεροκλῆς δ' ἐν τοῖς φιλίστορσι.*] Idem Hieroclis opus citatur a Stephano in *Ταρχυνία*, et a Iohanne Tzetze Chil. VII. Hist. CXLIV. Plurimas peragrasse regiones, et res in itinere visas literis consignasse, ac libros *Φιλίστορας* nuncupasse.

— *Ἡλίῳ δὲ μάλιστα καθωσιωμένων.*] Plinius lib. VII. cap. II. scribit, eos ab exortu ad occasum perstare contuentes solem immobilibus oculis, haec sunt eius verba: *Philosophos eorum, quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis; ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistere.*

— *Ἀπέχονται δὲ σαρκοφαγίας.*] Testatur Porphyrius lib. IV. de Abstinentia, illos praeter recentes fructus et oryzam nihil comedere: imo apud ipsos, vel alimentum ex animatis tangere, extremae impietati simile indicari: *Τὸ δ' ἄλλου τινὸς ἅψασθαι, ἢ ὅλως θίγειν ἐμψύχου τροφῆς, ἴσον καὶ τῇ ἐσχάτῃ ἀκαθαρσίᾳ τε καὶ ἀσεβείᾳ νενόμισται.* Addam praeterea Alexandri

Polyhistoris verba ex libro de rebus Indicis, quae leguntur apud Clementem Alexand. lib. III. Stromat. *Βραχμᾶναί γ' οὖν οὔτε ἔμψυχον ἐσθίουσι, οὔτε οἶνον πίνουσι* etc. Idem de illis testatur Strabo lib. xv.

— *Καὶ ὑπαίθριοι τὸν ἀεὶ χρόνον βιοτεύουσι.*] Perhibet Arrianus in Indicis Brachmanas hyeme sub dio apricari, et aestate sub ingentibus arboribus degere, ita enim ille: *Οὗτοι γυμνοὶ διαιτῶνται οἱ Σοφισταὶ, τοῦ μὲν χειμῶνος ὑπαίθριοι ἐν τῷ ἡλίῳ, τοῦ δὲ θέρεος, ἐπὴν ὁ ἥλιος κατέχῃ, ἐν τοῖσι λειμῶσι καὶ τοῖσι ἕλεσιν ὑπὸ δένδρεσι μεγάλοισι.* Utuntur tamen aliquando tuguriis, quemadmodum Porphyrius lib. IV. perhibet: *Τὸν τοίνυν χρόνον* 242
τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ὕμνους τῶν θεῶν ἀπένειμαν καὶ εὐχὰς, ἑκάστου ἰδίαν καλύβην ἔχοντος. b

— *Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν λίθων* etc.] Hic locus in omnibus editis et codicibus MSS. pessima interpunctione laborat, nec non aliis mendis a transcriptorum manu profectis, quod monuit clarissimus et eruditione conspicuus Iohannes Pearsonus in prolegomenis ad Hieroclem, eum hunc in modum constituens atque corrigens: *Χρῶνται δὲ ἐσθῆτι λινῇ, τῇ ἐκ πετρῶν. λίθων γὰρ μηρύματα μαλακὰ καὶ δερματώδη συνυφαίνουσι.* Hanc emendationem confirmat vir doctissimus verbis Plutarchi, libro de Oraculorum defectu: *Τῆς δ' ἐν Καρύστῳ πέτρας, χρόνος οὐ πολὺς ἀφ' οὗ πέπαυται μηρύματα λίθων μαλακὰ νηματώδη συνεκφέρουσα.* Igitur ex Petra Carystia *λίθων μηρύματα*, eaque *καὶ νηματώδη*, uti apud Stephanum *δερματώδη* rescripsit: imo *τὸ νηματώδη* nisi nimium a veteri lectione recederet, substituisset. Hanc verborum interpunctionem agnosco summopere necessariam; nam nisi post *τὸ πετρῶν* collocaveris *τελειοστιγμὴν*, tantae erunt hoc in loco tenebrae, ut eius defectu universa huius orationis commoditas interrumpatur et pereat. Verum quod pro *τὸ δέρματα* reposuerit *δερματώδη*, in eo tam tute eius opinionem sequi non licet: nam *ὁ πάνυ* Salmasius in margine sui libri haec habet verba: *Lege meo periculo, μηρύματα μαλακὰ καὶ δρέμματα.* Ego autem hac in re adeo ancipiti nihil definio, cum utraque coniectura, a maximis ingeniis profecta, aliquid contineat, quod veri speciem prae se ferat. Verum praeterea in hisce verbis aliud quid est, quod iudicium meum remoratur, nimirum ingens illa et nequaquam reconcilianda discrepantia, quae apud vetusti aevi scriptores in hac gente describenda conspicitur. Hierocles apud nostrum non duntaxat perhibet eos vestimentis usos fuisse, sed et addit, eadem ex materia linea, quam ipsis petrae suppeditabant, confici solita. Vulgares lineae vestes Indorum texebantur ex arborum lana, quae plurimis lini nomine censetur: Arrianus

in Indicis: Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρῶνται, καθάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων. Idem invenire est apud Strabonem, Theophrastum, Plinium et alios. Videtur Hierocles hic loqui de lino asbesto, quod describit Plinius lib. XVIII. cap. I. *Inventum etiam est, quod ignibus non absumeretur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis, splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicae, corporis favillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque sole Indiae, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes: assuescitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem.* Formam vestium accurate describit Philostratus lib. III. de vita Apollonii; erat enim ad exomidum formam concinnata, de quibus Gellius lib. VII. cap. XII. et Hesychius in illa voce. Philostrati haec sunt verba, vestimentorum formam et materiam depingentia. Καὶ τὴν ἐσθῆτα ἐσχηματίζοντο παραπλησίως ταῖς ἐξωμίσι. ἡ δὲ ὕλη τῆς ἐσθῆτος, ἔριον αὐτοφυὲς ὃ γῆ φύει, λευκὸν μὲν ὥσπερ τῶν Παμφύλων, μαλακώτερον δὲ τίκτει ἡ ἡ πιμελὴ, οἷα ἔλαιον, ἐπ' αὐτοῦ λείβεσθαι. τοῦτο ἱερὰν ἐσθῆτα ποιοῦνται. καὶ εἴ τις ἕτερος παρὰ τοὺς Ἰνδοὺς τούτους ἀνασπῴη αὐτὸ, οὐ μεθίεται ἡ γῆ τοῦ ἐρίου. Adeo ut nobis ex antiquorum monumentis innotescat materia et forma vestium, quibus Brachmanes utuntur: sed alii contra aperte testantur, eos nudo corpore degere. Arrianus lib. VII. de
243 exped. Alexandri: Ἐς Τάξιλα αὐτῷ ἀφικομένῳ, καὶ ἰδόντι τῶν
a Σοφιστῶν Ἰνδῶν τοὺς γυμνοὺς, πόθος ἐγένετο ξυνεῖναί τινα οἱ τῶν ἄνδρων τούτων, ὅτι τὴν καρτερίαν αὐτῶν ἐθαύμασε. Vide praeterea alium Arriani locum in Indicis, et Ciceronem lib. V. Tuscul. iam supra a nobis allegatum. Megasthenes apud Strabonem inter Brachmanas et Germanas distinguit; illos refert post septem et triginta annos σινδονοφορεῖν, id est, sindonem induere; horum vero honoratiores (qui appellantur Ὑλόβιοι) ex libris arborum vestem habere. Quicquid sit, non facile mihi persuaserim hoc vestimentum, de quo Hierocles apud nostrum, Brachmanibus adeo vulgare fuisse, ut quotidiano privatove usui inservierit: eius enim materia inventu rara, et textu difficilis erat: fortassis ea veste circumdati rebus sacris operam dedere, quod ex Philostrati verbis haud obscure liquet.

— Ὃ δὴ συνυφαίνουσιν.] Vetustissimus codex Palatinus, nec non chartaceus Vossianus: ὃ δὴ συνεκφέρουσιν. Ad hanc vocem quaedam in margine sui libri annotavit Salmasius, quae adeo sunt exesa atque detrita, ut legi minime possint. Cl. Pearsonus illud ὃ δὴ expunxit, quod malim hunc in modum corrigere: ἃ δὴ συνυφαίνουσιν.

[redacted]

— *Μητε πυρὶ καιόμενα* etc.] Serium vestimentis (quos Brachmanibus finitimos statuunt) Anonymum in Exegesi *ὅλου τοῦ κόσμου* idem attribuere comperio, ita enim ille: *Οὐδέ τε τοῖς ἐσθήμασι χρῶνται πᾶσι κοινοῖς. ἀλλ' οὕτως ἄφθαρτός ἐστιν ἡ ἐσθὴς αὐτῶν, ἡ μηδὲ καταμιαίνεσθαι δύνηται, καὶ ἐὰν τοῦτο συμβαίνῃ, διὰ πυρὸς ξίφος τὴν πλῦσιν αἰτοῦνται, καιομένη γὰρ βελτίων γίνεται.*

— *Ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ.*] Codex Vossianus MS. et antiq. Palatinus auctiores sunt, in iis enim hic locus hunc in modum legitur: *ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ χρωμένων, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα* etc. Ad quam accessionem Salmasius in ora sui Stephani ita scribit: *illud χρωμένων non est otiosum, sed optime favet, et est eleganter styli veteris sapiens.* Sed orationis sensus sine alicuius praepositionis auxilio subsistere non potest: totum locum ita supplerem: *ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ ἀπὸ τῶν χρωμένων, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται.*

Βρεά, πόλις.] Mirum profecto, Epitomatorem non addidisse, qua in regione urbs fuerit sita. Hesychius ex Cratino eius meminit, et Thraciae adscribit, ita enim ille: *Βρεά. Κρατῖνος μέμνηται τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας. ἔστι δὲ πόλις Θρακίας, εἰς ἣν Ἀθηναῖοι ἀποικίαν ἐξέπεμπον.*

Βρένθη, πόλις Ἀρκαδίας.] Sine dubio Stephanus in genuino opere auctoritate Pausaniae usus est, quam neglexit Epitomator, sic enim ille de urbe et fluvio in Arcadicis: *Παραιβασίου δὲ ἔχεται πεδίον ἑξήκοντα σταδίων μάλιστα, καὶ πόλεως ἐρείπια Βερένθης ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, καὶ ποταμὸς ἔξεισιν αὐτόθι Βερενθεάτης.* Verum Sylburgius iam monuit eo in loco *Βρένθη* et *Βρενθιάτης* scribendum esse. 243 b

— *Βρενθιάτης.*] Sequor editiones Xylandrianam praecedentes: male enim haec exhibet: *Βρεντεάτης.*

— *Ὡς εἰρήσεται παρὰ τοῦ Ὄρθη.*] Ita codex Vossianus exhibet, et eodem modo Salmasius in quodam codice invenit, uti testatur in margine sui Stephani: praeterea addens: *ne quid dissimulem, legunt MSS. uno consensu παρὰ τοῦ Ὄρθη. Itaque forte legendum esset: τὸ ἐθνικὸν, Βρενθαῖος, καὶ Βρενθιεύς, ὃς εἴρηται παρὰ τὴν ὀρθὴν Βρενθιάς.* Verum hanc coniecturam minime probo: locus enim in libris MSS. satis integer conspicitur. Stephanum in genuino opere de *Orthe*, urbe Perrhaebica, loquutum fuisse, nullus ego dubito, quanquam ne *γοῦν* quidem de illa Epitomator: nam post vocem *Ὀρεστία* nunc ingens lacuna conspicitur. Praeterea si τῶν *Βρένθη* et *Ὄρθη* terminationis simi-

litudinem consideres, infallibile habebis documentum, in voce *Ὀρθῇ* de gentilibus *τῆς Βρένθης* mentionem fieri potuisse.

Βρεντήσιον. Ἀπὸ Βρέντου Ἡρακλέους.] Salmasius in margine sui libri existimat, hunc eundem esse Herculis filium, quem noster infra in voce *Βρέττος* appellavit *Brettum*.

— *Βρέντιον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις ἡ τῆς ἐλάφου κεφαλή.*] Omnia haec de opportunitate portus Brundusini, et illa quae nominis etymologiam spectant, noster hausit ex Strabone lib. VI. *Καὶ εὐλίμενον δὲ μᾶλλον τὸ Βρεντέσιον. ἐνὶ γὰρ στόματι πολλοὶ κλείονται λιμένες ἄκλυστοι, πολλῶν κόλπων ἀπολαμβανομένων ἐντός. ὥστε ἐοικέναι κέρασιν ἐλάφου τὸ σχῆμα· ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. σὺν γὰρ τῇ πόλει κεφαλῇ μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος, τῇ δὲ Μεσσαπίων γλώττῃ Βρεντέσιον ἡ κεφαλὴ τοῦ ἐλάφου καλεῖται.* Optime Cluverius emendavit *Βρέντιον*, quemadmodum habet Stephanus. Sed operae pretium videtur admonere, vitium hoc Eustathii aetate codicibus Strabonis insedisse, ita enim ille ad Odyss. *Α.* pag. 1409. *Καὶ τὸ μὲν Βρεντέσιον εὐλίμενον εἶναι λέγει. καὶ κέρασιν ἐλάφου ἐοικέναι φησὶ κατὰ τὸ σχῆμα, διὰ τὸ εἰς πολλοὺς κόλπους ἐκεῖνον πολυσχιδές· καθ' ὁμοιότητά τινα, ὡς εἰκὸς, τοῦ Βυζαντίου κέρως· γλῶσσα γάρ φησι Μεσσαπίων, Βρεντέσιον τὴν τῆς ἐλάφου καλεῖ κεφαλήν.* Ibi quoque *Βρέντιον* reponendum esse, non duntaxat liquet ex Stephano, verum praeterea
244 a ex Hesychio, apud quem ita legimus: *Βρένδον, ἔλαφον.* Quare poëtae brevitatis causa hanc urbem *Brendam* appellarunt. Sex. Pomp. Festus: *Brundisium quidam poëtae brevitatis causa Brendam dixerunt.* Etymologici Mag. Auctor: *Βρένδον, ἔλαφον, ἢ κεφαλὴν ἐλάφου.* Sylburgius ex Suida monuit, hic *Βρένδον* rescribendum esse. Vide insuper Etymologum in *Βρεντήσιον*, Suidam, et alios.

— *Σέλευκος ἐν δευτέρῳ γλωσσῶν.*] Seleucus grammaticus Hesychio, Etymologicographo et aliis frequentissime adest.

Βρεττία, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ.] In libris MSS. et vulgatis manifestissimus conspicitur error, in illis enim legitur *Βρεττοτία, νῆσος.* Monente Cl. Salmasio ad marginem sui libri, emendavimus *Βρεττία*, quod appellationi fluminis et gentili respondet. Hanc sententiam etiam Holstenio receptam comperi. Eadem haec leguntur apud Etymol. Mag. Auct. in *Βρεττανοί. Βρεττία δὲ ἡ νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ἔχουσα Βρέττιον. οἱ δὲ Βρεττανίδα καλοῦσι.* Ita hic locus est legendus. Haec, uti judicat Hermolaus Barbarus, est *Prattia* Plinii, de qua lib. XV. cap. XXVII. ita scribit: *Contra Surium bubus et capris laudata Brattia, Issa civium Romanorum reliqua, et cum oppido Pharia.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολ. etc.*] Florentina

editio: τὸ ἐθνικὸν, ἔδει Βρεττανὸς, male. In Palatinis codicibus et Vossiano totus locus ita legitur, et interpungitur: Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος. τὸ θηλυκὸν ἐπὶ Βρεττιανὴν τόπων. Fulvius Ursinus in fragmentis Polybianis hunc locum, cum nota defectus, ita constituit: Βρεττία, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ· τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος τὸ θηλυκόν. ἐπὶ Βρεττιανὴν * τόπων. Illud autem θηλυκὸν ita construit, quasi alibi Polybio usurpatum fuisset. Certissimum est et minime dubium, Polybium ea voce eodem genere usum fuisse lib. I. ubi de populatione agri Brutiorum loquitur: Κατασύρας δὲ τὴν Λοκρίδα καὶ τὴν Βρεττιανὴν χώραν, ἀποπλέων ἐντεῦθεν κατῆρε παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὴν Πανορμῖτιν, καὶ καταλαμβάνει τὸν ἐπὶ τῆς Εἱρκτῆς λεγόμενον τόπον. Praeterea veritati congruum videtur, Stephanum hunc locum in genuino opere habuisse, et iam Epitomatoris incuria, nullius momenti ac mutilum ἀποσπασμάτιον superesse. Verum illud Polybii Βρεττιανή, gentile non est ab insulae cuiusdam appellatione deductum, sed ab illa regione, quae Latinis Brutiorum ager dicitur: de quo Stephanum hac sectione praeter aliam mentionem fecisse firmiter mihi persuadeo, nam in sequentibus addit: νῦν δὲ Βρέττιοι λέγονται, quod de Brutii agri incolis intelligendum. Fortassis Stephani verba hunc in modum sunt constituenda: Τὸ ἐθνικὸν ἔδει Βρεττιανὸς, ὡς Πολύβιος τὸ θηλυκὸν, Βρεττιανή, ἐπὶ τόπου.

— Βρεττανίδες νῆσοι.] Intelligit noster Albionem et Hiberniam. Eustathius ad Dionysium: Αἱ Βρετανίδες εἰσὶ δύο νῆσοι, Οὐερνία, καὶ Ἀλουΐων, ἤτοι Βερνία καὶ Ἀλβίων. Sic quoque alibi Stephanus: Ἰουερνία, ἡ Πρετανικὴ νῆσος, τῶν δύο ἐλάσσων. Vide Plinium lib. IV. cap. XVI. 244 b

— Τφελὼν τὸ ἓν τ.] Quanquam Dionysius, unde hunc versiculum noster transcripsit, ob moduli legem alterum τ expunxerit, evidentissimum tamen est ex antiquis Romanorum nummis, diversimode huius insulae nomen scribi solitum; in iis enim conspicitur *Brettania*, *Brittania*, et *Britannia*. Quae scripturae inconstantia hinc originem traxisse videtur, quod haec insula ipsis minus nota, et eorum armis iam pridem occupata esset.

— Καὶ ἄλλοι οὕτω διὰ τοῦ π.] Plurima occurrunt in antiquorum scriptis et regionum et oppidorum nomina, in quibus Β in Π mutatur, uti Ἀμβρακία Ἀμπρακία, Ἀβαρνὶς Ἀπαρνίς. etc.

Βρέττος. Ἀπὸ Βρέττου τοῦ Ἡρακλέους.] Eandem quoque appellationis rationem adducit Eustathius ad Dionysium, addens praeterea aliam ex Strabone lib. VI. Lucani huic genti nomen dedere, qui desertores sive defectores Brettios vocant: haec sunt Geographi verba: Ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ὑπὸ Λευκανῶν, Βρετ-

τίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας, ἀπέστησαν δὲ, ὥς φασι, ποιμαίνοντες πρότερον etc. Vide quoque Diodorum Sicul. lib. xvi. et Cluverium hac de re scribentem lib. iv. cap. xv. Ital. Antiq.

— *Καὶ ἡ γλῶσσα.*] Sic constanter legunt libri MSS. et vulgati, sed pessimo errore. Primus omnium vidit doctissimus Bochartus, hunc locum maxime depravatum esse, et manifestissimis documentis ostendit, hic pro *γλῶσσα* scribendum esse *πίσσα*, quam vocem lubentissime in contextum admisissem, si vel minimam mutationem in MSS. animadvertissem. Locum unum atque alterum addam, ubi veteres de *Brutia pice* mentionem fecere. Columella lib. xii. cap. xviii. *Nec dubium, quin si quinta pars picis Brutiae in universam cocturam adiiciatur, utilissimum sit omni vindemiae.* Plinius lib. xiv. cap. xxii. *Pix in Italia ad vasa vitibus condienda maxime probatur Brutia.* Alia loca, et longe quidem praestantiora, ex supra laudati Bocharti lib. i. de Phoenicum coloniis peti possunt.

— *Ἀριστοφάνης.*] Hic versiculus re vera non est Aristophanis comici, ut optime monet Cl. Bochartus; nam Brutiorum nomen illius aevo nondum exstabat. Neque enim scripsit Aristophanes olympiade cxiv. ut habetur in Suida, sed olympiade lxxxviii ad xcvi. At olympiade demum cvi. latronum et servorum in Lucania colluvies, urbibus aliquot occupatis, Brutiorum nomen accepit. Igitur pro Aristophane rescribendum *Ἀριστοφῶν*, qui novae comoediae poëta multo recentior est, et saepissime Athenaeo citatur.

245 a — *Δεινὴ γλῶσσα Βρεττία.*] Ex emendatione Cl. Bocharti legendum est: *Δεινὴ πίσσα Βρεττία*, qua in re ipsi manus dare nemo paullo humanior recusabit.

— *Ἀντίοχος δὲ τὴν Ἰταλίαν* etc.] Antiochi sententia, ut putat Cluverius, haec fuit: id terrarum spatium, quod Brutii incoluerunt, primo vocatam fuisse Oenotriam, deinde Italiam, ac tandem Brettiam. Certissimum est, haec verba esse transposita, quae Cl. Bochartus ita constituit: *Ἀντίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ κληθῆναι Ἰταλίαν, εἶτα Οἰνωτρίαν.* Verum Antiochi locum ex Strabone lib. vi. in medium adducam, ut hinc appareat, quae vera historici sententia fuerit, et quem in modum illa apud Stephanum verba sint constituenda: *Φησὶ δ' Ἀντίοχος ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰταλίας συγγράμματι, ταύτην Ἰταλίαν κληθῆναι, καὶ περὶ ταύτης συγγράφειν, πρότερον δ' Οἰνωτρίαν προσαγορεύεσθαι.* Itaque Stephani locus fortassis hoc modo est emendandus: *Ἀντίοχος δὲ τὴν Βρεττίαν φησὶ κληθῆναι Ἰταλίαν, πρότερον δ' Οἰνωτρίαν.* De Antiocho et eius scriptis videsis Vossium de Hist. Graecis.

Βρίγες, ἔθνος Θρακικόν.] Briges ex Europa in Asiam transiere, ibi Phrygiam incolentes, Phryges appellati sunt. Plinius lib. v. cap. xxxii. *Sunt auctores transisse ex Europa Mysos, et Brigas et Thynos, a quibus appellantur Mysi, Phryges, Bithyni.* Eustathius ad Dionysium: *Καλούμενοι δέ ποτε Βρίγες, μεταβάντες εἰς Ἀσίαν, μετέπεσον εἰς τὸ τῶν Φρυγῶν ὄνομα.* Hac de re etiam Strabo lib. vii. mentionem facit.

— *Ἡρόδοτος ἑβδόμη.*] Addam integrum Herodoti locum: *Οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον Εὐρωπήϊοι ἐόντες συνοίκουν Μακεδόσι. Μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας.*

— *Καὶ Βριγία ἡ Τρωϊκή.* etc.] Servius ad haec verba Virgilii lib. i. Aeneid. *Phrygiasque biremes*, ita scribit: *Phrygias, Troianas: Troia enim Phrygia provincia est. Et verisimile est, Aeneam de omni illa provincia socios habere potuisse.*

— *Ἀπὸ Βρίγου τοῦ κατοικήσαντος.*] Pessime exhibet Xylandriana editio: *ἀπὸ Φρύγου τοῦ κατοικήσαντος ἐν Μακεδονίᾳ.* Veterem veramque lectionem ex prioribus editionibus et codicibus calamo exaratis revocare placuit.

— *Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλίσεως ὀνομάτων.*] Cod. Vossianus: *Ἡρωδιανὸς ἐν πρώτῃ κλήσεως ὀνομάτων.* Herodianum de 245
inflexione nominum desinentium in *ας* scripsisse, etiam liquet b
ex nostro in voce *Ἄβαι*, ubi haec citantur: *Ἡρωδιανὸς δέ φησιν ὅτι τὸ Ἄβας, ὅτε ἔθνος σημαίνει, περιττοσυλλάβως κλίνεται ἀεί. ὅτε δέ ἐστι κύριον, καὶ ἰσοσυλλάβως καὶ περιττοσυλλάβως.* Igitur hinc satis liquet *τὸ Βρίγας* nomen gentis, imparisyllabice, sed nomen proprium herois denotans, parisyllabice, et ex canone allegato, etiam imparisyllabice mutari posse.

— *Ἔθνος δέ ἐστι Βρεττανικόν.*] Brigantes rerum Anglicarum scriptoribus sunt *Eboracenses*, qui vulgo *Yorkshire men* appellantur. Videsis Lelandum et Camdenum.

Βρικιννίαι, πολ. Σικελ.] Omnes vulgati singulari numero huius loci nomen efferunt, quod nos auctoritate codd. Palatinorum immutavimus. Fuit hoc nomine arx in agro Leontino, cuius meminit Thucydides lib. v. *Ὕστερον δὲ πάλιν αὐτῶν τινες, διὰ τὸ μὴ ἀρέσκεσθαι, ἀπολιπόντες ἐκ τῶν Συρακουσῶν, Φωκέας τε τῆς πόλεώς τι τῆς Λεοντίνων χωρίον καλούμενον καταλαμβάνουσι, καὶ Βρικιννίας, ὃν ἔρυμνα ἐν τῇ Λεοντίνῃ.*

Βρίσα, ἄκρα Λέσβου.] Huius promontorii, et Bacchi ibidem culti meminit Androtio apud Etymologici Mag. Auct. *Βρισαῖος, οὕτως ὁ Διόνυσος, καὶ εἰ μὲν διὰ τοῦ ι, παρὰ τὸ βρίζειν ἐστὶν, ὁ ὁρμητικός· εἰ δὲ διὰ τοῦ η, ἐπὶ ἄκρας Λεσβιακῆς Βρη-*

[redacted]

σης, ἧς μέμνηται Ἀθδοριταν. ὅτι τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ ἐν τῇ Βρίσῃ φησὶν ἱδρύσθαι ὑπὸ Μάκαρος.

Βρουσις. Ἀπὸ Βρούσου Ἠμαθίου.] Codex Vossianus: Ἀπὸ Βρίσου Ἰμαθίου.

— Τινὲς γράφουσι διὰ τοῦ υ.] Ita emendavi ex chartaceo Vossiano: pessime enim in aliis editionibus excusum est: τινὲς γράφουσι διὰ τοῦ ο.

Βρουτοβρία. Καὶ Τυριτανῶν.] Leve mendum irrepsit, quod Cluverius in Germania antiqua, legendo καὶ Τουρδιτανῶν, emendavit. Stephanus noster Τουρδητανία, χώρα τῆς Ἰβηρίας. καὶ ἡ Βαιτικὴ καλεῖται, περὶ Βαῖτιν ποταμόν· οἱ οἰκοῦντες Τουρδιτανοί.

— Τὸ γὰρ βρία τοῦτο σημαίνει.] Igitur ex mente nostri auctoris τὸ βρία urbem denotat, quod etiam aliis in locis manifeste satis indicat: Μεσημβρία, πόλις Ποντική. Νικόλαος πέμπτῳ· ἐκλήθη ἀπὸ Μέλσου· Βρία γὰρ τὴν πόλιν φασὶ Θρᾷκες. Verum est, Thracum lingua τὸ βρία urbem significare; quemadmodum
246 etiam ex Strabone lib. VII. apparet. Sed quid Thracum lingua in
a Hispania? Cum Cluverio existimo, errasse Stephanum, eumque affinitatem vocabulorum Βρία et Βρίγα decepisse. Illud *Briga* Celtis, Hispanis, Gallis, et Anglis notum fuit: nam plurima oppida in istis regionibus reperiuntur, quae in dictam vocem exeunt, nihil aliud quam *pontem* significantem. Qua de re vide Cluverium Germ. Antiq. lib. I. cap. VII.

Βρουττία, μοῖρα Σικελίας.] Quod Brutia Siciliae pars existimetur, hinc originem duxit, quia veterum plurimi opinabantur, Siciliam Bruttio agro annexam fuisse. Mela lib. II. cap. VII. *Sicilia, ut ferunt, aliquando continens, et Bruttio agro annexa, post freto maris abscissa est.* Plinius lib. III. cap. VIII. *Sicilia quondam Bruttio agro cohaerens, mox interfuso mari avulsa.* An Sicilia unquam Italiae fuerit annexa, disputat Cluverius libro I. Sicil. antiq. cap. I.

Βρυάνιον, πόλις Θεσπρωτίας.] Huius oppidi meminit Strabo lib. VII. verum non Thesprotiae, sed Deuriopibus adscribit, qui non procul a Thesprotis abfuere.

— Ὡς Βυζάντιος.] Chartaceus Vossianus: ὡς Βυζάντιος.

Βρύγιον. Τὸ ἐθνικὸν, Βρύγιος καὶ Βρυγιεύς.] Libris vulgatis aliquid deerat, quod addere ex MSS. placuit. In excusis legebatur: Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Βρυγιεύς. Illa coniunctio καὶ manifeste docet, alterum gentile excidisse. Τὸ Βρύγιος etiam formatum conspicio a voce Βρυγίας, quae proxime praecedit, unde non levis oritur suspicio, τὸ Βρυγίας et Βρύγιον easdem urbes

fuisse. Brygii meminit Plinius lib. iv. cap. x. et prope Pallenen peninsulam collocat.

— *Κεῖον αὐτήν φησι εἶναι.*] Plinius cum Ephoro nequaquam convenit, Cium manifeste a Bryllio distinguens, ita enim ille lib. v. cap. xxxii. *Postea sinus, in quo flumen Ascanium, oppidum Bryllium, amnes Hylas et Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiae, a Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiae vocabatur.*

— *Ἐν ᾗ Δασκύλειον.*] Codex Vossianus: *ἐφ' ᾗ Δασκύλειον.* 246

Βρὺξ. Καὶ Βρυγαί.] Straboni, ut mihi quidem videtur, b
Βρύγοι appellantur, sic enim de iis loquitur libro vii. *Τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ τῆς Ἀπολλωνίας, μέχρι τῶν Κεραυνίων περιοικοῦσι Βυλλίονές τε καὶ Ταυλάντιοι, καὶ Παρθῖνοι, καὶ Βρύγοι.* Casaubonus existimat *Βρύγους* et *Βρυγίους* eosdem esse, et illorum oppidum dici *Βρυγίαν*, quod Stephanus in praecedentibus Macedoniae adscripsit, inde gentile *Βρύγιος* deducens, quod etiam a voce *Βρύγιον* descendere nos supra indicavimus. Brygorum etiam meminit Scymnus Chius, qui Marciani Heracleotae nomine circumfertur:

Ὑπὲρ δὲ τούτους εἰσὶ Βρύγοι βάρβαροι.
Πρὸς τῇ θαλάττῃ δ' ἔστιν Ἐπίδαμνος πόλις
Ἑλληνὶς, ἣν Κόρκυρ' ἀποικίσαι δοκεῖ.
Ὑπὲρ δὲ Βρύγους Ἐγχέλειοι λεγόμενοι
Οἰκοῦσιν etc.

Βρυσάκιον. Πόλις τῆς Παρθίνης.] Parthine, sive ut alii scribunt, Parthene, illa Illyridis regio est, in qua sita fuit *Πάρθος*, de qua urbe alibi Stephanus.

— *Οἱ πολῖται, Βρυσακοί.*] Sic legunt libri editi et MSS. sed rescribendum videtur *Βρυσάκιοι.*

Βρυσιαὶ, πόλις Ἤλιδος.] Quotquot antiquorum de hoc oppido mentionem fecere, in Laconica collocant, et penultimam per diphthongum efferunt: imo necessario apud nostrum corrigendum *Βρυσειαὶ*, ut cum *Αὐγειαὶ* respondeat. Eustathius ad Hom. Iliad. *Β.* pag. 295. *Αἱ δὲ Βρυσειαὶ, καὶ αἱ Αὐγειαὶ, οὐ περιλαλοῦνται. πολίτης δὲ τῶν Αὐγειῶν, Αὐγεάτης. τάχα οὖν καὶ Βρυσεάτης ὁμοίως.* Vide praeterea Homerum ipsum lib. citato, et Pausaniam in Laconicis.

Βρυστακία, πόλις Οἰνώτρων.] Existimare quosdam testatur Cluverius, esse id oppidum Episcopale, quod inter Neaethum Traëntaque amneis, et Crimisam promontorium vulgo dicitur *Briatico*, et nonnunquam *Umbriatico.*

Βύβλα, πόλις κατὰ Πευκετίους.] Salmasius in MS. invenit 247

 a

Βύβα, et in alio *Βύβαι*; quam ego veram lectionem existimo: quia sequitur apud nostrum; *εἰσὶ δ' ἔθνος Θρᾳκικόν*. Verum praeterea aliud quid hoc in loco latere videtur: nam quia geographorum nemo, tum veterum tum recentiorum, de hac Italica huius nominis civitate mentionem fecit, suspicor Stephanum in cuiusdam scriptoris vetusti depravatum incidisse codicem, in quo pro *ΡΤΒΑΙ* exaratum invenerit *ΒΤΒΑΙ*. Quod *σφάλμα* facili negotio a librariis committitur, ut optime norunt in antiquorum scriptis versati. Est enim iuxta Peucetiorum fines, Compsam inter et Pontem Aufidi, Hirpinorum oppidum *Rufae* dictum, quod ego idem existimo, de quo nunc noster. Apud Virgil. lib. VII. Aeneid. eius reperitur memoria:

Quique Rufas Batulumque tenent, atque arva Celennae.

Nostram coniecturam minime vanam esse, hodiernum loci nomen, quod est *Ruvo*, satis manifeste evincere videtur.

Βύβασσος, πόλις Καρίας.] Haec eadem est urbs, quae ab Alexandro libro secundo Caricorum *Μούμαστις* appellatur, de qua alibi Stephanus: *Μούμαστις, ὡς Βούβαστις, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Καρικῶν.* Non sunt urbes diversae, quamvis noster sic opinetur, et diversa scribendi ratio apud auctores obtineat. De sinu Bubessio mentionem facit Mela lib. I. cap. XVI. *Tum tres ex ordine sinus, Thymnias, Schoenus, Bubessius. Thymniae promontorium Aphrodisium est: Schoenus ambit Hylam, Bubessius Acanthum.* Plinius lib. V. cap. XXVIII. regionem Bubassum commemorat: *Oppidum Hylas. Sinus Schoenus. Regio Bubassus. Oppidum fuit Acanthus, alio nomine Dulopolis.* Certum est, urbem Bubassum in peninsula Bubessia, quae etiam Acanthus appellabatur, iuxta Cnidiam sitam fuisse. Imo, uti optime iudicat Cl. Vossius, eiusdem oppidi nomina sunt, Bubassus, Acanthus et Dulopolis.

Βύβλος, πόλις Φοινίκης.] Sita est urbs excelso loco non procul a mari, ut tradit Strabo lib. XVI. De situ porro consulantur Pomponius Mela lib. I. cap. XII. et Plinius lib. V. cap. XX.

— *Ἀπὸ Βύβλης τῆς Μιλήτου.*] Libros omnes editos et manu exaratos mendum occupat: sine dubio corrigendum; *ἀπὸ Βυβλίδος τῆς Μιλήτου*. Adducam verba Scholiastae ad Theocriti Idyl. VII. quae hunc in modum sunt legenda: *Τεῖς καὶ Βυβλὶς, ὄρη Μιλήτου καὶ κρῆναι. Μιλήτου γὰρ φασὶ καὶ Ἀρείας ἐγένοντο παῖδες Καῦνος καὶ Βυβλὶς, ἧς ἐρασθεὶς ὁ Καῦνος, ἀπέλιπε Μίλη-*
247 *τον.* In his verbis rescripsi *Καῦνος* pro *Δαῦνος*. Hunc Scholia-
b stae locum ita debere constitui liquet ex Stephano: *Καῦνος, πόλις Καρίας, ἀπὸ Καύνου, οὗ Βυβλὶς ἦν ἀδελφὴ ἐρασθεῖσα, φα-*

γονέως ἐκαλεῖτο. His addam Suidae verba: *Βυβλίς, ὄνομα κύριον, ἀδελφὴ Καύνου, ἀμφότεροι δυστυχήσαντες.*

— *Ἐκ τοῦ πάσης ἀρχαίας βίβλον φυλακήν* etc.] Etymologici Mag. Auctor etiam testatur urbem ex eo dictam esse, quod *βιβλία*, id est, libri papyracei, ibi incorrupta et putredinis immunia conserventur. Ita enim ille: *Βύβλος, πόλις Φοινίκης ἀρχαιοτάτη, εἴρηται, ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ τιθέμενα βιβλία ἄσηπτα διαφυλάττεται.*

— *Οἱ δὲ φασι ἐν αὐτῇ Ἶσιν κλαίουσα Ὄσιριν.*] Hanc nominis originem etiam agnoscit Etymologici Mag. Auctor; cuius verba apprime ad rem facientia, atque emendatione indigentia, huc transcribere non pigebit, ita enim ille in voce *Βύβλος*. *Οἱ δὲ φασιν, ὅτι Ἶσις ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου παραγενομένη, κλαίουσά τε τὸν Ὄσιριν, τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς ἐκεῖσε ἀπέθετο βύβλινον ὑπάρχον, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Νείλῳ φυομένης βύβλου. Ἡσίοδος, Βύβλον τ᾽ ἀγχίαλον, καὶ Σιδῶν᾽ ἀνθεμόεσσαν. τὸ ἐθνικὸν, Βύβλιος καὶ Βυβλιάς.* Verum ne quis existimet, hic Ascraei vatis fragmentum reperiri, moneo, versiculum illum ex Dionysii periegesi depromptum esse. Itaque pro *Ἡσίοδος* indubitanter lege *Διονύσιος*.

— *Τοῦτο δ᾽ ἦν βιβλίον, βύβλου, τῆς φυλῆς τῆς Αἰγυπτίης.*] Haec Salmasius in codicibus Palatinis corruptissima invenit, quod itidem de Vossiano MS. affirmare habeo. Itaque res coniecturis peragenda, quibus non mediocrem lucem et certitudinem praebebunt verba Etymologi, iam proxime allegata. Totum locum ita conceperam: *Οἱ δὲ ὅτι ἐν αὐτῇ Ἶσις κλαίουσα Ὄσιριν τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς ἔθηκε. τοῦτο δὲ ἦν βύβλινον, ἀπὸ βύβλου τῆς Αἰγυπτίης, ἧς ἀνέτραφε Νεῖλος ἐν τοῖς ἕλεσι.* Pro *βίβλιον* reposui *βύβλινον*: et ante *τὸ βύβλου* praepositionem *ἀπὸ* excidisse, evidentissime liquet ex verbis supra allegatis. Illud praeterea *τῆς φυλῆς* non duntaxat maxime deturpatum est, verum et loco motum, quod in *τῆς κεφαλῆς* mutare placuit, et auctoritate Etymologici Magni cum *διάδημα* coniungere: nam papyri flore Dii olim coronabantur. Plinius lib. XIII. cap. XI. *Semine nullo, aut usu eius alio, quam floris ad Deos coronandos.* Plutarchus in Agesilao perhibet, eum papyra coronaria delectatum fuisse ob coronarum simplicitatem, eamque discedentem a rege petiisse, et accepisse.

— *Ἔστι καὶ Βύβλος ἐν τῷ Νείλῳ.*] De hoc oppido mentionem facit Photius ex Ctesiae Persicis: *Φεύγει δὲ πρὸς τὴν Βύβλον Ἴναρος (πόλις ἰσχυρὰ ἐν Αἰγύπτῳ αὕτη) καὶ οἱ Ἕλληνες δὲ μετ᾽ αὐτοῦ.*

Βύζαντες, Λίβυες περὶ Καρχηδ. etc.] Admodum incon- 248
stans huius gentis appellatio in antiquorum scriptis occurrit: a

nam Βύζαντες alio loco appellantur Γύζαντες, Stephano non improbante, uti hic fit, Herodoti scribendi rationem. Praeterea etiam Ζύγαντες nuncupantur, ita enim Epitomator: Ζυγαντίς, πόλις Λιβύης: Ἑκαταῖος Ἀσίας Περιηγήσει· οἱ πολῖται Ζύγαντες. Sed nostrum incidisse in depravatum Hecataei et Eudoxi Cnidii codicem, ad illum locum demonstraturi sumus.

— Ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον, καὶ Βυζάντιοι etc.] Ita emendare visum fuit ex libris MSS. Vulgati omnes male exhibent Ἀφ' ἧς ἡ πόλις Βυζάντιον. Quemadmodum gentis nomen, sic quoque oppidi, varie exaratum reperitur; de quo etiam questus est Illustris Scaliger ad Varronem: nam praeter Plinium et alios, *Byzacium*, non *Byzantium* vocat oppidum illud in Africa vetus inscriptio: *PER PROVINCIAS, PROCONSULAREM, ET NUMIDIAM, BYZACIUM AC TRIPOLIM*. In altera vero tabula ejusdem exempli legebatur BYZANTIUM: ut, si in hoc variant vetera monumenta, mirandum non sit, et in libris aliter atque aliter legi. Verum Salmasius in Exercitationibus Plin. pag. 321. multis probare nititur, Byzacium passim apud auctores pro ipsa provincia, non vero pro urbe accipi: adducens hunc in finem Ptolemaeum, Antonini Augusti itinerarium, Acta Conciliorum Carthaginensium et alios, quemadmodum lectori loco iam allegato patebit.

— Παρ' Ἡροδότῳ δὲ κακῶς διὰ τοῦ γ.] Locus quem noster respicit, reperitur Musa quarta: sed gentis nomen in vulgatis non per *Γ* scribitur: *Τούτων δὲ Ζύγαντες ἔχονται, ἐν τοῖσι μέλι μὲν πολλὸν μέλισσαι κατεργάζονται.*

— Πολύβιος δὲ Βυζακίδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις ἐν δωδεκάτῳ.] Ita haec et sequentia emendavit Magnus Salmasius in Plin. Exercit. et ad marginem sui libri. In omnibus Stephani vulgatis hic locus circumfertur miserrime hunc in modum depravatus: *Πολύβιος δὲ Βυσάλαδα χώραν εἶναί φησι περὶ τὰς Σύρτεις, ἐν δυοκαίδεκα, σταδίοις μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον, δύο δὲ τῷ σχήματι περιφερής.*

— Σταδίων μὲν οὖσαν τὴν περίμετρον δισχιλίων.] Haec Polybii bis mille stadia, uti viri doctissimi annotarunt, plane idem sunt, quod CCL M. passuum Plinii et Marciani. Omnino igitur Plinii Byzacium et Marciani Byzantium eadem regio cum Polybii Byzacide. Idem habet Isidorus lib. XIV. cap. V. *Byzacena regio etc. est patens passuum ducenta vel amplius millia.*

— Τὸ ἐθνικὸν, τῷ τύπῳ Βυζακίτης εἴη.] Hic aliquid ex-
248 cidisse firmiter mihi persuasum habeo: sine dubio legendum
b τὸ ἐθνικὸν, τῷ τῆς χώρας τύπῳ Βυζακίτης εἴη. Forma enim gentilium Libybus solita in ιτης desinit; ut passim docet noster, et

cum de peculiari regionis forma agit, sic loqui amat. Praeterea in omnibus libris legitur male *Βυσσακῖτης* et *Βυσσακηνοὶ*, quod in hac editione emendare visum fuit, quanquam certum sit, τὸ ζ saepe confundi cum σσ.

— *Τῷ δυτικῷ χαρακτῆρι.*] Ut fatear quod res est, videtur mihi hic locus vitii non immunis; nam *δυτικὸς χαρακτὴρ* non format gentilia in *ινος*, verum ὁ τῆς ἔω, ut alibi satis inculcat Stephanus. In voce *Ἀξία* huius characteris etiam noster meminit, unde tamen veram lucem expiscari nequeo: *Τῆς δὲ Ἰταλίας Ἀξιάτης, καὶ θηλυκῶς Ἀξιάτις, διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα.*

— *Καὶ δύο ἔθνη Βυζακηνῶν.*] Geminas esse Byzacenorum regiones, alteram littoralem, alteram vero mediterraneam iam luculenter demonstravit Cl. Bochartus. Littoralis illa circa Syrteis ponitur, atque eius Polybius hoc loco meminit: haec vero mediterranea, duobus populis Libyphoenicibus et Carthaginensibus interiectis, longissime a mari distat, quod liquet evidenter ex Ptolemaei descriptione: nam apud eum post Medenos sunt *οἱ κατὰ τὴν Καρχηδονίαν, ὑφ' οὓς οἱ Λιβυκοὶ Φοίνικες. τῶν δὲ Λιβυφοινικῶν ἀπὸ μεσημβρίας ἐστὶν ἡ Βυζακῖτις.*

Βυζάντιον. Εἰς Δελφοὺς Μεγαρέων.] De antiquis illustrissimae huius urbis conditoribus inter se valde discrepant historici: imo huius rei tot ferme opiniones, quot quidem scriptores reperiuntur. Maxime tamen receptam opinionem sequitur Stephanus, scilicet a Megarensium colonia Byzantium fuisse conditum. Marcianus in sua Periegesi:

Μετὰ δὲ τὴν χεῤῥόνησον ἐν Προποντίδι
Θρᾴκῃ παρήκει, καὶ Σαμίων ἀποικία
Πέρινθός ἐστιν ἐχομένη ἡ Σελυμβρία,
Ἣν οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὶν Βυζάντιον,
Ἑξῆς Μεγαρέων εὐτυχῶν Βυζάντιον.

Sic etiam opinantur Strabo lib. VII. Eustathius ad Dionysium, Cedrenus, aliique. Hesychius Milesius in Constantinopol. descriptione perhibet, oraculum illud, cuius apud nostrum et alios reperitur memoria, Argivis responsum fuisse: *Λεκτέον δὲ ἡμῖν ὅπως τε ἐξ ἀρχῆς γέγονε, καὶ ὑπὸ τίνων ἀπῳκίσθη, ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν καὶ συγγραφέων τὴν ὑπόθεσιν ποιουμένοις· φασὶ μὲν Ἀργείους πρώτους χρησάσης αὐτοῖς τῆς Πυθίας οὕτως* etc. Deinde tamen idem Hesychius addit narrari, Megarenses Byzante duce illic appulisse, et Byzantium condidisse, adeo ut hunc scriptorum hanc in re dissensum etiam agnoverit. Velleius Paterculus lib. II. Milesiorum coloniam, et Ammianus Marcel lib. 249
XXII. Atticorum esse affirmat. Imo Const. Porphyrogenneta libro a
II. Themate primo, non duntaxat Megarenses, sed et Lacedae-

monios atque Boeotos huius urbis conditores fuisse aperte statuit, ita enim ille: *Αὐτὸ δὲ τὸ Βυζάντιον Μεγαρέων, καὶ Λακεδαιμονίων, καὶ Βοιωτῶν ἐστὶ ἀποικία, τῶν ἀρχαιοτάτων Ἑλλήνων.*

— *Ὄλβιοι οἳ κείνην πόλιν* etc.] Non ubique iisdem verbis et eodem sensu oraculum illud legitur; apud Hesychium Milesium hunc in modum:

> *Ὄλβιοι οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν,*
> *Ἀκτὴν Θρηϊκίην τ' ἔνυγρον παρά τε στόμα Πόντου,*
> *Ἔνθα δύο σκύλακες πολιὴν λάπτουσι θάλασσαν,*
> *Ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε ναὸν βόσκονται ἐς αὐτόν.*

In Selectis Georgii Codini de originibus Constantinopolitanis etiam de hoc oraculo fit mentio, sed integrum non est: nam duo priores versus omittuntur et tertius hunc in modum concipitur ibidem: *Ἔνθα δύο σκύλακες διερὴν μάρπτουσι θάλασσαν.* Idem oraculum etiam reperitur apud Eustathium in comment. ad Dionys. sed tertio versiculo mutilum, quem optime et satis ingeniose interpretatus est Tristanus de Cydaro et Borbyze, fluviis in unum confluentibus, de quibus ita scribit Codinus in Selectis supra allegatis: *Πήξασθαι τὰς οἰκήσεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ Κύδαρός τε καὶ Βορβύζης ποταμοὶ τὰς διεξόδους ποιοῦνται, ὁ μὲν τῶν ἀρκτώων, ὁ δὲ τῶν ἑσπερίων προσρέοντες, καὶ κατὰ τὸν τῆς Σεμεστρης νύμφης βωμὸν τῇ θαλάττῃ μιγνύμενοι.* Quartum versiculum idem Tristanus explicat de Pelamidum admodum celebrata olim Byzantiis piscatione, et de Byzantino Cornu, quod erat promontorium Graecis *Κέρας* dictum, cornu cervini formam prae se ferens, circa quod Pelamides, rapidissimo fluxu ex Euxino Ponto delatae, vulgo capiebantur, quas hac de causa Oppianus lib. v. Halieutic. Euxini maris sobolem appellavit:

> *Φῦλα δὲ Πηλαμίδων ἐκ μὲν γένος εἰσὶ θαλάσσης,*
> *Εὐξίνου.* etc.

De loco Cornu dicto ita scribit Strabo lib. VII. *Ἔστι δὲ τὸ Κέρας προσεχὲς τῷ Βυζαντίῳ τείχει, κόλπος ἀνέχων ὡς πρὸς δύσιν ἐπὶ σταδίους ἑξήκοντα, ἐοικὼς ἐλάφου κέρατι, εἰς γὰρ πλείστους σχίζεται κόλπους, ὡς ἂν κλάδους τινάς, εἰς οὓς ἐμπίπτουσα ἡ πηλαμύς, ἁλίσκεται ῥαδίως, διά τε τὸ πλῆθος αὐτῆς, καὶ τὴν βίαν τοῦ συνελαύνοντος ῥοῦ, καὶ τὴν στενότητα τῶν κόλπων, ὥστε καὶ χερσὶν ἁλίσκεσθαι διὰ τὴν στενοχωρίαν.*

— *Ὑγρὸν παρ' ἄκρον στόμα Πόντου.*] Mutavit Salmasius ad marginem sui codicis: *Ὑγροῦ παρ' ἄκρον στόμα Πόντου,* et rectius meo quidem iudicio.

— *Στέλλουν δ' ὡς ὤκιστα.*] Libri Palatini et Vossianus: *στέλλεν δ' ὡς ὤκιστα.* Quod Salmasius mutavit in *στέλλειν* ad oram sui libri. Totum ego versiculum ita conceperam:

Στῆλαι δ' ὡς ὤκιστα, καὶ εἰς φρένα πάντα λαβόντα.

Hoc obiter admonendum iudico, versiculum non exstare apud quenquam eorum, qui huius oraculi mentionem fecere.

— *Ἀπὸ Βύζαντος τοῦ Κεροέσσης, τῆς Ἰοῦς θυγατρός.*] Libri editi omnes exhibent *Κροέσσης*, quod aperte mendosum. Nos ex 249
codicibus calamo exaratis genuinam lectionem revocavimus. Non- b
nus in Dionysiacis lib. XXXII.

——— *Οὗτος ὃν Ἰοῦς*
Φοιτάδος Ἰναχίης ταυρώπιδος, ἣ παρὰ Νείλῳ
Τίκτε γονὴν Ἐπάφοιο καὶ ἀρχεγόνου Κεροέσσης.

Addam praeterea locum Hesychii Milesii in Constantinopol. descriptione: *Ἡ τοίνυν Κερόεσσα παρὰ τῇ Σεμέστρῃ νύμφῃ τραφεῖσα, καὶ παραδόξῳ μορφῇ λαμπρυνθεῖσα, πολὺ τὰς Θρᾳκικὰς ὑπερέβαλε παρθένους, τῷ δὲ θαλαττίῳ μιγεῖσα Ποσειδῶνι τίκτει τὸν καλούμενον Βύζαντα.* Eadem haec etiam verbotenus leguntur apud Codinum *ἐν παρεκβολαῖς* de originibus Constantinopolitanis. Vide praeterea Eustathium ad Dionysium et Etymologici Mag. auctorem in voce *Βύζαντες*.

— *Ἡ ὅτι τοῦ στόλου Βύζας ἦν ἡγεμών.*] Neque hic locus in vulgatis mendi immunis est; in iis enim sine sensu exhibetur *ἢ ὅτι τοῦ στόλου τῆς Βύζης ἦν ἡγεμών.* Illud *τῆς* facili negotio in *εἰς* mutari, et sensus integrior reddi posset: verum auctoritate codicis Vossiani illud reiecimus. Praeterea pro *Βύζης* rescribere placuit *Βύζας*, quod genuinum ducis nomen est, uti liquet hac sectione, et in voce *Γυναικόπολις*, itemque ex aliis plurimis, qui eius meminere: ut Codinus, Hesychius Milesius, Eustathius, nec non Fastorum Siculorum auctor, quos Chronicon Alexandrinum appellant.

— *Καὶ ὅτι οἱ ἐχῖνοι αἰσθητικώτατοι τῶν ἀνέμων ἐκεῖ.*] Mihi saltem haec verba attentius consideranti, adeo abrupta, concisa atque arida visa sunt, ut fateri necesse habeam, vix simile exemplum apud nostrum occurrere. Nam illud venti nomen, quod echini praesentiunt, et a quo Byzantium nomen sortitum est, vel maxima Epitomatoris fraude, vel alio quodam fato interiit. Nonnulla ad hunc locum annotavit Salmasius in margine sui libri, quae nunc vetustate adeo exesa atque detrita apparent, ut omnino oculorum sensum fugiant. Percipio tamen ibidem de voce *βύκται* et *βύκτης* verba fieri, quae ad hunc locum etymologiam τοῦ *Βυζαντίου* pertinere iudico: nam *αἱ Βύκται* sunt procellae mugientes et murmurantes, quas Belgico idiomate **Bulderende winden** appellamus. Eustathius ad Odyss. *K.* pag. 1646. *Βύκται δὲ ἄνεμοι, ἢ κατὰ ὀνοματοποιΐαν, οἱ ἠχητικοί, ἢ οἱ σφοδροὶ καὶ κατὰ βυθοῦ ἀΐκτοι. ἢ καὶ ὡς ἀπὸ ἀῤῥήτου ῥήματος τοῦ βύσσω,*

ἤγουν εἰς βυθὸν κατάγω. His addam verba Scholiastae in Lycophronem, ita enim ille ad hunc versiculum:

Βύκταισι χερνίπτουσιν ἀμησταὶ πόδας.

Βύκταισι, κυρίως τοῖς σφοδροῖς ἀνέμοις, τοῖς βύουσι, καὶ κρύπτουσι, καὶ βυθίζουσι τὰ σκάφη. Etymologici Mag. auctor: Βύκτης, ἠχητικός, ὁ μεγάλα ἠχῶν. Ὅμηρος, βυκτάων ἀνέμων etc. Eo sensu etiam usurpatur ab Orpheo in Argonaut.:

Ὅς περὶ μὲν βύκταισι καὶ ἀργήεσσιν ἀέλλαις
Νῆα κατιθύνειν δέδαεν πολυμήτιδι τέχνῃ.

Quanquam illud τοῦ Βυζαντίου etymon nimis longe petitum, et ridiculum cuiusdam grammatici commentum videatur, apud Plinium tamen exstat praestantissimum documentum, quo probem echinos τὰς βύκτας, sive mugientes procellas praesagire. Haec sunt eius verba lib. IX. cap. XXXI. *Circa Toronen candidi nascuntur, spina parva, Ova omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram versa. Tradunt saevitiam maris praesagire eos; correptisque ore lapillis, mobilitatem pondere stabilientes, quia nolunt volutatione spinas atterere: quod ubi videre nautici, statim pluribus ancoris navigia infrenant.*

250
a

— Καὶ νέα Ῥώμη.] Annis post Augustum Caesarem CCCLXII. Constantinus Constantii filius Byzantium novam Romam appellari iussit. Hesychius Milesius descriptionem Constantinopolitanam sic exorditur: Δύο καὶ ἑξήκοντα τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς πρὸς πέρας ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος Κωνσταντίου παῖς ἐπιλαβόμενος τῶν σκήπτρων, τὴν νέαν Ῥώμην, ἴσην αὐτὴν τῇ πρώτῃ χρηματίζειν προστάξας. Apud Constantinum Manassem in Annalibus etiam illustris hac de re locus reperitur:

Καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν αὐτῇ προσαναγείρας,
Πόλιν τὴν μεγαλόπολιν, πόλιν τὴν νέαν Ῥώμην,
Ῥώμην τὴν ἀρυτίδωτον, τὴν μήποτε γηρῶσαν,
Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην.

Lege praeterea Theodoretum in Catal. Caesarum, Suidam, Etymologici Magni auctorem, Socratem lib. I. Hist. Eccles. cap. XVI. et alios quam plurimos.

— Τὸ δὲ Βυζάντιος ἐθνικόν.] De hoc gentili non est ambigendum, sic enim veteres inscriptiones et nummi exhibent. Nummus C. Caes. Augusti conspicitur apud antiquarios hac inscriptione: *ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.* Et alius hanc exhibet. *ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ.*

— Βυζάντιον ἕτερον ἐν τῇ Ἰνδικῇ.] Apud Ptolemaeum lib. VII. cap. I. in India intra Gangem urbs hoc nomine reperitur:

Ἀδράστου Πεδίον, [illegible], Βυζάντιον, [illegible], Ἀρμεγύρα etc.

Βύζηρες, ἔθνος etc.] De gente et ponto eadem habet Eustathius ad Dionysium. Vide praeterea Strabonem lib. xii. Apollonium Rhodium lib. ii. Argonaut. et Stephanum in Ἑπτὰ κωμῆται.

Βύλλις, πόλις Ἰλλυρίδος etc.] Noster diversas existimavit urbes *Βυλλίδα* et *Βουλίνην*, quam ex Artemidoro in conspectum profert. Vide quae diximus ad vocem *Βουλῖνοι*. Cicero urbem Byllidem appellavit Philippica xi. *Praeterea P. C. M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius. Qui tenet Apolloniam magnam urbem et gravem: tenet opinor Byllidem, tenet Amantiam.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βυλλιδεύς.*] Hinc Romanorum BULLIDENSIS formatum est, quo utitur Caesar lib. iii. de Bel. Civ. *Apolloniates ad Caesarem legatos mittunt, oppidoque recipiunt. Hos sequuntur Bullidenses, Amantiani etc.* 259 b

Βύμαζος. Ἔφορος κζ'.] Perperam Xylandriana: *κξ'*. Ex aliis editionibus *κζ'* reponere placuit.

Βυσναῖοι. Ἀπὸ Βύσνου βασιλέως.] Editiones Xylandrianam praecedentes insigni mendo laborant, in illis enim legitur; *ἀπὸ Βώνου. βασιλέως αὐτῶν.*

Βυσσὸς, ἔθνος, καὶ ὀξυτόνως ὡς Ἡρωδιανός.] Quid huc faciat *τὸ ἔθνος* minime capio, cum satis evidenter ex geographis constet, *Bysum* insulam fuisse, quae vulgari nomine antiquis auctoribus *Ebusus*; verum Dionysio *Βοῦσσος* dicitur:

Νῆσοι δ' ἑξείης, Γυμνήσιαι· ἄγχι δὲ Βοῦσσος.

Quam ob causam viri docti hic rescripserint, *ἄγχι δ' Ἔβουσος*, rationem nullam video, cum ipse Eustathius hanc lectionem agnoverit, et Herodianus non improbaverit, uti apparet ex Archiepiscopi ad Dionysium comment. *Ὅτι ἐπὶ ταῖς Γυμνησίαις νήσοις ἡ Βοῦσσός ἐστιν, ἣν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσωδίᾳ ὀξύνει, Βουσσὸς ἀναγινώσκων.*

— *Λέγεται καὶ Ἐβυσσός.*] Exemplaria ante nostram editionem divulgata, constanter exhibent; *λέγεται καὶ ὀβυθός.* Lectionem hanc vitiosissimam esse, nemo non videt. Huic vulneri Salmasius ex MSS. Palatinis remedium adhibuit, legendo *λέγεται καὶ Ἔβισσος*, quod nunc edi curavimus: ita enim haec insula appellatur Melae, Straboni, Plinio, Silio Solino aliisque. Hodie nominatur *Ibissa*, sive *Ivissa*, et Geographo Nubiensi *Iabisa*. Insulae ambitus est cccc stadiorum, uti testatur Strabo et ex eo Eustathius: eius longitudinem Agathemerus facit ccc stadiorum, cuius verba fortassis hunc in modum sunt constituenda: Ἐν δὲ τῷ Ἰβη-

ἤγουν εἰς βυθὸν κατάγει. His addam verba Scholiastae in Lycophronem, ita enim ille ad hunc versiculum:

Βύκταισι χερνίψουσιν ὠμησταὶ πόρῤιν.

Βύκταισι, κυρίως τοῖς σφοδροῖς ἀνέμοις, τοῖς βύουσι καὶ κρύπτουσι, καὶ βυθίζουσι τὰ σκάφη. Etymologici Mag. auctor: Βύκτης, ἠχητικὸς, ὁ μεγάλα ἠχῶν. Ὅμηρος, βυκτάων ἀνέμων etc. Eo sensu etiam usurpatur ab Orpheo in Argonaut.

Ὅς περὶ μὲν βύκταισι καὶ ἀργήεσσιν ἀέλλαις
Νῆα κασιθύνειν δέδαεν πολυμήτιδι τέχνῃ.

Quanquam illud τοῦ Βυζαντίου etymon nimis longe petitum, et ridiculum cuiusdam grammatici commentum videatur, apud Plinium tamen exstat praestantissimum documentum, quo probem
250 echinos τὰς βύκτας, sive mugientes procellas praesagire. Haec sunt
a eius verba lib. IX. cap. XXXI. *Circa Toronen candidi nascuntur, spina parva, Ova omnium amara, quina numero. Ora in medio corpore in terram versa. Tradunt saevitiam maris praesagire eos, correptisque ore lapillis, mobilitatem pondere stabilientes, quia nolunt volutatione spinas atterere: quod ubi videre nautici, statim pluribus ancoris navigia infrenant.*

— Καὶ νέα Ῥώμη.] Annis post Augustum Caesarem CCCLXII. Constantinus Constantii filius Byzantium novam Romam appellari iussit. Hesychius Milesius descriptionem Constantinopolitanam sic exorditur: Δύο καὶ ἑξήκοντα τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλυθότων ἐνιαυτῶν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς πρὸς πέρας ἀφιγμένων, Κωνσταντῖνος Κωνσταντίου παῖς ἐπιλαβόμενος τῶν σκήπτρων, τὴν νέαν Ῥώμην, ἴσην αὐτὴν τῇ πρώτῃ χρηματίζειν προστάξας. Apud Constantinum Manassem in Annalibus etiam illustris hac de re locus reperitur:

Καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν αὐτῇ προσαναγεῖρε,
Πόλιν τὴν μεγαλόπολιν, πόλιν τὴν νέαν Ῥώμην,
Ῥώμην τὴν ἀρυτίδωτον, τὴν μήποτε γηρῶσαν,
Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην.

Lege praeterea Theodoretum in Catal. Caesarum, Suidam, Etymologici Magni auctorem, Socratem lib. I. Hist. Eccles. cap. XVI. et alios quam plurimos.

— Τὸ δὲ Βυζάντιος ἐθνικόν.] De hoc gentili non est ambigendum, sic enim veteres inscriptiones et nummi exhibent. Nummus C. Caes. Augusti conspicitur apud antiquarios hac inscriptione: ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ. Et alius hanc exhibet. ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΚΟΙΝΟΝ.

— Βυζάντιον ἕτερον ἐν τῇ Ἰνδικῇ.] Apud Ptolemaeum lib. VII. cap. I. in India intra Gangem urbs hoc nomine reperitur.

Ἀδριανοῦ Πειράτων, Μανδαγάρα, Βυζάντιον, Χερσόνησος, Ἀρμεγάρα etc.

Βύζηρες, ἔθνος etc.] De gente et portu eadem habet Eustathius ad Dionysium. Vide praeterea Strabonem lib. XII. Apollonium Rhodium lib. II. Argonaut. et Stephanum in Ἑπτὰ κωμῆται.

Βύλλις, πόλις Ἰλλυρίδος etc.] Noster diversas existimavit urbes Βυλλίδα et Βουλλινὴν, quam ex Artemidoro in conspectum profert. Vide quae diximus ad vocem Βουλῖνοι, Cicero urbem Byllidem appellavit Philippica XI. *Praeterea P. C. M. Brutum retinet etiam nunc C. Antonius. Qui tenet Apolloniam magnam urbem et gravem: tenet opinor Byllidem, tenet Amantiam.*

— Τὸ ἐθνικὸν, Βυλλιδεύς.] Hinc Romanorum BULLIDENSIS formatum est, quo utitur Caesar lib. III. de Bel. Civ. *Apolloniates ad Caesarem legatos mittunt, oppidoque recipiunt. Hos sequuntur Bullidenses, Amantiani etc.* 250

Βύμαζος. Ἔφορος κζ'.] Perperam Xylandriana; κξ'. Ex aliis editionibus κζ' reponere placuit.

Βυσναῖοι. Ἀπὸ Βύσνου βασιλέως.] Editiones Xylandrianam praecedentes insigni mendo laborant, in illis enim legitur; ἀπὸ Βώνου βασιλέως αὐτῶν.

Βυσός, ἔθνος, καὶ ὀξυτόνως ὡς Ἡρωδιανός.] Quid huc faciat τὸ ἔθνος minime capio, cum satis evidenter ex geographis constet, *Bysum* insulam fuisse, quae vulgari nomine antiquis auctoribus *Ebusus*; verum Dionysio Βοῦσος dicitur:

Νῆσοι δ' ἑξείης, Γυμνήσιαι· ἄγχι δὲ Βοῦσος.

Quam ob causam viri docti hic rescripserint, ἄγχι δ' Ἐβουσός, rationem nullam video, cum ipse Eustathius hanc lectionem agnoverit; et Herodianus non improbaverit, uti apparet ex Archiepiscopi ad Dionysium comment. Ὅτι ἐπὶ ταῖς Γυμνησίαις νήσοις ἡ Βουσός ἐστιν, ἣν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσωδίᾳ ὀξύνει, Βουσὸς ἀναγινώσκων.

— Λέγεται καὶ Ἐβυσός.] Exemplaria ante nostram editionem divulgata, constanter exhibent; λέγεται καὶ ὀβυθός. Lectionem hanc vitiosissimam esse, nemo non videt. Huic vulneri Salmasius ex MSS. Palatinis remedium adhibuit, legendo λέγεται καὶ Ἐβισὸς, quod nunc edi curavimus: ita enim haec insula appellatur Melae, Straboni, Plinio, Silio Solino aliisque. Hodie nominatur *Ibissa*, sive *Ivissa*, et Geographo Nubiensi *Iabisa*. Insulae ambitus est CCCC stadiorum, uti testatur Strabo et ex eo Eustathius: eius longitudinem Agathemerus facit CCC stadiorum, cuius verba fortassis hunc in modum sunt constituenda: Ἐν δὲ τῷ Ἰβη-

ρικῷ πελάγει νῆσοι Πιτυοῦσαι. ἡ μείζων καὶ οἰκουμένη σταδίων υ τὸ μῆκος, ἡ δὲ ἐλάττων σταδ. ρ'. Igitur *Ebusus* una est ex Pityusis, et quidem maior: sita versus oram regni Valentiae et promontorium Dianium, a quo x leucis Hispanicis in ortum distat: a Balearibus ad hanc insulam computantur DCC stadia, et iter inde ad Columnas trium dierum spatio conficitur.

— *Τὸ μέν τοι θηλυκὸν βύσσος, βαρύνεται.*] In tribus prioribus editionibus excusum reperi, *τὸ μέν τοι βύσσος βαρύνεται.* Accessionem hanc, quam contextui inserere visum fuit, codd. Palat. et Vossiano MS. debeo. Quid sit *βύσσος* et *βύσσινον* multo notius est, quam quod doceri debeat. Hesychius: *Βύσσος, χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον.* Byssus color est qui cocci loco sumitur. Suidas: *Βύσσινον, βύσσῳ βεβαμμένον.*

251 a *Βωδώνη, πόλις Περῥαιβική.*] Haec illa urbs est, quae veteribus dicebatur *Δωδώνη*, et nonnunquam etiam *Βωδώνη*, quemadmodum Stephanus suo loco luculenter docet, cuius hac de re verba ex genuini operis fragmento hic subiiciam. *Ἐπικέκληκε δὲ Ἀχιλλεὺς τὸν ἐν τῇ Θεσσαλίᾳ γειτνιῶντα θεόν, ὡς καὶ ὁ Πίνδαρος εὔχεται Λυκηγενεῖ, καὶ ὁ Χρύσης τῷ Σμινθεῖ. Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ Βωδωναῖον. Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖον, ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Καὶ Σουΐδας δέ φησι Φηγωναίου Διὸς ἱερὸν εἶναι ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ οὕτως ἀπὸ τούτου ἐπικαλεῖσθαι. Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδωναῖον. Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνην ὅπου τιμᾶται.* Ita haec verba debere emendari, ad illum locum pluribus docebo; nunc obiter admonere operae pretium existimans, pro *Πίνδαρος* rescribendum esse *Πάνδαρος*, quod manifeste evincam verbis Eustathii ad Iliad. *Β.* pag. 354. *Καὶ ὁ Ἀπόλλων ἐπὶ τῇδε τῇ Λυκίᾳ Λύκιος, διὸ καὶ Πανδάρου πατήρ, Λυκάων. οὐ πόῤῥω τοῦ τοιούτου ἔθνους, πεσόντος τοῦ ὀνόματος· καὶ Λυκηγενεῖ Ἀπόλλωνι ἐκεῖνος εὔχεται τῷ ἐγχωρίῳ.* Videtur Eustathius respicere locum Homeri Iliad. *Δ.* ubi haec sunt verba:

Εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι Λυκηγενεῖ, κλυτοτόξῳ,
Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην.

— *Ὡς Ἀπολλόδωρος.*] Etiam in genuino Stephani fragmento de Apollodoro fit mentio, cuius liber secundus de Diis ibidem allegatur: ex quo noster Dodonae etymon transcripsit.

— *Ἀπὸ Βωδωνοῦ.*] Sic legunt libri editi et MSS. In voce Dodone Epitomator habet *Δωδώνου*, sed utrobique male. Corrigendum esse *ἀπὸ Βώδωνος* certissimis alibi documentis demonstrabo.

Βῶλα.] Oppidum fuit Aequanorum in Latio iuxta viam Ap-

piam, x mil. pass. ab urbe distans. Videsis Cluv. in Ital. antiq. Plinius *Bolanorum* meminit lib. III. cap. V.

Βώλιγγα, ἔθνος Ἰνδικόν.] Quanquam libri editi omnes, et calamo exarati constanter sic exhibent, auspicor tamen hic leve mendum irrepsisse. Si mei arbitrii res foret, gentis nomen numero multitudinis *Βωλιγγαὶ* efferrem, uti Plinius lib. VI. cap. XX. *Hinc deinde accolunt Indum adversus eos evidenti demonstratione Amatae, Bolingae, Gallitalutae etc.* Eodem modo gentis nomen etiam apud Ptolemaeum reperitur. Imo versus Dionysii a nostro ex Bassaricis in medium adductus manifeste satis arguit, hoc loco *Βωλιγγαὶ* legendum esse, quod etiam Salmasius ad oram sui Stephani annotavit.

— *Καὶ τότε Βωλιγγῇσι.*] Ita huius versiculi numerum restituo. In aliis edit. male legebatur: *Καὶ τότε δὴ Βωλιγγῇσι* etc.

— *Τέκταφος ὦρτο.*] Nonnus lib. XXVI. Dionysiacorum Tectaphi meminit his verbis:

Τέκταφος εἰς μόθον ἦλθεν, ἐκηβόλος, ὅς ποτε κούρῃ etc. 251

Βωμοί. Θουκυδίδης τρίτῃ.] Apponam integrum Thucydidis locum: *Ἐπειδή τε ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες, ὥστε καὶ οἱ ἔσχατοι Ὀφιονέων οἱ πρὸς τὸν Μηλιακὸν κόλπον καθήκοντες, Βωμιῆς καὶ Καλλιῆς ἐβοήθησαν.* Male in b Aldina Florentinaque excusum est: *Βωμῖης καὶ Καλλιῆς ἐβοήθησαν.*

— *Καὶ βώμιος, τόπος τῶν θυσιῶν.*] Apage τὸ *βώμιος*, et confidenter repone: *καὶ βωμὸς ὁ τόπος τῶν θυσιῶν*, quod etiam Salmasius in margine sui libri annotavit.

— *Ὁ πρὸς τὴν ἐσχάραν διάφορος.*] Proprie erat *ἐσχάρα* in qua heroibus sacrificabatur, quemadmodum apud Pollucem legimus: *Ἐσχάρα δ' ἰδικῶς δοκεῖ μὲν οὐδὲ ὠνομάσθαι, ἐφ' ἧς τοῖς ἥρωσι ἀποθύομεν.* Certum est plurimos antiquorum inter *βωμὸν* et *ἐσχάραν* distinctionem adhibuisse: locus in hanc rem egregius est apud Porphyrium in lib. de Antro Nympharum: *Ὡς γὰρ τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε καὶ ἕδη, καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο. χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα, οὕτω καὶ τῷ κόσμῳ ἄντρα τε καὶ σπήλαια.* Addam praeterea locum ex Ammonio de verborum differentiis, quem ille hausit ex Ammonio Lampriensi: *Βωμὸς, ἑστία, ἐσχάρα καὶ μέγαρον διαφέρουσι, καθὰ καὶ Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν.* Hunc Ammonium Lampriensem super hac re citat Harpocration, hisce verbis: *Ἐσχάρα Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ Ἱερείας. Ἀμμώνιος ἐν τοῖς περὶ βωμῶν, ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος ὡς ἑστίαν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γῆς ἱδρυμένην κοίλην.* Sic vides quosdam grammaticorum distinxisse inter *βωμὸν* et *ἐσχάραν*: alii tamen contra pro eodem habuerunt;

tptatem dabo Eustathium ad Homeri Odyss. Z, pag. 1564. Σοφοκλῆς δὲ ἀντὶ βωμοῦ οἶδεν ἐσχάραν. λέγει δὲ καὶ Εὐριπίδης, Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάρας. Idem quoque Ammonio observatum video, eundem Euripidis locum citanti, ita enim ille: Παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει. Sed versiculum Euripidis in medium addücens, legebat: Μῆλος φάγεται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις, quod magis placet.

— Ἡ δὲ ἑκάστη.] Euripidis Scholiastes perhibet, τὴν ἐσχάραν proprie dici de fossa, in qua mortuis parentatur: Ἐσχάρα δὲ κυρίως μὲν ὁ ἐπὶ τῆς γῆς βόθρος, ἔνθα σφαγιάζουσι τοῖς κάτω ἐρχομένοις· βωμὸς δὲ ἐν ᾧ θύουσι τοῖς ἐπουρανίοις θεοῖς. Apud Festum haec differentia egregie conspicitur: *Altaria ab altitudine dicta sunt, quod antiqui diis superis in aedificiis a terra exaltatis, sacra faciebant: diis terrestribus in terra: diis infernalibus in effossa terra.* Ovidius l. VII. Metamorph. *scrobem et fossam* appellat, ita enim ille:

162 d
Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
Sacra facit, cultrosque in guttura velleris atri
Coniicit, et patulas perfundit sanguine fossas.

252 a Addam praeterea verba Lutatii ad Statii lib. v. Thebaidos: *Tria, inquit, sunt in sacrificiis loca, quae per piationem facimus, scrobiculo facio inferis, terrestribus supra terram sacrificamus, coelestibus exstructis focis.*

— Καὶ κατὰ παραγωγὴν Βωμιαῖος.] Eo utitur Strabo pro gentili lib. x. ubi ita inquit: ὁ δὲ Εὐηνὸς ποταμὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Βωμιαίων τῶν ἐν Ὀφιεῦσι Αἰτωλικοῦ ἔθνους, καθάπερ καὶ οἱ Εὐρυτᾶνες. Ita hunc locum ex MSS. emendavit Casaubonus.

252 b — Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισι.] Perperam in vulgatis et MSS. legitur, Σοφοκλῆς αἰχμαλωτίσι, et Αἰχμαλώτροι. Cl. Menagii emendatio est, quam in contextum recepimus, utpote verissimam, et veterum scriptorum documentis, qui istius Tragoediae meminere, comprobatam.

— Καὶ βωμιαίου ἐσχάρας λαβών.] Sic exhibent editi et calamo exarati: verum Salmasius ad marginem sui libri emendat: καὶ βωμιαῖον ἐσχάραν λαβών.

— Βωταχίδαι, τόπος Ἀρκαδίας.] A Pausania libro VIII. hic locus Βωτάχιδαι appellatur, numeraturque inter Tegeatarum curias: Τοῖς δὲ ἀνθρώποις κατὰ δήμους εἶναι τὰς οἰκήσεις, Γαρεάτας, καὶ Φυλακεῖς, καὶ Καρυάτας καὶ Κορυθεῖς, ἔτι δὲ Βωταχίδας, etc.

Γ.

Γάβα. Ἰώσηπος πέμπτῳ.] Aliquoties Iosephus libro v. cap. 252
ιι. Ant. Iud. urbem huius nominis citat, et etiam aliis in locis: a
verum ingens in signanda voce passim conspicitur diversitas, nunc
enim in penult. nunc vero in ult. notatur. Cap. ιι. sic legitur:
Παρῆν εἰς Γαβάν. Et mox eodem capite: *Ἔσωσε καὶ μάχης πρὸς
τῇ Γαβᾷ γενομένης* etc. Libro vi. cap. vii. accentu in penult.
signatur: *οἱ γὰρ τῆς Γάβας Παλαιστινοί.* Asanus condidit Gabam
et Maspham, teste Iosepho lib. viii. cap. vi. *Ἀρχ.* Verum metuo,
ne apud nostrum *Γάβα* et *Γάβαα* confundantur.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Γαβηνός.*] Prelo excusi codices constanter
sic exhibent: verum Salmasius in margine sui libri ex MSS. Palatinis legendum esse *Γαβαηνός* admonet, quam lectionem etiam nos in chartaceo Vossiano invenisse testamur. Imo variis in
locis idem gentile apud Iosephum reperire est, ut libro v. cap. ιι.
Νεανίαι δέ τινες τῶν Γαβαηνῶν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τὸ γύναιον θεασάμενοι. Et paullo post eodem libro et capite: *Πέμπουσιν σὺν πρὸς
τοὺς Γαβαηνοὺς κατηγοροῦντες τῶν νεανίσκων τὰ περὶ τὴν γυναῖκα.* Tamen neque codicum manu exaratorum, neque etiam
fide evulgatorum Iosephi, hanc vocem in contextum recipere sustinui: nam Cl. Spanhemius ex regia Gallorum gaza nummum ad- 252
duxit, hanc inscriptionem repraesentantem *ΓΑΒΗΝΩΝ*; quod b
profecto mihi genuinum et incorruptum huius urbis *ἐθνικὸν* videtur: nam a primitivo dissyllabo nunquam noster quatuor syllabarum gentile deduxit. Ergo a *Γάβα* fit *Γαβηνός*, ut a *Μήδαβα
Μηδαβηνός*, *Ὄβοδα Ὀβοδηνός*, *Σάμψα Σαμψηνός*, non vero
Μηδαβαηνός, *Ὀβοδαηνός*, *Σαμψαηνός*. Imo omnia illa Iosephi
loca, ubi hodie *Γαβαηνός* excusum est, in mendi suspicionem
veniunt, nisi quis dicat, illud a primitivo *Γάβαα* formatum esse,
cuius etiam sacri scriptores alibi meminere.

Γαβάθη. Ἰώσηπος ἕκτῳ.] Lib. vi. cap. v. nunc in Iosephi
vulgatis diversa terminatione legitur *Γαβαθὰ* et *Γαβαθῆ*. Primo
loco scribitur hunc in modum: *Ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἐλθὼν εἰς Γαβαθά, προφήταις ἐκκλησιάζουσιν ἐπιτεύξῃ.* Secundo loco: *Σαούλῳ δ'
ἀπερχομένῳ εἰς Γαβαθὴν* etc.

— *Τὸ ἐθνικόν, Γαβαθηνός.*] de hoc gentili minime dubitandum. Apud Goltzium in nummo Claudii Caes. haec inscriptio legitur: *ΓΑΒΑΘΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.*

Γάβαλα. Ὁ δὲ Στράβων, Συρίας.] Innuere noster videtur locum libro xvi. *Τῇ γὰρ Λαοδικείᾳ πλησιάζει πολίχνια, τό τε
Ποσείδιον, καὶ τὰ Γάβαλα.* Gulielmus Tyrius hanc urbem appellat

253 *Gibel*, et Phocas in itinerario *Zebel*, haec sunt eius verba: *Μετὰ*
a *δὲ ταῦτα καὶ τὴν Ἀντιόχειαν, πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος,*
κἂν ὁ χρόνος καὶ ταύτης τὸ μεγαλεῖον ἐλώβησε, καὶ μετ' ἐκείνην
τὰ Γάβαλα, ἤτοι τὸ Ζέβελ.

— *Ὁ οἰκήτωρ, Γαβαλίτης.*] Praeter gentile iam adductum, etiam τὸ *Γαβαλεὺς* noster recenset. Utrumque gentile in nummis conspicitur teste Cl. Spanhemio: in M. Aurelii nummo Lonicenianо et in Iulia Aquilia Christinae reginae *ΓΑΒΑΛΕΩΝ*. Et apud Occonem et Tristanum in Elagabali nummo *ΓΑΒΑΛΙΤΩΝ*.

— *Ἔστι καὶ χώρα Ἀραβίας.*] Infra suo loco noster regionis hoc nomine meminit, quam tertiae Palaestinae adscribit, quandoque geographis Arabia appellatae. Stephanus: *Ἐλοῦσα, πόλις τῆς νῦν μὲν Παλαιστίνης τρίτης, πάλαι δ' Ἀραβίας.* Vide praeterea in voce *Χαράκμωβα.*

— *Ὡς Δαβηνός.*] Sic perperam exhibent libri MSS. et editi. Legendum *Γαβηνὸς*, quod iam praecessit et mox sequitur, vel etiam *Μηδαβηνὸς*, quam vocem noster saepius in exemplum trahit.

— *Ἀδρηνός.*] Et hoc gentile vitio laborat, legendum enim *Ἀδαρηνὸς*, quod etiam Salmasius in margine sui Stephani observat, addens in MSS. reperiri *Ἀδραηνὸς*. Vide nostrum in voce *Ἄδαρα*, et de emendatione non dubitabis.

Γαβαρούπολις, πόλις τῆς Γαλιλαίας.] Toto libro VI. imo toto Iosepho non occurrit urbs huius appellationis. Certissimum tamen est, nostrum haec Iosephi verba respicere, ita enim ille l. VI. c. 7. *Σάουλος δὲ εἰς Γαβαὼν πόλιν, ἔχων ἑξακοσίους μεθ' ἑαυτοῦ, μόνον ἧκε σὺν Ἰωνάθῃ τῷ παιδί. τούτων δὲ οἱ πλείους οὐκ εἶχον ὅπλα, τῆς χώρας σπανιζούσης σιδήρου, καὶ τῶν ὅπλα χαλκεύειν δυναμένων. οὐ γὰρ εἴων οἱ Παλαιστινοὶ ταῦτα εἶναι, καθὰ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν δεδηλώκαμεν.* Ex hac narratione manifestissime constat, hunc Iosephi locum vitii non esse immunem, et Saulum cum filio Ionatha Gabam, et non in aliam venisse urbem, cuius etiam incolis Palaestini omnis ferri usu interdixerant, qua de re et urbe in principio huius capitis Iosephus ipse mentionem fecisse confitetur, haec sunt eius verba: *Οἱ γὰρ τῆς Γάβας Παλαιστινοὶ καταστρεφόμενοι τοὺς Ἰουδαίους τά τε ὅπλα αὐτοῖς ἀφῃροῦντο, καὶ σιδηροφορεῖν χρῆσθαί τε καθάπαξ ἀπηγόρευον σιδήρῳ.* Igitur in Iosepho sine dubio legendum hunc in modum: *Σάουλος δὲ εἰς Γαβαηνῶν πόλιν* (vel potius iuxta nummi veteris inscriptionem *Γαβηνῶν πόλιν.*) *ἔχων ἑξακοσίους μεθ' ἑαυτοῦ* etc. Sed quid Stephano nostro facias, qui sua aetate hic legebat *εἰς Γαβαούπολιν*, et integram de illa voce sectionem composuit? Usus est codice Iosephi, in quo hic locus, transcripto-

rum incuria deturpatus, circumferebatur, quem ille non subol- 253
faciens, in suam περὶ τῶν Ἐθνικῶν συλλογὴν reiecit. Stepha- b
num saepissime in depravatos antiquorum scriptorum codices et verba incidisse, etiam ante me viri eruditione et fama nominis clarissimi palam testantur.

— Σάουλος δὲ εἰς Γαβαούπολιν, ἔχων ἑξακοσίους etc.] Reperto Iosephi loco, facillimum mihi fuit supplere, quod desiderabatur. In omnibus MSS. et vulgatis sine sensu legitur: Σαῦλος δὲ εἰς Γαβαούπολιν· ἔχων ἧκε. Necessario inter τὸ ἔχων et ἧκε quaedam interserenda erant.

Γάββα, πόλις Συρίας.] Censet Salmasius hanc eandem esse urbem, quam Stephanus *Gabam* appellavit, et Galilaeae attribuit. Etiam Plinius lib. XII. cap. XVII. vocem duplici *B* exaravit, ita enim ille: *His commerciis Carras oppidum aperuere, quod est illis nundinarium. Inde Gabbam omnes petere solebant dierum* XX *itinere, et Palaestinam Syriam.* Praeterea idem gentile deducitur a Γάβα et Γάββα, quanquam et hoc loco Γαββηνὸς requiratur.

Γάβιοι, πόλις Λατίνων.] Fuit oppidum hoc ad viam Praenestinam, Romam inter et Praeneste, sed totum adeo interiit, ut nulla, teste Cluverio, eius rudera supersint, et de vero eius situ inter doctos disceptetur. Idem illud oppidum a nostro appellatur Γάβιοι, quasi a Gabiis diversum: quod utrum Stephani, an vero Epitomatoris incuria factum sit, nemo facile dixerit.

— Τὸ ἐθνικὸν Γαβῖται.] Huiusmodi noster ἐθνικὸν magis propria auctoritate confinxisse, quam ex lege artis formasse videtur: nam ut testatur Cluverius, neque Graeci neque Latini scriptores hoc usurparunt.

— Δυνατὸν καὶ Γαβίους.] Legendum videtur: Δυνατὸν καὶ Γάβιοι. Rationem reddere noster nititur in Γάβιοι, quare hoc gentile et urbis nomen idem siut. Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως Γάβιοι, διὰ τὴν πρόληψιν τοῦ ἐν τῷ πρωτοτύπῳ ἐθνικοῦ χαρακτῆρος. Dubitat tamen vehementer Cluverius, utrum hic genuinum gentile indicetur, quia oppidani Latinis auctoribus GABINI appellantur. Varro lib. IV. de Ling. Lat. *Gabinus ab oppido Gabiis.* Et Livius lib. V. *Gabinae viae meminit.*

— Διονύσιος ἐν τετάρτῳ etc.] Procul dubio noster hunc Dionysii locum respexit: Πόλις ἦν τοῦ Λατίνων γένους, Ἀλβανῶν ἀπόκτισις, ἀπέχουσα τῆς Ῥώμης σταδίους ἑκατὸν, ἐπὶ τῆς εἰς Πραίνεστον φερούσης ὁδοῦ κειμένη, Γαβίους ταύτην ἐκάλουν.

Γάγαι, πόλις Λυκίας.] Dioscoridi Γάγας locus vel fluvius est in Lycia, ubi Gagates lapis reperitur; verum ex illo loco

apud nostrum non est reponendum Γάγας, πόλις Λυκίας, uti conatur vir doctus ad Scribonium Largum. Oppidi nomen ab omnibus geographis numero multitudinis effertur. Etymologici Mag.
254 a auctor festivam lepidamque nominis etymologiam adducit, haec sunt eius verba: Γάγαι, πόλις Λυκίας. εἴρηται ὅτι Ῥόδιοι Λυκίους αἰτοῦντες τόπον ἐν ᾧ κατοικήσουσιν, ἐβόων Γᾶ Γᾶ τῇ πατρῴᾳ φωνῇ δωρίζοντες. καὶ ἐντεῦθεν τὸ ὄνομα ἐτέθη τῇ πόλει. ἢ ὅτι Νέμιος στρατηγῶν Ῥοδίων, καὶ τοὺς Λυκίων καὶ Κιλίκων λῃστεύοντας κατὰ θάλασσαν νικήσας, νυκτὸς χειμῶνι περιέπεσε. καὶ κινδυνευούσης τῆς νεώς, τῶν ἐμπλεόντων ἀναβοησάντων τῇ Δωρίδι φωνῇ Γᾶ Γᾶ, ἐκ τοῦ ἐπιφθέγματος προσέσχον καὶ ἐσώθησαν· ἡμέρας δὲ γενομένης, κατὰ τὸν τόπον ἔκτισε πόλιν, καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν ἀπὸ τῆς λεχθείσης φωνῆς Γάγαι. De situ videndus Scylax Caryandensis capite Lycia, et Scholiastes ad Nicandrum de Gagis etiam mentionem facit.

Γάγγρα. Ἐν τῷ περὶ Παφλαγονίας.] Haec inter illustres Paphlagoniae civitates recensetur, atque pro metropoli habetur. Constant. Porphyrogenneta lib. I. de Them. Ἔχει δὲ πόλεις ἐπισήμους ἡ Παφλαγονία τοσαύτας. Πρώτην μὲν μητρόπολιν Γάγγραν. δευτέραν δὲ Ἄμαστραν. τρίτην Σώραν. Hic urbis nomen etiam genere feminino effertur, ut eo usus est Alexander in Paphlagoniae descriptione. Apud Plinium lib. VI. cap. II. *Gangre* reperitur.

— Ὅτι Νικόστρατός φησιν.] Haec referri non possunt ad Nicostratum Sophistam, qui Philippi Arabis res gestas memoriae tradidit. Huius enim aetas multo inferior est, ut de eo Alexander Cornelius Polyhistor, qui temporibus Corn. Lentuli et L. Syllae floruit, mentionem facere potuerit. Vereor, ne transpositione literarum idem huc irrepserit mendum, quod in voce Ἄσσος observavimus, ubi pro Στρατόνικος legitur Νικόστρατος. Vide commentaria ad illum locum.

— Νέμειν περὶ τοὺς κόπους.] Non placet haec lectio Salmasio, neque etiam mihi. Ad marginem sui Stephani emendavit: νέμειν περὶ τοὺς λόφους. Certum est, haec aliquando confundere librarios.

— Καὶ πρός τινα πρόσβατον πέραν πορευομένην.] Hanc accessionem debeo chartaceo Vossiano: in Xylandriana ad hunc
254 modum legitur: καὶ πρός τινα πορευομένην. Quanquam et ista
b lectio prorsus repudianda non sit, nisi quod pro βάτον reponas βατόν. Aldina ut et Florentina etiam agnoscunt illud πρόσβατον.

— Ἀθήναιος Δειπνοσοφιστῶν τρίτῃ.] Athenaei verba haec sunt: Τούτων δ᾽ οὐ πολὺ ἀπολείπεται τὰ ἐν Γάγγροις πόλει Παφλαγονικῇ. Loquitur ibi Athenaeus de malis Mattianis, quae ad-

vehuntur e pago in Alpibus prope Aquileiam sito, testaturque ea non cedere illis, quae Gangris gignuntur.

— Τὸ ἐθνικὸν Γαγγρηνός.] Polychronius Dadibrae Episcopus per Petrum *GANGRENUM* Metropolitam subscripsit concilio Chalcedonensi act. VI.

— Τῷ τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης.] Sic exhibent libri MSS. et editi. Verum sine dubio legendum: τῷ τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης τύπῳ. In Palatino Salmasius invenit, τῶν τῆς χώρας καὶ τῆς τέχνης, quod est nihili.

Γάδαρα, πόλις κοίλης Συρίας.] Oppidum est maritimum eo in tractu, ubi sunt Ioppe, Ascalon et alia. Verba situm depingentia egregia sunt in Maccabaeorum actis, ubi *Γάζαρα* appellatur: Καὶ Ἰόππην ὠχύρωσε τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ τὴν Γάζαρα, τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων Ἀζώτου, ἐν ᾗ οἰκοῦσιν οἱ πολέμιοι τὸ πρότερον ἐκεῖ. Sic quoque Iosephus lib. XXII. cap. XXI. Ὁ δὲ τῶν ἐκ Πτολεμαίου φόβων ἐλευθερωθεὶς, στρατεύεται μὲν εὐθὺς ἐπὶ τὴν κοίλην Συρίαν. αἱρεῖ δὲ Γάδαρα πολιορκήσας δέκα μησίν. Verum cum Cl. Casaubonus ad Strabonem optime inter Gadara cavae Syriae et Palaestinae distinxerit, lectorem eo ablegamus. Obiter hoc addendum, Strabonem neutro, et Iosephum feminino genere urbis nomen usurpare.

— Τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς.] Apud Goltzium et Spanhemium exstant nummi cum inscriptione *ΓΑΔΑΡΕΩΝ*. Verum *Γαδαρίτης* occurrit apud Iosephum lib. I. Ἁλωσ. cap. V. Ἀνακτίζειν δὲ καὶ Γάδαραν ὑπὸ Ἰουδαίων κατεστραμμένην, Γαδαρίτῃ τινὶ τῶν ἰδίων ἀπελευθέρων Δημητρίῳ χαριζόμενος.

— Καὶ Γαδαρίς.] Sic de regione hac voce utitur Strabo lib. XVI. quem locum sine dubio Stephanus innuit, cum ibi etiam de Menippo mentio reperiatur: Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ Γαδαρίς 255
ἐστιν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰουδαῖοι. Et mox sequitur: a
Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος.

— Ἔστι καὶ Γάδαρα κώμη.] Editiones, quae Xylandrianam praecessere, exhibent: ἔστι καὶ Γαύδαρα κώμη Μακεδονίας. Utrum bene, an male, alii iudicent.

Γάδδα, χωρίον Ἀραβίας.] Oppidum hoc hodie numeratur inter portus Mecchae, a qua quadraginta milliaribus distat, et Arabibus appellatur جدة *Gioudda*. De eo sic scribit Geographus Nubiensis parte quinta secundi climatis: *A Serrain ad portum Socquiae oppidi populosi, ubi est statio carinis, tres habentur stationes, et ab hoc ad Gioudda, secus littus, stationes totidem. Est autem oppidum istud de portibus Mecchae, et distant*

ab invicem quadraginta milliaribus. Et parte eadem idem Auctor: *Nullus autem peregrinorum occidentalium traiicitur ad Giouddam, nisi prius ostendat naulum suum: quod si quis nauclerus maris Calzem traiiceret aliquem, non habentem naulum suum, tenetur solvere nauclerus pro ipso. Quare nemo transit ab Adhab ad Giouddam, nisi prius ostendat nauclero vectigal, quod debet. Cumque navis vela fecerit, et Deus illi concesserit felicem adventum ad Giouddam, anchoras iacit procul ab ipsa: tunc eam ingrediuntur quaestores missi ex parte praesidis Giouddae, et statutorum quae navis illa debet, et vectigalium summam subducentes, in albo referunt.*

Γάδειρα, πόλις καὶ νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ.] Situm eius insulae et urbis, unicuique notissimum, multis describere supervacaneum existimo. Addam tamen locum Marciani Heracleotae, ut maculam eluam: *Κατὰ τούτους τοὺς τόπους κεῖται νῆσος ἐν τῇ ἐκτὸς θαλάσσῃ τὰ Γάδειρα, ἐν ᾗ καὶ ἡ πόλις ὁμώνυμος Γάδειρα· ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ἀκρωτηρίου ἔνθα ὁ πορθμὸς ἐπὶ τὴν νῆσον στάδια σό. ἀπὸ δὲ Μενεσθέως λιμένος εἰς τὴν κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσιν στάδια σί.* Pessime in vulgatis legitur *ἀπὸ Νεμεθέως λιμένος.* Livius lib. XXVIII. Gades insulam vocat *extra orbem terrarum*; Solinus, *extremum noti orbis terminum*, et Strabo lib. III. *ἐσχάτην ἱδρυμένην τῆς γῆς.*

— *Στενὴ καὶ περιμήκης, ὡς οὖσα ταινία, τῆς γῆς δειρά.*] Particulam *ὡς* ut necessariam et ab editis libris amotam, ex Vossiano codice in contextum recepimus. Praeterea Salmasio assentimur, scribenti ad marginem sui Stephani, ante *τῆς γῆς* excidisse *τὸ οἱονεὶ*, vel simile quid. Testantur hoc manifeste verba Eustathii ad Dionysium, e quibus huic loco, quem noster Epitomator nimio brevitatis studio mutilum reddidit, ingens lux affulget: *Γάδειρα δὲ νῆσος πλησίον τοῦ Ὠκεανοῦ, περιμήκης, κα-*
256 *τὰ τοὺς παλαιοὺς ὡς οἷα* (Forte legendum *ὡς οὖσα*) *ταινία, κα-*
b *θάπερ ὑφάσματος τμῆμα στενὸν καὶ μεμηκισμένον, ὅπερ ἡμεῖς φασκίαν φαμέν. Λέγεται δὲ καὶ Γάδειρα θηλυκῶς. καλεῖται δὲ οὕτως οἱονεὶ γῆς δειρὰ, ὅ ἐστι τράχηλος, διὰ τὸ τῆς Ἠπείρου στενὸν, τῆς ἑκατέρωθεν σφιγγούσης τὸν ἐκεῖ ὀλιγοστάδιον πόρθμον.* Omnes ferme grammatici nominis originem deducunt *παρὰ τὴν γῆν καὶ τὴν δειρήν.* Etymologici Mag. Auctor: *Τὰ Γάδειρα λέγονται πληθυντικῶς. ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ δειρὰ, οἱονεὶ γῆς δειρά.* Adfert praeterea aliam ex Claudii Iulii Phoenicicis, quae Bocharto aliisque linguae Punicae peritis displicet: *Τὰ γὰρ Γάδειρα, τῆς γῆς ἐξοχή ἐστιν. ἢ ὥς φησι Κλαύδιος Ἰούλιος ἐν ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις, ὅτι Ἀρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος, κτίσας πόλιν, ὠνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ, γάδον γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ἐκ μικρῶν οἰκο-*

δομημένον. Verum *Gadir* Punicum verbum est, uti ex veteribus probant viri Clarissimi Salmasius et Bochartus. Plinius lib. IV. cap. XXII. *Poeni Gadir in Punica lingua septum significante.* Solinus: *Poeni lingua sua Gadir, id est, sepem nominarunt.* Hesychius: *Γάδειρα τὰ περιφράγματα Φοίνικες.* Alia praeterea veterum testimonia apud supra nominatos obvia sunt. De conditoribus, tempore quo conditae sint Gades, aliisque memorabilibus iidem consulantur.

— *Ἡ Γάδειρα φησὶ, θηλυκῶς.*] Constanter sic legunt libri vulgati. Chartaceus Vossianus: *Ἐρατοσθένης δὲ ἡ Γάδειρός φησι, θηλυκῶς.* Infra liquet vulgatam lectionem satis probam esse.

— *Ὁ πολίτης, Γαδειρεύς.*] Quadruplex ὁ *Ἐθνικογράφος* hinc formavit gentile, quod etiam suo calculo comprobavit Eustathius ad Dionysium: *Τὸ δὲ ἐθνικὸν αὐτῆς τετραχῶς λέγεται, Γαδειρίτης, καὶ Γαδειρεὺς, καὶ Γαδειραῖος, καὶ Γαδειρανὸς, ὡς Βοσποράνός.* Perhibet etiam non tantum dici τὰ, sed etiam ἡ *Γάδειρα.* Hisce verbis: *Ἔστι δὲ οὐ μόνον οὐδετέρου γένους τὰ Γάδειρα, ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς ἡ Γάδειρα.*

— *Μοδεράτου Γαδειρέως.*] Floruit hic Philosophus sub Nerone: perhibet enim Plutarchus lib. VIII. Sympos. se a Sylla cum Lycio Thusco Moderati Pythagorici discipulo ad coenam invitatum fuisse. Huius etiam meminit Hieronymus contra Rufinum, uti videre est apud Ionsium de scriptoribus Historiae Philosoph.

— *Γαδειρίτης.*] Etiam alii utuntur hoc gentili. Strabo lib. III. *Τοὺς Γαδειρίτας ταῦτα μὲν ἱκανοὺς γενέσθαι τηρῆσαι καθ' ἡμέραν γινόμενα.* Eustathius ad Dionysium: *Ἀνδρεῖοι δὲ περὶ ναυτιλίας οἱ Γαδειρῖται, διὸ καὶ ἐσχάτη οὖσα ἡ νῆσος ὅμως ὀνομαστοτάτη ἐγένετο.*

— *Καὶ Γαδειρανοί.*] Fortassis legendum καὶ *Γαδειρανὸς,* nam numerus plurium non est necessarius. Hinc Romani τὸ GADITANUS deduxisse videntur, quod passim apud illos pro gentili in usu est.

— *Καὶ κτητικὸν Γαδειρικός.*] Puto Pindarum hanc vocem 256
usurpasse, cuius verba sunt apud Strabonem lib. III. *Πίνδαρος* a
καλεῖ πύλας Γαδειρικὰς (in vulgatis *Γαδειρίδας*) *εἰς ταύτας ὑστάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα.* Idem locus etiam apud Eustathium ad Dionysium invenitur.

Γάδαρα, πόλις Παλαιστίνης.] Salmasius in MSS. Palatinis *Γάδρα, πολ. Παλαιστ. τὸ ἐθνικὸν, Γαδρηνός.* Vossiano in codice legebatur: *Γάδδρα. πολ.* etc. *τὸ ἐθνικὸν Γαδδρηνός.* Verum vulgata praeplacet. Existimo Marcum Euangelistam cap. VI. I. de incolis huius urbis et agri circumiacentis mentionem facere: *Καὶ*

[redacted]

ἦλθον εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν. Et Lucas cap. VIII. 26. *Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν, ἥτις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας.* Ergo diversa ab illis Gadaris, quorum noster in praecedentibus meminit, et in cava Syria circa mare collocat.

Γάζα, πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης.] Phoenicia et Palaestina quandoque apud nostrum idem sunt, ita enim alibi: *Ἰόπη, πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας, ὡς Φίλων, ὡς δὲ Διονύσιος, Παλαιστίνης. Φοινίκη γὰρ καὶ ἡ Παλαιστίνη.* Verum etiam olim Palaestinae urbs fuit, et ad Phoeniciam minime pertinet, nisi quatenus Phoenicia Palaestinam comprehendit, ut ex Strabone, P. Mela et aliis manifestissime evinci posset. Gazae situs omnibus adeo est cognitus, ut omnino supervacaneum iudicem eum multis ob oculos ponere. Vide Arrianum lib. II.

— *Ἐκλήθη καὶ Ἄζα.*] Nempe *Aza* et Gaza idem sunt, docente Cl. Bocharto. Utrumque Hebraeis est עזה, ubi Ajin initiale alii efferunt ut G, alii prorsus negligunt. Inde *Asiongeber* et *Gasiongaber*, *Amorrha* et *Gomorrha*. Porro idem Bochartus docet, *Gazam* vel *Azan* a munitione dici: nam Hebraeis עזה *munitam* sonat: qualis revera *Gaza*. Mela lib. I. cap. XI. *Caeterum in Palaestina est ingens et munita admodum Gaza.* Hoc profecto expertus est Alexander, Gazam obsidione premens; cuius muros ingentis operis, contra eum modico praesidio tuebatur Batis urbi praefectus, qua de re vide Curtium lib. IV. et Arrianum lib. II. Eam condiderunt Euaei vel Hevaei gens Esauitica, de qua Genes. XXXVI. et Ios. XXIV. Isidorus l. XV. Orig. *Gazam oppidum Palaestinae condiderunt Euaei, in qua habitarunt Cappadoces, pristinis cultoribus interfectis. Vocata autem Gaza, eo quod ibi Cambyses rex Persarum thesauros suos posuit, cum bellum Aegyptiis intulisset. Persarum enim lingua thesaurus Gaza nominatur.*

— *Οὕτω τῶν Περσῶν τὰ χρήματα καλούντων.*] Egregie ad rem faciunt verba Curtii lib. III. *Igitur, quasi parum munimentis oppidi fidens, ante solis ortum pecuniam regiam, quam Gazam*
256 *Persae vocant, cum pretiosissimis rerum efferri iubet.* Addam
b praeterea verba Servii ad lib. I. Aeneid. etiam existimantis hanc urbem inde nomen habere: *Gaza Persicus sermo est, et significat divitias, unde Gaza urbs in Palaestina dicitur, quod in ea Cambyses rex Persarum cum Aegyptiis bellum inferret, divitias suas condidit.*

— *Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰώνη.*] Huius rei Stephanum nostrum testem adducam, qui voce *Ἰόνιον* hac de re mentionem facit: *Τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος Ἰόνιον λέγεται. Ἰώνη γὰρ καὶ ἡ Γάζα καλεῖται.*

— *Ἐκλήθη δὲ καὶ Μινώα.*] Stephanus in voce *Μινώα* hac de re mentionem facit: ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Γάζα Μινώα. Minoae nomen aliunde deflectit Cl. Bochartus; scilicet *a Manoa*, cuius nominis fuit pater Samsonis. Deinde addit, *Minoam* dictam esse pro *Madmenae*, vel *Menoide*. Nempe e duabus Gaza altera erat Madmeneae propior, quae et Menoïs dicta est. Hieronymus in Locis: *Medemana in tribu Iuda, cuius meminit Esaias. Et nunc est Menois oppidum, iuxta civitatem Gazam.*

— Ὃ καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνάν.] Salmasius ad Aelium Lampridium legit: ὃν καὶ καθ᾽ ἡμᾶς ἐκάλουν Μαρνάν. censens viros doctissimos vehementer in eo falsos esse, qui haec accipiunt de templo Iovis a Gazaeis *Marnan* dicto, et non de ipso Iove. In margine sui Stephani arbitratur haec verba esse transposita et hoc modo in ordinem redigenda, de iam dicta emendatione nullam mentionem faciens: ὃ καὶ ἐκάλουν Μαρνάν, τὸ καθ᾽ ἡμᾶς ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ.

— Τὰς παρθένους γὰρ οὕτω Κρῆτες προσαγορεύουσι Μαρνάν.] De Gazaeorum Marna Hieronymus aliquoties in epist. ad Laetam: *Iam et Aegyptius Serapis factus est Christianus: Marnas Gazae luget inclusus, et eversionem templi iugiter pertimescit.* Et in vita Serapionis mulier Gazensis obnixe orans Hilarionem, ut Gazam pergeret, et tribus filiis moribundis succurreret, ait: *Glorificetur in urbe gentilium nomen domini Salvatoris, et ingrediatur servus eius Gazam et Marnas corruat.* Et in Esa. lib. VII. *Serapium Alexandriae, et Marnae templum Gazae in ecclesias Domini surrexerunt.* Hinc satis manifeste liquet, non pro templo, sed numine aliquo hanc vocem sumi debere. Praeterea apud Cretenses *virgo* non *marna*, sed μάρτις *martis* dicebatur, quod iam viris doctissimis observatum. Verum ut omnem in hisce verbis difficultatem superemus, transcribam Cl. Bocharti verba, ita enim ille: „Dato, tamen non concesso, Cretenses virgines vocari *Marnas*, an hinc sequitur *Marnan* Iovis nomen apud Gazaeos significare Κρηταγενῆ? Quid dici potuit futilius? Quin Syris מרנש *Marnas* est dominus hominum, ut ברנש Barnas filius hominis. Philo in Flaccum cum *Μάριν* scribit τὸν κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις. Illud *Μάριν* deflexum est ex מר *Mar.*" Daemones superbissimos affectasse titulos evidentissimis documentis constat, unde in iisdem et vicinis regionibus dicti *Bahalim* et *Molechim*, id est, *domini* et *reges*: sed imprimis sibi nomen Marnae arrogare potuerunt, et dici *hominum domini*, ut se, quantum poterant, supra filium Dei efferrent, qui apud Danielem cap. VII. 13. simpliciter appellatur בר אנש filius hominis. Praeterea Talmudici meminere Daemonis cuiusdam dicti מריא *Mari*, qui

257 a

si compositionem huius nominis ingrediatur, significabit *Deum hominum*, sive *Iovem* ad mentem horum idololatrarum.

— Ὁ πολίτης Γαζαῖος.] Goltzius Titi nummum divulgavit cum inscriptione *ΓΑΖΑΙΩΝ*. Etiam apud Arrianum lib. II. hoc gentile occurrit. Marinus in Procli vita Οὐλπιανοῦ τοῦ Γαζαίου meminit.

— Καὶ Αἰγιναῖοι κατὰ τὴν διαφορὰν etc.] In aliis editionibus haec verba et quae sequuntur, non comparent: in eis tamen, nulla mentione de defectu facta, totus locus quasi plane esset integer publicatur et vertitur; quum revera levium scribarum fraude truncatus et mutilus sit: nam in hactenus editis hunc in modum concipitur: Καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ Αἰγινῆται καὶ Γαζαῖοι. οἱ δὲ κέραμοι Γαζῖται καὶ Αἰγιναῖοι εἰσί. Luculentam illam accessionem, quam divulgavi, Vossiano codici acceptam refero, cuius adiumento multas lacunas refeci, et pluribus locis vitam ac integritatem reddidi.

— Οἱ δὲ κέραμοι Γαζῖται καὶ Αἰγιναῖοι.] De fictilibus Aeginaeis noster mentionem facit in voce Αἴγιναι. Αἰγιναῖος δὲ, inquit, ὁ ἔποικος, ἢ κέραμος, ἢ ὀβολὸς, ἢ ἄλλο τι σκεῦος ἀπὸ Αἰγίνης. Verum quae conficiuntur apud Gazenses fictilia, non κέραμοι Γαζαῖοι, sed Γαζῖται sunt nuncupandi, quae vox contrariam τῷ Αἰγιναῖοι terminationem et formam obtinet.

— Εἰσὶ καὶ διὰ τοῦ η.] Illud εἰσί, in Xylandriana editione praecedentibus adhaerens, auctoritate vetustiorum editionum, ad pristinam sedem revocavi.

— Καὶ διὰ τοῦ η ἔθνος Γαλατῶν.] Varia admodum huius vocis scriptura est. Plutarcho vocantur Γεσσᾶται in Marcello: Polybio lib. II. Γαιζάτοί. Etymologo Γαιζῆται, et Phavorino Γα-
257 ζῆται. Est nomen militum mercenariorum apud Gallos, non vero
b gentis, ut optime ex Orosio docet Cl. Bochartus: *Cum etiam ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nuntiaretur, maxime Gasatorum, quod nomen non gentis, sed mercenariorum Gallorum est.* Etymologici Mag. Auctor gentem esse existimat, ut et Strabo, de illa lib. V. ita scribens, Μέγιστα ἦν τῶν Κελτῶν ἔθνη Βοῖοι, καὶ Ἴνσουβροι, καὶ οἱ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐξ ἐφόδου καταλαβόντες Σένωνες μετὰ Γαισατῶν. Ad quem locum vide Casaubonum, nonnulla de vocis etymo tradentem; verum praeplacet quod de eius origine occurrit apud eundem Bochartum de Phoenicum coloniis lib. I. cap. XLII.

— Χρυσοφοροῦν, ὡς Εὐφορίων.] Euphorionis locum sine dubio in genuino opere habuit Stephanus, quem Epitomator nobis ademit. Reperitur tamen apud Etymologici Mag. Auctorem, cuius verba fortassis ita sunt constituenda: Γαιζῆται οἱ Γαλάται.

κατὰ τὴν γῆν ζητεῖν. Ἐκπεσόντες γὰρ τῆς ἑαυτῶν χώρας, πολλὴν γῆν περιῆλθον, ζητοῦντες ὅπῃ οἰκήσουσι. Εὐφορίων ἐν Πολυχειρίῃ,

Οἱ καὶ Γαιζῆται περιδείρεα χρυσοφορεῦντες.

Γάζακα, πόλις μεγίστη.] Cod. Voss. numero multitudinis *Γαζακαί*, quod minime probo; cum apud Ptolemaeum et alios *Γάζακα* legatur. Ammianus lib. XXIII. *Habet autem etiam civitates aliquas; quibus clariores sunt Gazaca, et Naulibus, et Ortopana.*

— *Ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν.*] Salmasius in MSS. Palatinis invenit, *ἐν ὀγδόῳ Παρθενιῶν*, hinc coniectans rescribendum esse, *Κουάδρατος ἐν ὀγδόῳ Παρθυηνικῶν*, quod etiam in margine sui libri ad vocem *Παρθυαῖοι* admonet.

Γάζος, πόλις Ἰνδική etc.] Quod Dionysius in Bassaricis, idem Nonnus de muris huius oppidi in Dionysiacis cantat, cuius verba apprime ad rem facientia huc transcribam:

— — *Καὶ οἱ λινοερκέϊ κύκλῳ*
Γάζον ἐπυργώσαντο λινοπλέκτοισι δομαίοις
Ἄρεος ἀκλινὲς ἕρμα, καὶ οὔποτε δήϊος ἀνὴρ
Χαλκὸν ἔχων ἔρρηξε ἐϋκλώστοισι θεμέθλοις.

— *Καθὰ Διονύσιος.*] Optime hunc locum supplevit Xylander: nam neque in Aldina, neque in Florentina poëtae nomen conspicitur.

— *Καὶ οἱ * * τειχέα Γάζον.*] In omnibus editis reperitur lacuna, et nihil iuvant hic MSS. Gerartus Falkenburgius Graecis 258
literis doctissimus in suis ad Nonnum coniecturis, huic loco sub- a
sidium ferre nititur, legendo:

Γήρειαν, Ῥοδόην τε, καὶ οἱ λινοτειχέα Γάζον.

Haec coniectura nequaquam mihi displicet; quanquam neque contemnendum videatur, quod Salmasius in margine sui libri τὸ οἱ in ἐϋ mutaverit, et inde *ἐϋτειχέα* fecerit, qua voce etiam lacuna et versiculi modulus refici posset.

— *Τοῖόν μιν κλαυτοῖο λινοῦ* etc.] Cod. Vossianus *κλαυστοῖο*, quae vox est nihili: confirmat tamen coniecturam Salmasii, qui in ora sui libri reponendum praecipit *κλωστοῖο*, addens de hac coniectura non debere dubitari. Falkenburgius ad Nonnum legendum arbitratur, *τοῖόν μιν γλαυκοῖο λινοῦ* etc. Salmasii coniectura, utpote codicibus manu exaratis magis respondens, prae altera amplectenda videtur.

— *Καὶ εἰ παγχάλκεον ἦεν.*] Vossianus calamo exaratus: *καὶ εἰ παγχάλκεον εἴεν.*

— *Ὡς μὲν μάλα* etc.] Palatinorum vetustissimus exhibet:

ὡς μὲν μάλα etc. Unde Salmasius coniicit legendum: Ὕψος μὲν μάλα δή τι etc. Hanc coniecturam in versione sequi libuit.

— *Πισύρεσσιν.*] MS. Vossianus contra metri legem exhibet πισσύρεσσιν. Videsis de hac voce Etymologici Mag. Auctorem et Hesychium.

— Ἐν ἠελίοισιν ἀνύσει.] Sic optime edi curavit Xylander. Codex Vossianus, ἐν ἠελίοισιν ἄνυσσα, quod est nullius momenti. Eandem lectionem etiam Aldina et Florentina agnoscunt.

— *Κνέφας.*] Male chartaceus Voss. ἀνέφας.

Γάζωρος.] Existimo eandem esse urbem, quam alio loco Ἄζωρον ex Strabone, et ex Arriano Ἀζώρειαν appellat: nam τὸ *Γ* aliquando in principio tollitur; sic pro γαῖα dicitur αἶα, pro Γάζα Ἄζα.

Γαθέαι. Γαθεᾶται τῆς Κρωμίτιδος χώρας.] Non censeo hanc lectionem, quam editi et MSS. constanter exhibent, sani coloris esse, nam apud Pausaniam libro citato *Gathearum* me-
258 moria reperitur, sed non *Gatheatarum*, quo nomine Epitomatori
b nostro cives insigniuntur. Totum Pausaniae locum transcribam, ut tanto clarius nostri auctoris σφάλμα innotesceret omnibus: *Ἐκ Μαντινείων δὲ ὁδὸς ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν, ὁπόσον πέντε σταδίων καὶ δέκα· κατὰ τοῦτο Γαθεάτας ποταμὸς ἐκδίδωσιν ἐς τὸν Ἀλφειόν· ἐς δὲ τὸν Γαθεάταν πρότερον ἔτι κάτεισι ὁ Καρνίων. τούτῳ μὲν δὴ αἱ πηγαὶ γῆς εἰσὶ τῆς Αἰγυπτίδος, ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Κερεάτα τὸ ἱερόν· τῷ Γαθεάτᾳ δὲ τῆς Κρωμίτιδος χώρας ἐν Γαθέαις.* Hisce in verbis duntaxat de Gatheis Arcadicis, et de fluvio Gatheata facta est mentio, quae cum vetustissimo meo Pausaniae manu exarato codice collata, in mendi suspicionem venire nequeunt. Non nego tamen a voce Γαθέαι civis nomen Γαθεάτης deduci posse, quod apud Pausaniam non invenies.

Γαιτοῦλοι. Ἀρτεμίδωρος Γαιτυλίους αὐτούς φησι.] Etiam Eustathius ad Dionysium perhibet, eos ab Athenodoro sic appellari. Adducam ipsa verba, ut maculam eluam: Ὅτι Γαιτοῦλοι μέγιστον ἔθνος Λιβυκόν. τούτους Ἀθηνόδωρος Γαιτουλίους λέγει. Verum quis ille Athenodorus? Lego confidenter Ἀρτεμίδωρος, qui in opere geographico etiam Gaetulos recensuit. Eustathium haec ex Stephano hausisse, res clara est atque evidens: nam idem ille mox de asparagorum magnitudine haec subiungit: Ἱστορεῖ δὲ μεγίστους ἀσπαράγους φύεσθαι παρ' αὐτοῖς.

— *Μῆκος δὲ πηχῶν δυοκαίδεκα.*] Paullo aliter in Athenaeo legitur: Ἐν Λιβύῃ δέ φασιν ἐν Γαιτουλίᾳ γίνεσθαι (scilicet asparagos) πάχος μὲν Κυπρίου καλάμου, μῆκος δὲ ποδῶν δώδεκα. Non exigua sane differentia est inter duodecim cubitos et duodecim pedes, ut nos docet Suidas: Πῆχυς, τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος

[redacted]

μέχρι τῶν δακτύλων τῆς χειρὸς ἔκταμα· ὁ πῆχυς ἔχει πόδας β'. ὁ δὲ πούς, δακτύλους ιϛ'.

Γάλαδα. Καὶ Γαλαδηνή.] Apud Iosephum libro Epitomatori allegato reperitur *Γαλαδινὴ* et *Γαλαδηνή*. Capite VII. *Αἱ δὲ πόλεις αἱ πρὸς τὰς φυγὰς ἀποδεδειγμέναι ἦσαν αἵδε. Βόσορα μὲν ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἀραβίας. Ἀρίμανον δὲ τῆς Γαλαδηνῶν γῆς* etc. Et cap. V. eiusdem libri: *Οὕτως οὖν ἐχόντων τῶν πραγμάτων ἐπιτίθεται τοῖς Ἰσραηλίταις Ὤγης, ὁ τῆς Γαλαδινῆς καὶ Γαυλωνίτιδος βασιλεύς.* Ultimum locum innuere videtur Stephanus, sed 259 quod in vulgatis eius codicibus *Γαλάδιτιν* reperiatur, minime a probo, nam toto lib. IV. haec vox non occurrit. Hinc est quod existimem eum illum in locum incidisse, ubi nunc in Iosepho *Γαλαδινῆς* excusum reperitur, quod fortassis Stephani transcriptores in *Γαλαδῖτιν* mutarunt. Galadenorum regio nomen sortita est a colle quodam, cui nomen *Γαλάδης*, teste Iosepho lib. I. Antiq. cap. XIX. *Καὶ τὰς πίστεις τὰς ἐπὶ τούτοις ἐποιήσαντο ὑπὲρ ὀρῶν τινῶν, ἐφ' οἷς στήλην ἀνέθεσαν κατὰ βωμοῦ σχῆμα. ὅθεν Γαλάδης λέγεται ὁ βουνός, ἀφ' οὗ καὶ νῦν Γαλαδηνὴν καλοῦσι τὴν γῆν.*

Γαλάδραι, πόλις Μακεδ. etc.] Admodum instabilis huius vocis scriptura in antiquorum scriptis conspicitur, ut ante nos Ortelius observavit. Aliis dicitur *Κάναστρα*, unde Canastraeum promontorium apud Nicandrum lib. V. de Europa, quod noster Thraciae et Macedoniae alibi assignat. Eadem urbs Stephano dicitur *Χαλάστρα*, quod Lycophronis verbis confirmat, in cuius codicibus id nomen etiam diversimode exaratum fuit, ita enim Scholiastes: *Χάλαδρα δὲ ἡ Κάναστρα πόλις, καὶ λίμνη Μακεδονίας, ἀφ' ἧς ὅλην τὴν Μακεδονίαν φησίν. καὶ Ἀναστραῖος γράφεται καὶ Χαλαδραῖος· καὶ γὰρ κατιὼν φησί, Χαλάδρης λύκον.* Illud *Ἀναστραῖος* apparet vitiatum, pro eo aut *Καναστραῖος*, aut *Χαλαστραῖος* videtur reponendum. Ab Herodoto lib. VII. appellatur *Χαλέστρα* et ad fluvium Axium prope Sindum collocatur: *Πλέων δὲ ἀπίκετο ἔς τε τὴν προειρημένην Θέρμην, καὶ Σινδόν τε πόλιν καὶ Χαλέστρην, ἐπὶ τὸν Ἄξιον ποταμόν.*

— *Σῖναι Γαλάδρης.*] Libri calamo exarati: *Σίναι Γαλάδρους* male. Isacius, huius versiculi partem in commentariis citans, legebat: *Χαλάδρης λύκον.* In Lycophronis vulgatis hodie legitur: *Σᾶναι Χαράδρης τὸν στρατηλάτην λύκον.* Sed in Meursii editione ad marginem conspicitur *Γαλάδρης*, quae Stephani nostri lectio est, quanquem pessime in editionibus Xylandrianam praecedentibus legatur: *Σιναὶ Γαλάδρος τὸν στρατηλάτην λύκον.*

— *Οἱ δέ, ὅτι ὁ Γαλάδρας.*] Articulus abest ab omnibus editionibus, quem ex MSS. revocare placuit.

— *Γαλαδραῖον πέδον.*] Haec verba hodie in Lycophrone
259 non reperiuntur. Haud longe a versiculo supra allegato legitur:
b *Θεσπρωτὸς ἄμφω καὶ Χαραδραῖος λέων.* Quae verba cum alio loco a Stephano in medium adducantur, non est quod existimem, ea ab ipso innui.

— *Πολύβιος δὲ ἐν τρίτῳ Γαλαδραικῶν.*] Numerum procul dubio esse falsum, ante nos suspicatur Cl. Iacobus Gronovius, censens forte legendum: *τριακοστῷ τρίτῳ.* Illud possessivum Salmasius corruptum iudicat, emendans ad marginem sui Stephani *Γαλαδρικὸν*, de quo certiores essemus, si in hodiernis Polybii libris extaret.

Γαλάρινα, πόλις Σικ.] De hoc oppido eiusque incolis legendus Diodorus Sicul. lib. XVI et XVIII. Vulgo nunc *Gagliano* appellatur, teste Cluverio.

— *Ὁ πολίτης, Γαλαρῖνος.*] Illud optime deducitur *ἀπὸ τοῦ Γαλαρία:* verum *τὸ Γαλαριναῖος* a voce *Γαλάρινα*, quemadmodum ad marginem sui Stephani observat Salmasius.

Γαλάται, πρὸς νότον τοῖς Παφλ.] De hac gente Stephanum in *Ἄγκυρα*, et nostros ad illam vocem commentarios legito. Timaeus apud Etymologicographum Galatiae etymon deducit a Galata Cyclopis et Galatiae F. vel quod Galli stipendia facientes tempore Caesaris Augusti, ibi relicti sint. *Γαλατία, χώρα, ὠνομάσθη (ὥς φησι Τίμαιος) ἀπὸ Γαλάτου Κύκλωπος καὶ Γαλατείας υἱοῦ, ἢ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ὑπὸ Καίσαρος Αὐγούστου καταλειφθῆναι Γάλλους στρατιώτας.* Primam verborum partem ex Timaeo esse desumptam, facile crediderim: quae enim post copulam disiunctivam sequuntur, Timaeo adscribi nequeunt. Floruit ille sub Ptolemaeo Lagi F. et Ptol. Philadelpho, cum Agathocles in Sicilia regnabat, et in Italia bellum Tarentinum gerebatur. Praeterea Galatiae appellatio multo vetustior est, quam ut originem suam temporibus Augusti debeat. Adeo ut ridiculum Grammatici, non vero Timaei commentum sit, Galatiae nomen aetate Augusti a Gallis promanasse.

Γαλεῶται. Ἀπὸ Γαλεοῦ.] Constanter sic legunt MSS. et editi. Suspicor legendum *ἀπὸ Γαλεώτου.* Sequentia huius sectionis evolventi nulla erit ambigendi materies.

260 *Ἐν τῷ περὶ Τελμισσοῦ.*] Dubium non est, quin Epitomato-
a ris fraudi et memoriae infirmitati sit imputandum, quod ne γρῦ quidem illa in voce de Zabio Hyperboreorum rege supersit.

— *Γαλεῶται μάντεων εἶδος.*] In Sicilia a Stephano tria nomine Hyblae oppida enumerantur, quorum secundum ipsi Megaris, et Galeotis appellatur, unde *Galeotae* portentorum interpretes nomen accepisse visi sunt, de quibus Cicero lib. I. Divinat.

Aelian. Var. hist. lib. XII. cap. XLVI. et Stephanus in voce "Υβλαι. Verum hoc loco noster aliam nominis originem tangit, id deducens a Galeo (vel potius Galeota) Apollinis et Themistus F. Sic passim Graeculi in tradendis urbium et gentium etymologiis parum sibi constant. Vide Cl. Bochartum de hoc vocabuli etymo meliora et certiora docentem lib. I. de Phoenicum coloniis cap. XXVIII.

— *Γαλεὸς δὲ καὶ ὁ ἀσκαλαβώτης.*] Sic mihi codex Vossianus suppeditavit; libri ante nostram editionem excusi: *Γαλεὸς δὲ ὁ ἀσκαλαβώτης.* Bochartus in Hierozoico pro *Γαλεὸς* legendum censet *γαλεώτης.* Itaque apud nostrum rescribendum: *Γαλεώτης δὲ καὶ ὁ ἀσκαλαβώτης.* Adeo ut grammatici existimaverint, Galeotas Siculos ab huius animalis industria nomen traxisse. Multa de ascalabote dici possent, sed actum ageret qui post Salmasium et Bochartum quaedam addere niteretur.

— *Φιλύλλιος Αἰγεῖ.*] Editi omnes et calamo exarati, fortassis ex compendiaria scriptura, constanter exhibent *Φύλλιος Αἰγεῖ*, quod nos admonentibus Xylandro et Salmasio immutavimus. Sed quod pro *Αἰγεῖ* Salmasius *Αὐγῇ* rescribere conetur, probare nequeo: nam Suidas in iis quae de Philyllio scripsit, notante Casaubono ad Athenaeum, duas fabulas agnoscit, quarum altera *Αἰγεὺς*, altera *Αὐγὴ* insignitur. De Philyllio passim apud Athenaeum mentionem factam reperies.

— *"Ισως διαπεποίκιλται.*] Haec lectio non satis sana videtur Salmasio, in Plinianis Exercit. emendanti: *"Ισως διὰ τὸ πεποίκιλται παίζων.* Legerem potius: *"Ισως διότι πεποίκιλται παίζων.*

— *"Αρχιππος ἰχθῦσι.*] Huius poëtae nomen in Athenaei Deipnosophisticis frequentissimum est.

— *Τί λέγεις σὺ μάντις.*] MSS. Palatini Salmasio exhibebant: *τί λέγεις σύ; μάντεις εἰσὶ γαρ* etc.

— *Γαλεοί γε πάντων.*] Sic illos vates etiam Hesychius appellavit: *Γαλεοὶ, μάντεις οὗτοι κατὰ τὴν Σικελίαν.*

— *Τὸν πρῶτον ἐξ Ὑπερβορέων Τελμισσόν.*] Aquam multo facilius ex silice expresserim, quam ex hoc loco ullum sensum. Optime monet Salmasius ad oram sui Stephani, hunc locum esse 260 mutilum et corruptum, quem sic emendandum existimat: *Φασὶ* b *δὲ τὸν Γαλεώτην ἐξ Ὑπερβορέων, καὶ Τελμισσὸν, οἷς ἔχρησεν ὁ θεὸς ἐν Δωδώνῃ* etc. Nam Galeotes et Telmissus infra coniunguntur: *Γαλεώτης οὖν ἐν Σικελίᾳ, καὶ Τελμισσὸς ἐν Καρίᾳ ἦλθεν.* De duobus istis verba fecisse in genuino opere Stephanum, et fortassis etiam Epitomatorem, liquet satis ex his loquendi formulis: *οἷς ἔχρησεν*, et *αὐτῶν θυομένων.* In MSS. quos inspicere licuit nulla huic loco praebia inveni.

[redacted]

— *Γαλεώτης οὖν ἐν Σικελ.*] Haec et quae sequuntur, hunc in modum Salmasius in margine sui libri correxit: *Γαλεώτης οὖν εἰς Σικελίαν, καὶ Τελμισσὸς εἰς Καρίαν ἦλθεν.* Excusari tamen aliquo colore hoc loquendi genus posset, cum Graeci pariter et Latini praepositionem *in* contra communem Technicorum canonem, promiscue nunc cum accusandi, nunc cum auferendi casu usurparint. Homerus, ubi refert Vulcanum de limine divino a Iove proiectum esse, haec habet:

> *Πᾶν δ' ἦμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι*
> *Κάππεσον ἐν Λήμνῳ.*

Hyginus Fab. xcii. *Iuno, Venus, Minerva formam sibi vindicare coeperunt: inter quas magna discordia orta. Iovis imperat Mercurio, ut deducat eas in Ida monte ad Alexandrum Paridem.*

Γαληψός, πόλις Θρᾴκης.] Non ambigo, quin Stephanus ut passim, urbis appellationem ab heroë quodam deduxerit, de quo hac sectione nulla reperitur mentio. Librarii, qui sese in transcribendo hoc breviario tam turpiter dedere, ut simile vecordiae exemplum posteritas non viderit, totius versus lacunam fecisse videntur, qui apud Etymologicographum invenitur, ubi oppidi appellatio a Galepso Thasi et Telephae F. deducitur: *Γαληψός, πόλις Θρᾴκης· ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Γαλήψου τοῦ ἐκ Θάσου καὶ Τελέφης. ὁ πολίτης, Γαλήψιος. τὰ εἰς ψος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὀξύνεται· σκινδαψὸς (ὀργάνου ὄνομα, καὶ κύριον. τίθεται καὶ κατ' οὐδενός, ὡς τὸ τραγέλαφος) Χεραψὸς καὶ Καλυψός.* Ultima vox metathesin passa est: confidenter ex Stephano reponendum *Λυκαψός.* Qui non videt, haec ex Stephani epitome desumpta esse, talpa caecior est. In voce *Βοῦρα* librarii etiam totum versum, qui de urbis etymologia loquebatur, neglexerant, quem MSS. ope reduxi, quemadmodum suo loco videre licet.

— *Θουκυδίδης τετάρτῃ.*] Integer Thucydidis locus libro allegato sic invenitur: *Καὶ Γάψηλος οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ Οἰσύμη, εἰσὶ δὲ αὗται Θασίων ἀποικίαι.* Sed viri docti apud Thucyd. merito *Γαληψὸς* reposuere.

— *Σκινδαψός, ὀργάνου ὄνομα.*] Sic olim Iobas musicum
261 quoddam instrumentum appellavit, teste Etymologici Magn.
a Auctore in voce *Βλίτυρι.* *Ἰόβας δὲ τὸν σκινδαψὸν, ὄργανον μουσικὸν ἀποδίδωσι.* Huius etiam meminit Athenaeus lib. v. et ex eo Eustathius ad Homerum. Hesychio dicitur *κίνδαψος*, abiecto sigma: *Κινδαψοὶ, ὄρνεα καὶ ὄργανα κιθαριστήρια καὶ Ἰνδοί.*

— Πλθεται καὶ κατ' οὐδενός.] Sic hanc vocem interpretatus est Suidas de re nihili et nugatoria: *Σκινδαψὸς, ἀφάνα*. Hic *ἀφάνα* sunt apinae, id est nugae vel dicta nugatoria et risu dignissima, quae ab urbe Sicula *Ἀφάνναι* originem traxisse videntur. Sed ad rem. Apud Nazianzenum Orat. xxiii. locus in hanc rem egregius occurrit, ubi *σκινδαψοὶ* accipiuntur pro rebus fictis et imaginariis, quae nostro idiomate **Kasteelen in de lugt** appellantur, haec sunt eius verba: *Ταύτης καρπὸς τῆς φιλοσοφίας, οὐ λόγῳ πλαττόμεναι πόλεις, σκινδαψοί τινες, ὥς αὐτοί φασι, καὶ τραγέλαφοι, ἃ γλῶσσα μόνη συντίθησιν.* Sic *Τραγέλαφος* Hirco-cervus, quem mox addit Stephanus, in scholis Philosophorum pro *Ente rationis* sumitur, quanquam in Germaniae saltibus nihil frequentius. Perhibet Salmasius in Plin. Exercit. Lutetiae Parisiorum Tragelaphum vidisse, quem sic describit: *Is cornua plane cervina gerebat, mentum promissa hirtum barba, et villosos armos: velocissimi in primo cursu impetus, sed cito deficientis. Hircum barbariae eum nominant, qui circumferebant.*

— *Χερατὸς, Λυκαψός.*] Ultima vox est nomen pagi prope Lydiam, cuius meminit Euphorion in Baccho, teste Stephano. Sed prima non itidem nota est, nam eam nusquam legisse memini. Reponi posset, si corrupta sit, *Λαγεψὸς, Τρανιψὸς, Τακομψὸς*, vel simile quid ei proxime respondens.

Γαλλία, ἐντὸς Ἄλπεων χώρα.] Salmasio hic locus videtur vitiatus, emendat enim ad marginem sui libri: *Γαλλία, ἐκτὸς Ἄλπεων χώρα*. Illud *ἐκτὸς* pro *ὑπὲρ* accipi posset. Strabo librum tertium sic absolvit: *Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική*. Et eodem modo librum quartum exorditur. Galliam ulteriorem sive Transalpinam Geographus *τὴν ἔξω Κελτικὴν* appellavit, uti apparet circa finem libri citati, ubi vias ex Italia in Transalpinam Galliam sic describit: *Τῶν δὲ ὑπερθέσεων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν ἔξω Κελτικὴν, καὶ τὴν προσάρκτιον, ἡ διὰ Σαλασσῶν ἐστὶν ἄγουσα ἐπὶ Λούγδουνον.* Gallia enim *ἐντὸς Ἄλπεων*, est Cisalpina sive Gallia citerior. Strabo lib. v. *Ἡ μὲν οὖν ἐντὸς Ἄλπεων Κελτικὴ, τούτοις κλείεται τοῖς ὅροις.* Glossae Cyrilli, *ἐντὸς*, *cis*, *intra*, *intro*. Glossae Stephani, *citerius ἐνδοτέρω*, *cisci ἐντός*. Ubi *cis* rescribendum. Quod si Stephanus hic loquatur de Gallia Transalpina, quod maxime probabile mihi videtur, Salmasii coniectura indubitanter amplexanda est.

Γαλλήσιον, πόλις Ἐφέσου.] In agro Ephesino urbem hoc 261
nomine extitisse, nemo geographorum, quod sciam, perhibet: b
sed circa illum tractum Strabo lib. xiii. montem Gallesium collocat.

— *Παρθένιος ἐν ἐπικηδείῳ τῷ εἰς Αὐξίθεμιν.*] Parthenii

nomen satis frequens est apud Etymologicographum et alios, sed nusquam huius Epicedii fit mentio. Putat Salmasius, hunc esse Parthenium, quem Suidas *Νικαέα*, non *Φωκαέα* vocat. Testatur idem Suidas ipsum scripsisse *Ἀρήτης ἐπικήδειον*, quod noster fortassis nunc *ἐπικήδειον εἰς Αὐξίθεμιν* appellat.

Γάλλος, ποταμὸς Φρυγίας] Non tantum Phrygiae, verum etiam Bithyniae fluvius est, qui, ex Celaenis montibus magnae Phrygiae originem ducens, et in Sangarium influens, ultra Prusam se in Pontum Euxinum exonerat. Fabulis de virtutibus aquae non immorabor. Vide Plinium lib. XXXII. cap. II. et Ovid. IV. Fastor.

— *Οἱ περίοικοι Προμαθίδαν Ποταμογαλληνοί.*] Hunc locum esse mutilum, tam certum est, quam solem ipso meridie lucere: legendum esse monet Salmasius in margine sui Stephani: *Οἱ περίοικοι, ὥς Προμαθίδας, Ποταμογαλληνοί.* Posset quoque rescribi *κατὰ Προμαθίδαν*, et accusandi casus retineri. Huius scriptoris meminit Athenaeus libro XI. *Προμαθίδας ὁ Ἡρακλεώτης ἐξηγούμενος τὴν κατὰ τὸν Διόνυσον διάταξιν φησί, σκύφον εἶναι παρακειμένως ἔχοντα τὰ ὦτα, καθάπερ αἱ δίπρωροι τῶν νεῶν.* Et libro VII. Hemiiambi eiusdem auctoris adducuntur. Varie id nominis scribitur apud Scholiastam Apollonii, observante Vossio; invenitur enim *Προμαχίδας* et *Προμηθίδας.*

— *Τὸν Γάλλον καὶ τὸν Ἄττιν* etc.] Fabula de Gallo et Attye egregie explicatur a Ger. Ioh. Vossio, eruditissimo opere de Theologia Gentilium.

— *Ἐπὶ τὸν Τυρίαν ποταμόν.*] Sic edi curavit Xylander, sed Aldina Florentinaque exhibent, *ἐπὶ τὸν Τηρίαν ποταμόν*, quam lectionem Codices Palatini Salmasio, et Vossianus mihi suppeditavit.

— *Καλέσαι.*] Chartaceus Vossianus: *Καλέσθαι.*

— *Γάλλους καλοῦσι.*] Verius Flaccus: *Galli qui vocantur matris magnae comites, dicti sunt a flumine, cui nomen est Gallo: quia qui ex eo biberint, in hoc furere incipiunt, ut se privent virilitatis parte. Alii putant ideo eos sibi genitalia incidere, quia violaverint nomen patris matrisve, ne possint ipsi fieri parentes.*

Γάμαλα. Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολ.] Toto libro quarto Antiquit. Iud. de Gamala nulla fit mentio: sed libro quarto de bello Iud. circa initium Gamalae situs luculentis-
262 sime describitur. Tempore Vespasiani oppidum erat cum natura
a loci, cum arte munitissimum, qui hoc magno cum suo damno expertus est. Haec urbs cameli similitudinem prae se ferens, inde nomen accepit, sed corrupto incolarum usu pro *Camela*

Gamela inhaesit, uti loco citato Iosephus perhibet: *Μηκύνεται δὲ ἐκ τῆς ὑπεροχῆς εἰς τοὔμπροσθεν ἐκκλίνων ὅσον κατόπιν, ὡς εἰκάζεσθαι καμήλῳ τὸ σχῆμα, παρ' ἣν ὠνόμασται, τὸ τρανὸν τῆς κλήσεως οὐκ ἐξακριβούντων τῶν ἐπιχωρίων.* Gentile quod adfert noster etiam eodem libro aliquoties occurrit. *Συνεργείαν θεοῦ τοῦτο Γαμαλεῖς ὑπελάμβανον.* Itaque non vereor apud nostrum rescribere: *Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως.*

Γ α ν δ ά ρ α ι, Ἰνδῶν ἔθνος.] Male in omnibus editis excusum est, *Γάνδαρα, Ἰνδῶν ἔθνος*, quod Salmasii auctoritate emendare placuit. Nam revera iidem sunt, quamvis distinguat Stephanus, quos ex Hecataeo sequutura sectione *Γανδάρας* appellat.

— *Λέγονται καὶ Γανδάριοι.*] Sic etiam Herodoto vocantur, et sub imperio Persico cum Gattagydis, Dadicis et Apparitis coniunguntur, uti in Thalia videre est. Eorum urbs dicebatur *Γάνδαρα*, observante Salmasio, uti *Βάκτρα*, unde *Βάκτροι*, et *Παλίβοθρα Παλίβοθροι.*

— *Καὶ Γανδαρικὴ ἡ χώρα.*] Horum regio Straboni in lib. xv. *Γανδαρικὴ* et *Γανδαρῖτις* appellatur.

Γ ά ν δ ρ ο ι, ἔθνος Ἰνδῶν.] Cod. Voss. et editi ante Xylandrianam: *Γάνδροι, ἔθνος Πάρθων.* Salmasius in Plin. hunc locum Stephani citans, legit *Γάνδαροι*. Iidem sunt *Γανδάραι*, *Γανδάριοι*, *Γάνδροι*, *Γανδαρίδαι* et *Γανδαρικοί*. Latini eos appellant *Gangaridas*, quasi scilicet a Gange hoc nomen invenerint, quod eius amnis essent accolae. Servius duobus locis *Gangaridas* apud Virgilium notavit populos esse, qui circa Gangem habitant. Ptolemaeus qui Romanos scriptores in multis sequitur, *Γαγγαρίδας* eos iuxta Latinorum vocamen appellat. Nec hoc tantum, sed etiam *Γάγγην* eorum metropolim confingit. Sed quam verum hoc sit, videsis apud Salmasium, ex quo haec hausimus.

Γ α ρ ά μ α ν τ ε ς, ἔθνος Λιβύης.] Populi sunt interioris Libyae, circa fontes Cinyphi, inter Cyrenen et Aethiopiam: alii tamen ob vicinitatem eos cum Aethiopibus confundunt, quod minime probo. Isidorus in horum regione oppidum Garama collocat, unde populus et regio nomen sortiuntur, ita enim ille: *Garamantis regionis caput Garama oppidum fuit. Est autem inter Cyrenensem et Aethiopiam, ubi est fons qui friget calore diei, et calet frigore noctis.* Casus rectus *GARAMAS* invenitur apud Claudianum.

— *Οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι.*] Haec verba, ut alii observaruut, transtulit Mela lib. I. cap. VIII. et ex eo Plinius. Melae verba haec sunt: *Nudi sunt Gamphasantes, armorumque omnium* 262
ignari: nec vitare sciunt tela, nec iacere: ideoque obvios fugiunt, b

neque aliorum quam quibus idem ingenii est, *aut congressus aut colloquia patiuntur*. Hinc concludit Nonius Pintianus in castigationibus ad Melam, haec Herodoti verba *Gamphasantibus*, non vero *Garamantibus* esse attribuenda. Verum Salmasius nihil in Herodoto mutandum censet, quia Pomp. Mela, Herodotum aliquando in Latinum convertens, in plurimis ab eo divertit. Hinc est quod Pintianus existimet, Stephanum incidisse in mendosum Herodoti codicem. hoc si pro vero constet, quod non putem, etiam Eustathius sua aetate depravatis Herodoti codicibus usus est, ita enim ille ad Dionysium: *Ὅτι οἱ Γαράμαντες ἐπώνυμοί εἰσιν, ὡς προείρηται, Γράμαντός τινος. οὗτοι πάντα ἄνθρωπον, καὶ παντὸς ὁμιλίαν φεύγειν λέγονται. καὶ οὔτε ὅπλα ἔχουσι πολεμικὰ κατὰ τὸν Ἡρόδοτον.*

— *Καὶ παντὸς ὁμιλίαν.*] Herodotus suo idiomate: *καὶ παντὸς ὁμιλίην.*

Γάργαρα. Πάλαι Γάργαρος.] Constanter ita exhibent libri editi et MSS. Sed vereor, ne coniunctis vocibus scribendum sit *Παλαιγάργαρος*. Noster in vocabulo *Τύρος* haud absimili modo: *Ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος, καὶ τὸ ἐθνικὸν, Παλαιτύριος.* Idem in *Ταπροβάνῃ· ἣ πάλαι μὲν ἐκαλεῖτο Παλαισιμοῦνδου.* Haec si non placent, reponendum *Παλαιὰ Γάργαρος* auctoritate Etymologici Mag. Auctoris, ita enim ille, *Γάργαρος, πόλις τῆς Ἴδης, ἐν ὑψηλῷ τόπῳ κειμένη. ἣν κατῴκουν Λέλεγες. ἐξ ἧς διὰ τὸ κρυῶδες ὑποκατέβησαν οἱ Γαργαρεῖς, καὶ ᾤκισαν αὐτὴν ὑπὸ πεδίον Γάργαρον. ἐκείνη δὲ ἐρημωθεῖσα, καλεῖται Παλαιὰ Γάργαρος.* Igitur Gargarenses, ob immensum frigus excelso loco relicto, urbem in imis radicibus et loco plano condidere, atque desertam *Palaegargarum* appellarunt. Nihil mirum profecto Gargarenses ob algorem alias sibi quaesivisse sedes, cum Gargara, cacumen Idae, multa nive semper erant obtecta, uti testatur Epicharmus vetustissimus poëta in fabula quae inscribitur Troës apud Macrob. Sat. lib. v. cap. xx.

Ζεὺς ἄναξ ναίων Γάργαρ' ἀγάννιφα.

— *Αἰολικὴν ὀνομάζει Στράβων.*] Geographus lib. xiii. de hoc oppido agit, et ab Assiis conditum perhibet: *Ὥστε καὶ τὰ Γάργαρα καὶ ἡ Λαμπωνία Αἰολέων. Ἀσσίων γάρ ἐστι κτίσμα τὰ Γάργαρα, οὐκ εὖ συνοικούμενα. Ἐποίκους γὰρ οἱ βασιλεῖς εἰσήγαγον ἐκ Μιλήτου πόλεως ἐρημώσαντες ἐκείνην.* Asso etiam Gargara vicina erant, teste Ephoro libro v. apud Macrobium libro citato: *Μετὰ δὲ τὴν Ἄσσον εἰσὶν Γάργαρα πλησίον πόλις.* Idem quoque apud eundem statuit Phileas in Asiae descriptione: *Μετὰ Ἄσσον πόλις ἔστιν ὄνομα Γάργαρα.*

— *Ἐν ᾗ κατῴκουν Λέλεγες.*] Antiquis temporibus Leleges

eum tractum habuisse, historicorum auctoritate manifeste satis 263
evincitur. Vide Strabonem loco citato, et verba ex Etymologico- a
grapho iam in medium adducta.

— *Ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διός.*] Sic etiam alii id urbis nomen a Gargaro Iovis F. deducunt. Verum censent praeterea technici, id nominis per onomatopoeian *ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν* oppido inditum esse, ita enim Etymologus loco citato: *Ὠνόμασται δὲ ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διός, ὡς δηλοῖ Νύμφιος, ὁ φιλόσοφος* etc. *Ἄλλοι δὲ ἀπὸ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατα, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν γαργαρεῶνος.* Eadem quoque habet Eustathius ad Hom. Iliad. Ξ. pag. 986. Et Pseudo-Didymus in scholiis ad Iliad. Θ. Alii, cum haec urbs et ager circumiacens frugum copia maxime affluant, nominis etymologiam deducunt ab Hebraico גרגר *gargar*, quod *granum* denotat. De fecundissimo Gargarensium agro locus est elegantissimus apud Macrobium libro iam aliquoties nobis citato: *Nam πολυπίδακα significat fontibus abundantem: unde haec Gargara tanta frugum copia erant, ut, qui magnum cuiusque rei numerum vellet exprimere, pro multitudine immensa Gargara nominaret.* Virgilii, Ovidii, Claudiani, et aliorum in hanc rem loca passim sunt obvia atque notissima.

— *Τοῦ ἐκ τῆς Λαρίσσης ἐν Θεσσαλίᾳ.*] Haec in tribus editionibus et MSS. erant transposita et loco mota, legebatur enim: *Ὠνομάσθη δ' ἀπὸ Γαργάρου τοῦ Διός, τοῦ ἐκ τῆς Θεσσαλίας ἐν Λαρίσσῃ.*

— *Αἰάζω Διότιμον.*] Planissimam sententiam nunc continet Arati versiculus, a librariis mirum in modum deformatus, legitur enim in exemplaribus chirographis et editis, *Αἰάζω ὅτι μοῦνος ἐνὶ πέτρῃσι κάθηται.* Quae mutamus in edita lectione, speramus aequis lectoribus probatum iri, praesertim cum haec verbis Scholiastae ad Epigrammata Graeca confirmavero, ita enim ille de hoc Stephani loco: *Στέφανος ἐν τῷ περὶ πόλεων μέμνηται ἐπιγράμματος, ὅτι τε ὁ Διότιμος ἐν Γαργάρῳ ἐδίδασκε γράμματα, καὶ ὅτι ὁ Ἄρατος εἰς αὐτὸν τὸ ἔπος ἔγραψε τοῦτο. παρατίθεται δὲ τὸ ἐπίγραμμα· οὐ μέν τοι γράφει Διότιμος. ἀλλὰ ὅτι μοῦνος αἰάζω. καὶ πάλιν, παισὶ Γαργαρέων, καὶ οὐ Γαργαρέων παισί.* Vide praeterea Macrobium libro v. cap. xx. Saturnal. nec non Suidam et Eustathium ad Iliad. Ξ. pag. 986.

— *Ἡ μὲν πόλις θηλυκῶς* etc.] Idem perhibet Eustathius loco citato: *Γάργαρον δὲ τὸ καὶ ἐν ἄλλοις προδηλωθὲν, οὐ μόνον ἄκρον Ἴδης, ὡς ἐῤῥέθη, ἀλλὰ καὶ πόλις Τρωάδος κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἣν Αἰολικὴν τινές φασιν εἶναι, λέγοντες καὶ τὴν μὲν πόλιν θηλυκῶς, ἧς οἱ πολῖται Γαργαρεῖς, οὐδετέρως δὲ τὸ ἀκρωτήριον.*

L l 2

[redacted]

— Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη etc.] Ego sane Hellanico vitio vertere non possum, quod pro Γάργαρον scripserit Γάρ-
263 γασον communi dialecto. Illud ex Boëtio evidentissimum est,
b Aeoles ut plurimum sua lingua τὸ P usurpasse, quod Hellanicus studio et data opera vitans, dixit Γάργασον. Plurima praeterea reperiuntur vocabula, in quibus τὸ P in Σ commutatum cernitur, sic ἄρσην dicitur pro ἄῤῥην, θαρσαλέος pro θαῤῥαλέος. Sic Πέλαργοι Hesychio sunt Πελασγοί.

— Ἔστι καὶ Λαμψάκου πολισμάτιον.] Certissimum est, nostrum Epitomatorem Lampsaci nomine intelligere non urbem ipsam, sed eius urbis territorium. Sic etiam alii scriptores loqui amant. Athenaeus lib. I. Ὅτι ὁ Μαρεώτης οἶνος, ὁ Ἀλεξανδρεωτικὸς, τὴν μὲν προσηγορίαν ἔσχεν ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης. Lacus Mareia non erat in urbe Alexandria, sed in eius territorio, uti etiam censet ad illum locum Casaubonus.

— Ἑτέρα τῆς Ἰταλίας.] Ptolemaeus Γάργαρον collocat in Apulia ad mare Adriaticum, sed Plinius et Strabo montem hoc nomine agnoscunt. Horatius Gargani nemoris, quod erat eo in monte, meminit in epistola ad Augustum.

Garganum mugire putes nemus, aut mare Tuscum,
Tanto cum strepitu ludi spectantur.

Aliquando ρ commutatur in ν, sic a δῶρον fit *donum*, a τηρέω *teneo*, a πλήρης *plenus* observante, Vossio, tractatu de literarum permutatione; sic eodem modo a Γάργαρον Latini fecere *Garganum*. Hodie appellatur mons *S. Angeli*, quod ibi *Michaël* apparuerit: in eo oppidum recens eiusdem nominis conditum est.

— Καὶ τῆς Ἠπείρου.] Non novi geographos de hoc oppidulo Epiri mentionem facientes, tamen mihi non videtur admodum improbabile, circa Ambraciam urbem *Gerasum* extitisse, a Geraso Corinthiorum duce ibi conditam. De illo memoria reperitur apud Strabonem lib. x. Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου, ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν, καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου προῆλθον.

— Τὸ ἐθνικὸν, Γαργαρεύς.] Arati, Strabonis, Eustathii et aliorum auctoritate hoc gentile comprobatur. Puto corruptum civium nomen occurrere apud Macrobium lib. xv. cap. xx. Saturn. *Ex his versibus* (scilicet Arati in Diotimum) *etiam civium nomen innotuit, quia Gargares vocantur.* Scribe *Gargarei*, uti Latini *Halicarnassei.*

Γαργαρῆς. Στράβων ιά.] Libri omnes calamo exarati et excusi constanter legunt, ὡς Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Verum illo libro nulla de Gargarensibus istis fit mentio, merito igitur edi curavimus ἑνδεκάτῃ, ubi sic scribit Geographus: Ἄλλοι δὲ, ὧν καὶ

Σκήψιος Μητρόδωρος, καὶ Ὑψικράτης, οὐδὲ αὐτοὶ ἄπειροι τῶν τόπων γεγονότες Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτάς φασὶν οἰκεῖν ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν. Gargarenses duobus veris mensibus corpora cum Amazonibus prolis procrean- 264
dae causa miscere solent: idque fit in occulto, et promiscue, a
quivis cum quavis, ut casus obtulit. Si femellam pariant, eam enutriunt, si marem, Gargarensibus educandum mittunt.

Γάργη. *Τῷ τύπῳ δὲ, Γαργίτης.*] Sic exhibent libri manu exarati, et omnes editi: verum aliquam excidisse vocem, facile mihi persuaserim. Rescribendum puto: *Τῷ δὲ τῆς χώρας τύπῳ, Γαργίτης.* Qui in lectione huius auctoris plane non est hospes, hanc correctionem lubenter admittet.

Γαργηττός. *Τῷ ἐκ τόπου, Γαργήττηθεν.*] Editiones Xylandrianam praecedentes exhibent, *τὸ ἐκ τόπου Γαργηττίηθεν,* quod formatum videtur ἀπὸ τοῦ *Γαργήττιος.* Codex Vossianus, *τὸ ἐκ τόπου Γαργῆσαι.* Simile quid Salmasius etiam in Palatinis MSS. invenit. Verum neque illa quae in libris editis et in calamo exaratis reperitur lectio mihi placet. corrigendum videtur: *τὸ ἐκ τόπου Γαργήττοθεν.* Illud *τὸ ἐκ τόπου* idem valet hoc loco ac *τὸ τοπικὸν,* uti ad oram sui libri scripsit Salmasius.

— *Λυκαβηττός.*] Hoc nomine Mons Atticae insignitur, de quo videndus Pausanias, Strabo et alii.

Γαστρωνία, χώρα Μακ.] Cum Ortelio censeo eandem hanc regionem ab Epitomatore nostro *Grestoniam* appellari; ita enim ille in sequentibus ex Thucydide: *Γρηστωνία χώρα Θρᾴκης πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ.*

Γαυγάμηλα, τόπος Περσίδος.] Xylandriana editio, *Γαυγάμιλα,* quod quia omnibus numeris non placebat, vetustiores editiones et codices MSS. sequutus sum. Proprie non est Persidis, sed Assyriae locus, Darii et Alexandri Magni praelio satis celebris. Arrianus de Exp. Alex. lib. VI. *Ἀλλὰ ἐν Γαυγαμήλοις γὰρ γενέσθαι τὴν μάχην πρὸς τῷ ποταμῷ Βουμώδῳ, λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος. πόλις δὲ οὐκ ἦν τὰ Γαυγάμηλα, ἀλλὰ κώμη οὐ μεγάλη, οὐδὲ ὀνομαστὸς ὁ χῶρος, οὐδὲ εἰς ἀκοὴν ἡδὺ τὸ ὄνομα.* Strabo lib. XVI. *Gaugamela domum cameli* interpretatur: nam sic Darius nominavit, cum hanc possessionem camelo in alimentum daret. Illustrissimus Ios. Scaliger censet *Gaugamela Cameli intestina* denotare, quod ibidem essent inhumata. Verum 264
optime omnium Cl. Bochartus existimat, distinctis vocibus גמלא b
גבי *Gave gamela* pronuntiandum esse, quomodo Hermolaus Barbarus in Plinii optimae notae MSS. reperisse testatur, quae vocabula *Cameli tributa* sive *census* significant. Vide iam laudatum Bochartum Geog. Sac. lib. IV. cap. XIX.

Γαῦλος, νῆσος etc.] Prope Melitam sita est haec insula, commodis portubus exornata, teste Diodoro Siculo lib. v. *Μετὰ δὲ ταύτην τὴν νῆσον ἐστὶν ἑτέρα τὴν μὲν προσηγορίαν ἔχουσα Γαῦλος, πελαγία δὲ, καὶ λιμέσιν εὐκαίροις κεκοσμημένη, Φοινίκων ἄποικος.* Situm huius insulae optime omnium describit Scylax: *Ἀπὸ Ἑρμαίας ἄκρας, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα μικρὸν ἀπὸ Ἑρμαίας, εἰσὶ νῆσοι τρεῖς μικραὶ, κατὰ τοῦτο Καρχηδονίων οἰκούμεναι, Μελίτη πόλις καὶ λιμὴν, Γαῦλος πόλις, Λαμπάς.* Meminere quoque etiam Mela, Plinius, Solinus, Martianus Capella et alii.

— *Ὁ νησιώτης, Γαυλίτης.*] Haec vera est forma Libyca, ut aliis locis noster docet. Sed Latino ore *Gaulitanus* dicitur. Unde in vetere inscriptione: PLEBS GAULITANA.

Γέα. Πλησίον Πετρῶν ἐν Ἀραβίᾳ.] Ammiano Marcellino in Arabia Felici collocatur et *Geopolis* dicitur, ita enim ille lib. XXIII. *Ac licet abundet urbibus mediterraneis atque maritimis, campisque copiosis et vallibus, has tamen civitates habet eximias, Geopolim et Nascum* etc. Arabia felix a nostro passim confunditur cum Tertia Palaestina, uti aliquoties admonuimus.

— *Τὸ Γέσιος.*] Cod. Vossianus *Γέσσιος.*

— *Ὅθεν ἦν ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστής.*] Haec in libris chirographis et vulgatis pessime contaminata circumferuntur. Huic loco medicinam facere conati sunt duo clarissima reipublicae literariae lumina: Salmasius coniicit ad oram sui Stephani legendum esse, *Ὅθεν ἦν ὁ Περιφανὴς, ἐκ τῶν Πετρῶν σοφιστής.* Verum alio loco eiusdem paginae rescribendum iudicat; *Ὅθεν ἦν ὁ Περιφανὴς ἰατρὸς καὶ σοφιστής.* Henricus Valesius ad Ammianum Marcellinum ex Suida emendavit: *Ὅθεν ἦν ὁ περιφανέστατος ἰατροσοφιστής.*

265 — *Καὶ κατὰ συγκοπὴν Γέσιος.*] Cod. Vossianus et editi ante
a Xylandrianam: *καὶ κατὰ συγκοπὴν Γέσσιος.* Salmasius existimat reponendum esse *Γήσιος*, quasi priatur *παρὰ τὸ Γεήσιος.* Quam sententiam etiam amplector.

Γέβολα. Ὡς Βαρηνὸς, Ἀδαρηνός.] Abest a libris editis ultimum gentile, quod ex chartaceo Vossiano huc transcribere placuit.

— *Γεβαλήνη τε καὶ Αἰμανῖτις ἡ τῶν Ἰδουμαίων χώρα μετωνομάσθη.*] Citat noster Iosephum libro non expresso: quod profecto non exiguam difficultatem et obscuritatem parere solet in corrigendis veterum libris. Puto Stephanum intelligere *Γεβαλίτιν*, quae Idumaeae pars fuit, teste Iosepho lib. II. cap. I.

Γεβεανῖται, ἔθνος.] Et etiam hic adducitur Iosephi testimonium sine libri indice et numero, quod revera Epitomatori imputandum. Verum apud Iosephum aliquoties occurrunt *Γαβαω-*

νῖται, quam vocem Stephanus cum secunda vocali sua aetate exaratam invenit, uti literarum series manifeste indicat. Iosephus lib. v. cap. I. Gabeonitas Hierosolymis vicinos statuit, ita enim ille: *Γαβαωνῖται δὲ κατοικοῦντες ἔγγιστα Ἱεροσολύμοις* etc. Et mox eodem capite: *Καὶ μαθὼν οὐ πόῤῥω τῶν Ἱεροσολύμων τοὺς Γαβαωνίτας κατῳκημένους.* Alterutrum locum innuisse Stephanum, extra omnem dubitationis aleam pono. Verum obiter admonendum, eodem cap. apud Iosephum *Γαβεωνῖται* reperiri, quod magis ad Stephani scripturam accedit.

Γεδρωσία. Οὐκ οἶδα ὅθεν κλίνας.] Videtur noster Dionysium reprehendere, quod in versu τὸ *Γεδρωσσῶν* usurpaverit, cuius casus rectus vel numeri singularis vel pluralivi, ipsi erat incognitus, nam gentem ante *Γεδρωσίους* appellaverat. Sed sciendum est, veteribus τὸ *Gedrosus* etiam in usu fuisse. Pomp. Mela lib. III. cap. VIII. *Interiora Gedrosi, dehinc Persae habitant.* Plinius lib. VI. cap. XX. *Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, si adiiciunt quatuor satrapias, GEDROSOS, Arachotas, Arios, Parapomisadas.* Straboni tamen appellantur *Γεδρώσιοι*, quod etiam Epitomatori placet, sic enim ille lib. XV. *Τοῖς Παροπαμισάδαις δὲ παράκεινται πρὸς τὴν ἑσπέραν Ἄριοι, τοῖς δὲ Ἀραχωτοῖς Δράγγαι, καὶ τοῖς Γεδρωσίοις.* Eosdem tamen Geographus forma Indica *Γεδρωσηνοὺς* vocavit. *Εἶτ' ἐφεξῆς πρὸς νότον Γεδρωσηνοί.* Hanc appellationem etiam Eustathius ad Dio- 265
nysium sua auctoritate comprobavit pag. 133. b

— *Διὰ τοῦ Κ εὑρέθη* etc.] Non tantum apud Polyhistorem, sed etiam apud Agatharcidem de mari rubro, et Diodorum Siculum, prima huius vocis litera per *Κ* exaratur. Quin etiam Stephanus alio loco *Κεδρώσσους* geminato sigma mari rubro vicinos collocat. Quare miror, nostrum hic loqui de libro transcriptorum incuria depravato: scimus enim omnes quam facile *Γ* et *Κ* pronunciando confundantur.

Γέλα. Τὸ δὲ Γέλης, Ἰωνικόν.] Sic constanter legunt vulgati omnes: chartaceus Vossianus: τὸ δὲ *Γέλης Ἰωνικῶς*.

— *Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα.*] Haec Duridis est sententia, plurima Siciliae oppida a fluminibus appellationem invenire, uti videre est in voce *Ἀκράγαντες*. *Φησὶ γὰρ Δοῦρις, ὅτι αἱ πλεῖσται τῶν Σικελῶν πόλεων ἐκ τῶν ποταμῶν ὀνομάζονται. Συρακούσας, Γέλαν* etc. Idem de hoc oppido plurimi optimae notae scriptores testantur. Thucyd. lib. VI, *Τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο.* Virg. l. III. Aeneid.

Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.

Vide praeterea Silium, Claudianum, Vibium in catalogo fluminum, Suidam, Etymologici Magni Auctorem et alios, sed praesertim

Bochartum de Phoenicum Coloniis lib. I. cap. XXIX. Vehementer ab iis erratum est, sicuti observat Cluverius, qui passim in Graecorum scriptorum exemplaribus illud urbis nomen gemino λλ scripsere. Numismata enim, quae a Goltzio adferuntur, cuncta exhibent *ΓΕΛΑΣ*, unico λ. Quo anno urbs sit condita, legimus apud Thucyd. loco citato, qui ibidem refert quod antea οἱ *Λίνδιοι* vocabatur.

— *Πρόξενος δ' ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόρων Σικελικῶν.*] Cluverius in Siciliae descriptione emendavit: *Πρόξενος ἐν πρώτῃ τῶν περὶ πόλεων*. Sed neque auctoritatem neque rationem adfert. Lectionem editam sequitur Vossius in Hist. Graecis, eamque defendit Bochartus contra Cluverium, sed nullo revera argumenti pondere. Codex Vossianus et MSS. Palatini exhibent: *Πρόξενος ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Πύῤῥων Σικελικῶν*. Hanc lectionem Salmasius in margine sui Stephani tueri conatur, reiecta Xylandriana, et veram esse contendit, adducens locum Strabonis, quem ego nunc intenta oculorum acie legere nequeo. Fateor omnia esse admodum speciosa, quae a viris doctissimis adferuntur, nemini
266 licet assentior; etenim censeo, Proxenum illo tractatu non Itine-
a rarium, non urbium descriptionem, multo minus Pyrrhorum res gestus concepisse, sed historiam mere naturalem, in qua agebat de *cavernis fistulisque subterraneis*, quae in Sicilia erant frequentes. Iustinus lib. IV. *Est autem ipsa terra tenuis ac fragilis, et cavernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, ut ventorum tota ferme flatibus pateat, nec non ignibus generandis nutriendisque soli ipsius naturalis materia, quippe intrinsecus stratum sulphure et bitumine traditur: quae res facit, ut spiritu cum igne inter interiora luctante, nunc vaporem nunc fumum eructet.*

— *Ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνης.*] Non videtur necessarium cum Cluverio emendare *τῆς Αἴτνης*. MS. Vossianus: *ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνου*. Ego nihil mutandum censeo, cum per ellipsin voculae *υἱοῦ* haec lectio stare possit. Salmasius eodem modo in Palatinis MSS. invenit, unde rescribendum coniicit, *ἀπὸ Γέλωνος τοῦ Αἴτνου, τοῦ Ὑμάρου*. Addens hanc lectionem mirum in modum sibi placere, quamvis editam non reiiciat.

— *Ἀρισταίνετος δ' ἐν πρώτῃ τῶν περὶ Φασήλιδα.*] Sequentia etiam a Philostephano in Asiaticarum urbium descriptione perhibentur, cuius verba conservavit Athenaeus lib. VII. Deipnosophist. *Φιλοστέφανος δ' ἐν πρώτῳ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεων οὕτως γράφει. Λάκιον τὸν Ἀργεῖον τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων, οἵ τινες Λίνδιον εἶναι λέγουσιν, ἀδελφὸν δὲ Ἀντιφήμου τοῦ Γέλαν οἰκίσαντος, εἰς τὴν Φασηλίδα ὑπὸ Μόψου μετ' ἀνδρῶν πεμφθέντα κατά τινα λόγον Μαντοῦς τῆς Μόψου μητρός* etc.

— *Τὴν δὲ Πυθίαν οὐ δ' ἂν* etc.] Ad marginem sui Stephani corrigit Salmasius hunc in modum: *Τὴν δὲ Πυθίαν οὐδὲ ἓν περὶ ἐκείνων λέγουσαν.*

— *Ἀφ' ἡλίου δυσμῶν.*] Salmasius ad marginem sui libri fortassis corrigendum esse monet: *Ἐφ' ἡλίου δυσμῶν.* Quae emendatio mihi non displicet, nam confirmari posset verbis Etymologicographi, ubi de conditoribus urbis sic scribit: *Ἀντίφημος ἢ Δεινομένης ὁ Ῥόδιος, κατὰ χρόνον εἰς Δελφοὺς παραγενόμενος, ἤκουσεν ὡς δέοι αὐτὸν πρὸς δυσμὰς ἀπιόντα, πόλιν κτίζειν, ἐπὶ δὲ τῇ ἀπροσδοκήτῳ ἀκοῇ ἐγέλασε, καὶ ἀπὸ τοῦ συμβάντος ὠνόμασε τὴν πόλιν.*

— *Καὶ ἣν ἂν πόλιν οἰκήσῃ.*] Haec esse corrupta vidit Salmasius ad oram sui libri: rescribendum iudicat, *Καὶ τὴν Γέλαν πόλιν ᾤκισε.* Sic etiam Bochartus illud *ἣν ἂν* in *Γέλαν* optime mutavit, sed *τὸ οἰκήσῃ* retinuit.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Γελαῖος, οὐ Γελῷος.*] Haec verba esse transposita, optime monet Cluverius, illa sic restituens: *Τὸ ἐθνικὸν, Γελῷος, οὐ Γελαῖος.* Fazellus citat numismata cum oppidanorum inscriptione *ΓΕΛΩΩΝ.* Eodem modo dicuntur Herodoto, Thucyd. Diod. Sicul. Diog. Laert. Paus. et reliquis Graecis scriptoribus. Legitur et Antipatri de Antigone quoddam Epigramma lib. I. Anthol. ubi idem gentile occurrit: 266 b

Ἀντιγένης ὁ Γελῷος ἔπος ποτὲ τοῦτο θυγατρὶ
Εἶπεν ὅτ' ἦν ἤδη νεύμενος εἰς ἀΐδην.

Est quoque in usu apud Virgil. lib. III. Aeneid.

Apparet Camarina procul, campique Geloi.

Plinio lib. III. cap. VIII. dicuntur GELANI. At Ciceroni in Verrem lib. IV. GELENSES. Plura vide de hoc gentili apud Cluverium supra allegatum.

— *Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως* etc.] Vulgata Xylandri lectio *ἀπὸ τοῦ Γέλωνος γελῷος* semper suspecta fuit Salmasio, doneo tandem in MSS. invenit: *Καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως Γελῷος*, quod iam divulgamus, non duntaxat Salmasii, verum etiam priorum editionum auctoritate permoti.

Γελωνοὶ, πόλις Σαρματίας.] Sic edi curavimus monentibus MSS. Palatinis et Vossiano codice. Male hactenus fuit in editis: *Γελωνὸν, πόλις Σαρματίας.* Peius in editione Veneta et Florentina: *Γελωνὸν, πόλις Ἁρματίας*, quanquam verum sit, *τὸ Σ* nominibus propriis nunc addi, nunc vero demi. Olim etiam Eustathius in Stephani codicibus eam lectionem invenit, quam divulgavimus, ita enim ille in comment. ad Dionysium: *Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας οὕτω φησί· Γελωνοὶ, πόλις Σαρματίας, ἀπὸ Γελωνοῦ, ὃς Ἀγαθύρσου μὲν ἦν ἀδελφὸς, Ἡρακλέους δὲ υἱός.*

Apud Herodotum tamen lib. iv. quem locum noster innuit, urbis nomen hodie legitur *Γελωνὸς*, ita enim ille: *Βουδῖνοι δὲ ἔθνος ἐὸν μέγα καὶ πολλὸν, γλαυκόν τε πᾶν ἰσχυρῶς ἐστι καὶ πυῤῥόν· πόλις δὲ ἐν αὐτοῖσι πεπόλισται ξυλίνη· οὔνομα δὲ τῇ πόλι ἐστὶ Γελωνός.* Magis tamen arridet *τὸ Γελωνοὶ*, nam, ut passim observare est, multa urbium et populorum nomina eadem terminatione gaudent, vide in *Ἀλιεῖς*, *Γόμφοι*, *Γολγοὶ*, *Δελφοὶ* et aliis locis plurimis. De Gelonorum moribus legendi Herodotus, Mela, Plinius, Solinus, Ammianus, Marcellinus et alii.

— *Ἀγαθύρσου ἀδελφοῦ.*] Gelonum et Agathyrsum fratres fuisse, testatur Herodotus lib. iv. Hos, praeterea et Scytham, Hercules genuit in regione Hylaea ex virgine ancipitis naturae, quae superne femorum tenus, feminam, inferius autem viperam repraesentabat.

267 — *Καὶ θαῦμα.*] Salmasius in ora sui Stephani rescribendum
a existimat: *καὶ οὐ θαῦμα*: scilicet respectu chamaeleontis et polypodis, quibus eadem coloris mutatio obtingit. Deinde, hac coniectura reiecta, legendum indicat: *Οἵοις γὰρ ἂν ᾖ τόποις, τοιοῦτος γίνεται τὴν τρίχα, καθὰ καὶ ὁ χαμαιλέων* etc. Ultimam lectionem valde probo; sic enim Eustathius sua aetate hunc Stephani locum legebat, cuius verba mox ex commentariis ad Dionysium in medium producam.

— *Τὸ μέγεθυς βοός.*] Quanquam stare possint haec verba, Eustathius tamen, inserta quadam vocula, legisse apud nostrum videtur: *Τὸ μέγεθος ὅσον βόος.*

— *Τοῦ προσώπου τὸν τύπον ἐλάφῳ.*] Aliquid excidisse huic loco, unde regatur ille dandi casus, tam certum est, quam solem ipso meridie lucere. Locus ita videtur supplendus: *Ἐοικὼς τοῦ προσώπου τὸν τύπον ἐλάφῳ.* Sic olim Archiepiscopus Thessalonicensis in comment. ad Dionys. Perieg. hunc locum reperisse testatur, apud *τὸν τὰ ἐθνικὰ γραψάμενον*, haec sunt eius verba: *Παρὰ τούτοις ζῶον λέγεται θαυμάσιον γίνεσθαι, τὸ μέγεθος ὅσον βοὸς, ἐοικὸς τὸν τοῦ προσώπου τύπον ἐλάφῳ, καλούμενον Τάρανδος· δυσθήρατον, διὰ τὴν μεταβολήν· μεταβάλλει γὰρ τὰς χρόας τῶν τριχῶν, καθ' ὃν ἂν τόπον εἴη, καὶ ἀλλοιοῦται, καθὰ καὶ ὁ χαμαιλέων, καὶ ὁ πολύπους.* Hoc animal habere faciem cervo similem, praeter alios testatur Theophrastus in Fragmento de iis qui colorem mutant, *Ὁ δὲ τάρανδος τὸ μὲν μέγεθος ἐστὶ κατὰ βοῦν, τὸ πρόσωπον δὲ ὅμοιος ἐλάφῳ, πλὴν πλατύτερος, ὡσανεὶ ἐκ δύο συγκείμενος ἐλαφείων προσώπων.* Solinum cap. xxx. *Mittit et Tarandum, boum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus, capite cervino* etc. His adde locum Eustathii Antiocheni in Hexaëm. *Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Σκύθαις*

τοῖς καλουμένοις *Λώοις*, ζῶον καλούμενον τάρανδος, μέγεθος ἔχον βοός, τὴν δὲ ὄψιν τῆς τοῦ ἐλάφου παραπλήσιον. Ad quem locum vide Allatium, de Tarando, Chamaeleonte et Polypode non contemnenda adducentem.

— *Ἀριστοτέλης πέμπτῳ.*] Libri numerus in Xylandriana deerat, quem ex prioribus editionibus revocavimus; eum quoque a MSS. codicibus abesse animadverto.

Γενεά, κώμη Κορίνθου.] Ambigua admodum est huius nominis scriptura; hic enim in principio cum *Γ*, et deinceps suo loco inter oppida refertur a *T* incipientia, qua de re etiam noster hac sectione mentionem facit. In pluribus enim vocibus, teste Cl. Vossio ad Melam, literae istae permutantur; sic *μετάλειον* et *μεγάλειον*, *ἰστέον* et *ἰσγέον*, *Τόργος* *Γόργος*, *Τελέοντες* *Γελέοντες*; et apud Stephanum nostrum *Τάβιοι* et *Γάβιοι*, atque iam *Τενεά* et *Γενεά*. Verum praeter hanc scriptionis differentiam et alia est, non ita passim obvia et antiquis scriptoribus commemorata; nam pro *Τενεά*, aliquando *Τεγεά* exaratum reperitur, quod non improbat Vir idem incomparabilis, cui *Τεγεά* et *Τενεά* idem sunt, addens hoc non obscure liquere ex Hesychio, *τὸ Τεγεά* et *Τενεά τὴν κόρυξαν* denotare profitente. Verum aliud addam 267 argumenti pondus ex Eustathio, qui manifestissime hanc scri- b bendi rationem ad Iliad. *B.* confundit, ita enim ille: *Λέγει δὲ καὶ ὅτι ἡ Τεγεὰ μετρίως σημαίνει· εὐδαίμων δὲ ὁ Τεγεατικὸς τόπος· διὸ καὶ παροιμία ἐντεῦθεν· Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος· ἐγὼ δ' εἴην Τεγεάτης· τῷ μὲν τοι γεωγράφῳ ἀρέσκει, Τενεάτης ἐνταῦθα γράφεσθαι· ἀπὸ Τενεᾶς κώμης φησὶ Κορινθίας, ἐν ᾗ Τενεάτου Ἀπόλλωνος ἱερόν· λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ὅτι Τεγεάταις ὅμοροι, Κυπαρισσεῖς.* Hic igitur promiscue scribitur *Τενεά* et *Τεγεά*, *Τεγεάτης* et *Τενεάτης*. Verum perhibet Strabo, ita hanc vocem a quibusdam per inscitiam mutari, quem vide lib. VIII. De situ et conditoribus dicendum ad vocem *Τενεά*.

— *Εὐδαίμων ὁ Κορίνθιος.*] Male exhibet Xylandriana: *Εὐδαίμων ὁ Κορίθος*. Sed duo ultima in voce latent errores; prima syllaba secundum omnium poëtarum et aliorum auctoritatem est corripienda: deinde *Κορίνθιος*, non vero *Κόρινθος* scribendum est, licet Strabonis codices, ubi de hoc adagio mentio fit, eandem scripturam repraesentent. Nos inducti auctoritate Suidae, Eustathii, cuius verba iam allegavimus, omnium calamo exaratorum codicum, nec non Venetae Florentinaeque editionis *τὸ Κορίνθιος* in contextum recepimus. Haec lectio etiam magno Salmasio tantopere placebat, ut in margine sui Stephani promiserit, se eam in suo *Proverbiorum commentario* pluribus adstructurum. Miror itaque Erasmum depravatam lectionem sequu-

tum esse, et hunc in modum Latine vertisse: *Fortunata Corinthus, at ipse siem Teneates.* Quae versio mihi omnis venustatis et elegantiae videtur expers. Apud Suidam ultima proverbii vox mendosa est. nam pro *Τενεάτης* ibi scribitur *Τεναίατης*; et pagi nomen identidem librarii male *Τέναια* fecere, cum sine dubio *Τενεὰ* sit scribendum.

— *Τενεά.*] Pessime in Xylandri editione legitur *Γενεά.* Tangit hic obiter scribendi modum, de quo noster in sequentibus suo loco.

Γενέση. Ὡς Τεμεσαῖος.] Hoc gentile abest ab omnibus libris editis. Solus Vossianus hic erat auctior, quem sequi libuit.

— *Γενεσάτης.*] Xylandriana aliis editionibus hic praestat. Male in Aldina Florentinaque legitur, *Γενεσιάτης.* Verum ibi typographicum, et in Vossiano codice librariorum *σφάλμα* esse videtur.

Γενήτης. Λιμὴν καὶ ποταμός.] Vel librariorum, vel Epitomatoris incuria regionis nomen periit. Iuxta Strabonem libro XII. Cappadociae promontorium est inter Iasonium et Cotyorum. Geographus, qui Scylacis nomine prostat, *Genetam* portum clausum apud Chalybes post Tibarenos agnoscit: *Μετὰ δὲ Τιβαρηνοὺς Χάλυβές εἰσιν ἔθνος, καὶ Γενήτης λιμὴν κλειστὸς, Ἀμένεια πόλις Ἑλληνὶς* etc. In eadem de situ sententia versatur Apollonius Rhod. lib. II.

— *Ἀπολλώνιος.*] Noster locum Apollonii lib. II. respicit:

268 *Ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύῤῥηνες Τιβαρηνοὶ*

a *Ζηνὸς Εὐξείνοιο Γενηταίην ὑπὲρ ἄκραν.*

— *Σοφοκλῆς.*] Cave heic Tragoediarum scriptorem intelligas. Notissimum est, hodie in Apollonium Rhodium Graeca exstare scholia, quae ex Lucillo Tarrhaeo, *Sophocle* et Theone collecta atque concinnata existimantur. Unum igitur ex istis triumviris intellige, cuius noster etiam in *Κάναστρον* atque aliis locis meminit. Haec sunt Scholiastae ad locum iam allegatum verba; *Γενηταίην ὑπὲρ ἄκρην· Γενηταία ἄκρα κυρίως οὕτω λεγομένη ἀπὸ Γένητος ποταμοῦ, ἔνθα Διὸς ξενίου ἱερόν ἐστι.*

— *Ποταμὸν Γενήτα φησίν.*] Ita hunc locum contra auctoritatem codicum MSS. et editorum emendare placuit; in illis enim pessime legitur: *Σοφοκλῆς, ποταμὸς Γενήτα φησίν.* Video quoque Salmasium ea de re aliquid dixisse ad oram sui Stephani; sed adeo detriti sunt characteres, ut commode legi nequeant.

— *Ὡς τῆς Οἰδίποδος Οἰδιπόδης.*] Huiusmodi mutationes et syllabarum transpositiones apud Grammaticos passim occurrunt. Eustath. ad Odyss. *Λ.* pag. 1684. *Τὸν δὲ Οἰδιπόδην σχη-*

ματίζων Ἡρωδιανὸς ἔνθα λέγει περὶ τοῦ φαινόλης φαινόλου, γενειόλης γενειόλου, παραδίδωσιν ὡς ἡ γενικὴ τοῦ Οἰδιπόδης, μεταθέσει τῆς ος εἰς ης, ποιεῖ τὸ Οἰδιπόδης Οἰδιπόδου, ὅπερ ὅμοιον τῷ, τρίποδος τριπόδης, καὶ ἑπτάποδος ἑπταπόδης παρ' Ἡσιόδῳ. His non dissimilia occurrunt apud Etymologici Mag. Auctorem in voce Ἄρης.

Γενόα.] Ab aliis hoc oppidi nomen cum diphthongo in medio exaratur Γένουα. Videantur Strabo, Ptolemaeus, Eustath. ad Dionys. et alii plurimi. Hinc Latinorum GENUA.

— Σταλία καλουμένη νῦν.] Hanc civitatem aetate Artemidori aut Stephani *Staliam* nuncupatam fuisse, nemo unquam somniavit. Bene arbitratur Cluverius, praeterquam quod haec pessime cohaereant, heic vel ingens librariorum mendum vel Epitomatoris nugamentum latere, ut saepe alias, credens in hanc mentem fuisse scriptum a Stephano: Γενόα, πόλις Λιγυρῶν ἐν Ἰταλίᾳ, ὡς Ἀρτεμίδωρος, καλουμένη νῦν Ἰάνουα. Hanc correctionem amplectendam iudico, donec alius certiora doceat, quod profecto vix est sperandum, nisi ab orco redeat ipse Stephanus: nam constanter quoque libri MSS. exhibent, quod in vulgatis circumfertur. Quare haec urbs sequioris aevi scriptoribus *Ianua* 268 b appellatur, lege apud eundem Cluverium Ital. Antiq. lib. I.

— Τὸ ἐθνικὸν, Γενοάτης.] Apud Nicetam Choniaten gentile nomen ΓΕΝΟΥΙΤΗΣ reperitur, ubi narrat *Genuenses* ex insidiis atque negotiandi praetextu Cretam occupasse, verba eius sunt in Imperio Balduini: Πειραταί τινες Γενουῖται περιψήματα ἀνδρῶν καὶ ἀμβλώματα etc. Vocantur etiam GENUATES in antiqua tabula aenea, quae in ipsa custoditur urbe, teste Ortelio.

Γεραιστὸς, κώμη Εὐβοίας.] Ita hunc locum supplevimus ex chartaceo Vossiano, ultima enim vox in editis non conspicitur. Geographi Euboeae longitudinem dimetientes eam a *Cenaeo* promontorio ad *Geraestum* usque extendunt, quod est insulae totius extremum, Aegaeum mare et Cycladas versus prominens. Habuit portum multarum navium capacem, quemadmodum ex Homero intelligimus, ita enim ille Odyss. Γ. de navibus Nestoris:

—— ἐς δὲ Γεραιστὸν
Ἐννύχιαι κατάγοντο. ——

Huius portus etiam meminit Etymologici Mag. Auctor: Γέραστος Γεραστοῦ διαφέρει· γέραστος μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ γέρας, ὁ ἔντιμος· Γεραστὸς δὲ ἀκρωτήριον ἅμα καὶ ἐπίνειον. Hinc evidenter liquet huius promontorii sive vici nomen in medio etiam sine diphthongo scribi aliquando. Euripides Orest.:

[redacted]

Πέλοψ ὁπότε πελάγεσι διεδίφρευσε,
Μυρτίλου φόνον δικὼν ἐς οἶδμα πόντου,
Λευκοκύμασι πρὸς Γεραστίαις
Ποντίων σάλων
Ἠϊόσιν ἁρματεύσας.

Mendum leve occupant haec verba; legendum enim Γεραστίοις, vel Γεραστίας, ut sensus sit integer. Porro perhibet Strabo circa lib. x. initium, Geraestum peropportune situm esse traiicientibus ex Asia in Atticam, quia Sunio propinqua est.

— Ἀπὸ Γεραίστου.] Huius vici sive promontorii etymon alii non deducere solent a *Geraesto* Iovis F. sed παρὰ τὸ γεραίρεσθαι a *venerando*. Etymologici Auctor: Γεραιστὸς, ἀκρωτήριον Εὐβοίας, ἱερὸν Ποσειδῶνος, παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ γεραίρεσθαι τὸν Ποσειδῶνα· παρὰ τὸ γερῶ γεράζω, γεραστός.

Γεράνεια. Ἔστι καὶ ὄρος.] Montis situm satis accurate de-
269 scribit Stephanus, cui addam locum ex Scylace, iuxta emenda-
a tionem Cl. Palmerii: Μετὰ δὲ Βοιωτοὺς Μεγαρεῖς εἰσὶν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Αἰγόσθενα, Πηγαὶ τεῖχος, Γεράνεια ἄκρας. Hoc nomen huic monti indidit Megareus, qui, sequuta gruum praetervolantium voce, illuc natando salvus evasit, sub Deucalione diluvio immisso. Locus in hanc rem egregius est apud Etymologici Mag. Auctorem: Γεράνεια, ὄρος Μεγάρων· Εὐφορίων, καὶ ὀχθηρῆς Γερανείης· εἴρηται δὲ ὅτι Μεγαρεὺς ὁ Διὸς καὶ μιᾶς τῶν καλουμένων θηΐδων νυμφῶν, τοῦ κατακλυσμοῦ γενομένου, πρὸς φωνὴν γεράνων νηχόμενος, προσέφυγε τῇ ἄκρᾳ τοῦ ὄρους· ἀπὸ δὲ τῶν γεράνων, Γεράνειαν ἐκάλεσαν τὸν τόπον. Vox θηΐδων in mendo cubat: Sylburgio suspecta est, qui quid reponendum sit ambigit: nos docuit Pausanias, eandem hanc de Megareo historiam narrans, heic rescribendum esse Σινθίδων, ita enim ille in Atticis: Τὰς δὲ Σινθίδας νύμφας λέγουσι Μεγαρεῖς εἶναι μὲν σφίσιν ἐπιχωρίας, μιᾷ δὲ αὐτῶν θυγατρὶ συγγενέσθαι Δία, Μεγαρέα τε παῖδα ὄντα Διὸς καὶ ταύτης δὲ τῆς νύμφης, ἐκφυγεῖν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνός ποτε ἐπομβρίαν, ἐκφυγεῖν δὲ πρὸς τὰ ἄκρα τῆς Γερανίας, οὐκ ἔχοντός που τοῦ ὄρους τὸ ὄνομα τοῦτο· ἀλλὰ νήχεσθαι γὰρ πετομένων γεράνων πρὸς τὴν βοὴν τῶν ὀρνίθων αὐτὸν, διὰ τοῦτο Γερανίαν τὸ ὄρος ὀνομασθῆναι.

— Ἀφ' οὗ ἥλατο Ἰνώ.] Alii perhibent Inonem se ex Scironiis saxis cum Palaemone praecipitem dedisse. Solinus cap. vii. *Quae nunc Attice, Acte prius dicta. Ibi Athenae, cui urbi saxa Scironia propinqua sunt, porrecta sex millibus passuum, ob honorem ultoris Thesei et memoriam nobilis poenae sic nominata. Ex istis rupibus Ino se cum Palaemone filio in profunda praecipitem iaculata auxit maris numina.* Alii tradunt Inonem se a

Moluride petra praecipitasse. Tzetzes ad Lycophronem: *Φεύγουσα δὲ διὰ τῆς Γερανείας ὄρους Μεγαρικοῦ, ἀπὸ τῆς Μολουρίδος πέτρας ἔῤῥιψεν ἑαυτὴν μετὰ τοῦ παιδὸς Μελικέρτου, τοῦ καὶ Παλαίμονος, εἰς τὴν θάλασσαν.* Plurimi inter fabulatores de loco, unde se praecipitem dederit, verba non faciunt; ex his igitur locis commodissime illustrari possent.

— *Ἡ Γερανειάτης*.] Constans haec est vulgatorum librorum lectio. Cod. Vossianus: *ἡ Γερανειώτης*. Quid sit praeferendum, alii videant.

Γεράνθραι, πόλ. Λακ.] Ita legendum suadet chartaceus Vossianus: in omnibus editis male *Γεράνθαι* excusum reperitur: sic olim quoque Sylburgius coniecit in Stephano rescribendum, emendans loca Pausaniae, in quibus hodie male *Γερόνθραι* circumfertur. Sed eundem apud Pausan. in Laconicis locus est insignis, ubi urbis nomen et gentile librariorum negligentia non est vitiatum: *Ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον Ἀμύκλαν, καὶ Φάριν, καὶ Γεράνθρας ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. Τούτων Φαρεῖται καὶ Γερανθρᾶται τὴν ἔφοδον τῶν Δωριέων καταπλαγέντες, ἀπελθεῖν ἐκ Πελοποννήσου συγχωροῦνται ὑπόσπονδοι.* Hinc igitur manifestissime liquet gentile huius urbis apud nostrum mutandum esse, scribendumque *Γερανθράτης*, non vero *Γερανθρώτης*, quod libri editi repraesentant.

Γέρασα.] Haec urbs nomen invenit ex eo, quod senes qui sub Alexandro stipendia meruerant, nec bellum diutius sequi poterant, ibi domicilium fixerint. Docet hoc Iamblichus commentario in Nicomachi Arithmeticam, quam MS. habet Cl. Marc. Meibomius: *Γερασηνὸς λέγεται ἀπὸ τῆς πόλεως, ᾗ ὄνομα Γέρασα· ἔστι δὲ περὶ Βόστραν καὶ Ἀραβίαν· Γέρασα δὲ λέγεται, ἀπὸ τοῦ* 269
τοὺς συστρατεύσαντας τῷ Ἀλεξάνδρῳ γέροντας, καὶ μὴ δυνηθέν- b
τας πολεμεῖν, ἐκεῖ τὴν οἴκησιν ποιήσασθαι. Sic Alexander milites suos curando fovendoque, fortassis non duntaxat senio detritos, sed etiam magnis itineribus laboreque fractos, atque vulneribus aegros, nobile imperatoris nomen acquisivit, magnamque in administrandis rebus ad militiam spectantibus, laudem invenit; sedulo enim cavebat, ne aetate provectiores, pedibus, brachiis aliisve membris truncati ostiatim stipem peterent, sicuti hodie innumera consauciatorum exempla civium misericordiam movent atque merentur. Urbe igitur aedificata, omnes bello minus idoneos, eumque ultra Gangem et Indum sequi non valentes, in ea cohabitare fecit, ut reliquos suae aetatis annos honesto ibi otio finirent. Sunt vero grammatici atque historici, qui, salva huius nominis origine, aliam hanc urbem condendi occasionem comminiscuntur: scilicet Alexandrum, oppido quodam expugnato, at-

que in eo adolescentibus interfectis, senes liberos sivisse, qui ad condendam urbem deinceps convenerunt. Locus in hanc rem reperitur apud Etymologici Mag. Auctorem, quem hausit ex scriptore vetusto, cuius nomen reticet: *Γερασηνὸς, ἀπὸ τόπου· Ἀλέξανδρος πόλιν παραλαβὼν, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πάντας κτείνας, ἀπέλυσε τοὺς γέροντας· οἱ δὲ συνελθόντες, κτίζουσι πόλιν, καὶ λαβόντες γυναῖκας, ἐπαιδοποίησαν.*

— *Τεσσαρεσκαιδεκαπόλεως.*] Mirum profecto videri potest, quare Stephanus hanc Syriae partem sic appellaverit, cum non quatuordecim, sed decem duntaxat hoc in tractu urbes a geographis recenseantur, unde *Decapolitana* regio nomen sortita est. Plinius lib. v. cap. XVIII. *Iungitur ei latere Syriae Decapolitana regio, a numero oppidorum, in quo non omnes eadem observant. Plurimi tamen Damascum Eupoton riguis ex amne Chrysorrhoa fertilem, Philadelphiam, Raphaneam, omnia in Arabiam recedentia. Scythopolim, antea Nysam, a libero patre, sepulta nutrice ibi, Scythis deductis, Gaddara Hieromiace praefluente et iam dictum Hippon, Dion, Pellam aquis divitem, Gerasa, Canatha.* Ita hunc locum Plinii restituit Salmasius, quare in Stephano fortassis rescribendum monet: *Γέρασα, πόλις τῆς κοίλης Συρίας, τῆς χώρας δεκαπόλεως.* Verum hoc Decapolitanae regionis oppidum, non est confundendum cum altero eiusdem nominis, quod in Arabia deserta circa Bostram collocant, de quo loquitur Iamblichus loco iam citato: sed in eo pessime fallitur, censens hinc Nicomachum originem traxisse: is enim Philosophus, omnibus unanimiter asseverantibus, Gerasa Cavae Syriae, non vero Arabiae Petraeae, patriam habuit. Praeterea manifestum illis verbis inest mendum: quam enim sententiam haec conficiunt, *ἔστι δὲ περὶ Βόστραν καὶ Ἀραβίαν*? cum et Bostra et Gerasa Arabiae desertae urbes sint. Legendum videtur: *ἔστι δὲ περὶ Βόστραν καὶ Γυψαρίαν.* Ptolemaeus lib. v. in Arab. Pet. descriptione: *Πόλεις δέ εἰσιν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ μεσόγειοι καὶ κῶμαι αἵδε, Ἐβόδα, Μαλιάθρα, Καλγουΐα, Λύσα, Γούβα, Γυψαρία, Γέρασα* etc.

— *Ὡς μίαν.*] Sine dubio ἐγκυκλοπαιδείαν intelligit, qua praestantiores et veteres Sophistae erant imbuti. Cicero III. de Orat. *Veteres illi usque ad Isocratem omnem omnium rerum, quae*
270 a *ad mores hominum, quae ad vitam, quae ad virtutem, quae ad Rempublicam pertinent, cognitionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant.*

— *Καὶ παρεδρεύταις.*] Fortassis emendandum παρεδρείαις. Quod si ita fiat, sensus erit multo dilucidior.

— *Καὶ θρόνοις.*] Opinatur Cresolius lib. IV. de Sophistis,

hic per *θρόνον* intelligi *civilium orationum suggestum*, sive *πολιτικὸν θρόνον*, cui Athenis Sophistae praefuisse dicuntur. Sciendum est, in illa urbe, ut idem bene distinguit, duos fuisse *θρόνους* ad docendam eloquentiam institutos, *πολιτικὸν* et *σοφιστικὸν*, et cuique certam propriamque fuisse mercedem. Philostratus loquens de Apollonio Sophista, Athenis, inquit, docuit *τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προϵστὼς ἐπὶ ταλάντῳ*. Olympiodorus apud Photium perhibet, sua cura atque studio Leontium ad Sophisticam sedem evectum fuisse, quanquam ille repugnaret: *εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι, οὔπω ἐθέλοντα*. Etiam aliis in urbibus fuere huiusmodi throni: de Romano mentionem facit Philostratus in Euodiano: *Τὰ δὲ τῆς φωνῆς ἆθλα ἐς τὴν Ῥώμην καὶ τὸν ἐκεῖθεν θρόνον*. Eosdem Greg. Nazianzenus Orat. xx. Caesareae institutos meminit.

Γέργις. Ἀφ' οὗ Γεργιθία ἡ χρησμολόγος Σίβυλλα.] Vitium in vulgatis et MSS. irrepsit. Corrigendum, *ἀφ' ἧς Γεργιθία*. Haec urbs, unde Sibylla Gergithia nomen acceperit, sita fuit in agro Lampsaceno, teste Strabone lib. xiii. *Ἐν δὲ τῇ Λαμψακηνῇ τόπος εὐάμπελος Γεργήθιον. ἦν δὲ καὶ πόλις Γέργηθα, ἐκ τῶν ἐν τῇ Κυμαίᾳ Γεργήθων· ἦν γὰρ κἀκεῖ πόλις πληθυντικῶς καὶ θηλυκῶς λεγομένη αἱ Γέργηθες*. Verum cum non duntaxat Gergis in ditione Lampsacena, sed et Mermessus ibi sita fuerit, non incommode ex eo posset coniici, Erythraeam Sibyllam et Gergithiam eandem esse, quibus Stephanus et alii diversam patriam adscribunt. Etiam Mermessum in agro Lampsaceno, vel saltem non longe inde remotam a geographis constitui, liquet ex Polemone apud Stephanum, illud oppidum cum Myrmisso confundente, ita enim ille: *Μυρμισσός, πόλις περὶ Λάμψακον, ὡς Πολέμων*. Si ergo Gergithia et Erythraea eaedem sint habendae, tum etiam Hellespontica his erit annumeranda; etenim illa quoque *Marmessi* nata existimatur. Lactant. de Fal. Rel. lib. i. *Octavam Hellesponticam in agro Troiano natam, vico Marpesso, circa oppidum Gergithium, quam describit Heraclides Ponticus Solonis et Cyri fuisse temporibus*. Malim hic *Mar- 270
messo* legere, quanquam Lactantii codd. aliter suadeant. Sed ut b
fatear quod res est, ingens inter veteres certamen fuit, quaenam ei patria attribuenda. liquet hoc ex Suida, cuius verba huc transcribam; ita enim ille in *Σίβυλλα*. *Ἐρυθραία, παρὰ τὸ τεχθῆναι ἐν χωρίῳ τῶν Ἐρυθρῶν, ὃ προσηγορεύετο Βάττοι. Νῦν δὲ αὐτὸ τὸ χωρίον πολισθὲν προσαγορεύεται Ἐρυθραί· τινὲς δὲ αὐτὴν Σικελὴν, ἄλλοι Σαρδάνην, ἄλλοι δὲ Ῥοδίαν, ἄλλοι δὲ Λίβυσσαν, ἄλλοι Λευκανὴν, ἄλλοι Σαμίαν ἔδοξαν*. Hinc igitur evidenter apparet, veteres de huius Sibyllae natali solo haud ali-

[redacted]

ter ac olim de Homeri patria inter se disputasse: verum fortassis *Gergithia* vocatur non propterea quod ibi nata, sed quod in aede Apollinis *Gergithii* tumulo condita commemoretur, uti hac sectione videre est.

Γεργηνία. Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων.] Codices MSS. illud ἐν πρώτῳ inserunt, quod in omnibus editis non conspicitur. Quod si Meursius ita hunc locum emendatum conspexisset, medicas ei manus in Lectionibus Atticis non attulisset legendo, ὡς Ἡσίοδος ἐν καταλόγῳ γ'. Optime tamen observat, ab Hesiodo illud opus, quod εἰς γυναῖκας scripsit, in tres καταλόγους distributum fuisse, atque primum citari a Scholiasta in Apol. ad lib. III. Ὅτι Προμηθέως καὶ Πανδώρας υἱὸς Δευκαλίων, Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ καταλόγων φησί. Verum hoc longissime a veritate remotum iudico, apud Stephanum in Ἀβαντὶς (ubi in praecedentibus editionibus locus mutilatus circumfertur, ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγι * δευτέρῳ) secundum allegari, ibique rescribendum supplendumque esse, ὡς Ἡσίοδος ἐν γυναικῶν δευτέρῳ. Tu lector inspice locum, et quid ad eum observatum sit. Certus sum, te aliter iudicaturum. Tertius Catalogi liber reperitur apud eundem Scholiast. ad lib. III. Eustathius sua aetate hoc Stephani ex Hesiodo loco usus est, tecto licet nomine, ita enim ille ad Iliad. *B.* pag. 231. Λέγεται δὲ ἡ πόλις αὕτη καὶ ἐνικῶς Γέρηνον· ὡς Ἡσίοδος. Νέστωρ οἷος ἄλυξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ· καὶ πληθυντικῶς ὡς ὁ αὐτός. Κτεῖνε δὲ Νηλῆος ταλασίφρονος υἱέας ἐσθλοὺς, Ἕνδεκα, etc.

271 a — Κτεῖνε δὲ Νηλῆος.] Ita hunc versiculum placuit emendare, auctoribus libris calamo exaratis, nec non Eustathio, quem proxime citavimus. Pessime et sine sensu in vulgatis circumfertur: κτεῖναι Νηλῆος ταλασίφρονος υἱέας ἐσθλούς.

— Ὡς Ἅλιος, Ἀλιεύς.] Et hic locus emendatione indiget. Corrige: ὡς Ἁλὸς, Ἁλεύς. Vide nostrum illa in voce, et de correctione non dubitabis.

Γερμανίκεια.] Urbs est sub Patriarchatu Antiocheno, apud Amanum montem, cuius meminere Ptolemaeus, Antonini Itinerar. et Constant. Porphyrog. de vita et gestis Basilii Macedonis, qui Callipolin et Padasiam ei vicinas statuit, ita enim ille: Πρὸς δὲ τὴν Καλλίπολιν καὶ Παδασίαν φθάσας, εἶτα διὰ δυσβάτων ὁδεύων ὁδῶν, τοῦ ἵππου ἀποβὰς, πεζὸς διεξῄει τὰ στενὰ τῆς ὁδοῦ, διὰ τοῦ οἰκείου κόπου τὸ ἀσθενὲς τῶν ὑπὸ χεῖρα παραμυθούμενος. τηνικαῦτα δὲ τῇ Γερμανικείᾳ προσβαλὼν etc.

Γέρμαρα. Ἀριστοτέλης περὶ θαυμασίων.] Ex quo auctore noster relationem hanc hauserit, nondum compertum habeo, et licet hic addatur Aristotelis nomen, pro vero tamen constat, illo

tractatu quod περὶ θαυμασίων circumfertur, hac de re et gente nullam fieri mentionem. Quin imo locus ipse, a Stephano ex Aristotele allegatus, mutilus est, nam in eo de ipsa gente ne γρῦ quidem: loquitur enim de Lotophagis, qui ad rem non pertinent. His non dissimilia in hoc onomastico geographico reperiuntur, ubi ab allegatis verbis illud abest, quod potissimum ad rei probationem requiritur.

Γέρμη. Πλησίον Κυζίκου.] Ex Episcopis, qui Concilio Ephesino et Synodo Chalcedonensi interfuere, Holstenius situm et verum huius oppidi nomen colligit, quem vide in Annotat. ad 271
Geographiam sacram Carol. a S. Paulo. Non puto tamen hanc b
eandem fuisse urbem, quam eiusdem nominis alii collocant in finibus Bithyniae et Phrygiae inter Pessinuntem et Ancyram, de qua vide Ptolemaeum et Antonini Itinerarium.

Γερούνιον. Γερηνίαν ταύτην καλεῖ.] Pessime sic exhibent libri editi, et vix melius calamo exarati, *Γεργυνίαν ταύτην καλεῖ.* Bene corrigit Salmasius in margine sui codicis *Γερυνίαν ταύτην καλεῖ.* De huius urbis situ et aliis appellationibus consulendus Cluverius.

Γέῤῥος, τόπος καὶ ποταμὸς etc.] De loco et fluvio huius nominis mentionem facit Herodotus lib. IV. imo vehementer fallor, si Stephanus haec verba non respexerit. *Ἕβδομος δὲ Γέῤῥος ποταμὸς ἀπέσχισται μὲν ἀπὸ τοῦ Βορυσθένεος, κατὰ τοῦτο τῆς χώρης ἐς ὃ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης· ἀπέσχισται μὲν νῦν ἐκ τούτου τοῦ χώρου· ὄνομα δὲ ἔχει τό περ ὁ χῶρος αὐτὸς, Γέῤῥος.*

Γετία. Ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτης.] Corrigit Salmasius: *Ἔστι καὶ θηλυκῶς Γέτις*, vel quod verum putat *Γέτη*, uti ad marginem sui libri exaravit.

— *Νόμοι δὲ Γετῶν.*] Plurativum illud *νόμοι* non dissuadet, totum hunc de Getarum moribus locum in duas leges dividi atque distingui, quarum altera loquitur de uxore sacrificante pro manibus mariti mortui; altera vero de pulsatione citharae, cum legatos mittunt de foedere vel induciis acturos. Et ita quoque mihi interpretanda videntur verba Eustathii ad Dionys. de situ Orb. quanquam ibi hunc in modum legatur: *Νόμος δὲ Γετικὸς, ἐπισφάζεσθαι τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρὶ θανόντι, καὶ κιθαρίζειν ὅταν ἐπικηρυκεύωνται.*

— *Τῷ ἀνδρί.*] Constanter sic exhibent libri editi et manu 272
exarati: verum locum esse mutilum et ita esse supplendum τῷ a
ἀνδρὶ θανόντι, non est quod de eo ambigamus, si hunc locum conferamus cum verbis Eustathii iam proxime allegatis.

Γέφυρα. Τοὺς αὐτοὺς δέ φασι καὶ Ταναγραίους.] Haec in cod. Vossiano paullo aliter leguntur: *τινὲς δὲ τοὺς αὐτοὺς εἶναι*

καὶ Ταναγραίους. Hinc coniecturam facio, rescribi debere: ταῦς δὲ τοὺς αὐτοὺς φασιν εἶναι καὶ Ταναγραίους. Locus Strabonis quem noster innuit reperitur lib. IX. Καλοῦνται δὲ Γεφυραῖοι οἱ Ταναγραῖοι. Vide praeterea Herod. lib. V. idem de Gephyraeis asseverantem.

— Γεφυραῖα ἡδύν.] Constanter ita circumfertur in libris MSS. et editis, sed pessimo errore. Parum abfuit quin Cl. Meursii emendationem, qua nihil omnino verius aut ad rem praesentem accommodatius, in contextum recepissem; is enim in Lect. Atticis emendat Γεφυραῖα ἡ Δηώ. Hac appellatione Ceres apud Gephyraeos erat nota. Etymologici Mag. auctor: Δηὼ ἡ Δημήτηρ· ἀπὸ τοῦ δήειν (τοῦ ζητεῖν) τὴν Περσεφόνην. Vide praeterea Hesychium, Eustath. ad Iliad. I. et Od. Λ. Apud Gephyraeos cultam fuisse Cererem liquet ex Etymologicographo: Γεφυρεῖς, δῆμος Ἀττικός· ὅθεν καὶ Γεφυραία Δημήτηρ. Verum celare nequeo coniecturam Salmasianam, marginibus sui libri illitam, existimat enim legendum Γεφυραία Ἀηδών. Sed utinam suae divinationis documenta significasset! Apud Hesychium invenio, Minervam Aëdonis nomine Pamphyliis fuisse cultam: Ἀηδών, ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ Παμφυλίοις. Sed an apud Gephyraeos eundem honorem obtinuerit, ex aliorum scriptis non apparet. Temere tamen haec coniectura mihi non videtur improbanda, Goltzius enim lustravit nummum Domitiani cum hac inscriptione, ΓΕΦΥΡΑΙΑΗ-ΔΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, quae an ad hanc rem sit applicanda, aliis investigandum relinquo. Denique Hadrianus Iunius et hunc locum sollicitavit, ex coniectura emendandum existimans Γεφυραία ἡδυλογία, vel simile quid, quasi ad *Gephyraeos sales* Stephanus respiceret. Verum ut dixi, Meursii coniectura prae aliis amplectenda videtur.

Γῆ. Ἀπὸ τοῦ γέα κραθέν.] Eadem in opinione versabatur Eustathius, sic enim ille ad Iliad. Σ. Καὶ ὅτι ἐκ τοῦ γέα τοῦ ψιλογραφουμένου κέκραται ἡ γῆ. Huic adde Etymologici Mag. testimonium, quod est in voce γαῖα. Τὸ δὲ γέα κατὰ κρᾶσιν τοῦ ε καὶ α εἰς η, γίνεται γῆ.

— Ἀφ' οὗ τὸ γέγειος.] Eandem vocis derivationem habemus apud Etymologicographum: Παρὰ τὸ γέα τὸ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, γίνεται κτητικῷ τύπῳ γέϊος· καὶ διπλασιασμῷ καὶ συναιρέσει, γέγειος· ἢ παρὰ τὸ γέα, γέειος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ, γέγειος. Magistri Graeci hanc vocem interpretantur ἀρχαῖος. Hecataeo γέγειος λόγος, et γέγεια ἄνθεα sunt prisci flores et sermo: et Suidae γέγειαι βόες sunt αἱ ἀρχαῖαι.

272 b

— Ἢ παρὰ τὸ γῆ, γέγειος.] Vossianus et Palatini male ex-

libent: ἢ παρὰ τὸ γῆ, γέγειον. Salmasius optime legendum censet: ἢ παρὰ τὸ γῆ, γήϊος, ἀφ' οὗ καὶ γηΐτης.

— *Γηΐτης.*] Non accipit hanc vocem pro Autochthone Hesychius, sed pro rustico: *Γηΐτης, ὁ τὴν γῆν ἐργαζόμενος, γεωργός.*

— *Καὶ γήϊνος μετουσιαστικόν.*] Nomen possessivum a Graecis Technicis trifariam dividitur, in *οἰκειωματικὸν, συνεκφαντικὸν καὶ μετουσιαστικόν.* Singula haec ab Etymologici Magni auctore in voce *Αἰδοῖος* egregie dilucidantur, quae quia ad rem praesentem pertinent, huc transferre lubet. *Εἴδη δὲ τοῦ κτητικοῦ τρία· οἰκειωματικὸν μὲν, τὸ οἰκείωσιν ἔχον πρὸς τόπον· οἷον, οὐράνιος, ἐπίγειος, θαλάσσιος, Κύπριος, Ῥόδιος, γήϊνος. Συνεκφαντικὸν δὲ, τὸ συνεκφαῖνόν τι μεθ' ἑαυτοῦ· οἷον, γραμματικός· συνεκφαίνει γὰρ τὴν γραμματικήν· καὶ ἀστρονομικὸς ὁμοίως καὶ ῥήτωρ καὶ φιλόσοφος· μετουσιαστικὸν δέ ἐστι τὸ μετέχον οὐσίας τινός· οἷον, κενδρῖνος ὑψοφόρος, Ὅμηρος· δερμάτινος, χάλκειος, χρύσειος.* Stephanus nunc grammaticorum, nunc vero geographorum partes sectans, ab Etymologicographo dissentit, qui τὸ *γήϊνος* pro possessivo *οἰκειωματικῷ* accepit, scilicet pro aliquo vel in vel sub terra degenti: Stephanus autem pro eo quod de humo factum est, atque terrenis particulis constat, qualis revera fuit Adamus, humani generis principium, quem hand ob causam proprio nomine *Γήϊνον* appellavit Sanchoniaton. Geminam hanc significationem si τῷ *γήϊνος* attribuas, sine dubio omnem dissentientium Grammaticorum litem composueris.

— *Διαφέρει γήπεδον οἰκοπέδου.*] Hanc significatus differentiam etiam agnoscit Eustathius ad Iliad. *Δ.* pag. 436. *Γήπεδον μέν τοι, τὸ ἐν πόλει προκείμενον, οἰκίας οἷον κηπίδιον· οἰκόπεδον δὲ, οἰκίας καταῤῥιφθείσης ἔδαφος, ὅπερ κοινότερον καὶ ἐρείπιον οἱ ὕστερόν φασι.* In mendo cubant haec Archiepiscopi verba, et mala interpunctione laborant, ita enim emendanda sunt et constituenda, ut sensum congruum efficiant: *Γήπεδον μέν τοι τὸ ἐν πόλει προκείμενον οἰκίαις, οἷον κηπίδιον.* Stephanus adhibet *κηπίον*, quod eodem redit; etenim a substantivis quandoque derivari bina diminutiva, res non est insolens, et aliis exemplis defenditur; quemadmodum a *κῆπος κηπίον* et *κηπίδιον*, ita ab *οἶκος* fit *οἰκίον* et *οἰκίδιον*, quibus insuper tertium *οἰκίσκος* adiungi posset. Sic quoque a *βίβλος βιβλίον* et *βιβλίδιον.*

— *Ἀπὸ τοῦ γῆ, γαῖα.*] Aliter censet Sergius grammaticus apud Etymologicographum, qui eam vocem deducit a *γαίω*, ita enim ille: *Ἐκ τούτου γίνεται ἄλλη παραγωγὴ διὰ τῆς αι διφθόγγου γαῖα, ὥσπερ σελήνη σεληναία, Ἀθήνη Ἀθηναία· ἀλλ' ἀντι-* 273 a

κεῖται Σέργιος ὁ γραμματικὸς, λέγων ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ γῆ ἐστὶ τὸ γαῖα, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ γαίω.

— *Βραχὺ τὸ α.*] Eundem canonem legimus apud Etymologici Mag. Auct. Eum, quia vitio laborat, emendabo, et hic transcribam; Ὡς παρὰ τὸ μῶ τὸ ζητῶ Μαῖα· καὶ παρὰ τὸ ῥῶ τὸ φθείρω, ῥαῖα· καὶ γραῖα, πλεονασμῷ τοῦ γ. τὰ δὲ ἀπὸ περισπωμένων μονοσυλλάβων ῥημάτων διὰ τοῦ αια γινόμενα θηλυκὰ διὰ τῆς αι διφθόγγου γράφεται· οἷον μῶ Μαῖα· γῶ, γαῖα· τὸ α βραχύ· διὰ τί; πᾶν θηλυκὸν εἰς α λῆγον, ὀξυνόμενον ἢ περισπώμενον, ἐκτείνει τὸ α· προπαροξυνόμενον δὲ ἢ προπερισπώμενον, συστέλλει αὐτό. Hic legi debere παροξυνόμενον, res ipsa clamat, et probatione nulla indiget.

— *Φαῖα.*] Haec vox in Graecorum scriptis non occurrit, nisi accentu in ultima notata. *Φαιαὶ ἔμπλαστροι*, sunt emplastra nigra, fusca, ut ex antiquis observant Lexicographi. Si mei arbitrii res foret, reponerem *Φαίδρα*, quae Thesei uxor fuit, auctore Plutarcho in Theseo.

Γήθουσσα. Πιτυούσσιος.] Sic reponere placuit in hac editione, in omnibus MSS. et libris vulgatis pessime legitur Σιτυούσιος, quae vox est nihili.

Γηλύς, ἔθνος.] Existimo hos esse Gelyes, quos Dionysius Gelos appellat et in Hyrcania collocat; ita enim ille:

Τῶν μὲν πρὸς βορέην, ἐριθηλέα γαῖαν ἔχουσι,
Γηλοί τε Μάρδοι τε, καὶ ἀνέρες Ἀτροπατηνοί.

Ad quae verba ita scribit Archiepiscopus Thessalonicensis: Ὅτι βορειότεροι Μήδων οἱ Γηλοὶ, καὶ οἱ Μάρδοι, ἔθνος Ὑρκάνιον, λῃσταὶ καὶ τοξόται ἄνδρες. Hi Cedreno *Γελαῖοι* appellantur, ubi interpres male Ἀγελαῖοι.

Γήρεια, πόλις Ἰνδική.] Hujus civitatis meminit Dionysius libro tertio Bassaricorum, teste Stephano in *Γάζος*.

Γηρειάν τε, Ῥοδόην τε καὶ οἱ εὐτειχέα Γάζον.

— *Γηρειάτης.*] Codices calamo exarati constanter exhibent, *Γερείτης*.

Γίγωνος. Προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ.] Macedoniam inter,
273 b quae Thraciae fines attingit, et Pallenem, promontorium *Gigonida*, quod Artemidorus urbem nuncupat, agnoscit Etymologici Mag. Auctor; quod non a Gigone Arabum rege (sed a Baccho, qui ibidem Gigon appellabatur) nomen sortitum esse perhibet: *Γιγωνὶς, ἄκρα μεταξὺ Μακεδονίας καὶ Πελλήνης· καὶ Γιγὼν ἐκεῖθεν ὁ Διόνυσος εἴρηται ἀπὸ τῶν γιγάντων· ἢ ἀπὸ τοῦ ῥέοντος ποταμοῦ Γίγαντος.* Est aliquid in his verbis quod mihi non placet; ultima enim istius sectionis verba suo loco excidisse, firmiter mihi persuadeo. Mallem enim illa hoc modo praecedenti

sectioni adiungere: *Γιγαντία, ἡ Λυκία, καὶ Γίγαντες οἱ οἰκοῦντες, ἀπὸ τοῦ ῥέοντος Γίγαντος.* Ita certe sensus erit non inconcinnus, et eiusdem orationis contextus atque continuatio. Quidam etiam Aegyptium Herculem *Gigona* appellarunt, teste Hesychio: *Γιγνῶν· οἱ δὲ γιγῶν, παταϊκὸς ἐπικαταϊκὸς τραπέζιος· οἱ δὲ Αἰγύπτιον Ἡρακλέα.* Ultro cum Seldeno confiteri cogor, mihi non satis innotescere, quid sibi velit Hesychius hisce verbis; si quid tamen hariolandum est, iudico τὸ παταικὸς et ἐπικαταικὸς ex ἀφροδισιακὸς corruptum esse: nam fuit *Gignon* Daemon quidam ἀφροδισιακὸς συνεργήσας τῷ Ἄρει κατὰ τὴν τῆς Ἀφροδίτης μοιχείαν. Vide Eustathium pag. 1599 et 1880 ad Homerum. Sed e diverticulo in viam redeamus. Videtur fuisse castellum, non vero urbs huius nominis, quod apparet ex Scholiasta Thucyd. ad lib. I. Ἐς Γίγωνον· Γίγωνος, χωρίον ἐστὶ μεταξὺ Μακεδονίας, καὶ Θρᾴκης, οὐ πολὺ ἀπέχον Ποτιδαίας. Vide porro de situ Herodotum lib. VII.

— Ὃς Διονύσῳ ἡττήθη.] Sic legunt libri editi omnes: verum exhibent MSS. Palatini et chartaceus Vossianus: ὃν ἥττησε Διόνυσος.

Γιλιγάμβαι.] Haec vox, quia elementorum seriem sequitur, a Stephano petita videtur ex Herodoto, quam vulgati codices nunc non agnoscunt. In Melpomene legitur: *Τούτων δὲ ἔχονται Γιγάμαι, νεμόμενοι τὴν πρὸς ἑσπέρην χώρην, μέχρι Ἀφροδισιάδος νήσου.* Mox sequitur: *Γιγαμέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται.*

Γινδᾶνες, Λωτοφάγον.] Innuit noster locum Herodoti in Melpomene: *Ἀκτὴν δὲ προέχουσαν ἐς τὸν πόντον, τούτων τῶν Γινδάνων νέμονται λωτοφάγοι· οἳ τὸν καρπὸν μοῦνον τοῦ λωτοῦ τρώγοντες ζώουσι.* 274 a

Γίνδαρα. Πρὸς τῇ Ἀντιοχείᾳ.] Proprie haec urbs sita erat in Cyrrhestica regione, quae se extendit usque ad agrum Antiochenum. Locum viciniorem habebat Pagras teste Strabone libro XVI. *Τῇ δὲ Γινδάρῳ συνάπτουσιν αἱ Πάγραι τῆς Ἀντιοχίδος, χωρίον ἐρυμνὸν κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τοῦ Ἀμανοῦ.* Idem eodem libro: *Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυρηστικῆς, καὶ λῃστήριον εὐφυές.* Igitur urbs quae Stephano *Γίνδαρα*, Straboni *Γίνδαρος* appellatur. Incolas Asinius Quadratus *Gindaros* vocavit, si locus mendo careat: rectius enim Plinius lib. V. cap. XXIII. *Gindarenos*, quae terminatio in oriente erat usitatissima. Aegerrime igitur patior illud *Γινδάρους*. Fortassis corrigendum *Γινδαρίους*, vel *Γινδαρήνους*, si non longius a vulgata lectione recedat.

Γίττα, πόλις Παλαιστίνης.] Ita etiam haec urbs dicta fuit

[redacted]

Iosepho lib. vi. Antiq. Iud. cap. ii. ὑπὸ τῶν Γιττῆς ἐρχομένη. Eadem haec est quam Samuel lib. i. cap. vii. appellat גת Gath: Septuag. Γέθ, et Plinius lib. v. cap. ix. Gitta. [illegible]

Γλάνις, ποταμὸς Κύμης.] Intelligit fluvium inter Cumas et Liternum in mare defluentem. Verum quia Literno oppido est propinquior, imo illud praeterfluat, vulgo etiam Liternus vocatur, aliquando etiam *Clanis* teste Cluverio in Ital. Antiq. Descript.

— Ὁ καὶ καλούμενος Γλάνιος.] Cluverius in Italiae Antiq. descriptione, hunc locum non probe constitutum esse in vulgatis, subodoratus est, corrigebat enim: Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς, ὁ καλούμενος γλάνιος. Imo ut verum fatear, ita constanter exhibent plurimi MSS. omissa illa voce γλάνις, quam tamen codex recentior Palatinae Bibliothecae retinebat, teste Salmasio. Ego vero coniunctionem καὶ sine veterum librorum auctoritate interserendam iudicavi, legebatur enim in aliis editionibus: Καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἰχθῦς γλάνις, ὁ καλούμενος γλάνιος. Ratio, quare τὸ καὶ adiecerim, in promptu est; nam hic piscis non tantum γλάνις, verum et γλάνιος vocatur, auctore Hesychio, apud quem ita legas: Γλάνις, ἀργὸς καὶ εἶδος ἰχθύος· οἱ δὲ γλάνιος. Glossae περὶ ἰχθύων. *Silurus*, γλάνις. Aliae glossae anecdotae, quas inspexit Salmasius: Γλάνιος, *Silurus*. Piscem hunc describunt Aristoteles, Plinius, et Scholiastes in Lycophronem, cuius verba mox producam.

274 .b — Ἔστι καὶ Ἰβηρίας ποταμός.] Scribit etiam scholiorum auctor in Lycophronem, fluvium Hispaniae ita appellatum inveniri: Γλάνις ποταμὸς Ἰταλίας καὶ Κύμης, ἔνθα καὶ ὁμώνυμος αὐτῷ ἰχθῦς, ὥς φασι, γίνεται· οὗ ἡ χολὴ λίαν ὠφέλιμος, μόνον τοῦ ἐν ἐκείνῳ τῷ ποταμῷ· ἔστι καὶ ἕτερος ποταμὸς Ἰταλίας Γλάνις, καὶ ἄλλος Ἰβηρίας. Censeo Stephanum tres in Italia hac appellatione amnes hoc tmemate descripsisse, et illud Ἰβηρίας transcriptores ex alio vocabulo depravasse: nam tres hoc nomine fluvii in Italia reperiuntur: primum descripsit in praecedentibus, et circa Cumam collocavit; secundus est apud Minturnas, ubi Latium a Campania separatur, antiquis temporibus *Clanis* appellatus. Strabo lib. v. Φορμιῶν δ' ἀνὰ μέσον εἰσὶ καὶ Σινουέσσης αἱ Μιντοῦρναι· διαῤῥεῖ δὲ Λεῖρις ποταμός· Κλάνις δὲ ἐκαλεῖτο πρότερον. Vide porro Cluverii Italiam Antiq. pag. 1076.

— Περὶ τὸν Τίβεριν ποταμόν.] Iam describit tertium Italiae fluvium *Clanin* sive *Glanin* dictum. Hic ab amne Pallia circa oppidum Herbanum in Hetruria excipitur, et ita in Tiberim defluit. Vide eundem Cluv. It. Ant. pag. 1098.

Γλαυκία, πολίχνιον Ἰωνίας.] Videtur fuisse Mycalensis portus, quod colligo ex verbis Thucyd. lib. viii. Οἱ δὲ Ἀθη-

[redacted]

ναῖοι ταῖς ἐκ Σάμου ναυσὶ δυοῖν καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ ἔτυχον ἐν Γλαύκῃ τῆς Μυκάλης ὁρμοῦσαι. Nihil obstat, quod hic *Glauca* appelletur; nam Atticam dialectum affectantes huiusmodi crasi saepenumero utuntur, pro Πλακία dicunt Πλάκη, pro Μαντίνεια Μαντίνη, de qua alibi diximus.

Γλαυκοδῆμος. Ὁ δημότης, Γλαυκόδημος.] Existimo cum Salmasio, populare nomen vitii non esse immune, legendumque: ὁ δημότης, Γλαυκοδήμιος.

Γλαφυραί, πόλις Θεσσαλ.] Nulla unquam fuit urbs in tota Graecia, quod optime observat incomparabilis Vossius ad Scylacem, multo minus in Thessalia, cui nomen *Glaphyrae*. Aliter si foret, Strabo eius meminisset; quippe qui diligentissime omnia loca, quorum Homerus meminit, ordine persequitur; is enim lib. IX. a *Boebe* statim transit ad Ialcon. Legimus tamen de ea apud Eustathium ad Iliad. *B*. pag. 327. quod neminem in admirationem rapere debeat: nam fatetur ipse Archiepiscopus se ex Ethnieographo hausisse eam sententiam, quare etiam pessime errat eum sequendo legendoque,

Βοίβην καὶ Γλαφυράς. ——

Imo noster parum sibi constat, non revocando in memoriam, quod 275
in praecedentibus exaraverit, cum integriore codice uteretur et a
in quo optime erat:

Βοίβην τε γλαφυράν etc. ——

Vide Stephanum in Βοίβη. Quod si in Thessalia fuisset Γλαφυραί, sine dubio Etymologici Mag. Auctor, vocabula illa Homerica γλαφυρὴ et γλαφυρὸν explicans, de illa civitate, ut passim solet, aliquam mentionem fecisset.

— Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας.] Eadem haec, sed multo auctiora, etiam habet Eustathius loco iam citato: Τὰς δὲ Γλαφυράς, βαρύνουσιν οἱ ἀκριβέστεροι, πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐπιθέτου. κληθείσας ἀπὸ τοῦ μνημονευθέντος Γλαφύρα, ὡς ὁ αὐτὸς Ἐθνικογράφος ἱστορεῖ· παρ' ᾧ φέρεται, ὅτι καὶ κώμη Κιλικίας ἐστὶ Γλαφύραι καλουμένη, ἀπέχουσα Ταρσοῦ τριάκοντα σταδίους πρὸς δύσιν, ἐν ᾗ πηγὴ ἀπὸ ῥωγάδος καταῤῥέουσα καὶ συνιοῦσα τῷ εἰς Ταρσὸν εἰσβάλλοντι ποταμῷ.

Γλῆτες. Ἔθνος Ἰβηρικὸν μετὰ τοὺς Κυνήτας.] Distinguit Stephanus inter *Gletas* et *Tletas*, sed eum decepit depravatus Theopompi codex, ut bene censet Cl. Vossius ad Melam. Gletes siti sunt inter Cynetas et Tartessios aquilonem versus, quod liquet ex ipsis Herodori verbis, quae nobis Constantinus Porphyrogenneta ex libro decimo de Hercule integra conservavit: Τὸ δὲ Ἰβηρικὸν γένος τοῦτο, ὅπερ φημὶ οἰκεῖν τὰ παράλια τοῦ διάπλου, διώρισται ὀνόμασιν, ἓν γένος ἐὸν κατὰ φῦλα·

πρῶτον μὲν οἱ ἐπὶ ταῖς ἐσχατίαις οἰκοῦντες καὶ πρὸς δυσμὰς Κύνητες ὀνομάζονται, ἀπ' ἐκείνων δὲ ἤδη πρὸς βορέαν ἰόντι Γλῆτες, μετὰ δὲ Ταρτήσιοι etc. Aliquando etiam Igletes appellantur, pro quo nollem a Casaubono Gletes sive Εἰδῆτες emendatum, quam innumera sunt exempla, in quibus *I* adiicitur et demitur; sic dicimus Βάλσα et Ἴβαλσα, Γνῆτες et Ἴγνητες et sic hoc loco *Gletes* et *Igletes*.

Γλισσάς, πόλ. Βοιωτ.] Non fuit urbs, sed vicus in monte Hypato, qui in regione Thebana est, Teumesso et Cadmeae vicinus, teste Strabone lib. IX. Quin imo Eustathius ad Iliad. B. pag. 269. tantum esse vicinam perhibet. eius verba, quia de Ethnicographo nostro mentionem faciunt, huc transcribam: Γλίσσας δὲ κατοικία τίς φασι Θηβαϊκὴ ἐν τῷ Ὑπάτῳ ὄρει, ἀπὸ Γλίσσαντος ὀνόμασται, ἢ Γλίσσαντος, ὥς φησιν ὁ γράψας τὰ ἐθνικά. Multum disputant Grammatici, quo pacto haec vox Γλισσάς, sive ut alii scribunt Γλίσσας sit inflectenda; quidam enim casum ob-
275 liquum faciunt Γλίσσαντος, nonnulli Γλισσᾶντος; alii vero Γλισ-
b σᾶ, ὡς Θωμᾶς Θωμᾶ praeferunt, quorum lites meum non est componere. Videatur ea de re locus Eustathii iam allegatus et Etymologici Mag. Auct. in ea voce.

— *Τὸ ἐθνικὸν*, Γλισσάντιος.] Nihil est, quod me hac de gentili dubitare faciat, licet Goltzius nummum viderit C. Caesaris Augusti cum inscriptione ΓΛΙΣΣΑΝΤΙΩΝ.

Γνῆς. Οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον.] Gnetes sive Ignetes post Telchinas Rhodum inhabitarunt, ut testis est Hesychius: Ἴγνητες, οὕτως ὠνομάζοντο οἱ μετὰ τοὺς Τελχῖνας κατοικήσαντες τὴν Ῥόδον. Plura non addam, quia de Rhodi insulae incolis copiose satis Cl. Meursium scripsisse censeo.

Γόλγοι, πόλις Κύπρου.] Etiam Pausanias urbis nomen numero multitudinis in Arcadiae descriptione effert, alii contra numero singulari. Theocritus Idyll. XV.:

Δέσποινα ἃ Γόλγον τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας.

Ad quem locum Scholiastes Theocritum imitatur; sed nominis etymon deducit a Golgo Adonidis et Veneris F. Latini quoque urbem *Golgos* appellant. Catullus Epigr. XXXVII.

Quae sanctum Idalium Uriosque apertos
Colis, quaeque Amathunta, quaeque Golgos.

— *Λέγεται καὶ Γόλγον*,] Constanter sic legunt libri editi omnes, sed Palatini MSS. exhibuere Salmasio: λέγεται καὶ Γόλγιον οὐδετέρως.

— *Γολγία ἡ Ἀφροδίτη*.] Veneris Golgiae fanum describit Pausanias in Arcadicis: Καὶ Πάφου τε Ἀγαπήνωρ ἐγένετο οἰκιστής, καὶ τῆς Ἀφροδίτης κατασκευάσαι ἐν πόλει Πάφῳ τὸ ἱερόν.

[redacted]

Τέως γὰρ ὁ θεὸς παρὰ Κυναίων τιμὰς εἶχεν ἐν Γόλγοις καλουμένῳ χωρίῳ.

Γόμολῖται. *Ἰδουμαίας.*] Codex Vossianus: *Γομολῖται, ἔθνος τῆς Ἰουδαίας.* Sed vulgatorum scriptura non est reiicienda; haec enim sectio ex verbis Iosephi lib. II. Antiquit. Iud. formata est, a quo Gomolitarum regio Gobolitis appellatur, τῷ μ in β verso, quod non est insolens. *Ἀμάληκος γὰρ νόθος ἦν ἐκ Παλλακῆς αὐτῷ γεγονὼς Θαμνάης ὄνομα. οὗτοι κατῴκησαν τῆς Ἰδουμαίας τὴν Γοβολῖτιν λεγομένην, καὶ τὴν ἀπὸ Ἀμαλήκου κληθεῖσαν Ἀμαληκῖτιν.* De illa literarum immutatione vide Bochartum Geog. Sac. pag. 114.

Γόμφοι, πόλις Θεσσαλ.] Alio loco noster urbem hanc *Philippos* appellat, et Thesprotiae adscribit. Caesar lib. III. de Bel. Civil. *Coniuncto exercitu, Caesar Gomphos pervenit; quod* 276
est oppidum primum Thessaliae venientibus ab Epiro. Apud eundem eodem libro gentile est GOMPHENSIS, quod respondet τῷ *Γομφεὺς* apud nostrum. Male igitur legitur in Concilio Bonifacii II. *Eustathius Gomphiensis Episcopus*, pro *Gomphensis*.

Γόνδραι. Ἡροδότῳ Κινδρα καὶ Ῥόνδα.] Haec bene esse constituta, nunquam crediderim. Nam libri Palatini exhibent *Ἡρωδιανῷ*. Deinde, erit mihi magnus Apollo, qui dixerit, quid sibi *Κίνδρα* et *Ῥόνδα* velint. Fortassis legendum *Κίνδραι καὶ Ῥονδαῖοι*. Ultima vox apud nostrum pro Thracica gente suo loco occurrit.

Γονεῖς. Οἱ δὲ Ἀδριανοπολίτας.] Fortassis huius meminit Cedrenus de Aelio Adriano scribens: *Ὡσαύτως ᾠκοδόμησε καὶ ἑτέραν πόλιν ἐν Θράκῃ, προσαγορεύσας αὐτὴν Ἀδριανόπολιν.* His adiungam verba Eustathii, urbis nomen per duplex ν scribentis, sic enim ille ad Iliad. *Β.* pag. 289. *Οἱ δὲ Γοννεῖς οὐδὲ αὐτοὶ Ὁμηρικοί εἰσιν· ἀλλὰ πόλις Θράκης κατὰ τοὺς παλαιούς· οἱ καὶ Ἀδριανοπολῖται.* Quis non videt Archiepiscopum haec hausisse ex nostro, licet nomen reticeat?

Γόννοι, πόλ. Περῤ.] Arbitror transcriptorum huc irrepsisse mendum, nemo enim hoc urbis nomen numero multitudinis protulit. Strabo lib. IX. *Καὶ Ὀλοοσσὼν δὲ λευκὴ προσαγορευθεῖσα ἀπὸ τοῦ λευκάργιλος εἶναι, καὶ ἡ Ἠλώνη Περῤαιβικαὶ πόλεις, καὶ Γόννος.* Huic adde Lycophronem:

—— καὶ Περῤαιβικὴν
Γόνον, Φάλαννόν τ' ἠδ' Ὀλοσσόνων γύας.

Praeterea existimo, urbis nomen per simplex *N* exaratum fuisse, quia in sequentibus addit, *καὶ Γόννον διὰ δύο ν.* Scripsit itaque Stephanus: *Γόνος, πόλις Περῤαιβίας.*

— Ὡς φησὶν Ὅμηρος.] Homeri locus est in navium Catalogo:

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας.

Optime ad hunc locum monet Eustathius, Guneum, de quo noster, non debere confundi cum Guneo Arabe, iuris iustitiaeque cultore, cui Lycophron Proteum aequiparavit.

— Γράφεται δὲ καὶ μετὰ τοῦ υ.] Codices MSS. omnes contrariam plane lectionem exhibent: γράφεται δὲ καὶ χωρὶς τοῦ υ.

— Διὰ δύο Ν.] Urbis nomen in Lycophronis editis per simplex ν exaratur, uti loco iam allegato liquet; sed testatur Eu-
276 b stath. ad Hom. pag. 291. apud eundem poëtam per duplex scriptum fuisse.

— Γόνα γὰρ οἱ Αἰολεῖς τὰ γόνατα.] Chartaceus Vossianus: γόννα γὰρ οἱ Αἰολεῖς, quod non probo. Quanquam de nominis etymologia noster iam mentionem fecerit, eamque a Guneo quodam deduxerit, posset tamen praeterea non incommode, si scribendi rationem per υ non improbemus, vel ab excelsitate vel a fertilitate hoc nomine insigniri; nam teste Etymologographo γουνὸς λέγεται ὁ ὑψηλὸς τόπος· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῷ σώματι γονάτων, ἃ ἐξέχει· ὡς δέ τινες, ὁ τραχὺς τόπος, ὁμοίως ἀπὸ τῶν γονάτων ὀστωδῶν καὶ τραχέων ὄντων· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὀρεινοῖς καὶ πετρώδεσι τόποις τὰ φυτὰ αὔξεται. Deinde locum fertilem apud eundem denotat. Γουνὸς ὁ γεννητικὸς τόπος, ὁ γόνιμος καὶ κάρπιμος.

Γονοῦσσα, πόλ. Πεῤῥαιβ.] In Vossiano MS. tota haec sectio non reperitur. Lycophronis scholiastes hanc civitatem a praecedente non distinguit, ita enim ille pag. 147. Γόνος ἡ λεγομένη Γονοῦσα, πόλις Πεῤῥαιβίας.

Γοργίππια, πόλις Ἰνδικῆς.] Eadem haec est civitas, quam noster alio loco Gorgipam et Syndicum appellat: Σύνδικος πόλις προσεχὴς τῇ Σκυθίᾳ, ἔχουσα λιμένα. ἔνιοι δὲ Γοργίππην καλοῦσι. Huius etiam meminit Strabo lib. XI. Αἱ δὲ λοιπαὶ πόλεις ἐν δεξιᾷ πέραν Ὑπάνιος, ἐν τῇ Σινδικῇ· ἔστι δὲ καὶ Γοργιππία. Ex hoc loco Casaubonus in Stephano emendat Σινδικῆς pro Ἰνδικῆς. Fateor veteres omnes hanc regionem Sindicam, et incolas Sindos appellasse, sed recentiores, amoto sigma, eos Indos et Indicam appellarunt, quod multis probat Cl. Vossius ad Scylacem Caryandensen.

Γόργυια, τόπος ἐν Σάμῳ.] Hic idem locus ab Etymologici Magni Auct. *Gorgyra* et Bacchus Gorgyrus appellatur: Γόργυρος ὁ Διόνυσος· ἀπὸ Γοργύρας τόπου τῆς Σάμου.

— Διόνυσ. Γοργυιεὺς τιμᾶται.] Codices Palatini repraesentant male: ἐν ᾧ Διόνυσος Γοργονεὺς τιμᾶται.

Γορδιειον. Μεγάλης Φρυγίας πρὸς τῇ Καππαδ.] Iustin. l. xi. c. vii. urbem hanc locat inter Phrygiam maiorem et minorem: *Post haec Gordieum urbem petit, quae posita est inter Phrygiam maiorem et minorem.* Sed potius cum Stephano ponenda est inter 277
Phrygiam maiorem et Cappadociam. Illi etiam a vero aberrant, a
qui censent hanc urbem ad Sangarium amnem in minore Phrygia collocandam, et cum Sardibus eandem faciendam. Sed hac de re vide Cl. Vossium ad Iustinum. Arrianus tamen de Exped. Alexand. Mag. nec non Curtius oppidum hoc ad iam nominatum amnem ponunt: sed ab eorum sententia videtur abire Livius lib. xxxviii. Qui originem Sangarii ad ostium usque descriptione insigni prosequutus ultra Pessinuntem tendit, et de Gordio sic scribit: *Postero die ad Gordium pervenit. Id haud magnum quidem oppidum est, sed plus quam mediterraneum, celebre et frequens emporium: tria maria pari ferme distantia intervallo habet.*

— *Ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου.*] Curtius lib. iii. *Alexander, urbe in suam ditionem redacta, Iovis templum intrat: vehiculum, quo Gordium Midae patrem vectum esse constabat, adspexit.* Vide praeterea Arrianum de Exped. Alex. Mag. lib. ii. et Iustinum lib. xi. cap. vii.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Γορδιεύς.*] Aliam formam exhibent numismata vetera. Cl. Spanhemius lustravit nummum Christinae Augustae, atque etiam Patinus, in quo erat haec inscriptio, *ΓΟΡΔΗΝΩΝ.*

— *Δορυλαεύς.*] Manifestum typothetarum *σφάλμα* conspicitur in editione Veneta atque Florentina, legitur enim in illis: *Δορυαλεύς.*

Γορδίου τεῖχος. Πόλις Μίδου.] Mirum est profecto, Ortelium hanc urbem, cum revera Phrygiae maioris sit, Mediae adscripsisse. Totus locus videtur confusus, et fortassis sic constituendus: *Γορδίου τεῖχος, πόλις κτισθεῖσα ἀπὸ Μίδου τοῦ παιδὸς Γορδίου.* Graeco nomine hanc urbem appellavit Livius lib. xxxviii. *Inde ad Gordiutichos, quod vocant, processum est, ex eo loco ad Tabas tertiis castris perventum.* Strabo lib. xii. et Plinius lib. v. cap. xxxiii. *Gordiucomen* appellant: *Urbs fuit immensa, Attusa nomine, nunc sunt xv civitates: inter quas Gordiucome, quae Iuliopolis vocatur.* Ptolemaeo dicitur *Ἰουλιάγορδον.*

— *Ὁ πολίτης, Γορδιοτειχίτης.*] Pessime exhibent Aldina Florentinaque editio: *ὁ πολίτης, Γορδιτειχίτης.*

Γορδυαία. Ἀπὸ Γόρδυος.] Ex vetustioribus editionibus veram lectionem revocavi: pessime enim Xylander divulgaverat,

ἀπὸ Γορδίος. Strabo lib. xvi. *Λέγεται Γόρδυς ὁ Τριπτολέμου τὴν Γορδυηνὴν οἰκῆσαι.* Quibus verbis insuper addendus alius locus praestantissimus, ubi fusius Geographus eandem fabulam narrat, cuius noster iam meminit, ita enim ille in sequentibus: *Φασὶ δ' αὐτὸν ὑπ' Ἀργείων πεμφθέντα ἐπὶ τὴν τῆς Ἰοῦς ζήτησιν, ἐν Τύρῳ πρῶτον ἀφανοῦς γενηθείσης, πλανᾶσθαι κατὰ τὴν Κιλικίαν.* Mox addit: *Τὸν μὲν οὖν υἱὸν τοῦ Τριπτολέμου Γόρδυν, ἔχοντά*
277 *τινας τῶν σὺν τῷ πατρὶ λαῶν, εἰς τὴν Γορδυαίαν ἀποικῆσαι.*
b — *Παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Τίγριδος.*] Ne existimemus hic Stephanum loqui de ostio Tigridis, ubi se effundit circa Teredonem in sinum Persicum; hoc enim tractu neque urbs, neque montes hoc nomine inveniuntur. Imo censeo *τὴν ἐκβολὴν* hoc loco denotare *ἀνάβλυσιν* sive scaturiginem, ubi in ipsa fluvii origine fontes sua sponte aquam emittunt et egerunt, quae significatio auctoritate gravissimorum scriptorum firmari posset. Oritur Tigris in Armenia maiore parte australi Niphatis montis, et decurrit iuxta Gordyaeos montes, ut Strabo auctor est; qui etiam perhibet, ibi a Parthis castella quaedam esse condita, quae antiqui *Garduchos* appellant, et Stephanus *Gorduchos.* Eum vide lib. iam citato.

— *Γορδυαῖα ὄρη.*] De situ montium Gordyaeorum disputantem lege Cl. Bochartum in Geograph. Sac. lib. I. cap. III.

— *Εὔρηται καὶ Γορδύας.*] Constanter sic legunt libri editi omnes et MSS. Vereor tamen ne vitium irrepserit et legendum sit: *Εὔρηται καὶ Γορδυεύς.* Nam *Καρδυεὺς* pro *Γορδυεὺς* occurrit apud Epiphanium adversus Haeres. lib. I. *Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ἐπιστάσης τῆς λάρνακος τοῦ Νῶε ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραρὰτ ἀνάμεσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυέων ἐν τῷ Λουβὰρ ὄρει καλουμένῳ.* Et in Haeres. XVIII. quae est Nazaraeorum: *Ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τῆς τοῦ Νῶε λάρνακος δείκνυται ἐν τῶν Καρδυέων χώρᾳ.* Antiquam tamen lectionem retineo, quanquam haec speciosa videantur, ne temere aliquid immutem.

— *Καὶ Γορδόχους αὐτούς φασι.*] Vocantur a Diodoro Siculo *Carduchi*, ita enim ille l. XIV. *Μέχρι τοῦ τῶν Καρδούχων καλουμένου ἔθνους ἐπηκολούθησε.* Et mox sequitur: *Οἱ δὲ Ἕλληνες ἐφ' ἑπτὰ μὲν ἡμέρας διεπορεύοντο τὰ τῶν Καρδούχων ὄρη.* Plinius lib. VI. cap. XIII. *Adiabenis connectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni, praefluente Tigri.* De his etiam Stephanus suo loco mentionem facit, sed eos Mediae adscribit. Formatur a *Κάρδουχοι* gentile *Καρδούχιος*, quo Gordyaei montes nonnunquam insigniuntur. Xenophon lib. IV. Anabas. *Ἤκουον γὰρ τῶν ἁλισκομένων, ὅτι εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδούχια ὄρη, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ τὰς πηγὰς τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ, ἣν μὲν βούλωνται, δια-*

βήσονται. Agathias lib. IV. Ἀμφὶ τὰ Καρδούχια ὄρη εἰς κώμην Θαυμανῶν. De illo gentili neque hic neque in Καρδοῦχοι Stephanus mentionem facit.

— Καὶ Γέρδους.] Geographus Nubiensis Climat. IV. part. VI. hunc montem גרדי *Gordi*, sive cum articulo אלגרדי appellat, unde hoc Graecum nomen dimanasse videtur. *A Mosal ad urbem Balad sunt* XXI. *millia etc. Et a Balad ad insulam filii Omar* XXIX. *millia. Ea adiacet montibus Thsemanin, et Masurin et Kilsabur. Ex qua montium serie est mons Godi* (verum Bochartus legendum censet GORDI) *Amidae imminens e regione propugnaculorum, in quo requievit navis illa, navis Noae, cui pax.* Ita quoque hunc montem vocat Elmacinus hist. Saracenicae lib. I. cap. I. *Postquam Noë ex arca egressus est, et adscendit ad montem Gudi* (ubi idem Bochartus legendum monet GORDI) *et vidit locum arcae, qui eminet supra omnem illam regionem, est enim valde excelsus.* 278 a

Γόρτυν, πόλις Κρήτης.] Situm huius urbis bene describit Phranzes Chron. lib. I. cap. XXXVI. *Sita est Gortyna in planitie, mare Libycum spectans, a quo abest stadiis sexaginta. Haec antiquitus muris cincta fuit: quos iniuria temporum labefactatos, Magistratus reparare coepit: sed iis ad octo stadia productis, opus interruptum est.* Vide porro quae adfert Meursius de situ et conditoribus huius urbis in Cretae descript. cap. IX.

— Λάρισσα.] Noster enumerans omnes per terrarum orbem Larissas, nonam in Creta collocat, quod isthac in voce videre est.

— Πρότερον γὰρ ἐκαλεῖτο Ἑλλωτὶς, οὕτω γὰρ παρὰ Κρησὶν, Εὐρώπη.] Ne vestigium quidem horum verborum exhibent editiones vulgatae. Primus omnium haec verba in lucem publicam emisit Salmasius ad Solinum ex MSS. bibliothecae Palatinae, quae eodem modo in codice Vossiano exarata inveni. Non tantum Ἑλλωτὶς, verum et Ἑλλωτία appellabatur Europa, teste Etymologici Mag. Auctore: Ἑλλωτία, ἡ Εὐρώπη τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο· ἢ ὅτι οἱ Φοίνικες τὴν παρθένον ἑλλοτίαν καλοῦσιν· ἢ παρὰ τὸ ἑλεῖν· ὅτι ὑπὸ Ταύρου ἑάλω κατὰ τὸν μῦθον. Hesychio dicitur, emendante Salmasio, Ἑλλωτὶς, Εὐρώπη, στέφανος, πλεκόμενος πηχῶν εἴκοσι. Hinc Ἑλλωτία, ἑορτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ. Celebatur Corinthi Minerva Ἑλλωτὶς dicta, in cuius honorem etiam festum Ἑλλωτία erat institutum. Ἑλλωτὶς appellabatur, ὅτι Βελλεροφόντης τὸν Πήγασον ἵππον ἑλὼν καθ' ὑποθήκην καὶ συμμαχίαν τῆς Ἀθηνᾶς ἐχαλίνωσε· καὶ ἀπὸ τοῦ ἑλεῖν τὸν ἵππον Ἑλλωτίαν προσηγόρευσεν αὐτήν· καὶ ἱερὸν αὐτῇ ἱδρύσατο· καὶ τὰ Ἑλλωτία, ἑορτή. De qua re vide Etymologici Mag. Auctorem. Sed

ad Gortyna redeamus, quae Hellotis dicta est, quia Europa tauri dorso vecta eo pervenit. Solinus cap. xi. *Gortynam amnis Lethacus praeterfluit, quo Europam tauri dorso Gortyni* (forte Gortynii legendum) *ferunt vectitatam. Iidem Gortynii et Atymnum colunt Europae fratrem.* Eustathius ad Dionysium de situ orbis: *Κτίσμα δὲ ἡ Γόρτυν Ταύρου ἐκείνου, τοῦ τὴν Φοίνισσαν Εὐρώπην ἁρπάσαντος, ὃς Κρήτης ἦν βασιλεύς.*

— *Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.*] Hemistichium desumptum est ex Catalogo navium.

— *Οἱ δὲ Γόρτυναν.*] Hinc liquet nonnullos casum rectum et nomen urbis fecisse *Γορτύνη* vel *Γόρτυνα*, ut praeter alios testatur Eustathius ad Dionys. pag. 18. Photius Hist. lib. v. *Μενέλαος ἐν Γορτύνῃ τῆς Κρήτης Ἑκατόμβην ἔθυε τῷ Διΐ.* Verum

278 b quia tota hac sectione Epitomator neque de Gentilibus, neque de possessivis mentionem fecit, addam illa, quae seria antiquorum lectione nobis sunt observata. Multis in nummis apud Goltzium, Spanhemium, Patinum et alios conspicitur *ΓΟΡΤΥΝΙΩΝ*, quod passim veteres usurparunt Graeci et Latini. Etiam in usu fuit *ΓΟΡΤΥΝΑΙΟΣ*, quod reperitur apud Theophrastum lib. i. Hist. plant. cap. xv. *Ἐν Κρήτῃ δὲ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι.* Verum adiacens urbi ager non duntaxat *Γορτυναία* vocatur, sed etiam *Γορτυνίς.* Oppianus lib. ii. Cyneget.

Ἐν χθαμαλῇ γαίῃ Γορτυνίδι ——

Possessivum *Γορτυνικὸς* habemus apud Platonem lib. iv. de legibus: *Καὶ τό γε μάλιστα εὐδοκιμοῦν τανῦν ἐνθάδε γένος τὸ Γορτυνικόν.* Quia de his omnibus ne verbum quidem fecit Hermolaus, hic pessimae epitomae specimen reliquit; nam Stephani scopus fuit, non tantum recensere nomina urbium, sed etiam *τὰ ἐθνικὰ* inde deducta, ut alibi multis probamus.

Γότθοι etc.] Gothos antiquis temporibus circa Maeotidem habitasse, multis veterum scriptorum testimoniis adstrui posset; adducam solummodo verba Procopii, quae illud manifestissime evincunt: *Λίμνην δὲ τὴν Μαιῶτιν καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς ἐκβολὴν ὑπερβάντι εὐθὺς μὲν ἐς αὐτήν που τὴν ταύτης ἀκτὴν οἱ Τραπεζῖται καλούμενοι Γότθοι τὸ παλαιὸν ᾤκηντο, ὧν ἐπεμνήσθην ἀρτίως, πολλοὶ δὲ ἄποθεν Γότθοι τε καὶ Οὐισίγοτθοι, καὶ Βανδῖλοι, καὶ τὰ ἄλλα Γοτθικὰ γένη ξύμπαντα ἵδρυντο· οἱ δὲ καὶ Σκύθαι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐπεκαλοῦντο.* Quo autem pacto non tantum in Thraciam, sed et Daciam, Mysiam, Pannoniam irruperint, easque regiones occupaverint, legimus apud Dionem Prusaeum in Geticis, et Iornandem de transitu et migratione Gothrum.

— *Εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκης.*] Gothos per aliquot tempus in Thracia fixas habuisse sedes, et inde tandem per Daciam et alias regiones ad Romanum imperium penetrasse, testis luculentus est Ambrosius, qui lib. xxviii. de Fide cap. xvi. sic scribit: *Nonne ex Thraciae partibus per Ripensem Daciam et Mysiam, omnemque Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem, sacrilegis pariter vocibus, et barbaris motibus audivimus inhorrentem!*

— *Ἐν τοῖς Βυζαντικοῖς.*] Disputant docti, cuiusnam haec sint verba, utrum Stephani, an vero Hermolai, qui Stephani opus de Gentilibus in compendium redegit. Vossius de Historicis Graecis illa Hermolao, et Xylander Stephano adscribit. Ego talis non sum, qui hanc litem dirimam, nisi aliunde lux affulgeat.

Γραῖα, πόλις Ἐρετρίας.] Fuit Boeotiae oppidum in Eretriensium ditione, quod etiam aliis nominibus appellant. Vide nostrum in *Τανάγραία.*

Γραικὸς, ὁ Ἕλλην ὀξυτόνως, ὁ Θεσσαλοῦ υἱός.] Constanter sic legunt libri scripti et editi: at multo dilucidior foret sen- 279
sus, si locus hunc in modum constitueretur: *Γραικὸς, ὁ Ἕλλην* a
ὀξυτόνως, βαρυτόνως δὲ ὁ Θεσσαλοῦ υἱός. Hanc lectionem veri speciem habere, infra apparet, ubi Epitomator sic scribit: *Τὸ δὲ Γραῖκος τὸ κύριον βαρύνεται· τὸ οὖν ἐθνικὸν ὀξύνεται.* Similes tautologiae et repetitiones plures sunt et frequentiores quam decet. Interim nihil definio, quia MSS. codicum auctoritate destituor. Numero singulari pro Hellene utitur hac voce Callimachus apud Strabonem lib. I.

Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυρικοῖο πόρον σχάσαντες ἐρετμὰ
Λᾶα παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος
Ἄστυρον ἐκτίσσαντο, τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι
Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας.

— *Ὁ Θεσσαλοῦ υἱός.*] Admodum incerta est hujus genealogia; quidam enim Thessalum Graeci filium, alii vero cum Stephano Graecum Thessali filium statuunt. Nostro contrarius est Georgius Syncellus in suo chronico: *Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους πρῶτος ἐβασίλευσε Θεσσαλῶν ὁ Γραίκου παῖς.* Vide praeterea Eusebium lib. I. Chron. capite de Argivorum regibus.

— *Γραικοὶ, οἱ Ἕλληνες.*] Rarissime antiquis scriptoribus hoc nomine insigniuntur. Usus est ea voce Aristoteles lib. I. Meteor. cap. xiv. ubi de locis circa Dodonem et diluvio sub Deucalione loquitur: *Ὤικουν γὰρ οἱ Σέλλοι ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες.* Idem perhibent Marmora Arundelina: *Ἕλληνες ὠνομάσθησαν, τὸ πρότερον Γραικοὶ κα-*

[redacted]

λούμενοι. Lycophron Protesilaum *Γραικῶν ἄριστον* nuncupavit; ad quem locum ita commentatur scholiastes: *Γραικοὶ γὰρ πρότερον οἱ τῆς Ἑλλάδος ἐκαλοῦντο, ὕστερον δὲ ἀφ' Ἕλληνος ἐκαλοῦντο Ἕλληνες.* Hellenes antiquis temporibus *Γραικοὺς* fuisse appellatos luculenter testatur Const. Porphyr. l. II. de Them. *Ἑλλὰς ἡ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, ὃς δυναστεύσας τῆς Φθιωτίδος τοὺς ὑπηκόους ἑαυτῷ γενομένους ἀντὶ Γραικῶν Ἕλληνας ἐκάλεσε· καὶ τότε πρῶτον Ἑλλὰς ὠνομάσθη· οὐκ ἦν δὲ τοῦτο παλαιὸν ὄνομα ἔθνους, ἀλλὰ φωνῆς τῆς Ἑλληνικῆς ἰδίωμα, ὡς ὁ συγγραφεὺς Ἀλέξανδρος φησὶ τὴν ὀνομασίαν νεωτερικὴν εἰδώς.* Quem Alexandrum intelligat, difficulter dixerim, cum plurimi hoc nomine scriptores celebrentur: est quidam Alexander Aetolus poëta egregius, quem tamen cum superiori eundem non facio, qui hanc vocem usurpavit, cuiusque versus ex Musarum libro adducit Macrobius lib. v. Saturnal. cap. XXII.

279 *Ἀλλ' ὅγε πευθόμενος πάγχυ Γραικοῖσι μέλεσθαι*

b *Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ μελέων.*

Latini scriptores passim τὸ *Graecus* usurpant, et facta syncope, τὸ κ reiiciunt inde *Graius* fingunt. Cornel. Nep. in Praefat. *Non admirabuntur, nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum sequutos.* Idem in Alcibiade: *Gloriosius existimans barbarorum praeda locupletari quam Graiorum.* Seneca de Consolat. ad Helviam: Ut antiquiora, quae vetustas obduxit, transeam, *Phocide relicta, Graii qui nunc Massiliam colunt, prius in hac insula consederunt.*

— *Καὶ τὸν Γράνικον ποταμὸν ἐντεῦθεν κληθῆναι.*] Haec desumpta videntur ex Cephalonis Troïcis, quae iam non extant, et illa si haberemus, promptius de his verbis meam ferrem sententiam. Diversas huius vocis etymologias adducit Etymologici Mag. Auctor, quas huc transcribam: *Γρύνικος ἐστιν ὄνομα ποταμοῦ· παρὰ τὸ κρήνη κρήνικος καὶ γρήνικος ὁ ἐκ τῆς κρήνης· ἢ ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ νικῶ, γήνικος καὶ γρήνικος, ὁ τὴν γῆν νικῶν· ἢ ἀπὸ τοῦ νικῶ καὶ τοῦ Γραικὸς, γέγονε γραίνικος· καὶ κατὰ μετάθεσιν τῆς αι διφθόγγου εἰς η. ἐκεῖ γὰρ οἱ Γραικοὶ ἐνίκησαν τοὺς βαρβάρους.* Praeter alias origines, ultimo loco perhibet, vocem compositam esse ex τῷ *Γραικὸς* et *νικῶ*, et amnem hoc nomen invenisse ex eo quod Graeci ibi barbaros devicerint. Sed quos hic Graecos intelliges? An illos, quos Constantinus Porphyrogenneta sua aetate circa Granicum fluvium collocat, et antiquis temporibus Phrygas appellabant, ita enim ille lib. I. de Them. sectione IV. *Τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν καὶ τὴν Κύζικον κάτοικοῦσι Φρύγες τε καὶ Γραικοὶ, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Γρανίκου τὴν ὀνομασίαν κλουτήσαντες.* Idem eodem Them. XVII. *Μέχρι Κυζίκου καὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ*

λεγομένου Γρανικοῦ πάντες Γραικοὶ ὀνομάζονται. Certe non de quibus Constantinus: nam et Alexandri Mag. aetate fortassis amnis Granicus, ab victoria Alexandri contra Darium ad hunc fluvium nomen sortitus est.

— Λέγεται καὶ Γραικίτης.] Lycophron, antiquorum obsoletorumque vocabulorum affectator maximus, eo usus est:

—— ἐν δὲ Γραικίταις πέπλοις
Κόλπων ἰανθμοὺς ἠθάδας διζήμενοι.

— Καὶ Γραῖος Αἰολέων.] Sic exhibent libri editi: sed Palatini Salmasio suppeditarunt hanc lectionem: καὶ Γραῖκες Αἰολέων, οἱ τὸν Πάριον οἰκοῦντες.

Γράστιλλος. Πόλις Μακεδονίας.] Hesychius Thraciae adscribit; sed harum regionum termini nonnunquam confunduntur, sic apud illum legitur: Πράστιλλος, πόλις Θρᾴκης. Puto apud nostrum librariorum socordia exaratum esse: Πράξιλος, πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν, Πραξίλιος. Sed de hac scribendi ratio- 280 a
ne suo loco.

Γρηστωνία, χώρα Θρᾴκης.] Eandem hanc esse regionem cum aliis censemus, quam in praecedentibus noster Γραστωνίαν appellat. Apud Thucyd. tamen lib. II. quem auctorem citat, Γρηστωνία reperitur: Ἐκράτησαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν οἱ Μακεδόνες, ἃ καὶ νῦν ἔτι ἔχουσι, τόν τε Ἀνθεμοῦντα, καὶ Γρηστωνίαν, καὶ Βισαλτίαν, Et paucis versibus interiectis: Ἀλλὰ τήν τε Μυγδονίαν, καὶ Γρηστωνίαν, καὶ Ἀνθεμοῦντα ἐδῄουν.

— Ἀπὸ Γράστου τινός.] Palatini MSS. exhibuere Salmasio: ἀπὸ Γάστρου τινός. τὸ ἐθνικὸν, Γαστρῶνες. Hanc lectionem etiam repraesentant Veneta Florentinaque editio. Optime haec respondent τῷ Γαστρωνία, quod ex Theopompi Philippicis noster hausit.

Γρῦνοι, πολίχνιον Μυριναίων.] Xylandriana editio pessime habebat: Γρῦνοι, πολίχνιον Κυρηναίων. Aldina vero ut et Florentina: Γρῦνοι, πολίχνιον Μυρηναίων, quod paullo melius est: ex illo mendo correctionem hausimus quam nunc divulgamus. Cl. Vossius ad Scylacem eandem vocem Stephano restituit, et totum locum sic legendum existimat: Γρύνιον, πολίχνιον Μυριναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Quia eadem reperiuntur verba apud Strabonem, ita enim ille lib. XIII. Εἶτα πολίχνιον Μυριναῖον, Γρύνιον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ νεὼς πολυτελὴς λίθου λευκοῦ, στάδιοι δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν τετταράκοντα.

— Γρύνειαν καλεῖ.] Praeter Hecataei, hodie habemus Herodoti testimonium, hanc civitatem etiam Γρύνειαν appellantis;

[redacted]

currit etiam apud Plinium lib. IV. cap. V. *Sinus GYTHEATES ab oppido: ex quo ad Cretam insulam certissimus cursus.*

Γυλάκεια.] Vossianus calamo exaratus transpositis literis exhibet *Γλαύκεια*, quae vox est nihili. Vide Stephanum in voce *Ἀπολλωνία*.

Γυμνησίαι. Ὧς τινες μία.] Duas esse insulas hoc nomine, quarum altera nunc *Maiorica*, altera vero *Minorica* appellatur, res est geographiae peritis notior multo, quam ut hic pluribus demonstrari debeat. Nonnulli tamen antiquis temporibus extitere, teste Eustathio ad Dionysium Periegeten, qui sibi septem imaginati sunt, ita enim ille: *Ἑπτὰ δὲ εἰπόντων τινῶν εἶναι τὰς Γυμνησίας νήσους, ὁ γεωγράφος δύο αὐτὰς ἱστορεῖ.* Sed originem huius erroris detexit Cl. Bochartus de Phoenicum coloniis lib. I. cap. XXXV. ubi fusius de incolis harum insularum, de eorum moribus, lingua, etymologia nominis et de situ agitur.

— *Χοιράδας.*] Bene se habet vulgata a Xylandro editio: pessime legitur in Aldina *χιράδρας*, et in Florentina *χιράδας*. Optime Strabo de his insulis lib. III. *Χοιραδώδεις εἰσὶ κατὰ τὰ στόματα*: *Portuum aditus habent scopulis sub aqua latentibus obsitos.*

— *Νήλιπον βίον.*] Constanter ita exhibent editiones omnes, et etiam Lycophronis libri vulgati: in MSS. tamen legitur, *νήλιπον πόνον.*

— *Καὶ θηλυκῶς.*] Ex libris Palatinis et Vossiano hanc vocem addidi, quae ab omnibus vulgatis abest.

— *Γυμνησία.*] Editiones Xylandrianam antecedentes exhibent, *Γυμνασία.*

— *Ἀπὸ τῆς Γυμνῆτος γενικῆς.*] Codices Palatini et Vossianus: *ἀπὸ τῆς γύμνης γενικῆς.* Sed vulgata lectio non est immutanda. Strabo numero multitudinis hanc vocem usurpavit, ita enim ille lib. XIV. *Φασὶ δὲ τοὺς Γυμνῆτας ὑπὸ Φοινίκων Βαλεαρίδας λέγεσθαι.*

282 a — *Ὅτι τῷ θέρει γυμνοὶ μένουσι.*] In hac opinione etiam versatur Diod. Siculus lib. V. *Ἄλλαι δ' ὑπάρχουσι νῆσοι κατανικρὺ τῆς Ἰβηρίας, ὑπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων ὀνομαζόμεναι Γυμνήσιαι, διὰ τὸ τοὺς ἐνοικοῦντας γυμνοὺς τῆς ἐσθῆτος βιοῦν κατὰ τὴν τοῦ θέρους ὥραν.* Et Livius in Epitome lib. LX. *Praeterea res a Q. Metello consule adversus Baleares gestas continet, quas Graeci Gymnesias appellant, quia aestatem nudi exigant.* Verum haec Graecorum fabulis sunt annumeranda. Potior est Hesychii sententia, has insulas sive incolas hoc nomine insigniri, quia *γυμνῆτες* sunt *σφενδονῆται*, id est, funditores. *Γυμνῆτες, οἱ μὴ ἔχοντες ὅπλα. οἱ δὲ τοὺς σφενδονητάς, οἱ δὲ τοὺς γυμνοὺς μετα-*

μένων. Et sic certe Graeci Phoenicum illud *Baleares* ista voce expresserunt.

— *Ἐκλήθησαν δὲ καὶ Βαλιαρίδες* etc.] Editiones ante Xylandrianam publicatae exhibent pessimo errore *Βλιαρίδες* et *Βλιάρεῖς*: in quam scripturam etiam consentiunt codices Palatini et Vossianus. Omnes tum Graeci, tum Latini hanc vocem per λ simplex efferunt, ut Polybius, Strabo, Agathemerus, Livius, Florus, Eustathius et alii, excepto Diodoro Siculo, et post eum Isidorus, qui scribunt *Βαλλιαρεῖς*, quasi vox *ἀπὸ τοῦ βάλλειν* foret deducenda. Diodor. Sicul. lib. v. sic inquit: *Ὑπὸ δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ τῶν Ῥωμαίων προσαγορεύονται Βαλλιαρεῖς, ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις λίθους μεγάλους*. Et Isidor. lib. xiv. Orig. cap. vi. *In iis primum insulis inventa est funda, qua lapides emittantur, unde et Balleares dictae. Βάλλειν enim Graece emittere dicitur; unde et Ballista, quasi missa et fundibulum*.

Γυναικόπολις.] Editiones ante Xylandrianam divulgatae male exhibent *Γυναικρόσπολις*, uti liquet ex oppidani nomine, quod in iisdem erat *Γυναικοπολίτης*.

— *Ἄλλη Αἰγύπτου.*] Haec urbs et praefectura Gynaecopolitana satis nota est ex Strabone lib. xvii. et Plinio lib. v. cap. ix.

— *Νομάρχου.*] Nomarchus est qui praefecturae Aegyptiacae imperat.

— *Κατεδίωξε.*] Legendum vel *καταδιώξαι*, vel illud *νικῆσαι* quod sequitur, mutandum est in *ἐνίκησε*.

— *Διεκώλυσαν.*] Post hanc vocem Epitomatorem quaedam suppressisse, quae ad historiae supplementum faciunt, firmiter 282
mihi persuadeo. Nam noster tres allegat causas, unde originem b
urbis Gynaecopoleos veteres deduxere. In duabus prioribus rationes istae comparent, sed nequaquam tertio loco, ubi de mulieribus earumque contra viros victoria, nulla omnino reperitur mentio. Nisi quis potius statuat, civitatem hanc ad exprobrationem ignaviae et *ἀνανδρίας* virorum, qui se nequaquam viros, sed mulieres praestiterant, Gynaecopolin dictam fuisse.

— *Φιδάλειαν.*] Hic Phidalea est nomen loci, in sequentibus vero Bytis coniux ita appellatur. Aldina et Florentina legunt *Φεδάλειαν*. In Chronico Alexandrino appellatur *Φεδαλία*, sine diphthongo in penultima: *Τὴν δὲ λεχθεῖσαν Φεδαλίαν μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς αὐτῆς ἠγάγετο Βύζας ὁ Θρᾴκης βασιλεύς* etc.

— *Λεωσθενείου.*] Optime quondam emendavit Meursius,

Σωσθενείου. Sosthenium enim Thraciae locus est, traiectui Constantinopolitano e regione oppositus.

— Γυναῖκα Βύζαντος Φιδάλειαν διώξασαν etc.] Praestantissimum hoc femininae virtutis exemplum, abs Phidalia Byzantis uxore editum, etiam refert Hesychius Milesius in descriptione Constantinopoleos, sed longe aliis circumstantiis: Πρὸς ὃν ἡ τοῦ Βύζαντος γυνὴ ἡ θαυμαστὴ Φιδάλεια, μηδέν τι καταπλαγεῖσα τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, ἀλλὰ τῇ γυναικείᾳ χρησαμένη χειρὶ διηγωνίσατο, σοφισαμένη τὸν βάρβαρον τῇ τῶν δρακόντων συμμαχίᾳ· ὡς γὰρ τοὺς κατὰ πόλιν ὄφεις εἰς ἓν τὸ χωρίον συλλαβοῦσα ἐφρούρει, ἀθρόως τοῖς ἐναντίοις ἐμφανεῖσα δίκην βελῶν καὶ ἀκοντίων ἔπεμπε τὰ θηρία, καὶ πλείστους λυμηναμένη, τούτῳ τῷ τρόπῳ διέσωσε τὴν πόλιν. Multis variisque circumstantiis etiam hanc historiam narrat Iohannes Tzetzes Chiliad. II. Hist. I.X.

— Τοὺς μετὰ Στροίβου.] Sic legunt constanter libri MSS. et editi omnes, sed locum esse vitiatum vidit Meursius, qui emendandum censet, τοὺς μετὰ Στρόμβου. Habuit enim Byzas fratrem *Strombum*, teste Hesych. Milesio in Constantinop. descriptione: Οὐ μετὰ πολὺν δὲ χρόνον Στρόμβος ἀνὴρ τοὔνομα, καὶ αὐτὸς ἐκ Κεροέσσης τεχθεὶς, πόλεμον ἐπιφέρει τῷ Βύζαντι, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν.

— Βύζαντος.] Casus rectus est Βύζας, quod in obliquo etiam habet Βύζα. Ita enim legitur in Anonymi demonst. Chro-
283 nographicis ab Allatio editis: Ἐν ταῖς ἡμέραις Βύζα καὶ Ἀντέου,
a καὶ ἕως τῆς σήμερον τοῖς φιλοσοφοῦσι ἐν πείρᾳ προτέθειται θέμα.

— Διώξασαν.] Eadem vox atque idem casus reperitur in praecedentibus, quam tamen hic librariorum incuria depravatam censeo. Lege διῶξαι, ut nihil orationis contextui desit.

— Καὶ Περραιβίας.] Fortassis et hic rescribendum levi correctiuncula ἢ Περραιβίας; nam una eademque urbs non est sita in diversis regionibus, nisi eam amnis aliquis intersecat, quod de hoc oppido, circa mare ad ostium Peneï sito, non est affirmandum. Eustathii aetate levissimum illud mendum Stephani codices occupaverat, ita enim ille ad Iliad. *B.* pag. 333. Ὁ τῶν
283 Ἐθνικῶν συναγωγεύς φησι, Γυρτὼν, πόλις Θεσσαλίας καὶ Περ-
b ραιβίας, ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν Γύρτωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Φλεγύου. Strabo lib. IX. perhibet, urbem esse Perrhaebicam, et Perrhaebos partem Thessaliae, quae ad mare est et Peneum usque ad ostium, tenuisse. Etiam Apollonii Scholiastes ad lib. I. cum nostro dubitat, utrum Thessaliae, an vero Perrhaebiae sit adscribenda, et nominis etymon non deducit a Gyrtone Phlegyae fratre, sed a Gyrtona Phlegyae sorore.

Γωγαρηνή.] Est pars Iberiae trans Cyrum amnem, quam

Iberi Armeniis ademerunt, de qua sic scribit Geographus lib. xi. *Ἰβήρων δὲ τήν τε παρωρίαν τοῦ Παρυάδρου, καὶ τὴν Χορζηνὴν καὶ Γωγαρηνὴν, πέραν οὖσαν τοῦ Κύρου.*

Δ.

Δάαι.] Pessime divulgavit Xylander *Δαΐαι*. Florentina 283
editio exhibet *Δάαια*, quod priori scriptura haud melius est. a
Nos ex libris MSS. et Aldina editione veterem veramque lectionem revocavimus, ita enim Virgil. lib. viii. Aeneid. hanc gentem appellat:

Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis
Indomitique Daae. ——

Ad quem locum sic inquit Servius: *Scythiae populi a parte Septentrionali iuncti Persidi, unde Davi dicti.* Apud Herodotum gens Persica reperitur lib. i. cui *Δάοι* nomen est, quae inter gentes pecuarias censetur: *Οὗτοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσι, οἱ δὲ ἄλλοι νομάδες, Δάοι, Μάρδοι, Δροπικοὶ, Σαγάρτιοι.* De his vide Salmas. ad Sol. pag. 796.

Δαδῖκαι. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ.] Non duntaxat septimo, sed etiam tertio libro Herodotus huius gentis meminit.

Δαίδαλα, πόλις τῆς Ῥόδου.] Sic constanter legunt libri 283
editi, quos sequimur: sed scripti Palatini et Vossianus: *Δαίδαλα,* b
πόλις τῆς Ῥοδίας. Quae lectio etiam non est improbanda; nam aliquando geographi hanc insulam *Ῥοδίαν* appellant. Strabo lib. ii. *Πάλιν δ' ἀπὸ τῆς Ῥοδίας, ἡ τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος ποιοῦσα, καὶ τὸ Παμφύλιον* etc. Sic Melos Cretici maris insula a Varrone lib. iii. de Re Rust. *Melia* appellatur; et Chios *Chia*, testibus Metrodoro et Cleobulo. Quanquam in Stephano nihil mutaverim, existimo tamen MSS. codices verissimam lectionem repraesentare, quod liquet ex loco Strabonis quem noster ex libro xiv. allegat: *Ἀρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα τῆς Ῥοδίας χωρίον. πέρας δὲ τὸ καλούμενον ὄρος Φοίνιξ, καὶ τοῦτο τῆς Ῥοδίας.*

— *Ὄρος τῆς Λυκίας.*] De hoc monte noster mentionem facit in voce *Τελμισσὸς*, quam urbem post Daedala terminum Ly- 284
ciam inter et Cariam statuit. Huius montis meminit et Strabo lib. a
xiv. *Μετὰ δὲ οὖν τὰ Δαίδαλα τὸ τῶν Λυκίων ὄρος, οὗ πλησίον ἐστὶ Τελμισσὸς πολίχνη Λυκίων, καὶ Τελμισσὶς ἄκρα.*

— *Δαιδάλου τοῦ Ἰκάρου.*] Ne credamus Icarum fuisse patrem Daedali. Similes locutiones apud antiquos scriptores occurrunt. Herodotus lib. i. *Ἄδραστος ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω.* Id est: *Adrastus* nepos *Gordii* patris *Midae.* Sic quoque apud Aelian. lib. xiii. Var. Hist. cap. xxx. *Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου* est *Olym-*

pias mater *Alexandri*. Servius ad lib. I. Aeneid. *Est Graeca figura, ut si dicamus Aeneas Anchisae, et subaudiamus filius. Hac autem figura utimur circa patres et maritos tantum, ut Virgilius, Deiphobe Glauci, id est, filia. Hectoris Andromache, id est, uxor.* Sed plurimis aliis occasionibus hanc figuram adhiberi, alii iam demonstrarunt.

— *Καὶ ὑπὸ χερσύδρου.*] Huius animalculi meminit Virgil. lib. III. Georg.

Disce et odoratum stabulis accendere cedrum

Galbanoque agitare graves nidore chelydros.

Servius ad hunc locum: *Chelydri dicti sunt, quasi chersydri: quia in aquis et in terris morantur: nam χέρσον dicimus terram, ὕδωρ autem aquam.*

— *Ἰνδικῆς καὶ Κρήτης.*] Indicam urbem hoc nomine agnoscit Ptolemaeus lib. VII. *Στοβαλάσαρα, Κάσπειρα, Πασικάνα, Δαίδαλα* etc. Cretae urbs non ita nota est: forte etiam a Daedalo nomen accepit, qui per aliquot tempus in illa insula vitam transegit, et ex muliere Cretensi Iapygem filium genuit, ut Strabo lib. VI. auctor est.

— *Δαιδαλεύς.*] Vidit Goltzius nummum Vespasiani cum hac inscriptione: *ΔΑΙΔΑΛΕΩΝ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ.* Verum ad quam urbem referenda sit, aliis inquirendum relinquo.

Δακία. Οἱ Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους.] Amplectitur noster, tecto quidem nomine, Strabonis sententiam, tradentis Dacos antiquis temporibus Dauos appellatos fuisse. Imo amplectitur quoque antiquam illam regionis distributionem, qua Getas versus Pontum et orientem, Dacos vero ad Germaniam et Istri fontes inclinantes perhibet. In hanc rem ipsissimis Geographi verbis usus est, quae ex lib. VII, huc transcribam: *Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος τῆς χώρας μερισμὸς, συμμένων ἐκ παλαιοῦ· τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας· Γέτας μὲν τοὺς πρὸς*
284 *τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ πρὸς τὴν ἕω· Δάκους δὲ τοὺς εἰς*
b *τἀναντία πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγὰς, οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιὸν, ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα.* Noster itaque ex mente Strabonis Dacos a Getis distinguit, proprium cuique genti locum assignans. Quos Graeci vocabant Getas, hos Dacos Romanos appellasse constat testimonio Plinii, lib. IV. cap. XII. ita scribentis: *Ab eo in plano quidem omnes Scytharum sunt gentes, variae tamen littori opposita tenuere, alias Getae, Daci Romanis dicti, alias Sarmatae, Graecis Sauromatae etc.* Dacorum origo tamen est petenda a Getis, quod apud Iustinum lib. XXXII. testimonio

Trogi Pompeii evincitur: *Daci quoque soboles Getarum sunt; qui cum Boerebista rege adversus Bastarnas male pugnassent, ad ultionem segnitiae, capturi somnum capita loco pedum ponere iussu regis cogebantur.* Hinc est quod sequioris aevi scriptores statuant, Daciam antiquis temporibus Getiam dictam fuisse, quod liquet ex Zonara in Galieno: *Αὐρίαλος δὲ ἐκ χώρας ὢν Γετικῆς τῆς ὕστερον Δακίας ἐπικληθείσης.*

— *Τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα.*] Qui locum hunc contulerit cum proxime allegatis, is fatebitur, desumptum esse ex Strabone. Eustathius ad Dionys. his Stephani verbis utitur: *Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, καὶ πλησίον τοῦ ποταμοῦ Βορυσθένους φησὶ τὴν Δακίαν διήκειν. λέγει δὲ καὶ ὅτι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὡς ἐπὶ πολὺ τὰ τῶν Ἀττικῶν ὀνόματα δούλων, Δάοι καὶ Γέται.* Solebant veteres mancipia bello capta, aut aere comparata, non proprio, sed regionis nomine, ubi nati erant, insignire. Theocriti Scholiast. ad Idyll. v. *Εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα. οὕτω καὶ τὸν Λάκωνα· Δωριεὺς γὰρ ἦν.* Hinc passim apud comicos servis gentilia, ut Geta, Syrus, Poenulus etc. attribuuntur. Verum sua virtute et fortitudine tandem Getae effecerunt, ut ipsi imperatores Romani et viri consulatu functi hoc nomine appellari voluerint. Verum longe alia reperiuntur nomina in comoediis Aristophanis et eum praecedentium comicorum, in quibus *Λυδὸς, Φρὺξ, Τίβιος, Καρίων* atque alia huiuscemodi in usu sunt.

Δάλμιον. Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων.] Haec quoque ex Strabone, tecto licet nomine, verbotenus sunt transcripta, apud quem lib. VII. totus locus hunc in modum concipitur: *Δάλμιον δὲ μεγάλη πόλις, ἧς ἐπώνυμον τὸ ἔθνος· μικρὰν δ' ἐποίησε Νασικᾶς, καὶ τὸ πεδίον μηλόβοτον διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν ἀνθρώπων·* 285
Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων, τὸ διὰ ὀκταετηρίδος χώρας ἀναδασμὸν a
ποιεῖσθαι. Etiam his verbis usus est Eustathius ad Dionysium in Dalmatiae descriptione.

— *Κονάδρατος δὲ Δάλμιον.*] Constanter sic legunt libri editi: sed mendam aliquam irrepsisse res est evidens. Salmasius in Palatino cod. invenit: *Κονάδρατος δὲ μετὰ ε τὸ Δέλμιον,* et in alio *Δάλμινον.* Hoc liquet ex Eustathio ad Dionysium, urbis nomen trifariam veteres scriptores protulisse: *Διχῶς δὲ τὸ ἔθνος λέγεται, καὶ Δαλμάται καὶ Δαλματεῖς· ἡ δὲ πόλις αὐτῶν Δάλμιον, ἢ Δελμίνιον, ἢ Δέλμινον.*

Δαμασκός. Περὶ τὸν Βαρδίνην ποταμόν.] Plurima urbem hanc alluere flumina et praeterfluere, etiam sutores et tonsores ex variis peregrinationibus facillime addiscere possent. Sed praeter Stephanum nullus est, qui fluviorum nomina recensens, de

Bardine mentionem facit. Et quanquam non viderim libros manu exaratos et editos circa nominis scripturam variare, suspecta tamen mihi mansit et manet huius fluvii appellatio. Si non longius a vulgata scriptura recederet, rescribendum putarem, περὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, qui profecto non longissime a Damasco abfuit. Strabo lib. XVII. ubi refert Aradios per Lycum et Iordanem onerariis navibus adverso alveo ad regionem Damascenorum subvehi, nostram couiecturam aliquantulum confirmat, ita enim ille: *Τῶν δὲ ποταμῶν ὁ μὲν Χρυσοῤῥόας ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν Δαμασκηνῶν πόλεως καὶ χώρας, εἰς τὰς ὀχετείας ἀναλίσκεται σχεδόν τι· πολλὴν γὰρ ἐπάρδει, καὶ βαθεῖαν σφόδρα· τὸν δὲ Λύκον καὶ τὸν Ἰορδάνην ἀναπλέουσι φορτίοις, Ἀράδιοι δὲ μάλιστα.* Hinc liquet non longe Iordanem a Damasco abesse.

— *Εἷς τῶν γιγάντων Ἀσκὸς ὄνομα.*] Omnibus notum est, quam incerta et fabulosa sint nomina urbium et regionum, quantaque festivitate Deos, heroas, reges et alia comminiscantur scriptores, ad quorum nomina locorum appellationes inflectere soleant; quod profecto nusquam melius, quam in describenda huius urbis etymologia apparebit. Etymologici Magni Auctor; *Δαμασκὸς, πόλις Συρίας, περὶ τὸν Ἀντιλίβανον, εἴρηται, ὅτι Δαμᾶς στρατεύων μετὰ Διονύσου, ἐκεῖσε σκηνὴν πηξάμενος, ἱδρύσατο ἐκεῖ Συρίας θεοῦ ξόανον· ἡ οὖν Δαμᾶ σκηνὴ, Δαμασκηνός· ἢ ὅτι Ἀσκὸς εἷς τῶν γιγάντων, ὃς μετὰ Λυκούργου τὸν Διόνυσον ἔδησε καὶ εἰς ποταμὸν ἐνέβαλεν· ἐφονεύθη δὲ ὑπὸ Ἑρμοῦ, καὶ*
285 *Ἀσκὸς ἐξεδάρη, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη· καὶ ἐκ τοῦ ταφέντος ἡ πόλις*
b *ἐκλήθη.* Etiam Photius apud Damasceum hanc fabulam, circumstantiis paullo immutatis, narrat: *Ὅτι Διόνυσός φασι Λυκοῦργον καὶ τοὺς ἑπομένους αὐτῷ Ἄραβας κατηγωνίσατο οἴνῳ, ἀπ' ἀσκοῦ καταράνας τὴν πολεμίαν στρατιὰν, ἐξ οὗ καὶ τὴν πόλιν ἐκάλεσε Δαμασκόν. Οἱ δὲ τὴν ἐπωνυμίαν διδόασι τῇ πόλει ἀπὸ γίγαντος τινὸς ᾧ ὄνομα Ἀσκὸς, ὃν ὁ Ζεὺς ἐδάμασεν ἐνταῦθα.* Iustinus lib. XXVI. urbem hoc nomen a Damasco rege accepisse perhibet: *Namque Iudaeis origo Damascena, Syriae nobilissima civitas: unde et Assyriis regibus genus, ex regina Semirami fuit. Nomen urbi a Damasco rege inditum in cuius honorem Syri, sepulchrum Arathis uxoris eius pro templo coluere.* Verum hi omnes tam longe a sese abeunt, quantum a veritate. Potiori iure quis amplecteretur sententiam Iosephi, tradentis Usen hanc urbem aedificasse, ita enim ille lib. I. cap. VII. Antiq. Iud. *Τῶν δὲ Ἀράμου παίδων τεσσάρων ὄντων, Οὔσης μὲν κτίζει τὴν Τραχωνῖτιν καὶ Δαμασκόν.* Isidorus refert, urbem condidisse Damascum dispensatorem Abrahae, ita enim ille lib. XV. Orig. cap. I. Da-

mascus Syriae condita et nuncupata, a Damasco dispensatore Abrahae filio. Haec antea in omni Syria tenuit principatum.

— *Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος.*] Vossianus codex Palatinus hic loci auctior est, in eo enim sic legitur: *Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν τὴν πόλιν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος.* Unde existimo totum locum in Stephano pristinae sanitati sic restitui posse: *Ἄλλοι δὲ, ὅτι Δαμασκὸς ἐφατίζετο ἀνὴρ, ὁ, Διονύσου δὲ τὴν Συρίαν καὶ τὴν πόλιν ἀμπελόφυτον ποιήσαντος, πελέκει ταῦτα ἔκοπτε.*

— *Καὶ ἐξέδειρε.*] Quae sequuntur post hanc vocem maxime sunt mutila in omnibus editis et libris MSS. Salmasius tamen lacunam ita supplere tentavit ad marginem sui libri: *Ἐδίωξε καὶ ἐξέδειρε, καὶ ἐκ τοῦ δέρματος ἀσκὸς ἐπράχθη δερμασκός· ἐκεῖ καὶ πόλιν ἔκτισε, καὶ οὕτω Δαμασκὸς κατὰ παραφθοράν.* Ego meliores exspectabo codices, antequam emendationem et repletionem harum lacunarum aggrediar, ut hoc tutius et certius fiat.

Δανδάριοι.] Sic etiam appellantur a Strabone lib. XI. sed a Tacito lib. XII. Annal. *Dandaridae*, ita enim ille: *Regem Dandaridarum exturbat, imperioque eius potitur.* Eodem libro illorum regio Dandarica vocatur. *Sic pulsus hostis, ventumque Soza oppidum Dandaricae.*

Δανθαλῆται.] Straboni libro VII. *Δανθαλῖται*, et Ptolemaeo dicuntur *Δανθηλῆται*, et regio eorum *Δανθηλητική*: Latinis vero *Denseletae.* Solinus: *Strymonem accolunt dextro latere Denseletae.* Marcianus Capella: *Et qui a dextra parte Strymonis degunt Bessi et Denseletae usque ad Nestum amnem, qui Pangaeum ambit.* Vide Salmasium ad Sol. pag. 158. 286 a

Δανούβιον.] In Italia non est *Danubium*, ut ante nos viri docti bene observarunt. Verissimum est Stephanum similitudine literarum *Λ* et *Δ* in antiquis eius seculi codicibus fuisse deceptum. Non semel quoque alii simile mendum commiserunt. Apud Hesychium legimus: *Διάλ, τὴν ἔλαφον Χαλδαῖοι*, pessimo errore: nam optime ad illum locum suspicatur Sopingius rescribendum esse *Αἰάλ, τὴν ἔλαφον Χαλδαῖοι.*

— *Ἀσινής.*] In libris MSS. et editis haec vox profligatissime vitiata circumfertur, in omnibus enim reperitur *ἄσιος*, quod tanquam spurium eiecimus. Tanaquillus Faber parte prima epistol. scribens ad Cl. Chotardum, hunc locum pristinae sanitati restituit felicissime. Interim tamen celare nequeo, magnum Salmasium ad oram sui Stephani idem praestitisse. Verissimam igitur hanc coniecturam non dubitavi in contextum recipere, reclamantibus codd. MSS. et omnibus editionibus. Miror profecto Clu-

verium locum hunc in Noricae et Vindelicae descriptione ita citasse, quasi vitii prorsus esset immunis.

Δάραψα. Ὡς Στράβων.] Innuit noster librum undecimum, ubi haec leguntur: *Πόλεις δ' εἶχον τά τε Βάκτρα, ἣν περ καὶ Ζαριάσπαν καλοῦσιν, ἣν διαῤῥεῖ ὁμώνυμος ποταμὸς, ἐμβάλλων εἰς τὸν Ὦξον καὶ Δάραψαν, καὶ ἄλλας πλείους.* Putant alii esse *Drepsam* metropolin Sogdianorum, de qua Ptolemaeus et Ammian. Marcellinus. Cum Ortelio censeo esse *Drapsacam*, de qua Arrianus.

Δάρδαι, Ἰνδικὸν ἔθνος.] Nos *Derdas* appellat Megasthenes
286 apud Strabonem lib. XVI. ubi refert, formicas, vulpibus non mi-
b nores, aurifodinas effodere, sic enim ille: *Μεγασθένης δὲ περὶ τῶν μυρμήκων οὕτω φησὶν, ὅτι ἐν Δέρδαις ἔθνει μεγάλῳ τῶν προσεῴων καὶ ὀρεινῶν Ἰνδῶν* etc. Non audeo hos confundere cum *Dandariis*, quos Hecataeus ad Caucasum collocat, quod ab Holstenio factum video.

Δάρδανος, πόλις Τρῳάδος.] Haec urbs tantum LXX. stadiis ab Abydo erat remota, teste Strabone lib. XIII. et ex eo Eustathius ad Iliad. B. pag. 352. Quae porro scribit de hac urbe Geographus huc transcribam, ut a nobis vel suppleantur vel illustrentur: *Ἡ δὲ Δάρδανος, κτίσμα ἀρχαῖον· οὕτω δ' εὐκαταφρόνητον, ὥστε πολλάκις οἱ βασιλεῖς, οἱ μὲν μετῴκιζον αὐτὴν εἰς Ἄβυδον, οἱ δὲ ἀνῴκιζον πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον κτίσμα.* Sed quos reges Strabo intelligit? Docet hoc Eustathius, qui eisdem verbis usus est in comment. suis ad Homerum, loco iam citato: *Οὕτω δ' εὐκαταφρόνητος ἡ ῥηθεῖσα Δάρδανος ἦν, ὥστε οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς οἱ μὲν μετῴκιζον αὐτὴν εἰς Ἄβυδον· οἱ δὲ, εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνῴκιζον.* Ergo illud *Ῥωμαίων* vel loco suo excidit, vel Straboni lucem adfert.

— *Ὅτι Δάρδανος ἐξιὼν ἐκ τοῦ νεώ.*] Hic locus in omnibus editionibus mutilatus circumfertur, quem hunc in modum replere placuit. Legebatur enim: *Ὅτι Δάρδανος ἐκσι * ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς.* Qua occasione Dardanus ex Peloponneso in Samothraciam pervenerit, eoque Minervae munera, effigiem ipsius Deae, simulque sacra magnorum Deum adduxerit (quae pro dote acceperat a Chryse Pallantis F.) et inde denique maiore cum populi parte in Asiam transportaverit, multis narrat ex Callistrato de rebus Samothraciae, ex Satyro fabularum collectore, et Aretino poëta antiquissimo Dionys. Halicarnasseus lib. I.

— *Καὶ Ἰάσονος τῶν ἀδελφῶν.*] Hunc locum esse bonae notae, nunquam mihi persuadere potui. Optime emendat Salmasius in margine sui Stephani, *Ἰασίωνος*, sed alia non tangit. Pro
287 illo *τῶν ἀδελφῶν* rescribendum existimo *τοῦ ἀδελφοῦ*, aut po-
a

[redacted]

tius, inserta vocula ἑνὸς, totus locus sic constitui posset: *Μετὰ Ἰασίωνος, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν.* Nam ex mythologiae doctoribus apparet, Dardanum Iasionem fratrem habuisse. Apollodorus lib. III. *Ἠλέκτρας δὲ τῆς Ἄτλαντος καὶ Διὸς, Ἰασίων καὶ Δάρδανος ἐγένοντο.* Servius ad lib. III. Virg. *Dardanus et Iasius fratres fuerunt: sed Dardanus de Iove, Iasius de Coryto procreatus est, a cuius nomine et mons et oppidum nomen accepit: postea Iasium Dardanus dicitur occidisse.* Sed praeter Iasionem, teste Eustathio ad Odyss. E. pag. 1528. etiam habuit fratrem Aetionem, verum non videtur ille ad hanc fabulam pertinere. Hic Dardani frater passim a Dionys. Halicarnas. non *Ἰασίων*, sed *Ἴασος* appellatur, sic enim ille l. I. *Ὧν μίαν* (scil. Pleiadum) *μὲν Ἠλέκτραν Ζεὺς γαμεῖ, καὶ γεννᾷ παῖδας ἐξ αὐτῆς, Ἴασον καὶ Δάρδανον. Ἴασος μὲν οὖν ἠΐθεος μένει· Δάρδανος δὲ ἄγεται γυναῖκα Χρύσην Πάλαντος θυγατέρα.*

— *Τηλεφάης.*] Et haec vox vitio non caret. Legendum ex Apollodoro *Τηλεφάσσης.* Fuit enim Telephassa Agenoris uxor, ita enim ille in principio lib. III. *Ἀγήνωρ δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν Εὐρώπην, γαμεῖ Τηλεφάσσαν.* Mox addit: *Κάδμος δὲ καὶ Τηλεφάσσα ἐν Θρᾴκῃ κατῴκησαν.*

— *Βάτειαν.*] Haec enim ab aliis *Ἀρίσβη* appellatur. Lycophron:

— — *Ὧν ἀπὸ σπορᾶς*
Ἐμοὺς γενάρχας ἐξέφυσε Δάρδανος,
Γήμας Ἀρίσβαν Κρῆσσαν εὐγενῆ κόρην.

Ad quae verba ita commentatur scholiastes: *Ἀρίσβην ἢ κατά τινας Βάτειαν, θυγατέρα Τεύκρου γήμας Δάρδανος.* Diversas istas veterum sententias, scilicet Cephalonis et Hellanici, integras noster reservavit in *Ἀρίσβη*, ita enim ibi: *Κεφάλων δέ φησιν, ὅτι Δάρδανος ἀπὸ Σαμοθρᾴκης ἐλθὼν εἰς τὴν Τρῳάδα, τὴν Τεύκρου τοῦ Κρητὸς θυγατέρα Ἀρίσβην· Ἑλλάνικος δὲ Βάτειαν αὐτήν φησιν.* Vide locum de hac re insignem apud Diodor. Siculum lib. IV. qui hanc Bateam appellat, ut et Dionys. Halicarnasseum lib. I.

— *Καὶ ἀποθνήσκων.*] Addam verba Apollodori e libro III. ubi eadem narratur historia, sic enim ille: *Ταύτης δὲ ἐβασίλευε Τεῦκρος ποταμοῦ Σκαμάνδρου καὶ νύμφης Ἰδαίας, ἀφ᾽ οὗ καὶ οἱ τὴν χώραν νεμόμενοι Τεῦκροι προσηγορεύοντο· ὑποδεχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ λαβὼν μέρος τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐκείνου θυγατέρα Βάτειαν, Δάρδανον ἔκτισε πόλιν· τελευτήσαντος δὲ Τεύκρου, τὴν χώραν ἅπασαν Δαρδανίαν ἐκάλεσε.*

— *Καὶ Δαρδανίδαι.*] Salmasius in Palatinis libris invenit: 287
καὶ Δαρδανίδαι, καὶ relicto aliquo spatio. Unde coniicit le- a

gendum: *Καὶ Δαρδανίδαι καὶ Δάρδανοι*, vel aliquid simile. Illud *Δαρδανίδαι* mihi potius patronymicum quam gentile videtur. Patronymicis tamen appellationibus nonnunquam incolae alicuius regionis et urbis insigniuntur, ut apud nostrum liquet in *Ἀθῆναι*. Verum *Dardanos* aliquando *Dardanidas* appellari constat evidentissime ex Messala Corvino de Progenie Augusti: *Dardanum, Iove et Electra Atlantis filia progenitum, deorum monitu ab Italia, et ut aliis placet, e Creta insula, patrios deserentem lares, multitudine gentium, ad hanc Phrygiam devenisse ferunt, urbem condidisse, eamque ex se Dardaniam nuncupasse: unde gens Dardana; et incolentes terras, DARDANIDAE dicti.*

Δ ά ρ ι δ ν α, πόλις Παφλαγονίας.] Codex Vossianus: *Δάριδνα, κώμη Παφλαγονίας.*

Δ α ρ ά ὃ καὶ Δαράς φασι.] Ita hunc locum supplevit Salmasius in Plinianis Exercitationibus. In omnibus vulgatis hic locus mutilus circumfertur ad hunc modum: *Δαραὶ ὃν * ρας φασὶ, φρούριον Ἀναστασίου πόλεως* etc. In margine sui Stephani Salmasius forte hoc modo rescribi debere censet: *Δαρὰς, ὃ τινες Δαῤῥᾶς φασι.* Meminit multis in locis huius castelli Procopius, et urbis ibi ab Anastasio conditae, ita enim ille in Persicis lib. I. *Ἀναστάσιος δὲ βασιλεὺς πόλιν ἐδείματο ἐν χωρίῳ Δάρας, ἰσχυράν τε ὑπερφυῶς λόγου ἀξίαν, αὐτοῦ βασιλέως ἐπώνυμον.* Simocatta Historiae Mauricianae lib. III. *Ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς λαἰλαπος δίκην ἐς τὸ Δάρας γεγονώς.* Plinius urbem, non vero castellum esse perhibet lib. XLI. *Urbem quoque nomine Daran in monte Zapaortenon condit, cuius loci ea conditio est, ut neque munitius quicquam esse, neque amoenius possit.* Vide plura apud Salmasium iam citatum.

— *Σοῦρα Σουρηνός.*] Libri manu exarati cum vulgatis consentiunt, in quibus legitur pessime: *Σοῦσαρ Σουσαρηνός.* Sed veram lectionem, quam nunc divulgamus, Salmasio debemus, qui ad marginem sui libri et in Plinian. Exercit. locum optime correxit.

— *Δύναται καὶ Δαῤῥαῖος.*] Optime addit alterum gentile Stephanus: Goltzius enim lustravit nummum cum inscriptione *ΔΑΡΡΑΙΩΝ.*

Δ α ρ ι σ τ ά ν η.] Salmasius in Plin. Exercitat. legebat *Δαρειστάνη, πόλις Περσική*, apud quem vide, quid de hac regione et gente scripserit.

288 — *Δαρειεύς, ὡς Κοτιάειον Κοτιαεύς.*] Non potui mihi persuadere, hunc locum omnis vitii esse immunem: nam gentile et
a primitivum paribus gaudent syllabis, contra canonem a Stephano datum. Necessario hinc media diphthongus ει exstirpanda

est, et legendum *Δαρειεύς*. Haec etiam causa est, quare censeam, urbis nomen in mendo cubare, et pro eo restitui debere: *Δαρειεῖον, πόλις τῆς Φρυγίας*. Noster in sequentibus loquitur de alia τοῦ ἐθνικοῦ forma, τῷ λόγῳ τοῦ Ῥοίτειον καὶ Σίγειον, *Δαρειεύς*, quae profecto sana genuinaque mansisset, si urbis nomen non refingi et mutari debuisset. Ultima igitur huius sectionis ut ita emendes necesse est: *τῷ λόγῳ τοῦ Ῥοίτειον καὶ Σίγειον, Δαρειεύς*.

Δαρσάνια, πόλις Ἰνδική.] Hanc urbem Nonnus lib. XXVI. appellat *Ἀρσανίαν*. Quia autem de eadem mulierum diligentia in tela contexenda ibidem facta est mentio, non praeter rationem existimo versiculos istos transcribere:

Οἵ τ' ἔχον Ἀρσανίην εὐδείελον, ἧχι γυναῖκες
Εἰς μίαν ἠριγένειαν ἐθήμονι Παλλάδος ἱστῷ
Ὀξείαις παλάμῃσιν ὅλον τελέουσι χιτῶνα.

— *Ἥ οἳ Δαρσανίην ναῖον.*] Haec codicum Palatinorum et Vossiani lectio est: in omnibus vulgatis minus recte excusum erat: *Οἵ οἱ Δαρσανίην ναῖον.*

— *Ἐφ' ἱστοπόδων.*] Xylandriana, et quae eam praecesserunt, constanter exhibent, *ἀφ' ἱστοπόδων*. Quod edi curavimus, Salmasiana emendatio est.

— *Ἔταμόν [τε καὶ ἐξ ἱστῶν] ἐρύσαντο.*] Quae uncis istis inclusa cernis, neque sunt in MSS. neque editis. Sic tamen locum hunc supplendum putavit Salmasius ad Iul. Capitolinum. Ad marginem sui Stephani haec verba sic concipit: *ἐτάμοντο καὶ ἐξ ἱστοῦ ἐρύσαντο*. Non possum hic reticere doctissimum Falkenburgium in suis ad Nonnum notis, hunc locum sollicitasse, non invenuste neque indocte censentem, lacunam hunc in modum posse repleri:

Αὐτῆμαρ δ' ἐτάμοντο καὶ αὐτῆμαρ ἐρύσαντο.

Cum itaque MSS. codices nihil iuvent, et ego adeo divinus non sim, ut certo sciam, cuiusnam Clarissimorum horum virorum 288
emendatio proxime ad antiquam lectionem accedat, totum ne- b
gotium acerrimo lectorum iudicio committo.

— *Κορομάνιοι.*] In omnibus editis tantum ultima vocabuli pars conspicitur, nempe *Μάνιοι*. Salmasius ex coniectura locum ita replevit in margine sui Stephani, quare hanc vocem notis quibusdam a contextu separavi.

Δασέαι, πόλις Ἀρκαδική.] Pausanias in Arcadicis aliquoties de hac urbe mentionem facit, sed eius nomen effert numero plurativo ac genere, ita enim ille: *Αὐτόθεν δὲ εἰς ἐρείπια ἄλλα τὰ Δασέων ἑπτά εἰσι στάδιοι, τοσούτοις δὲ ἐκ Δασέων πρὸς τὸν*

Ἀκακήσιον ὀνομαζόμενον λόφον. Itaque passim apud Pausaniam reperitur *Δασέα*, non vero *Δασέαι*.

— *Δασυνώτης, ὡς Καφυώτης.*] Haec constans est librorum MSS. et editorum lectio, sed pessime contaminata. Legendum sine dubio, ut etiam monet Salmasius: *Τὸ ἐθνικὸν, Δασεάτης, ὡς Καφυάτης.* Ita enim debere legi liquet in voce *Καφυῖα*, ubi noster sic inquit: *ὁ πολίτης, Καφυεὺς, καὶ Καφυάτης, ὡς Καρυάτης.* Praeterea non solent Arcades gentilia sua in *ωτης* terminare, sed in *ατης*, quod noster non obscure innuit in voce *Δελφοὶ*, ubi circa finem sectionis haec habet: *Ἔστι καὶ Δελφουσία πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Ἀνδροτίων ἐν β' Ἀτθίδος. Ἐθνικὸν, Δελφουσιάτης τῷ τύπῳ τῆς χώρας.*

Δασκύλιον.] Diversissime haec vox antiquis scriptoribus exaratur. Ptolemaeo *Δασκύλειον*, Melae, Straboni et aliis genere masculino *Δάσκυλος*, nostro vero *Δασκύλιον* dicitur. Innumerae urbes utramque terminationem habent; asserente id Cl. Vossio ad Melam, qui *Δασκύλιον* praeferre videtur, ita exigente analogiae ratione: nam a *δασκὸς*, quod idem est ac *δασὺς*, fit *Δάσκυλος*, quomodo cum alii, tum etiam Gygis pater vocabatur. Inde *Δασκύλιον*.

— *Ἐστὶ καὶ ἑτέρα πόλις* etc.] Cum ipse noster de situ ne verbum quidem addat, difficile quis coniectando eum indicaverit. Fuit prope Cardiam *Δασκύλου κώμη*, de qua praeter Pausaniam etiam meminit Athenaeus. Hunc vicum si non innuat noster, aliam urbem alii quaerant.

289 — *Περὶ Βιθυνίαν*] Cod. Vossian. *Τετάρτη Βιθυνίας*, quod
a omnino non est improbandum. Haec omnium urbium, quas recenset hac sectione Stephanus, in geographorum scriptis est notissima. Imo vix crediderim, tot urbes hac appellatione isto tractu, a Caria per Ioniam et Aeolidem, Bithyniam usque procedendo, inveniri, praesertim aliis geographis de iis silentibus. Bithyniacae urbis situm habemus apud Melam lib. I. cap. XIX. *Trans Rhyndacum est Dascylos, et, quam Colophonii collocavere, Myrlea.* Vide quoque Plinium lib. V. cap. XXXII. Strabonem, Const. Porphyrog. et alios. Verum noster regiunculam illam, in qua sita fuit *Δάσκυλον*, quod etiam *Δασκύλειον* vocat, Bryllida appellatam fuisse perhibet, ita enim ille in voce *Βρύλλιον. Τὸ θηλυκὸν Βρυλλὶς, ἡ χώρα, ἐν ᾗ Δασκύλειόν ἐστι μικρὸν πολισμάτιον.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Δασκυλίτης.*] Goltzius lustravit numisma Galbae cum inscriptione, *ΔΑΣΚΥΛΙΤΩΝ.*

— *Δασκυλίτης λίμνη.*] Ita quoque Eustathius ad Homeri Boeotiam hunc stagnum appellavit: *Ἀφνειοὺς δὲ λέγει οὐχ οὕτω*

τοὺς πλουσίους, ὅσον τοὺς περὶ τὴν Ἀφνῖτιν λίμνην κατὰ τοὺς παλαιούς· καὶ γὰρ οὕτω φασὶ καλεῖται ἡ Δασκυλίτης. Verum et apud nostrum et apud Archiepiscopum Thessalonicensem rescribendum iudico, Δασκυλῖτις, ut aliqua inter gentile et nomen lacus observari possit differentia. Etiam regio Dascylo circumiacens, Dascylitis appellatur a Dionys. Halicarnasseo lib. I. Εἰς τὴν Δασκυλῖτιν καλουμένην γῆν, ἔνθα ἐστὶν ἡ Ἀσκανία λίμνη.

— Εὐδαίμων] Notissimum illud Grammatici veteris nomen imperiti librarii in Εὔδαιμος mutarunt, quod omnes repraesentant editiones vulgatae.

Δάσκων, Σικελίας χωρίον.] Fuit non tantum castellum, sed etiam sinus hoc nomine, de quo Diod. Siculus lib. XIII. Ὁ δ' Εὐρυμέδων ἐπιχειρήσας περιπλεῖν τὸ κέρας τῶν ἐναντίων, ὡς ἀπεσπάσθη τῆς τάξεως, ἐπιστρεψάντων ἐπ' αὐτὸν τῶν Συρακουσίων, ἀπελήφθη πρὸς τὸν κόλπον τὸν Δάσκωνα. Vide porro Cluverium lib. I. Sicil. Antiq. cap. XIII.

— Πλημμύριον.] Suo loco et ordine scribitur haec vox cum simplici *M*.

Δασσαρῖται, ἔθνος Ἰλλυρίας.] Si Polybii auctoritas, quem testem noster allegat, sequenda est, hoc loco legendum foret Δασσαρῆται: nam aliquoties horum regio Δασσαρῆτις appellatur lib. V. in quam scripturam quoque Livius passim consentit. Hos post Parthinos collocat Plinius lib. III. cap. XXIII. *A Lisso Macedonia provincia, gentes Parthini, et a tergo eorum Dassaretae.* Cum Parthinis quoque coniunguntur a Pom. Mela lib. II. cap. III. *Parthini et Dassaretae prima eius tenent: sequentia Taulantii, Encheliae, Phaeaces.*

— Δασσαρατῖνος.] Ita legunt vulgati omnes; sed melior mihi videtur scriptura codicis Vossiani; in eo enim inveni Δασσαριτῖνος.

Δᾶτον, πόλις Θρᾴκης.] De urbis conditore et situ haec habet Scylax: Νεάπολις κατὰ ταύτην· Δᾶτον πόλις Ἑλληνίς, ἣν ᾤκισεν Καλλίστρατος Ἀθηναῖος etc. refert tamen Eustathius ad Dionysium, Thasios eo coloniam duxisse: Καὶ Θάσος, ἥτις καὶ χρυσία εἶχέ ποτε, καὶ τὸ Δᾶτον συνῴκισε, πόλιν ἔνδοξον περὶ τὴν τοῦ Στρύμονος παραλίαν· ἀφ' οὗ παροιμίαν οἱ παλαιοί φασι, Δάτος ἀγαθῶν, ὡς τὸ ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Appiano Alexandrino Datus eadem urbs est quae Philippi, sic enim ille lib. IV. Civil. Οἱ δὲ Φίλιπποι πόλις ἐστὶν, ἣ Δᾶτος ὠνομάζετο πάλαι. Verum apud Strabonem in Eclogis libri VII. ut diversae, describuntur, sed utraque aurifera. Etiam huius urbis meminit Hesychius, ultimam non cum Scylace et Stephano in ον, sed in ος terminans: Δᾶτος, ὁ τρυγητός, ἡ πόλεως ὄνομα ὑπὸ Λακε- 289 b

[redacted]

δαιμονίων. Verum quid audio? Quis antiquorum Datum sub Lacedaemoniorum potestate fuisse statuit? Aut Hesychius toto coelo errat, aut eo loco rescribendum, ὑπὸ Μακεδόνων. Nam Philippus Macedoniae rex, expugnata Potidaea, ad Crenidas (etiam hoc nomine Datum insigniebatur) profectus est, et de nomine suo Philippos appellavit. Aurifodinas in illa perquam tenues et obscuras eo provexit, ut plus quam cIↄ talentûm reditum adferrent. Vide Diod. Siculum lib. XVI. Strabonem in Excerptis lib. VII. Stephanum in voce Φίλιπποι. Imo Thracas sub Macedonum, non vero sub Lacedaemoniorum potestate fuisse, manifeste addiscimus ex Iustino lib. XI. *Reputantes nunc provocatam Asiam: nunc Europam nondum perdomitam; nunc Illyrios, et Thracas, et Dardanos, caeterasque barbaras gentes fidei dubiae et mentis infidae, qui omnes populi si pariter deficiant, resisti nullo modo posse.* Imo cum Cersobleptes Thracum rex ad Hellespontum agros et urbes vastabat, Philippus magnum in eum exercitum duxit, et multis praeliis victor, Barbarum bello domuit, et ad decimas Macedonibus persolvendas adegit, referente Diod. Siculo lib. XVI. ex Theopompo Chio, qui de rebus gestis Philippi libros conscripsit. Sed cum supra mentionem fecimus de aurifodinis, operae pretium existimo de illis aliquid subiicere. Diodorus eas in ipsa urbe collocat, sed Plinius etiam earum inventorem innuens, illas ad Pangaeum concipit, montem, teste Dione, iuxta Philippos sive Datum. Plinius lib. VII. cap. LVI. *Auri metalla (invenit) et conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem.* Quare obiter notandus est Iustinus, contra omnium fidem perhibens, Philippum argenti, non vero aurifodinas occupasse, ita enim ille lib. VIII. *Inde quasi omnia, quae agitasset animo, ei licerent, auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat.*

— Ἡρόδοτος ἐννάτῃ.] In omnibus libris pessime ac cum lacuna legitur: Ἡρόδοτος πέμπτῃ. * δὲ τοῦτό φασιν etc. Instaurationem huius loci debemus Cl. Vossio criticorum facile principi.
290 pi. Fortassis hunc locum Herodoti innuit Stephanus: Ὑπὸ Ἠδω-
a νῶν ἐν Δάτῳ, περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεόμενον.

Δαυλὶς, πόλις Φωκίδος.] Libri Palatini et Vossianus: Δαυλίδα, πόλις Φωκίδος. Sed pessimo errore, quem tamen editiones Aldina Florentinaque eodem modo repraesentant. Urbs sita erat in excelso tumulo, qui fortassis etiam Parnassi pars fuit. Hinc est quod Etymologici Mag. Auctor asseveret, Daulida in Parnasso ipso sitam fuisse; Δαυλὶς, πόλις ἐν τῷ Παρνασσῷ κειμένη. Imo ex Daulide ad Parnassi iuga adscenditur, quod affirmat Pausanias in Phocicis: Ἔστι δὲ καὶ ἄνοδος διὰ τῆς Δαυλίδος

ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνασσοῦ. Urbem excelso loco fuisse etiam testis est Livius, nam in expeditione T. Quintii lib. XXXII. de illa sic scribit: *Anticyra haud multum in oppugnando praebuit morae. Ambrysus inde Hyampolisque receptae. Daulis quia in tumulo excelso sita est, nec scalis, nec operibus capi poterat.* Sic quoque Strabonis testimonio evincitur, Daulidem ad Parnassum esse locandam, sic enim ille lib. IX. *Αὐτὴ γὰρ ἡ Κρίσσα τῆς Φωκίδος ἐστὶν ἐπ' αὐτῆς ἱδρυμένη τῆς θαλάσσης, καὶ Κίῤῥα καὶ Ἀντίκιῤῥα, καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ συνεχῆ κείμενα χωρία πρὸς τῷ Παρνασσῷ, Δελφοί τε καὶ Κίρφις, καὶ Δαυλίς.* Sed deinde situm accuratius describit, urbem ponendo versus ortum solis a Delphis: *Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς, ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς πολίχνιον, ὅπου Τηρέα τὸν Θρᾷκα φασὶ δυναστεῦσαι, καὶ τὰ περὶ Φιλομήλαν καὶ Πρόκνην ἐκεῖ μυθεύουσι.* Haec verba oppidi situm satis accurate describentia, etiam Archiepiscopus Thessalonicensis in suos ad Homeri Boeotiam commentarios transtulit.

— *Ἐν ᾗ κατὰ Πρόκνην* etc.] De hac fabula, cum illa ex mythicae theologiae doctoribus lippis et tonsoribus sit notissima, operose non agam; suffecerit obiter notasse Tzetzen ad Hesiodum, gravissime lapsum, statuendo in Aulide Boeotiae hanc contigisse; sic enim ille: *Λαμβάνει καὶ τὴν Φελομήλαν ἀπάγειν πρὸς τὴν Πρόκνην ἐς Θρᾴκην. ἐν Αὐλίδι δὲ τῆς Βοιωτίας ἀποπαρθενεύει καὶ ταύτην.*

— *Οἱ δ' ὕστερον Δαύλειάν φασι.*] Codex Vossianus et Palatini exhibent, *Οἱ δ' ὕστερον, Δαυλῖδα φασι.* Ex qua scriptura Salmasius ad oram sui libri hanc lectionem conficit: *Οἱ δ' ὕστερον Δαύλιάν φασι.* Pessime et voce mutilata in vulgatis hodie conspicitur, *οἱ δ' ὕστερον Δαυλῖ φασι.* Ego vero edendum putavi *Δαύλειαν*, quae prisca fuit scriptura, quamque Eustathius sua aetate in Stephani codicibus invenit, ita enim ille ad Iliad. *B.* pag. 274. *Οἱ δὲ ὕστερον, Δαύλειαν αὐτὴν φασὶ προπαροξυτόνως καὶ διὰ διφθόγγου, ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας λέγει.* Haec cum Archiepiscopus evidentibus verbis constanter asseveret, non dubito, quin olim quoque apud Strabonem et alios haec per diphthongum scribendi ratio obtinuerit, quanquam passim *Δαυλίαν* invenias; ita enim Strabo lib. IX. *Τοὔνομα δὲ τοῦ τόπου γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· Δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση· Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δὲ ὕστερον Δαυλίαν.* Sophocles in Oedipo Tyranno urbem etiam sic appellat:

Φωκὶς μὲν ἡ γῆ κλῄζεται, σχιστὴ δ' ὁδὸς
Ἐς τ' αὐτὸ Δελφῶν κ' ἀπὸ Δαυλίας ἄγει.

Verum cum hic de varia urbis appellatione mentionem facimus, 290
b

[redacted]

non possum quin addiderim, alios inveniri auctores gravissimos, qui eam Δαύλιον nuncupent. Polybius lib. IV. Φωκέων δὲ, διότι στρατεύσαντες ἐπ' Ἄμβρυσον καὶ Δαύλιον. Eodem prorsus modo Const. Porphyrogenneta lib. II. Them. v. hanc urbem appellavit. Etiam Strabo, libro iam aliquoties citato, ea voce usus est; verum pro Daulienslum ditione posuit; Τὸ δὲ Δαύλιον παρατείνειν ἔφη ἑξήκοντα στάδια μέχρι τοῦ Ὑφαντείου, ἐφ' ᾧ κεῖται ὁ Ὀρχόμενος.

— Ἀπὸ νύμφης Δαυλίδος.] Addam verba Pausaniae ex Phocicis: Τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει τεθῆναι λέγουσι ἀπὸ Δαυλίδος νύμφης· θυγατέρα δὲ εἶναι τοῦ Κηφισσοῦ τὴν Δαυλίδα· τοῖς δὲ ἐστὶν εἰρημένον, ὡς τὸ χωρίον, ἔνθα ἡ πόλις ᾠκίσθη, παρείχετο συνεχῆ δένδρα, καλεῖσθαι δὲ τὰ δασέα ὑπὸ τῶν πάλαι Δαύλια. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ Αἰσχύλον τοῦ Γλαύκου τοῦ Ἀνθηδονίου γένεια ὑπήνην ὀνομακέναι δαῦλον. Non possum, ut hoc in transitu dicam, horum verborum ultimam partem transilire, quorum versionem Amasaeus hunc in modum concinnat: *Et ex eo Aeschylum Glauci Anthedonii montem Daulum dixisse.* Ubi terrarum fuerit mons ille Glauci Anthedonii, nemo ex geographis addiscet. Ille Aeschyli locus integer exstat apud Etymologici Mag. Auctorem in Δαυλὶς, unde non exigua Pausaniae verbis lux affulget: Εἴρηται δὲ διὰ τὸ πολὺ δάσος ἔχειν. δαῦλον γὰρ τὸ δασύ· Αἰσχύλος.

Δαῦλος ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν,

Huius versiculi partem etiam Eustathius allegavit: sed hi auctores τὸ δαῦλος ὑπήνη interpretantur *barbam hispidam et hirsutam,* quam Glaucus, ut arbores non amputatae, promittebat. Sed ad rem revertamur. Fluctuat igitur Pausanias, utrum deducendum sit illud urbis etymon a nympha Daulide, an vero a densitate arborum, qualia loca veteres Daulia appellabant. Strabo hanc nympham ignorans, illud derivat a densitate arborum, ita enim ille lib. IX. Τοὔνομα δὲ τοῦ τόπου γεγονέναι ἀπὸ τοῦ δάσους· δαυλοὺς γὰρ καλοῦσι τὰ δάση. Pari modo Eustathius ad Homerum pag. 274. Δασεῖα δὲ ἡ πόλις καὶ σύμφυτος· ὅθεν καὶ τὴν κλῆσιν ἔλαχε· δαῦλον γὰρ τὸ δασὺ ἔλεγον προπερισπωμένως, ὡς δηλοῖ Παυσανίας, εἰπὼν δαῦλον τὸ δασύ· ἡ προτέρα περισπᾶται· Αἰσχύλος· Δαῦλος δ' ὑπήνη. Addit Eustathius quosdam opinari, urbem id nomen invenisse a tyranno quodam Daulide: Κατὰ δὲ ἑτέρους, ἀπὸ Δαυλιέως τυράννου ἐκλήθη οὕτως. Sed praeter iam commemorata etyma, aliud nobis suppeditat Etymologici Mag. auctor, quod urbi hanc ob causam esset impositum, quia Tereus geminas sorores ibidem συνηυλίσθη sive suo contubernio exceperit. haec sunt ejus verba; Δαυλὶς πόλις etc. ἢ Δαυλίδα, ὅτι ταῖς δύο ἀδελφαῖς ἐκεῖ συνηυλίσθη ὁ Τηρεύς· [illegible]

καί τινες Δαυλιάδα καλοῦσι· καὶ ἡ πόλις δὲ νῦν Δαυλία καλεῖται. Diximus praecedente commentario urbem veteribus appellari Δαυλὶς, Δαύλεια, Δαυλία et Δαύλιον; verum hic numerus ex allegato augeri potest, nam etiam dicta fuit Διαυλὶς (unde Δαυλὶς facta syncope prominasse videtur) et Δαυλιάς.

— Δαυλιεῦσι δὲ ἱερὸν etc.] Haec ipsissima sunt Pausaniae 291
verba ex Phocidis descriptione desumpta. a

— Τὸ ἐθνικὸν, Δαυλίδιος.] Libri calamo exarati, ut et editiones, quotquot elapso seculo in lucem prodierunt pessimo errore exhibent, τὸ ἐθνικὸν, Δαύλιδος. Tria Stephanus vel gentilia, sive oppidani nomina format, Δαυλιεὺς scilicet et Δαύλιος, denique etiam Δαυλίδιος. quod tamen in contextum non mea, sed Eustathii auctoritate inductus recepi, qui nobis ita haec gentilia sarta tecta ex Ἐθνικογράφῳ conservavit, ita enim ille ad Iliad. B. pag. 274. Διὸ πολίτης αὐτῆς, Δαυλιεὺς καὶ Δαύλιος καὶ Δαυλίδιος. Primum gentile usurpavit Aeschylus in Χοηφόροις, ubi Orestes sic introducitur:

Ξένος μέν εἰμι Δαυλιεὺς ἐκ Φωκέων.

Huc etiam refer locum hac sectione a Stephano ex Pausania citatum, et similia apud Strabonem quoque et alios occurrunt. Τὸ Δαύλιος reperitur apud Herodotum lib. VIII. Καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων etc.

— Ὀξύνεται τὸ Δαυλίς.] Etiam haec hausit Eustathius ex Ethnicographo, ita enim ille ad Iliad. B. Τὸ δὲ Δαυλὶς, ὀξύνεται καθὰ καὶ ἡ Αὐλὶς, τὸ τοπικόν· ἡ γὰρ αὖλις, ὡς προεῤῥέθη, αἰολικῶς βαρύνεται.

Δαύνιον, πόλις Ἰταλίας.] Quamvis non improbabile videtur, Daunum Diomedis socerum in Italiam appulsum, urbem de suo nomine condidisse; non possum tamen mihi persuadere rem ita se habere; nam de illa aliquis antiquorum, qui Dauniam tam accurate describunt, mentionem fecisset. Itaque existimo τὸ Δαύνιον, si Stephanus hoc in prisci aevi scriptore invenerit, non debuisse accipi pro urbe, quam sedulo investigando nusquam reperies, sed pro Dauniorum ditione, quemadmodum huiusmodi neutra saepissime usurpantur. Supra pag. 290. ad vocem Δαυλὶς, locum huic non dissimilem ex Strabone produxi, ubi τὸ Δαύλιον pari ratione de Daulienisium ditione interpretandum est.

— Ὑπὲρ Λακίου Δαυνίου τ' ᾠκισμένην.] Constanter sic exhibent libri MSS. et editiones ante Xylandrianam adornatae. Minime probo lectionem Xylandro divulgatam: Ὑπὲρ Λατίνους, Δαυνίους τ' ᾠκισμένην. Scholiastes tamen ita olim hunc locum videtur legisse; verum absurditatem eius animadvertit, quia

sic Lycophron Aborigines et Latinos pro diversa gente haberet.
291 Nostram, quam divulgavimus, lectionem etiam Canterus ad hunc
b versiculum non improbat. Interim mihi suspectum mansit τὸ Δα-κίον, quod mutatum vellem in Δακινίον, si versiculi modulus non obstaret. Sed potius ἀπέχω, donec aliunde lux affulgeat.

— Δαυνικὴ κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶται.] Hic locus in MSS. et editis profligatissime corruptus circumfertur, quod animadvertens Salmasius, cum ad marginem sui libri ita emendare conatur: Καὶ Δαυνῖται κατὰ συγκοπὴν, ἀπὸ τοῦ Δαυνιᾶ-ται. Hanc emendationem si quis approbaverit, toto coelo non errabit. Eos enim sic appellavit Strabo libro VI. Δύο δ' εἰσὶ, μία μὲν ἡ μιονικὴ διὰ Πευκετίων, οὓς Ποιδίκλους καλοῦσι, καὶ Δαυνιτῶν, καὶ Σαυνιτῶν, μέχρι Βενεουέντου.

— Δαύνιον τεῖχος, πόλις Θρᾴκης.] Inserui voculam πόλις, ex codice Vossiano revocatam. In vulgatis enim legebatur: Ἔστι καὶ Δαύνιον τεῖχος Θρᾴκης. Non longe a Scempsa abfuisse videtur. Vide Steph. ea in voce.

Δαύσαρα. Αὐαρηνός.] Pessime in omnibus editionibus excusum reperi, Ἀναρηνὸς, facili scribarum et typothetarum lapsu. Vide nostrum in voce Αὔαρα.

Δάφνη, προάστειον.] Locus est toto terrarum orbe celeberrimus: praestat de eo silere quam pauca dicere. Elegantissimam eius descriptionem exhibet Magnus Casaubonus ad Iulium Capitolinum, quem si quis legerit, oleum et operam omnino non perdet.

— Δαφνητικὸν, κτητικόν.] Salmasius ad Vulcatium legit Δαφνιτικὸν, quod meo iudicio praeferendum. Videtur id possessivum usurpasse idem Vulcatius in Avidio Cassio: *Exstat de hoc epistola divi Marci ad praefectum suum talis. Avidio Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, et Daphnicis moribus agentes.* Pro *Daphnicis moribus*, forte rescribendum censet vir summus *Daphnitis moribus;* sed quam ob causam ipsi non placuerit *Daphniticis moribus*, rationem nullam video. Mores Daphnitici erant luxuriosissimi, et omni delitiarum genere diffluentes: fuit enim illud amoenissimum suburbium voluptatibus adeo infame, ut modestioribus ac frugi inaccessum scribant Chrysostomus et Sozomenus, observante Casaubono ad locum iam citatum.

— Λυκίας χωρίον.] Videtur noster innuere oppidum nomine Daphnus, quod sua aetate iam interiisse scribit Plinius lib. v. cap. XXIX. *Interiore intus Daphnus et Hermesia, et Sipylum, quod antea Tantalis vocabatur, caput Maeoniae.*

— Πλησίον Πηλουσίου.] Distat a Pelusio, teste Antonino in

Itinerario, XVI. M. P. Herodotus libro II. huius meminit, sed numero multitudinis effert; Ἐπὶ Ψαμμητίχου βασιλέως φυλακαὶ κατέστασαν ἔν τε Ἐλεφαντίνῃ πόλει πρὸς Αἰθιόπων, καὶ ἐν Δάφνῃ- 292
σι τῇσι Πηλουσίῃσι. Eustathius ad Dionys. pag. 118. Ὅτι πρὸς a
τῷ Πηλουσιακῷ τοῦ Νείλου στόματι χωρίον τὶ πληθυντικῶς Δάφνη λέγεται παρὰ τῷ Ἡροδότῳ.

— Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη.] Hunc locum usque ad finem sectionis longe alio modo repraesentat Vossianus calamo exaratus: Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη, φαινομένη ἐπὶ στόματι τοῦ Πόντου ἐν ἀριστερᾷ, ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν, ὃ λέγεται Σέργιον. Non audentes librarii hic duo diversa loca statuere, illa verba, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι. ἔστι καὶ προάστειον Δάφνη ἐν τῷ στόματι τοῦ πόντου, tanquam otiosa atque inania praetermisere. Verum lectio hactenus vulgata non videtur vituperanda, quam olim quoque Thessalonicensis Archiepiscopus in Stephani codicibus reperit, ita enim ille ad Dionysium pag. 118. Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἑῴας Ἀντιοχείας τὴν Δάφνην ταύτην εἰπών· λέγει καὶ ἄλλην εἶναι Δάφνην, χωρίον Λυκίας· καὶ λιμένα Δάφνην ἐν τῷ στόματι τοῦ Πόντου, ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι· καὶ προάστειον δὲ αὐτόθι που ἐν ἀριστερᾷ ἐπὶ τὸν ἀνάπλουν ἀνιοῦσιν. Manifestissime etiam distinguit inter portum et suburbium non procul a se invicem distantes.

Δαφνοῦς, Φωκικὴ πόλις.] Non semper pertinuit haec urbs ad Phocensium ditionem, posterioribus enim temporibus Locris adscripta fuit. Strabo lib. IX. Ὁ γὰρ Δαφνοῦς ἦν ποτὲ τῆς Φωκίδος, σχίζων ἐφ' ἑκατέρα τὴν Λοκρίδα, καὶ μέσος ταττόμενος τοῦ τε Ὀπουντίου κόλπου καὶ τῆς τῶν Ἐπικνημιδίων παραλίας· νῦν δὲ Λοκρῶν ἐστιν ἡ χώρα· τὸ δὲ πόλισμα κατέσκαπται. Alia praeterea habet Strabo de situ huius urbis, quae apud ipsum videri possunt. Hoc addam ex Scholiasta ad Euripidis Oresten, Hyampolitas et Opuntios de hoc oppido inter se rixas movisse: Μετὰ δέ τινας χρόνους Ὄρνυτος ὁ Σισύφου ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἀονίας αὐ- 292
τόσε, καὶ πολεμοῦντας εὑρὼν Ὑαμπολίτας πρὸς Ὀπουντίους Λο- b
κροὺς περὶ Δαφνοῦντος, συμμαχήσας τε ἐνίκησεν καὶ ἦρξεν αὐτῶν.

— Δαφνούσιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ.] Editiones Aldina Florentinaque constanter exhibent, Δαφνούδιον, de quo nihil statuo, quia aliam opem hic locus desiderare videtur.

Δαχαρηνοί. Σημαίνει δὲ τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικούς.] Instaurationem huius loci debemus Nicol. Fullero lib. IV. cap. XX. Miscel. Sac. confirmanti suam sententiam verbis Eustathii ad Dionysium: Ὁ δὲ τῶν Ἐθνικῶν ἀναγραφεὺς λέγει, ὅτι καὶ Δαχαρηνοὶ τὸ τοιοῦτον ἔθνος ἐκλήθη, ὅ ἐστιν ἀρσενικοί. Nomen hoc Dachareni

accepere ab Arabico ذكر Dachar, marem vel masculum denotante, quia non ut caeteri Arabes ἁβρόβιοι, mollitia scilicet infames, animos gererent imbelles ac muliebres, sed mares sive viriles ad bella fortiter suscipienda et conficienda. Etiam alii ex hac emendatione lauréolam quaesiverunt, sed revera tanti non est, ut tot clara nomina ei praescribi mallent. Vide Seldenum de Diis Syris syntag. II. c. IV. et Bochartum de Anim. Sac. Script. p. 535. part. prim. Non possum tamen reticere et Salmasio hanc correctionem in mentem venisse, rescribenti pro ἀρσενικῶς, quod omnes editi et MSS. repraesentant, ex Eustathio ἀρσενικοὶ, ut in margine sui Stephani videre est.

Δεσιλοί.] Chartaceus Vossianus, Δάσιλοι. Sed ordinem elementorum non servat.

Δειπνιάς. Δειπνιὰς ἔνθέν μιν etc.] Ad hunc locum ita annotavit Salmasius in ora sui libri: lege, Δειπνιὰς ἔνθέν μιν δὲ δεδέχατάι, vel ut in MSS. habetur, δειδείχαται. In Vossiano etiam
293 inveni δειδέχαται. Addam locum ex Etymologico Mag. ubi haec
a vox illustratur: Δεδέχαται· ἐκ τοῦ δέχω, δέξω, δέδεχα, δέδεγμαι, δέδεξαι, δέδεκται· καὶ Ἰωνικῶς, δεδέχαται· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι δειδέχαται.

— Ἀφροδισιεὺς] Pessime exhibet Florentina editio, Ἀφροδιεύς.

Δειράδες. Δειραδιώτης.] Hinc Apollo cognomento *Deiradiotes*, de quo Pausanias in Corinthiacis. Descriptionem vero tribus lege apud Meursium.

Δειρή. Στράβων ις'.] Mutavimus libri numerum; in omnibus enim libris, cum MSS. tum editis, pessimo errore inveniebatur Στράβων ιέ. Innuit noster locum Geographi lib. XVI. hisce verbis: Ποιεῖ δὲ ἄκρα τὰ στενὰ πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν, Δειρὴ καλουμένη, καὶ πολίχνιον ὁμώνυμον αὐτῇ. Ad hoc promontorium sive urbem, fauces Arabici sinus tantum sunt LX stadiorum, quod eodem libro docet Strabo paucis interiectis versibus: Τὰ δὲ κατὰ Δειρὴν στενὰ συνάγεται εἰς σταδίους ἑξήκοντα. Eundem stadiorum numerum statuit Agathemerus lib. I. cap. III. Τὰ δὲ κατὰ Δειρὴν στενὰ σταδίων ξ. Male ibidem legitur Δείρην. Scio rem esse non magni momenti accentum emendare, parit tamen huiusmodi error nonnunquam ingentes difficultates. Aliud enim est Δειρή, aliud vero δείρη. Vide Eustathium hac de re circa finem in commentariis ad Odyss. ω.

Δεκέλεια, Δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος.] Agis contra Athenienses bellum gerens, hic castellum aedificavit teste Pausania lib. III. Ἐνέβαλε δὲ καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν συνεχῶς ὁ Ἆγις στρατιᾷ,

καὶ ἐπετείχισε φρούριον Ἀθηναίοις τὸ ἐν Δεκελείᾳ. Deceliam fuisse a Lacedaemoniis minutam cum Alcibiades ad eos transiisset, testatur etiam Nepos in eius vita: *Deinde Deceliam in Attica munierunt, praesidioque perpetuo ibi posito, in obsidione Athenas tenuerunt.* Hinc *Δεκελεικὸς πόλεμος, ὁ Πελοποννησιακός. ἀπὸ μέρους τὸ τελευταῖον· τὸν αὐτὸν δὲ καὶ Ἀρχιδάμειον· Δεκελεικὸν μὲν, καθὸ Δεκέλεια Ἀθηναίοις ἐπετειχίσθη· Ἀρχιδάμειον δὲ ὅτι Ἀρχίδαμος αὐτοῦ ἡγεῖτο.* De bello Deceliano vide Diod. Sicul. lib. XIII.

— *Ἀπὸ Δεκέλου τοῦ ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις.*] Ab omnibus editionibus aberat vox *Δεκέλου*, quam ut summopere necesssariam ex libris Palatinis revocavimus. Quod etiam bene coniecturavit Meursius lib. de Demis Atticis. Totam huius rei historiam narrat pluribus Herodotus lib. IX. *Δεκελέων δὲ τῶν πότε ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθη-* 293
ναῖοι λέγουσι· ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδα- b
ρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθεϊ, καὶ ἀνίστασαν τοὺς δήμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι καὶ τοὺς Δεκελέας· οἱ δὲ αὐτὸν Δέκελον ἀχθόμενόν τε τῇ Θησέος ὕβρι, καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηγησάμενόν σφι τὸ πᾶν πρῆγμα, κατηγήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας. Vide plura apud ipsum Herodotum, Polyaenum, Frontinum et alios.

— *Δεκελειεύς.*] Populare nomen apud Herodotum est loco iam citato *Δεκελεύς.*

— *Δεκελειᾶθεν.*] Et hoc locale nomen non respondet ei, quod apud Herodotum reperitur, qui inde deduxit, *Δεκελῆθεν.*

— *Τὰ γὰρ ἀπὸ ὀξυτόνων.*] Quia τὸ *Δεκέλεια* nusquam in fine cum accentu notatur, hinc est quod censeam, hunc locum in mendo cubare, et rescribendum; *τὰ γὰρ ἀπὸ προπαροξυτόνων εἰς α, ἢ εἰς η γιγνόμενα.* Vide quae supra ex Etymologici Mag. Auctore citavimus. Praeter populare nomen et localia, etiam invenitur duplex possessivum *Δεκελεικὸς* et *Δεκελειακὸς*, quae eodem modo formantur, uti a *βοῦς βοὸς, βόειος* et *βοιακὸς*, ut docet idem auctor.

Δεκέντιοι.] Non legimus Decentium aliunde coloniam in Pannoniam duxisse, itaque suspicari licet, gentem aliquam in honorem Decentii antiquum nomen abolevisse, et novum adoptasse.

— *Μαγνεντίου δ' ἀδελφοῦ.*] Optime Decentium et Magnentium fratres statuit, licet Zosimus eos alio consanguinitatis gradu describat. Aurel. Victor lib. de Caesaribus: *Sed iam antea cum*

externi motus suspectarentur; Magnentius fratri Decentio Gallias, Constantius Gallo, cuius nomen suo mutaverat, Orientem, Caesaribus commiserant. Vide praeterea Eutropium lib. x. et Henr. Glareani in eundem annotationes.

Δεκίητον. Δεκιῆται.] Proprie sunt Ligyres. Plinius lib. III. cap. v. *Ligures celeberrimi inter Alpes, Sallyi, Deceates, Oxybii.* Veteres, et Graeci praesertim, totum Ligyrum tractum Galliam appellarunt, quin et ipsi Ligyres Galli Insubres dicti sunt. Verum tamen est, ut hic apud Stephanum liquet, veteres etiam illam Cisalpinam Romanorum Galliam saepenumero Ita-
594 liam nominasse. Oxybios et Deceatas saepe coniungit Polybius in
a Excerpt, Legat. cxxxiv. *Πολεμήσοντα τοῖς Ὀξυβίοις καὶ Δεκιήταις.* Strabo lib. IV. de Polybio: *Πολύβιος δὲ προστίθησι τοῖς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεχθεῖσι τότε τῶν Ὀξυβίων καὶ τῶν Δεκιητῶν.* Idem facit Florus lib. II. cap. IV. *Itaque cum diu multumque eluderet Salyus, Deciates, Oxybius, Eburiates, Ingaunus, tandem Fulvius latebras eorum ignibus sepsit.*

Δελματία, Ἰταλίας χώρα.] Nugae sunt et ineptiae, quas ad hunc locum comminiscitur Ortelius, teste Holstenio in annotationibus ad illius viri Geographiam, nihil tamen de sua opinione subiungente. Romani cum finitimas Italiae regiones imperio suo adiecissent belloque perdomuissent, non vetuerunt ut populi singuli antiquas appellationes retinerent, sed universos coegerunt, ut in commune Italorum nomen concederent. Locus in hanc rem elegantissimus est apud Iulianum in Orat. de reb. gest. Constantini: *Ῥωμαῖοι γὰρ ἐπειδὴ τῆς χώρας ἁπάσης ἐκράτουν, (ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ τό τε τῶν Ἐνετῶν ἔθνος καὶ Λίγυες τινὲς καὶ τῶν ἄλλων Γαλατῶν οὐ φαύλη μοῖρα.) τὰ μὲν ἀρχῇ σφῶν ὀνόματα σώζειν οὐ διεκώλυσαν, τῷ κοινῷ δὲ τῶν Ἰταλῶν ξυγχωρεῖν κατηνάγκασαν.* Hac vel simili interpretatione Stephanus videtur leniendus; nam quis nescit, Romanorum principes Italiae fines usque ad Polam Histriae oppidum produxisse? Vide ea de re testimonium Strabonis lib. VII.

Δέλτα. Νῆσος Αἰγύπτου.] Censetur pro parte Aegypti inferioris, inter Nili fossas extremas, Pelusiacam scilicet et Canopicam. Vide Strabonem lib. XVI. et Diod. Sicul. libro primo. Illa pars Aegypti in qua Delta sita est hodie adhuc appellatur *Errif*, de quo nomine eiusque significatu non contemnenda congessit Bochartus in suo Phaleg lib. IV. cap. XXIII.

— *Ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος,*] Strabo lib. XVII. *Καὶ καλεῖται Δέλτα διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος.* Sic solent aliquando geographi regionum figuram similitudine aliqua exprimere: sic Euxinus arcui assimilatur, Alexandria chlamydi militari, Ita-

[redacted]

lia hederae, Iberia pelli bovinae, Naxus ramo vineae, Peloponnesus platani folio, Sardinia vestigio hominis, et Libya trapezio. Plura vide apud Eustathium ad Dionysium.

Δελφοί, πόλις ἐπὶ τοῦ Παρνασσοῦ, πρὸς τῇ Φωκίδι.] Urbs fuit antiquissima et Homeri aetate iam celebris, qui eam appellat *Πυθὼν* in Catal. Navium:

Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.

Ad quem locum sic scribit Eustathius pag. 274. *Ἔκειτο δὲ ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφούς· ἡ δὲ Πυθὼ, πάλαι μέν ποτε Παρνασσία ἐκαλεῖτο νάπη, ἀπὸ Παρνασσοῦ ὄρους παρακειμένου· εἶτα Πυθὼν ἐκλήθη, διὰ τὸν ἐκεῖ τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος καὶ ταφέντα δράκοντα· ὡς ἐκ τοῦ πύθω τὸ σήπω* etc. *ὕστερον μέν τοι Δελφὶς ἡ Πυθὼν ἐκλήθη, ὅτε καὶ Δελφοὶ τὸ ἐκεῖ ἔθνος.* Perhibet etiam Apollonii Scholiastes Lycoriam dictam fuisse, et Delphenses Lycorenses, sic enim ille ad lib. II. *Ἄντρον ἐν Παρνασσῷ Κωρύκιον· κέκληται δὲ ἀπὸ νύμφης Κωρυκίας, ἧς καὶ Ἀπόλλωνος παῖς Λυκωρεύς. ἀφ' οὗ Λυκωρεῖς οἱ Δελφοί.* Sed clarius 294 b
hoc fit expressis verbis ad lib. IV. *Λυκωρείοιο· ἀντὶ τοῦ Δελφικοῦ· οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο, ἀπό τινος κώμης Λυκωρείας.* Sed de rei veritate postea ad illam vocem inquiremus. Verum enim vero, quamvis Delphi ab omnibus scriptoribus Phocidi adscribantur, ipsi tamen recusarunt Phocenses appellari, ut testatur Pausanias lib. IV. *Ἀλλὰ οἱ μὲν Στυρεῖς καλεῖσθαι Δρύοπες ὑπερφρονοῦσι, καθάπερ καὶ οἱ Δελφοὶ πεφεύγασιν ὀνομάζεσθαι Φωκεῖς.* Sita fuit haec urbs in Parnassi latere, quod sinum Corinthiacum, et Cirrham et Crissam spectat, ut liquet ex Strabone lib. IX. et ex Pausaniae Phocicis.

— *Ἐκ Πεντελησίων κατεσκεύασται λίθων.*] Hunc locum librarii pessime corruperant, in vulgatis enim et MSS. hunc in modum concipiebatur: *Ἔνθα τὸ ἄδυτον ἐκ πέντε κατεσκεύασται λίθων.* Ego multorum auctoritate inductus, non dubitavi in contextum recipere, quod nunc legitis; imo qui rem probe examinaverit, illud aegre non feret. Ex Aristophanis Scholiasta ad Nebulas manifestissimis verbis evincitur, templum hoc Pentelesiis lapidibus aedificatum fuisse. Describitur enim a Pausania in Atticis mons Pentelicus, et Pentelica latomia, unde *Πεντελήσιος λίθος*, quod marmor eo tempore erat satis celebre, et eius passim apud Pausaniam et alios memoria occurrit.

— *Ἔργον Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου.*] Horum meminit Strabo lib. X. *Τὸν δὲ δεύτερον Τροφωνίου καὶ Ἀγαμήδους ἔργον φασί.* Verum quod Geographo secunda vice, illud Pausaniae quarta positum est, ita enim ille in Phocicis: *Τέταρτος δὲ ὑπὸ Τροφωνίου μὲν εἰργάσθη καὶ Ἀγαμήδους, λίθου δὲ αὐτὸν ποιη-*

θῆναι μνημονεύουσι· κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῆς, ἣν Κροτωνιάτης ἐνίκα Διόγνητος. His celeberrimis artificibus, quid Apollo pro templi aedificatione persolverit, legimus apud Ciceronem lib. I. Tusc. Quaest. *Simili precatione Trophonius et Agamedes usi dicuntur: qui cum Apollini Delphis templum exaedificassent, venerantes Deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis, et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini, quibus Apollo se id daturum ostendit, post enim diem tertium, qui ut illuxit, mortui sunt reperti.* Antiquissima Dei aedes e lauro erecta traditur: altera auxilio apum e cera et pinnulis compacta fuit: tertium delubrum ex aere aedificatum perhibetur. Vide Pausan. lib. X.

— *Τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως τῇ πόλει.*] Vide Stephanum in voce *Ἀμφίδολοι.* Passim quoque numismata prostant cum hac inscriptione, *ΔΕΛΦΩΝ.* Etymologici Mag. Auctor: *Δελφοί, καὶ Δελφὸς ἀνὴρ, τὸ ἐθνικόν.*

— *Ὅτι Ἀπόλλων συνέπλευσε δελφῖνι εἰκασθείς.*] Sine dubio Stephanus in genuino opere integram illam de Apolline fabulam habuit, cuius Epitomator exiguam solummodo particulam attingit. Lubet eam ex Servio attexere, sic enim ille ad lib. III. Aeneid. *Inde cum Italiam peteret naufragio vexatus, Delphini tergo*
295 *exceptus dicitur, ac prope Parnassum montem delatus, patri*
a *Apollini templum constituisse, et a Delphino locum Delphos appellasse. Aras deinde Apollini tanquam patri consecrasse, quas ferunt vulgo Patrias dictas. Hinc ergo Delphinum aiunt inter sacrata Apollinis receptum.* Hanc fabulam longe alio modo et circumstantiis refert Etymologici Mag. Auctor, scilicet, Apollinem, Castalio viro Cretensi coloniam mittente, Delphini formam induisse, et navem in Crissaeum sinum perduxisse; sed eius verba apponam: *Δελφίνιος, ὁ Ἀπόλλων· ὅτι Κασταλίῳ τῷ Κρητὶ ἀποικίαν στελλομένῳ, ὁ Ἀπόλλων ὁμοιωθεὶς δελφῖνι, [illegible] τῆς νεὼς ἕως τοῦ Κρισσαίου κόλπου· καὶ ἐκεῖ κατοικήσας, [illegible] τῆσε τὸν τόπον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Δελφοὺς ἐκάλουν τοὺς [illegible] τας· τινὲς δέ φασιν, ὅτι ὁ Δελφὶς εἰς τὴν ναῦν ἦλθε, [illegible] τοῦτον τὸν τόπον ἐπήδησεν εἰς τὴν θάλασσαν.* Verum Plutarchus lib. de Sol. Anim. figmentum illud de mutata Apollinis forma refutavit: *Ὃν δὲ αὐτὸς ἑαυτῷ τόπον ἐξαίρετον ὁ θεὸς (ὁ Δελφίνιος Ἀπόλλων) πεποίηται, Κρητῶν ἀπογόνους οἰκοῦντας ἡγεμόνι δελφῖνι χρησαμένων, οὐ γὰρ θεὸς προενήχετο τοῦ στόλου, μεταβαλὼν εἶδος, ὡς οἱ μυθογράφοι λέγουσιν, ἀλλὰ δελφῖνα [illegible] τοῖς ἀνδράσι ἰθύνοντα τὸν πλοῦν κατήγαγεν εἰς Κίῤῥαν.*

Δελφίνιον. Θουκυδίδης ὀγδόῃ.] Noster hanc Thucydidis

[redacted]

locum innuit: *Οἱ δ' ἐκ τῆς Λέσβου Ἀθηναῖοι ἤδη διαβεβηκότες τὴν Χίον τῇ στρατιᾷ, καὶ κρατοῦντες τῆς γῆς καὶ θαλάσσης Δελφίνιον ἐτείχιζον.*

Δελθάνιοι, τὸ ἐθνικὸν, ὅμοιον.] Aliud gentile occurrit apud Tacitum lib. IV. Annal. scilicet DELTHENIATES, quae forma etiam Peloponnesi incolis satis est usitata. Addam integrum locum, ut pateat Messenios et Lacedaemonios aliquando inter se iurgia fovisse. *Auditae dehinc Lacedaemoniorum et Messeniorum legationes, de iure templi Dianae Limenetidis, quod suis a maioribus, suaque in terra dicatum; Lacedaemonii firmabant annalium memoria vatumque carminibus. Sed Macedonis Philippi, cum quo bellassent, armis ademtum; ac post C. Caesaris et M. Antonii sententia redditum. Contra Messenii, veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere, suoque DELTHENIATEM agrum, in quo id delubrum, cessisse.* Ita Meursius hunc locum restituit, quod nobis nequaquam displicet, quem 295
porro vide in Laconicis lib. I. cap. II. b

Δεξαμεναὶ, μέρος τῆς Ἀμβρακίας.] Difficulter quis dixerit, quid hoc loco Ambraciae nomine intelligat Stephanus, utrum urbem, an vero regionem, nisi aliunde lux affulgeat. Notissima est Ambracia urbs, sed partem aliquam sic vocatam habuisse, non liquido constat. Noster eodem modo loquitur de Achradina: *Ἄλλη δὲ Ἀχραδίνη μοῖρα Συρακουσῶν*, ubi tamen illa pars necessario urbi est accensenda. Sumi etiam de regione, liquet ex Etymologici Mag. Auct. *Ἀμβρακία πόλις Ἠπείρου, ἀφ' ἧς ἐκλήθη Ἀμβρακία ἡ χώρα.*

— *Ἀπὸ Δεξαμένου.*] Huius genealogia admodum incerta est ac dubia. Vide Apollod. lib. II. Dionys. Halicarnasseum lib. I. et Pausaniam lib. V.

Δέῤῥα, τόπος Λακωνικῆς.] Non longe a Taygeto abfuit, ut docet Pausanias in Laconicis, quem noster passim sequitur: *τοῦτό τε οὖν τὸ Λαπίθαιόν ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ, καὶ οὐ πόῤῥω Δέῤῥιον, ἔνθα Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν ὑπαίθρῳ Δεῤῥιάτιδος.* Hinc liquet varie hunc locum fuisse appellatum, *Δέῤῥιον* a Pausania, et *Δέῤῥα* a Stephano. Verum ex gentili coniicio, olim a nostro fuisse scriptum *Δέῤῥεα*, unde commodisse formari posset *Δεῤῥεαῖος* et *Δεῤῥεάτης*.

— *Δεῤῥεάτιδος Ἀρτέμιδος.*] Meursius emendat *Δεῤῥιάτιδος*, quasi verum loci nomen fuisset *Δέῤῥιον*, et non aliam habuisset terminationem.

— *Δειραδιώτας.*] In aliis editionibus excusum erat *Δειρατιώτας*, quod mutavimus auctoritate Pausaniae, hac voce uten-

tis, et ipsius Stephani, qui in praecedentibus haec habet: ὁ δη-μότης, Δειραδιώτης. Vide locum et notas.

— Ἀπό τινος ἥρωος.] Herois nomen, quod hic non extat, reperitur in voce Δειράδες, imo videtur loco motum: nisi quis statuat Epitomatorem μνημονικὸν σφάλμα commisisse; nam in praecedentibus et suo loco de Deiradibus mentionem fecit.

Δέρβη, φρούριον Ἰσαυρίας.] Huius etiam Stephanus meminit in voce Ἄβαι. Strabo illud ponit in Isauriae latere, sed
296 maxime Cappadociae adhaerens, ita enim ille lib. XII. Τῆς δ'
a Ἰσαυρικῆς ἐστιν ἐν πλευραῖς ἡ Δέρβη, μάλιστα τῇ Καππαδοκίᾳ. Lucas in Actis Apost. cap. XIV. Lycaoniae urbem vocat: Κατέφυγον εἰς τὰς πόλεις τῆς Λυκαονίας, Λύστραν καὶ Δέρβην. In Cappadociae, Isauriae et Lycaoniae finibus fuisse situm illud munimentum, evidentissimum est; quin imo Lycaones hoc sibi attribuisse inde non obscure patet, quod nomine, e Lycaonum lingua petito, fuerit insignitum; nam ut ipse Stephanus: Τινὲς δὲ Δέλβειαν, ὅ ἐστι τῇ τῶν Λυκαόνων φωνῇ ἄρκευθος.

— Δερβήτης.] Disputat noster de hoc gentili in voce Ἄβαι. Μηδεὶς γὰρ περιττολογίαν ἡγείσθω τὴν παράθεσιν τῶν Ἐθνικῶν, διὰ τὸ ἀνόμοιον· Δέρβη γὰρ φρούριον Ἰσαυρίας, τὸ δὲ ἐθνικὸν Δερβήτης καὶ Δερβαῖος. Ultimum nusquam occurrit, sed quod praecedit Graecis pariter et Latinis est usitatissimum. Strabo, libro iam citato, meminit Ἀντιπάτρου τοῦ Δερβήτου. Cicero ad Q. Philippum Proconsulem: *Cum Antipatro Derbete mihi non solum hospitium, verum etiam summa familiaritas intercedit.*

— Δέρβεια.] Pessimo errore divulgavit Xylander Δέρβεια. Veterem veramque lectionem ex Aldina Florentinaque editione revocavimus.

— Καπίτων δὲ Δέρμην φησί.] Si Capitonis Isaurica temporis iniuria non interierant, non fluctuaremus de genuina huius loci lectione. Editiones omnes constanter exhibent: Καπίτων δὲ Δέρβην φησί, quod omnino stare non potest, quia de illa [illegible] natione satis superque egit. Puto itaque hic Δέρμην debere legi, quod Vossianus calamo exaratus repraesentat, et nos in contextum recepimus.

Δερβίκκαι.] Male in editis legitur Δελβίκκαι, quod literarum ordinem non servat, ut bene monuit Salmasius ad Solinum, quem de hac gente consule.

— Πλησίον τῶν Ὑρκανῶν.] Sic Diod. Sicul. Derbices Hyrcanis vicinos statuit lib. II. Ταπύρων, ἔτι δὲ Ὑρκανίων καὶ Δερβικῶν, πρὸς δὲ τούτοις καὶ Δερβικῶν.

— Καλῶς γράφει.] Libri editi vocem καλῶς non agnoscunt.

[redacted]

quam ex libris Palatinis et Vossiano revocare et hic interserere placuit.

— *Καὶ Δερβίσσους.*] Et haec quoque MSS. codicum lectio est: editiones omnes constanter exhibent: *Κτησίας δὲ Δερβίους αὐτούς φησιν ἢ Τερβισσούς.*

Δέρεα, Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι.] Fluctuat Salmasius ad oram sui Stephani, existimans, si hic subintelligatur τόποι, et referatur ad τὸ Δέρεα et Ἥραια, lectionem non incommodam esse. Deinde indicat locum esse mutilum, et ita replendum: *Τὸ ἐθνικὸν, Δερεεὺς, ὡς Ἡραιεὺς, καὶ Δερεάτης· Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι*, subintelligens τὸ τόποι. Nam hoc evidentissimum est, Arcadas solere gentilia sua terminare in ευς et ατης, uti videre est in *Δελφοὶ*, ubi circa finem sectionis haec habet Stephanus: *Ἔστι καὶ Δελφουσία, πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Ἀνδροτίων ἐν β´ Ἀτθίδος. τὸ ἐθνικὸν, Δελφουσιάτης, τῷ τύπῳ τῆς χώρας.* Vide etiam quae supra diximus ad vocem *Δασέαι.* 296 b

Δερραῖον, Θρᾴκιον ἔθνος.] Scylax Caryandensis in Thraciae descriptione agnoscit emporium quod *Δερὶς* appellatur, de quo, ut optime indicat in notis ad illum auctorem incomparabilis Isaacus Vossius, alii silent geographi. Verisimile ipsi videtur fuisse Deraeorum civitatem, de quibus nunc ille qui Stephanum in epitomen redegit. Locus, quem noster innuit, est apud Herodotum lib. VII. *Παῖτοι, Κίκονες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοὶ, Σάτραι· τούτων οἱ μὲν παρὰ θάλασσαν κατοικημένοι τῇσι νηυσὶ εἵποντο*, etc.

Δέρτων, πόλις Λιγύρων.] Latina terminatione appellatur *Dertona*, qua usus quoque est Ptolemaeus scribendo *Δερτῶνα* in casu recto. Sed apud Strabonem est *Δερθὼν*, uti *Ἀρτων, Οὐηρῶν, Κρεμών*. De eius situ sic scribit Strabo lib. v. *Ἔστι δὲ ἡ Δερθὼν πόλις ἀξιόλογος, κειμένη κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ Γενούας εἰς Πλακεντίαν, ἑκατέρας διέχουσα σταδίους.* Romanorum fuisse coloniam testatur Plinius lib. III. cap. v. *Ab altero*, inquit, *Apennini latere, ad Padum amnem omnia nobilibus oppidis nitent; Libarna, Dertona colonia, Iria, Barderate.* Plura de hoc oppido vide apud Cluverium, ex quo haec hausimus.

— *Δέρτωνα.*] Non mutavi hanc scripturam, quae constanter reperitur in omnibus MSS. et vulgatis. Cluverius edidit: *τὴν καλουμένην Δερτῶνα πόλιν*, quod non improbo: nam facillime librarii ω in ου mutant.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Δερτώνιος.*] Romana formatione oppidani inde dicitur DERTONENSES, ut probat Cluverius ex Cassiodoro Variar. lib. x. epist. xxvii. et lib. xii. epist. xxvii.

Δήλιον, πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Τανάγρᾳ.] Huius oppiduli

situm; et templum, de quo etiam Stephanus, egregie describitur a Livio lib. xxxv. circa finem: *Mictio erat cum iis legatus a Chalcide ad Quintium. Qui postquam obsessas ab hostibus fauces vidit, omisso ad Aulidem itinere, Delium convertit, ut inde in Euboeam transmissurus. Templum est Apollinis Delium, imminens mari: quinque millia passuum a Tanagra abest: minus quatuor millium inde in proxima Euboeae est mari traiectus. Ubi et*
297 *in fano lucoque ea religione et eo iure sancto quo sunt templa,*
a *quae asyla Graeci appellant.*

Δῆλος. Δῆλον ἐκυκλώσαντο.] Versiculus ex Dionysio Pe-
d riegeta desumptus est. Delum in medio Cycladum esse sitam, testantur plurimi. Strabo lib. x. Ἔνδοξον δ' ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι καλούμεναι Κυκλάδες. Isidorus lib. xiv. Originum: *Cyclades insulae antiquitus Graeciae fuerunt, quae inde Cyclades autumant dictas, quod licet spatiis longioribus a Delo proiectae, in orbem tamen circa Delum sitae sint.* Mox apud eundem sequitur: *Delos insula in medio Cycladum sita.* Vide praeterea Plinium, Amm. Marcellinum et alios.

Ἡ παρὰ τὰς γονάς.] Ut passim solet Epitomator, partem duntaxat fabulae tangit; etenim haec genitura non ad solum Apollinem, sed etiam ad Dianam pertinet. Iupiter postquam cum Latona rem habuisset, iuravit Iuno eam in terris non parituram; illa tamen super aquas elevata est, eique hanc insulam in mari latentem, ἄδηλον ἐπέδειξε, manifestam fecit, ubi utrosque peperit. Locus in hanc rem egregius est apud Etymologici Mag. Auctorem, quem emendatum transcribam: Δῆλος, ἡ ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος, εἴρηται ὅτι κρυπτομένην αὐτὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὁ Ζεὺς δήλην ἐποίησε καὶ ἀνέδωκεν, ἵνα ἀνέβῃ Λητώ. Ζεὺς γὰρ ἐρασθεὶς Λητοῦς τῆς Κοίου θυγατρὸς, ἑνὸς τῶν Τιτάνων, καὶ Φοίβης, ἔγκυον αὐτὴν ἐποίησεν, ἧς δεκαμηνιαίου χρόνου διαγενομένου, παρεγένετο διὰ θαλάσσης εἰς Ἀστερίαν τὴν νῆσον, ἄδηλον οὖσαν τῶν Κυκλάδων· ἐκεῖ τε ἐλθοῦσα καὶ ἁψαμένη δύο φυτῶν ἐλαίας καὶ φοίνικος, διδύμους ἀπεκύησε παῖδας, Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα· καὶ τὴν νῆσον ἐκάλεσε Δῆλον, ὅτι ἐξ ἀδήλου φύσεως ἐδείχθη. Eandem fabulam habemus apud Lycophronis Scholiastam et quidem pluribus circumstantiis pag. 71. quam consulto praetermittimus, quia longior est. Vide quoque Servium ad Virg. Aeneid. III. Alii tamen posthabitis fabulosis narrationibus, magis naturalem et rationi consentaneam huius insulae originem tradidere. Isidorus lib. xiv. Originum: *Et dicta Delos fertur, quod post diluvium, quod Ogygii temporibus accidit, cum orbem multis mensibus continua nox inumbraret, prima omnium terras radiis solis illuminata est, sortitaque est et nomen,*

quod primo manifestata sit visibus: nam Graeci Δῆλον manifestum dicunt. Sic Philo de Mundi Incorruptibilitate perhibet, olim Rhodum et Delum sub maritimis undis latuisse, procedente vero tempore esse exortas, ita enim ille: *Καὶ μὴν ἥ γε θάλασσά φασιν, ἤδη μεμείωται· μάρτυρες δὲ αἱ νήσων εὐδοκιμώταται, Ῥόδος τε καὶ Δῆλος· αὗται γὰρ τὸ μὲν παλαιὸν ἠφανισμέναι κατὰ τῆς θαλάσσης ἐδεδύκεσαν ἐπικλυζόμεναι· χρόνῳ δ' ὕστερον ἐλαττουμένης ἠρέμα, κατ' ὀλίγον ἀνίσχουσαι διεφάνησαν.* His adde locum Pindari Olymp. Od. V. ubi Delum *Θεόδμητον*, id est, *divinitus conditam* appellat, quod quum primum mari tecta esset, Iovis iussu in lucem prodierit. Et Plinii lib. II. cap. LXXXVII. *Clarae iam pridem insulae Delos et Rhodos, memoriae produntur enatae.*

— *Διὰ τὰς μαντείας, δηλοῦσα γὰρ ἦν τὰ δυσεύρετα.*] Coniunctionem caussalem, quae ab omnibus vulgatis abest, ex MSS. revocavi. Delphis et aliis in locis semper oracula Apollinis erant *λοξὰ*, obscura, et dubia, sed in hac insula manifestiora dabantur, unde ei nomen impositum. Servius ad III. Aeneid. *Delos autem quia diu latuit, et postea apparuit. Nam δῆλον Graeci manifestum dicunt. Vel quod verius est, quia cum ubique Apollinis responsa obscura sunt, manifesta illic dantur oracula.* Huius nominis rationem etiam agnoscit Eustathius ad Dionysium: *Ἡ Δῆλος, οὕτω λεγομένη, ἢ διὰ τὴν θρυλλουμένην μυθώδη αἰτίαν, ὅτι ὑπὸ θάλασσαν, ὡς ἐῤῥίφθη, οὖσα πρώην, ὕστερον φανεῖσα ἐδηλώθη· ἢ διὰ τὰς ἐν αὐτῇ μαντείας, ἐξ ὧν ἐδηλοῦτο τὰ δυσεύρετα.* 297 b

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος* etc.] Agit iam porro noster de variis quibus insula haec antiquitus insigniebatur nominibus, de quibus etiam luculentum Plinii exstat testimonium, sic enim ille lib. IV. cap. XII. ubi non Cynthum, sed Cynthiam Aeglosthenis auctoritate appellavit: *Ipsaque longe clarissima Cycladum media, templo Apollinis et mercatu celebrata, Delos: quae diu fluctuata (ut proditur) sola motum terrae non sentit ad M. Varronis aetatem, Mutianus ait, bis concussam. Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Aeglosthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Asteriam, Pelasgiam, Chlamydiam, Cynthum, Pyrpolon, igne ibi primum reperto. Cingitur quinque mil. pass. assurgit Cyntho monte.* Igitur Cynthos vel Cynthia videtur dicta non a fabuloso Oceani filio, sed ab excelso huius nominis monte, finitima circa urbem loca occupante, de quo Strabo lib. x. et Tzetzes ad Lycophronem pag. 97. Asteriae appellatio occurrit apud Apollod. lib. I. *Τῶν δὲ Κοίου θυγατέρων Ἀστερία μὲν, ὁμοιωθεῖσα ὄρτυγι, ἑαυτὴν εἰς θάλασσαν ἔῤῥιψε, φεύγουσα* a

τὴν πρὸς Δία συνουσίαν· καὶ πόλις ἀπ' ἐκείνης Ἀστερία πρότερον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος. Et apud Schol. Apollon. Rhodii lib. I. Δῆλος μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἡ πρὶν μὲν Δῆλος. ὕστερον δὲ Ἀστερία, διὰ τὸ σχῆμα· πάλιν δὲ Ὀρτυγία, ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς Λητοῦς. Optime addit διὰ τὸ σχῆμα; quia stellae instar sese in mare proiecerit, Iovis concubitum vitans, ut venuste admodum canit Callimachus:

— Οὔνομα δ' ἦν σοι
Ἀστερίη τὸ παλαιὸν, ἐπεὶ βαθὺν ἥλαο τάφρον
Οὐρανόθεν φεύγουσα Διὸς γάμον, ἀστέρι ἴση.

Itaque saepenumero haec insula, variis casibus sic volentibus, nomen immutavit; verum *Ortygiae* appellatio apud Stephanum non est, quanquam frequentissima apud alios. Hanc quidam sic vocatam perhibent, quod ibi primum visae sint coturnices: Isidorus lib. XIV. Orig. *Ipsa est Ortygia, eo quod primum ibi visae sunt coturnices aves, quas Graeci ὄρτυγας vocant.* Alii sic appellatam statuunt a Latona, quae paritura in coturnicem mutata, et Delum venisse fingitur, quae inde *Ortygia* dicta fuit, quasi *Co-
d turnicis insula*: vel a Iove qui Latonam iniisse perhibetur ὄρτυγι εἰκασθεὶς, ut scribit Pindari Scholiast. in Pythior. argumento. Hac de re etiam vide Eustathium ad Homeri Od. E. pag. 1528. et Od. Z. pag. 1558. Servium ad Virg. III. Aeneid. et Schol. ad Lycoph. loco supra citato.

— Καὶ Σκυθιάδα.] Constanter ita exhibent libri MSS. et editi, sed non sine mendi suspicione. Salmasii coniecturam, orae sui Stephani allitam, verissimam existimo, iudicat enim sic legendum: Κεκλῆσθαι δὲ αὐτὴν καὶ Κυνθιάδα, Νικάνωρ φησίν.

298 — Δήλιος καὶ Δηλία καὶ Δηλιάς.] Gentilia haec satis nota
a sunt et passim occurrunt. Lustravit Goltzius nummum cum inscriptione ΔΗΛΙΩΝ. Usurpavit etiam Callimachus Hymno in Delum τὸ Δηλιὰς, numero singulari et multitudinis:

— ἃ Δηλιὰς εὕρετο νύμφη
Παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν.

Et eodem Hymno:

Ἤτοι Δηλιάδες μὲν, ὅτ' εὐήχης Ὑμέναιος
Ἤθεα κουράων μορμύσσεται. —

Verum hoc nomine quoque insigniebantur Delum habitantes mulieres, quae Brizo Daemonem colebant, ei offerentes naviculas omnigenis mercibus onustas, quia perhibent eam pro reditu atque salute suarum navium precari. Eust. ad Od. M. huius rei testis est: Δηλιάδες, ἤγουν αἱ κατὰ τὴν Δῆλον νῆσον γυναῖκες, θύουσαι δὲ Βριζοῖ, αὕτη δ' ἐστὶν ἡ ἐν ὕπνῳ μάντις, προσφέρουσιν αὐτῇ σκάφας πλήρεις ἁπάντων ἀγαθῶν, διὰ τὸ εὔχεσθαι [illegible]

τὴν φησι καὶ ὑπὲρ πλοίων σωτηρίας. Daemonis huius etiam meminit Etymol. Mag. Auctor, sed genere masculino: *Βριζὼ, θεὸς παρὰ Δηλίοις· παρὰ τὸ βρίζειν, ὅ ἐστι καθεύδειν· Βριζὼ, θεὸς διὰ ἐνυπνίων μαντευόμενος.*

— *Δηλίτης.*] Quamvis haec analogia, qua *Δηλίτης* a *Δῆλος* deducatur, non incommode stare queat; nam a *μέσος* etiam fit *μεσίτης*, a *Δίολκος Διολκίτης*, a *Δῶρος Δωρίτης*, et a *Σκίρος Σκιρίτης*; non tamen mihi persuaserim, hanc genuinam esse huius loci lectionem. Fortassis rescribendum: *Καὶ Δηλιαστὴς, ὁ εἰς Δῆλον ἐρχόμενος χορός.* In hunc sensum legimus apud Hesychium: *Δηλιασταὶ, οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί.*

— *Δηλιακός.*] Hoc possessivum apud Thucyd. et alios in usu est. Cicero pro Cornelio: *Neque vero ornamenta ista viarum, quibus L. Paullum et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco aut Syro potuisse superari.* Hoc nomine insigniebantur mercatores, Delum insulam frequentantes, ut ante nos alii docuerunt.

Δημητριάς. Ἀπὸ Δημητρίου.] Testatur Strabo Demetrium Poliorcetam urbis conditorem fuisse, ne aliorum Demetriorum nomina nobis confusionem pariant, sic enim ille lib. IX. *Ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα, μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγασῶν ἐπὶ θαλάσσῃ.*

— *Ὃς καὶ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον* etc.] Articulus exciderat, quem Salmasius revocavit ad marginem sui Stephani.

— *Πρὸς τῷ Παγασητικῷ κόλπῳ, ἐν μέσῳ Εὐβοίας καὶ τῆς Φωκίδος.*] Urbem Demetriada fuisse sitam ad Pagaseticum sinum, in dubium vocari non potest: nam antiquis temporibus haec Pagasa nominabatur teste Plinio lib. IV. cap. VIII. *Oppida* 298
Pherae, quarum a tergo Pierus, ad Macedoniam protenditur, b
Larissa, Gomphi, Thebae Thessaliae, nemus Pteleon, sinus Pagasicus. Oppidum Pagasa, idem postea Demetrias dictum. Verum noster deinde addens Demetriada sitam esse mediam inter Euboeam et Phocidem, fidem nequaquam meretur, ut tabulas inspicientibus evidentissime apparebit. Strabo tamen lib. IX. Pagasas et Demetriadem non easdem facit, uti liquet ex loco iam allegato.

— *Μακεδονίας.*] Existimo de hac mentionem fecisse Ioh. Cameniatam, eamque collocasse non procul a Thessalonica: *Δημητριὰς γὰρ οὕτω καλουμένη τῆς Ἑλλάδος ἑτέρα πόλις, οὐ μακρὰν ἡμῶν ἀπῳκισμένη.*

— *Πρὸς Ἀρβήλῳ.*] Hanc vocem Strabo numero multitudinis semper usurpavit, quare fortassis et hic rescribendum *πρὸς Ἀρβήλοις.* Urbem hanc noster, auctoritate Strabonis inductus,

ad hunc montem posuit, ita enim ille lib. xvi Περὶ Ἀφροδίτης δὲ ἐστι καὶ Δημητριὰς πόλις.

Δημήτριον. Περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον.] Strabo libro ix. Κρόκιον πεδίον appellat, ubi etiam Demetrii meminit: Καὶ Ἅλος δὲ καὶ Λάρισσα ἡ κρημαστὴ καὶ τὸ Δημήτριον, ὑπ' ἐκείνων πᾶσαι πρὸς ἕω τῆς Ὄθρυος. Τὸ δὲ Δημήτριον, Δήμητρος εἴρηκε τέμενος, καὶ ἐκάλεσε Πύρασον. Huius etiam meminit Pomp. Mela lib. II. cap. III. *At cum littora leguntur, a promontorio Sepiade per Demetrion et Halon et Pteleon et Echinon ad Pagasaeum sinum cursus est.*

— Ὡς Δουλιχιεύς] Aberat hoc gentile a Xylandriana editione, quod ex vetustioribus et MSS. revocavimus.

Δημόνησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος.] Tota haec sectio desumpta est ex libro Aristotelis de Mirab. ita enim ille: Δημόνησος ἡ Χαλκηδονίων νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν· ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦν τὸ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλην. ταύτης δ' ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν· καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν· ἔστι δὲ αὐτόθι χαλκὸς κολυμβητὴς, ἐν δυοῖν ὀργυιαῖς τῆς θαλάσσης. Fateor Stephani Epitomatorem non habere eadem verba, sunt tamen Aristotelicis plane simillima. Optime testatur Hesychius duas esse insulas, quae communi nomine Demonesi appellantur, altera Chalcitis, altera vero Pityusa. haec sunt eius verba: Δημονήσιος χαλκός· δύο εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι· κοινῇ μὲν Δημόνησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλλάττουσαι, ἡ μὲν γὰρ Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. Vide praeterea Stephanum in voce Χαλκῖτις. Ex verbis Hesychii etiam satis liquet, licet non accurate secundum leges geographicas has insulas descripserit, pedibus eius verborum sententiam esse eundum, Aristotelem et alios ex Stephano corrigentium, et Demonesum non circa Carthaginem Καρχηδόνα,
299 sed circa Χαλκηδόνα collocantium. Etiam Plinius Demonesum
a inter Propontidis insulas recenset, ut libro v. videre est.

Δῆμος. Οὐ μὲν ἔοικε δῆμον ἐόντα.] Parum abfuit quin excudi curaverim, Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν δῆμον ἐόντα. Nam pars est versiculi Homerici non bene transcripti, sed quia constanter sic exhibebant libri MSS. et editi, eam lectionem immutare nefas duximus. Integrum tamen locum appingam, ut lector sensum verum percipiat, ex Homeri Iliad. *M.* ubi Polydamas Hectorem alloquitur:

— Ἐπεὶ οὐδὲ μὲν ἔοικεν,
Δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορευέμεν, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,
Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ, σὺν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν.

In hanc vocis significationem etiam consentit Etymologicum.

[redacted]

Auctor, eundem Homeri locum innuens: *Καὶ τὸν δημιόνην κατὰ διάλεκτον, ὡς ἐν τῷ μ' Ὅμηρος δῆμον τὸν δημόνην φησὶ τὸν δημοτικόν.*

— *Δήμῳ ἐνὶ Τρώων.*] Locus est transcriptus ex Homeri Odyss. *N.* et integer ita se habet:

Οὕνεκ' ἄρ' οὐχ' ᾧ πατρὶ χαριζόμενος θεράπευον
Δήμῳ ἐνὶ Τρώων, ἀλλ' ἄλλων ἦρχον ἑταίρων.

— *Εὐνήν τ' αἰδομένῃ.*] Et hic versiculus Homero adscribendus, reperitur enim Odyss. *Π.* Pessimo errore in vulgatis legebatur *Εὐνήν τ' αἰδομένην*, quod correximus et pro *φήμην* reposuimus *φῆμιν*, divino vate sic iubente. Caeterum de hoc vocis significatu agit Eustathius ad Odyss. *O.* pag. 1787. eamque interpretatur *τὴν δημοτικὴν συνέλευσιν ἐπὶ δημηγορίᾳ.*

— *Θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ.*] Eiusdem Poëtae hemistichium est, quod occurrit Iliad. *N.*

— *Καὶ τόπον ἐν Ἰθάκῃ.*] Male editi, *καὶ τόπος ἐν Ἰθάκῃ.* Noster videtur respicere vel locum Homeri Iliad. *Γ.*

Οὗτος δ' αὖ, Λαερτιάδης πολυμῆτις Ὀδυσσεύς,
Ὃς ἐτράφη ἐν Δήμῳ Ἰθάκης. ——

Vel alium Odyss. *A.* ad quem si quis consuluerit Eustathium, oleum et operam non perdet:

Στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ Δήμῳ ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος.

Vel huic non dissimilem Odyss. *N.*

Φόρκυνος δέ τις ἐστι λιμὴν ἁλίοιο γέροντος
Ἐν Δήμῳ Ἰθάκης. ——

Non possum quin hic subiungam verba Pseudo-Didymi ad Iliad. *Γ.* *Ἐν Δήμῳ Ἰθάκης· περιφραστικῶς ἐν τῇ Ἰθάκῃ· ἔστι δὲ νῆ- 299*
σος περὶ τὴν Κεφαλληνίαν, καὶ τόπος δέ ἐστιν ἐν Ἰθάκῃ κυρίως b
Δῆμος λεγόμενος· ὅτε δὲ ἡ λέξις δηλοῖ τὸ πολὺ σύστημα καὶ πλῆθος τῶν Ἑλληνικῶν ἢ τῶν ἀνδρῶν. Haec et similia non uno in loco inculcat Eustathius. Ithaca iuxta nostrum olim divisa fuit in quatuor partes, quarum tertia *Κροκύλειον* dicebatur. Vide isthac in voce.

— *Καὶ τὸ πᾶν πλῆθος, ὡς ἐν Σφηξί.*] In omnibus editis et MSS. hic locus mutilus et pessime depravatus ad hunc modum circumferebatur: *Καὶ τὸ πᾶν * ὡς ἐν Ἱππεῦσι.* Lacunam replevit Salmasius in margine sui libri: et pro *Ἱππεῦσι* reposuimus *Σφηξὶ*, optime enim Hartungus admonet, sequutura verba apud Aristophanem in Equitibus non reperi.

— *Καὶ δήμιος.*] Male exhibet Xylandriana *δύμιος.* Non tantum haec vox significat publicum sive popularem: sed etiam substantive sumitur pro ministro publico, ut sunt lictores, carnifices et alii. Locus in hanc rem egregius est apud Dionem: *Οὐ*

κατ' ἐκεῖνον φάμεν ὅτι ἐν τῇ μισθωφορικῷ [illegible] τὰ τῶν δημίων ἔργα καὶ προσκόπων καὶ ἑκατοντάρχων [illegible]. Hesychius: *Δήμιος*, ὁ τοὺς καταγνωσθέντας ἀναιρῶν, ἢ ὁ ὑπηρέτης τῶν βασάνων. Ita quoque observat Eustathius, τὸ δήμιος post Homeri aetatem significasse δημόσιον κολαστὴν, καὶ τὸν ἀνδραγχον, παρὰ τὸ ἄγχειν, a faucibus constringendis. Etymologici Mag. Auctor: *Δημόκοινος*, δημόσιος βασανιστὴς, ἢ ὁ δήμιος.

— *Καὶ δημότερος.*] Poëtis hoc comparativum in usu est: apud Apollonium in Argon. *δημότεραι γυναῖκες*, sunt mulieres plebeiae: et apud Aratum δημότεραι θέμιστες leges populares et civiles.

— *'Αλλ' ἐκ τοῦ ἐπιθετικοῦ.*] Magnus Salmasius ad oram sui codicis hunc locum vitiatum censet, eumque hunc in modum restituit: *'Αλλ' ἐκ τοῦ θετικοῦ*, vel *ἀλλ' ἀπὸ τοῦ θετικοῦ.* Alterutram lectionem recipiendam existimo, quia in praecedentibus de comparativo mentionem fecit.

— *Παρὲξ ἀγορευέμεν.*] In omnibus libris hae duae voces in unam erant conflatae transcriptorum incuria. Est hemistichium Homericum, quod superius integrum ex Iliad. *M.* in medium produximus.

— *Δημοποίητος.*] Apud Pollucem haec vox significat peregrinum suffragio populi civitate donatum, ita enim ille lib. III.

300 *Οἱ δὲ δημοποίητοι ὁπόσοι ἐκ δόγματος κοινοῦ πολιτείας τύχοιεν.*

a Moschopulus *περὶ σχεδῶν*: *Δημοποίητος*, ὁ ξένος μὲν ὢν τῇ φύσει, ὑπὸ δὲ τοῦ δήμου πολίτης γεγενημένος.

— *Δημηλάτην.*] In omnibus editis legitur male [illegible], quod vidit doctissimus Stanleius ad Aeschylum. Nos itaque correximus, quamvis in nonnullis editionibus [illegible] inveniatur.

Δηρά, γῆς 'Ιβηρίας.] Hanc Stephanus suo loco *Ἰδόνεον* appellat ex Theopompo, et Festus Avienus *Ideram*, cuius versiculos emendavit Cl. Vossius ad Melam.

E contra Iberi inusque Pyrenae iugum
Ius protulere, propter interius mare
Late locati. Prima eorum civitas
Idera surgit.

Δηρουσιαῖοι.] Tertia vocalis in medio vocis non reperitur in vulgatis Stephani libris: auctoritate librorum [illegible] eam adieci, apud quem totus ille locus a nostro allegatus longe aliter legitur: *'Αλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε, Πανθιαλαῖοι, [illegible] αῖοι, Γερμάνιοι· οὗτοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσι.* Vel in [illegible] to vel in Stephano foedissimum latere ulcus, etiam [illegible]

madverterent, quod illis enandum relinquimus, quibus MSS. librorum copia suppetit.

Δῖα. Θρᾴκης κατὰ τὸν Ἄθω.] Verum ac genuinum huius oppidi nomen est *Δῖον*, de quo ipse Stephanus ex Thucydide in illa voce: *τρίτη Θρᾴκης πρὸς τῷ Ἄθῳ, ὡς Θουκυδίδης.* Sed vicina vocum pronuntiatione et scriptura deceptus, nunc *Δίαν* appellavit. Huius etiam meminit Scylax cap. Macedonia: *Τορώνη πόλις Ἑλληνὶς καὶ λιμήν· Δῖον Ἑλληνὶς, Θύσσος Ἑλληνὶς, Κλεῶναι Ἑλληνὶς, Ἄθως ὄρος.* Eundem urbis situm habemus apud Herodot. in Polymnia.

— *Εὐβοίας.*] Etiam in Euboea fuit urbs *Δῖον* ad Cenaeum promontorium, ut ipse perhibet Stephanus ex Strabone lib. x. Geographi verba apponam: *Ἔστι δὲ τῷ Ὠρεῷ τούτῳ τό τε Κήναιον πλησίον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ Δῖον.*

— *Καρίας.*] Hanc eandem existimo, quae Mileto adiacet: nam Miletus Cariae non ignobile oppidum est. sed lectionem vulgatam esse falsissimam, et in nostro rescribendum *ἡ πρὸς τῷ Μήλῳ* mox probaturus sum. Huius urbis Mileto vicinae meminit Parthenius in Eroticis cap. xi. cuius verba a Cl. Vossio emenda- 300
ta huc transcribam: b

Βῆ δ' ἐπ' ἔραν Δίας φεύγων ἰοφιώδεα Κύπρον,
Καὶ Κράγος ὑλιγενὲς καὶ Καρία ἱρὰ λοετρὰ,
Ἔνθ' ἤτοι πτολίεθρον ἐδείματο πρῶτος Ἰώνων.

— *Εἰσὶ καὶ δ' νῆσοι Δῖαι λεγόμεναι· α', ἡ Νάξος· β', ἡ πρὸς Μιλήτῳ· γ' πρὸς Σαρμοσσῷ etc.*] Constanter sic legitur in libris calamo exaratis et editis, sed non sine foedissimis erroribus; nam pro *ἡ πρὸς Μιλήτῳ* restituendum *ἡ πρὸς τῷ Μήλῳ*, et pro *Σαρμοσσῷ Ἀμόργῳ*, ut bene observavit Casaubonus in lectionibus Theocriticis. Harum emendationum fundamentum extat apud Scholiastam in Theocritum, cuius verba apponam: *Θησεὺς γὰρ ἁρπάσας Ἀριάδνην τὴν Μίνωος, καὶ ἀπάρας εἰς Δίαν, τὴν νῦν καλουμένην Νάξον, κατὰ Διονύσου βούλησιν λήθῃ τινὶ χρησάμενος, ἀπέλιπεν αὐτὴν καθεύδουσαν. Πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραί εἰσι νῆσοι Δῖαι καλούμεναι· ἥ τε πρὸ τῆς Κρήτης, ἐν ᾗ οὐκ εἰκὸς μόνῃ συμβῆναι τὰ περὶ τὴν Ἀριάδνην, ἡ μετονομασθεῖσα Νάξος· καὶ ἡ περὶ Ἀμοργὸν, καὶ ἡ τῆς Κίω Χεῤῥονήσου, καὶ ἡ Πελοποννήσου.* Naxum Diam fuisse vocatam, praeter Stephanum et hunc Scholiastam, etiam testatur Callimachus apud Etymologici Mag. Auctorem: *Δία, ἡ Νάξος, οὕτω πρότερον καλουμένη· Ὅμηρος· Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῃ· ἀπὸ τῆς Διὸς γενικῆς· διότι ἐν αὐτῇ ἐτράφη ὁ Ζεύς. Καλλίμαχος· ἐν Δίῃ, τὸ γὰρ ἔσκε παλαίτερον οὔνομα Νάξῳ.* Hac de re etiam vide Theocritum Idyll. ii. et Eustathium ad Homerum.

— *Κατὰ Κνωσσὸν Κρήτης.*] Codex Vossianus, *κατὰ Γνωσ-*

σὺν Κρήτης. Sed res eodem redit. Huc referri debent verba Strabonis lib. x. Ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα διακοσίων οὖσα τὴν περίμετρον σταδίων· κειμένη κατὰ Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσσίων· διέχει δὲ τῆς Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους σταδίους.

— Ὅθεν καὶ Διάδες Ἀθῆναι.] Adducam testimonium Ephori, quod Stephanus hausit ex libro III. in voce Ἀθῆναι· Γίγαντος δὲ γίγνονται παῖδες, Ἄλκων, καὶ Δίας, καὶ Ἀρέθουσα· ὧν ὁ μὲν Δίας κτίσας πόλιν, οὕτως ἀπὸ τῆς πατρίδος ὠνόμασεν. Vide comment. ad illum locum, et nostrum in voce Δῖον, et Strabonem lib. x.

Διαβῆται. Νῆσοι περὶ Σύμην.] Numerum non addit noster, quem tamen invenies apud Plinium lib. v. cap. xxxi. Et
301 *eodem tractu media inter Rhodum Gnidumque Syme. Cingitur*
a xxxvii *mil.* cccc. *Portus benigne praebet octo. Praeter has circa Rhodum, Cyclopis, Teganon, Cordylusa, Diabetae quatuor.* Fortassis nomen accepere ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, quod proficiscentes ad aliquem his insulis vicinum locum hac transirent. Sic dictus iste locus, ubi Demetrius primum de curru descenderat, posita ara, consecratus est, quam Demetrii Καταβάτου nomine insigniebant, teste Plutarcho in eius vita.

Διαβήτη.] Huius etiam meminit Ptolemaeus lib. III. et circa Sardiniam ponit: Νῆσοι δὲ περὶ τὴν Σαρδώ· Φίντωνος νῆσος· Ἰλοῦα νῆσος· Νυλφαῖα νῆσος· Ἡρακλέους νῆσος· Διαβάτη νῆσος· Ἱεράκων νῆσος.

Διαδόχου πόλις. Τὸ ἐθνικὸν τὸ αὐτό.] Scilicet Διαβῆται, vel Διαβηταῖος, ut censet Salmasius in margine sui libri.

Διάκρεια. Διακριεῖς.] Plutarch. dicuntur Διάκριοι, et Hesychio Διακρεῖς, et in Etymologico Magno Διακριεῖς. Hesychii verba apponam: Διάκρεῖς (ubi sine ratione vir doctus praefert Διάκριοι) οὐ μόνον Εὐβοέων τινὲς, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι· καὶ τόπος τῆς Ἀττικῆς, καὶ ἡ χώρα Διάκρια, ἡ ἀπὸ Πάρνηθος εἰς Βραυρῶνα. Etiam testatur Etymologici Mag. Auctor Euboenses Διακριεῖς appellari, sed originem vocis deducit ἀπὸ τῆς διακρίσεως, quam in quodam Euboeae monte, inter se Vulcanus, Mercurius et Minerva, instituebant. integra verba transcribam, quia ad rem faciunt: Διακρία, καὶ Διακρεῖς οἱ Εὐβοεῖς, ἀπὸ ὄρους τῆς Εὐβοίας εἴρηται, ὅτι ἔν τινι ὄρει τῆς Εὐβοίας διεκρίθησαν πρὸς ἀλλήλους περὶ τοῦ καλλίστου τῶν γεγονότων Ἥφαιστος καὶ Ἑρμῆς καὶ Ἀθηνᾶ. Καὶ Ἥφαιστος μὲν ὅτι ἄνθρωπος θαυμάσιον θεῶν ἔργον· Ἑρμῆς δὲ οἰκίαν χρησιμώτατον· Ἀθηνᾶ δὲ [illegible] ἀπὸ τῆς διακρίσεως οὖν τό τε χωρίον καὶ οἱ Εὐβοεῖς Διάκρους ὠνομάσθησαν. Sed redeamus ad tribum illam Atticam, cuius tribules etiam ab Aristophane in Vespis Διάκριοι appellantur.

Ἀληθὴς οὐ οὐδεὶς Διακρίων δεδήσεται.
Ad hunc locum perhibet Scholiastes, Atticam regionem secundum leges Solonis in tres ordines fuisse divisam: primam occupabant, Paralii, quibus Megacles; secundam Pediaei, quibus Lycurgus, tertiam Diacrii, quibus Pisistratus praefuit. Verum refertur Pandiona regionem Diacriam distribuisse filiis suis, et Lyco principatum dedisse. Aegeo regionem circa arcem, Pallanti Paraliam, et Niso Megaricam. Sed non necessarium est, τὸ *Διάκριοι* vel *Διακριεῖς* vel *Διακρεῖς* deducere *παρὰ τὸ διακρίνεσθαι* et fabulosam illam originem amplecti: nam *ὁ διακρεὺς* is est, qui summitates et montium cacumina incolit, *ὁ ἐν ταῖς ἄκραις οἰκῶν*: unde facillime fit *διακρίεις*, et contracte *διακρεῖς*. 301 b
Olim enim tempore Solonis, seditione in Attica orta, Athenienses in tres partes dividebantur, in montanos, campestres et maris accolas, ut refert Plutarchus in eius vita: *Καὶ προειστήκει τῶν μὲν Πεδιέων Λυκοῦργος, τῶν δὲ Παράλων Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος, Πεισίστρατος δὲ τῶν Διακρίων.* Atque hinc manifeste liquet merum esse figmentum Auctoris Etymologici, tradentis Diacriam a Deorum disceptatione nomen accepisse. Vide etiam Herodotum lib. I. ubi Diacrii appellantur Hyperacrii.

Δίδυμα. Τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου.] De huius situ legendus Curtius lib. VII. et Strabo lib. XIV. Locum hunc non tantum Apollini, sed et Iovi consecratum perhibet Callimachus apud Etymologici Mag. Auctorem: *Διδυμαῖος, Ἀπόλλων· καὶ Διδυμεύς· ἀπὸ τῶν ἐν Μιλήτῳ Διδύμων· Καλλίμαχος, Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ Διδύμων γενάρχα.* Ultima vox mendo non videtur carere; si mei arbitrii res foret, rescriberem *γεάρχαι Principes terrae Didymorum*. Ita apud Strabonem lib. XIV. legimus de *Λυκιάρχαις* de Lyciae principibus, sic enim ille: *Ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται.*

— *Εἰσὶ καὶ κρῆναι· εἰσὶ καὶ τῆς Θετταλίας.*] Procul dubio hic locus est depravatus, qui sine ope meliorum codicum non tute sanari poterit. Fortassis legendum: *Εἰσὶ καὶ κρῆναι τῆς Θετταλίας*, nisi quis dicat post *Θετταλίας*, *κώμη* vel simile quid excidisse. Omnia tamen dubia et incerta manebunt.

— *Δύο νησίδια.*] Cod. Vossian. *δύο νησία.* De situ omnes silent, ergo et nobis eadem incumbit necessitas.

Διδύμη. Ἀπὸ τοῦ σχήματος ὀνομασθεῖσα.] Admodum inconstans est scriptura codicum calamo exaratorum. Vossianus: *ἀπὸ τοῦ σχήματος ὁ νόμος*, quod etiam Salmasius in Palatinis invenit; sed in alio recentiori, *ἀπὸ τοῦ σχήματος ὁ λόγος*, et supra aliena manu erat additum *ὀνομασθεῖσα.* Ego adeo divinum me non

profiteor, ut coniecturando ipsissima Stephani verba excogitem: posset tamen non incommode huius loci instauratio peti ex Etymologici Mag. Auctore, de hac insula eiusque schemate ita scribente: *Διδύμη νῆσος μία τῶν Αἰολίδων· εἴρηται ἀπὸ τοῦ σχήματος, διττή πως φαινομένη.*

302 a — *Κώμη Κιλικίας Διδυμαῖον, ὀξυτόνως.*] Vidit Salmasius hunc locum esse depravatum, dubitans tamen quid reponeret: modo rescribendum censet *προκειμένως*: modo totum locum ita constituit: *Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας Διδυμή, ὀξυτόνως*. De qua lectione non est ambigendum. In hunc pagum Pompeius Magnus piratas Isauricos deduxit, tunc temporis incolis egentem; ut testatur Strabo lib. XIV. *Τῶν δὲ περιγενομένων ἀνθρώπων ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς μὲν καταγαγόντος εἰς Σόλους, ἣν ἐκεῖνος Πομπηϊούπολιν ὠνόμασε· τοὺς δ' εἰς Δύμην τὴν λειπανδρήσασαν, ἣν νυνὶ Ῥωμαίων ἀποικία νέμεται.* Casaubonus pro *Διδυμήν* restituit *Δύμην* urbem Achaicam, cum hic sine dubio legendum sit *Διδυμήν*, quod proxime accedit ad scriptam lectionem *Δυμήνην*, quam Casaub. in MSS. invenit.

— *Δύο νησία Δίδυμα.*] Fortassis eaedem sunt insulae, de quibus praecedenti sectione sic inquit: *εἰσὶ καὶ δύο νησίδια πρὸς τῇ Σκύρῳ*. Ovidius lib. VII. Metamorph.

At non Oliaros Didymeque et Tenos et Andros.

Δίδυμον. Πόλις Καρίας.] Etiam Suidas, forte ex nostro, Cariae adscribit. Circa Mysiam ponit Polybius lib. XI. Eiusdem nominis est oppidum in promontorio Thraciae circa Hebrum, de quo Cantacuzenus pag. 85. et alii.

Διζηρός, ποταμός.] In libris MSS. et editis legitur *Δίζηρος*, quod aperte mendosum est, ipso Lycophronis testimonio, quem citat; ad cuius locum sic scribit Scholiastes: *Διζηρὸς ποταμὸς πλησίον Πολῶν πόλεως τῆς ὑπὸ Κόλχων κτισθείσης.*

— *Πόρῳ.*] Editiones Xylandrianam antecedentes exhibent *πόρου*, ut et lib. MSS.

Δίκαια. Πόλις Θρᾴκης.] Huius situm satis accurate describit Scylax: *Ἐπάνειμι δὲ πάλιν, ὅθεν ἐξετραπόμην. Πόλεις δὲ κατὰ ταύτην, Δάτον πόλις Ἑλληνίς, ἣν ᾤκισε Καλλίστρατος Ἀθηναῖος, καὶ ποταμὸς Νεστὸς, Ἄβδηρα πόλις, Κόμψατος ποταμός.*

302 *Αἱ δὲ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρωνεία.* Vide praeterea Herodot. lib.

b et Antonini Itinerarium pag. 486. Et Plinium lib. IV. cap. XI.

— *Ἑτέρα ἐν τῷ Τυῤῥηνικῷ κόλπῳ.*] Existimat Ortelius forte rescribendum *ἐν τῷ Τοῤῥωναίῳ*, et sinum hunc cum Thermaeo eundem statuit. Imo hoc non videtur a Plinii sententia alienum, sic enim ille lib. IV. cap. X. *In Thermaico sinu oppida Dicaea, Pydna, Derrha, Scione, promontorium Canastraeum.* Sed

quid facias verbis sequentibus, ubi noster Ἡ αὐτὴ δ' ἐκλήθη Δικαιάρχεια καὶ Πύτιολοι? Haec profecto talia sunt, ut referri nequeant ad oppidum in Thermaeo vel Thermaico sinu situm. Quare vereor, ne hic locus a sua serie sit divulsus, et gravius laboret, quam ut aliquis eum viribus ingenii pristinae sanitati restituat.

— Ἐν δὲ τῷ τύπῳ θέλοις, Δικαῖος.] Libri calamo exarati auctiores sunt, quam hactenus editi, a quibus abest vox θέλοις, quam etiam Salmasius hic interserendam iudicabat. Sed in Vossiano male legebatur; ἐν δὲ τῷ τύπῳ θέλεις δέλοις, Δικαῖος.

Δίκτη. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ.] Ita hunc locum supplevimus, in editis enim duntaxat prima posterioris vocabuli litera reperiebatur.

Δινδρύμη. Δινδρυμαῖος.] Apud Goltzium conspicitur numisma cum inscriptione ΔΙΝΔΡΥΜΑΙΩΝ.

Δίνδυμα, ὄρη τῆς Τρωάδος.] Aliis scriptoribus ut plurimum numero singulari effertur. Strabo lib. XII. Ἔστι δὲ ὄρος ὑπερκείμενον τῆς πόλεως, τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ ἡ Δινδυμένη. Nomen inde accepit, ut testatur Philostephanus apud Scholiast. Apoll. quod is fissus in duo cacumina surgat, ita enim ille ad lib. I. Δίνδυμον ὄρος Κυζίκου, ἱερὸν τῆς Ῥέας, διὰ τὸ διδύμους μαστοὺς ἀνήκειν ἐν αὐτῷ, ὥς φησι Φιλοστέφανος, οὕτω προσαγορευθέν. Hinc matrem Deorum Δινδυμήνην appellabant, auctore Hesychio, cuius verba sic legenda: Δινδυμήνην, μητέρα θεῶν, ἀπὸ Δινδύμων ὀρῶν τῆς Φρυγίας. Lepidissima sane huius nominis origo, petita ex Oro Grammatico insigni, invenitur apud 308 Etymologici Magn. Auctor. eam deducentem παρὰ τὴν δίνησιν a τὴν τῶν θεοφορήτων, a motu illo quo agitantur numine afflati, πρῶτον γὰρ ἐκεῖθεν ἤρξαντο θεοῖς κάτοχοι εἶναι οἱ ἄνθρωποι. Deinde concinit Philostephani sententiae, et ἀπὸ τῶν δύο ἀκρωτηρίων deducit. Deinde aliam fabulam addit, nempe Auram, quam vitiaverat Bacchus, hunc montem adscendisse, et ibi δίδυμα gemellos peperisse, δι' ἃ ἐκάλεσε τὸ ὄρος Δίνδυμον.

— Καὶ Δινδυμία.] Est haec vox apud Apoll. Rhod. lib. I.

Διομήδεια. Οὕς φασιν.] Exigua mutatione hunc locum ita constituerem: Καὶ εἰς τοὺς κόλπους δύοντες, ὥς φασιν.

— Ἔστι καὶ τόπος Διομήδεια, πλησίον Ἀργυρίππης.] Ex libris MSS. vocem τόπος revocavimus, et ultimam vocem, cuius dimidia pars solummodo conspiciebatur in omnibus editis, integram addidi. De situ huius loci lege Cluverium.

Δῖον, πόλις Εὐβοίας.] Vide quae de hac civitate superius ad vocem Δία scripserim.

— Ὅμηρος.] Eum vide Iliad. E.

— *Μακεδονίας.*] Sita erat haec urbs sub Olympo Macedoniae monte, Thessaliam versus, teste Thucyd. lib. IV. *Οἱ δὲ Περαιβοί, αὐτῶν ὑπήκοοι ὄντες Θεσσαλῶν, καθιστᾶσιν αὐτὸν ἐς Δῖον τῆς Περδίκκου ἀρχῆς, ὃ ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ Μακεδονίας πρὸς Θεσσαλοὺς πόλισμα κεῖται.*

— *Διαστάς.*] Apud Pausaniam in Boeoticis occurrit haec vox: sed in editis istius auctoris hodie *Διάτας* repraesentatur, quod non est praeferendum.

303 — *Πρὸς τῷ Ἄθῳ.*] Hanc Stephanus supra Diam appel-
b lavit. Apud Thucydidem *Δῖον* reperitur lib. IV. uti hic bene citavit.

— *Ἡ καὶ Πέλλα.*] Contra omnium scriptorum fidem Stephanus Dium et Pellam eandem civitatem existimat. Contrarium liquet ex Plin. l. V. cap. XVIII. cuius verba ad vocem *Γέρασα* produximus. Etiam Ptolemaeus *Δῖον* et *Πέλλαν* separatim recenset lib. V. ut et Iosephus lib. XIV. Antiq. Iud. *Καὶ Γάδαρα μὲν μικρὸν ἔμπροσθεν κατασκαφεῖσαν ἀνέκτισε, Δημητρίῳ χαριζόμενος τῷ Γαδαρεῖ ἀπελευθέρῳ ἑαυτοῦ· τὰς δὲ λοιπὰς Ἵππον, καὶ Σκυθόπολιν, καὶ Πέλλαν καὶ Δῖον etc. τοῖς οἰκήτορσιν ἀπέδωκε.* Hinc est quod vulgatam Stephani scripturam amplecti nequeam, et praeferendum iudicem, quod Salmasius in Palatino invenit: *κτίσμα Ἀλεξάνδρου καὶ Πέλλα*, quasi Dium binos conditores habuisset.

— *Ἐθνικὸν Διηνός.*] Goltzius lustravit nummum cum inscriptione *ΔΕΙΗΝΩΝ*: quae fortassis ad hanc urbem est referenda. Pessimo errore Eustathius illud gentile dedit de Euboeica civitate, cuius verba, quia ex nostro transcripta videntur, hic subiungam, ita enim ille ad Iliad. *B.* pag. 280. *Καὶ ὅτι λέγεται τὸ Δῖον τοῦτο περὶ τὸ Κύναιον τῆς Εὐβοίας ἀκρωτήριον· ὁ πολίτης αὐτοῦ Διηνός· ἣν δὲ καὶ Μακεδονικὸν φασὶ Δῖον, ἔνθα ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἐτελεῖτο. Καὶ ἄλλαι δὲ πόλεις τὴν τοῦ Δίου κλῆσιν εἶχον, ὡς ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας δηλοῖ· ἐν αἷς καὶ κοίλην Συρίαν Ἀλεξάνδρου κτίσμα, ἧς τὸ ὕδωρ νοσερόν.* Etiam addit idem Epigramma, et quae sequuntur hic auctorem apud nostrum.

— *Ἦν δέ γε πίης.*] Libri editi et MSS. exhibent *ἂν δὲ πίης*, quod auctoritate Eustathii mutavimus, qui eodem

304 Epigramma apud nostrum hunc in modum legebat, ut edi cura-
a vimus.

— *Διάδες Ἀθῆναι.*] Vide nostrum in voce Ἀθῆναι et Ἀδες, nec non commentariis ad illa loca.

Διονύσου πόλις. Ἡ πρότερον Κρουνοί.] Quaecunque hic de Dionysopoli perhibentur, verbotenus ferme leguntur in Periplo

Ponti Euxini a Cl. Vossio edito, verba addam, unde etiam situs cognoscatur: Ἀπὸ δὲ Βυζῶνος εἰς Διονυσόπολιν στάδια π', μίλια ι. (. ς'. Αὕτη ἡ Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο Κρουνοὶ, διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις. Ἔπειτα δὲ μετωνομάσθη Ματιόπολις· ὕστερον δὲ Διονυσιακοῦ ἀγάλματος προσπεσόντος ἐκ τῆς θαλάσσης τοῖς τόποις, Διονυσόπολιν κληθῆναι. Vide virum eruditissimum ad illa verba, probantem Stephani verba, ut et illa Peripli ex Scymno Chio esse desumpta; nam revera duo sunt senarii, quae apud nostrum sequuntur:

Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον
Ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος.

Mela lib. II. cap. II. Crunos distinguit a Dionysopoli: portus enim Dionysopolitarum proprie Κρουνοὶ vocabatur, ut etiam vult Cl. Vossius, aberatque aliquantum ab urbe; *Fuit hic Bizone, motu terrae intercidit. Est portus Crunos: urbes Dionysipolis, Odessos, Mesembria etc.* Plinius tamen lib. IV. cap. XI. non distinguit: *Nunc habet Dionysopolin, Crunos antea dictam.*

— Ἀπὸ τῆς τῶν ὑδάτων καταῤῥοῆς.] Supra in Fragm. Peripli Ponti Eux. διὰ τὰς τῶν ὑδάτων ἐκρύσεις. Est enim Κρουνὸς caput et origo fontis, et rivorum scatebra. Hesychius: Κρουνοὶ, ῥεῖθρα, ὀχετοὶ ὑδάτων ἐκβολαί.

— Εἰσὶ δὲ καὶ Κρουνοί.] Chartaceus Vossianus: εἰσὶ καὶ Κρυνοί.

— Τῆς ἐχούσης τὸν βασιλέα.] MSS. Palatini: Ἐχούσης τοὺς βασιλέας πόλεως.

— Φρυγίας.] Civium huius urbis meminisse Plinius lib. V. cap. XXIX. *Ex hoc conventu deceat nominare Metropolitas, Dionysopolitas, Euphorbenos.* Vide praeterea Ciceronem ad Q. Fratrem. 804 b

— Ἰνδικῆς.] Haec Ptolemaeo Nagara dicitur, et intra Gangem ponitur, existimantque alii esse Nysam, de qua Plinius, Diod. Sicul. et Arrianus.

— Λιβύης.] Hanc, quasi loco motam, nemo unus bis invenire potest, uti perhibet Eustathius ad Odyss. K. pag. 1644. Εἶγε περὶ τὴν Λιβύην ἕτεροι τερατεύονται Διονύσου πόλιν εἶναι, ἣν οὐκ ἐνδέχεται δὶς τὸν αὐτὸν ἐξευρεῖν, ὡς μεθισταμένην.

Διὸς ἱερόν. Τὸ ἐθνικὸν, Διοσιερίτης.] Existimat Cl. Spanhemius hinc minus recte formari Διοσιερίτης et apud Plinium lib. V. cap. XXIX. Diosbieritae: adducit enim ex regia Gallorum Gaza nummum Getae cum hac inscriptione ΔΙΟϹΕΡΙΤΩΝ.

— Ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδι.] Variis modis allegatur hic Phlegontis liber, aliquando ἐν πρώτῃ ὀλυμπιάδων, nonnun-

quam vero ἐν πρώτῃ ὀλυμπιάδος. Sed alias de libri materia diximus.

Διοσκουριάς. Ἑτέρα περὶ τὸν Πόντον.] Ad intimum Ponti recessum sita est. De conditoribus sic scribit Solinus: *Heniochorum urbem Dioscoriadem Amphitus et Cercius aurigae Castoris et Pollucis condiderunt, a quibus Heniochorum genus exortum est.* Hanc a Castore et Polluce conditam tradit Mela: *In Heniochorum finibus, Dioscurias, a Castore et Polluce, Ponticum cum Iasone ingressis.* Strabo lib. XI. aurigas eorum nominat *Rhecam* et *Amphistratum*. Iustinus lib. XLII. *Frudium* et *Amphistratum*. Plinius lib. VI. cap. V. *Amphitum* et *Telchium*. Adeo ut mirabilis apud antiquos in hisce nominibus lusus et variatio inveniatur. Hoc tamen obiter admonendum, Plinium Dioscuriadem distinguere a Sebastopoli, uti loco citato videre est.

Διοσκούρων. Οἱ Διόσκουροι.] Ita supplevimus hunc
305 locum ope codicum Palatinorum et Voss. In editis locus integer
a circumfertur sine suspicione alicuius lacunae.

— Ἐκ δύο ἓν παράγωγον.] Male Xylandriana παράγωγον [illegible]. Vide in Ἄρειος πάγος et aliis locis.

Διὸς πόλις.] Haec urbs, in superiori Aegypto ad Nilum sita, alio nomine Θῆβαι appellatur. Scholiastes vetus ad Homerum: Θῆβαι, πόλις Αἰγύπτου, ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις. Verum haec cum sint notissima, verbum non amplius addam.

— Ἑκατόμπυλος.] Male in libris excusis legitur Ἑκατόμπυλος [illegible], quod aliorum auctoritate hac de re mentionem facientium immutavimus. Nonnus lib. IV. Dionys.

—— Ἥρως Ἀγήνωρ
Μέμφιδος ἐνναέτης ἑκατομπύλου [illegible] Θήβης.

Vide etiam Dionysium de situ Orbis: hoc enim nomen invenit a centum portis, quae Graecis πύλαι dicuntur. Mela lib. I. [illegible] *Thebae, uti quae (ut Homero dictum est) centum portas, sive ut alii aiunt) centum aulas habent, totidem olim principum domos.*

— Κτίσμα Ὀσίριδος.] Scholiastes in Homerum Isidem [illegible] conditores non statuit, ut mox ex verbis allegatis patebit. [illegible] multum ab his dissentit Isidorus, Cadmum huius urbis conditorem faciens, ita enim ille lib. XV. Orig. *Thebas Aegyptias [illegible] dit Cadmus, quae inter Aegyptias urbes numero portarum [illegible] liores habentur, ad quas commercia Arabes undique [illegible] Thebae autem et Boeotiae sunt et Aegyptiae, unde [illegible] sunt condita.* Cadmum quidem Thebis Aegyptiis [illegible] bit Diodorus Sicul. lib. I. sed tamen conditorem [illegible] tribuit, addens deinde omnia esse incerta, et non [illegible]

[redacted]

ctores, sed etiam sacerdotes Aegyptios hac de re inter se disputare, haec sunt eius verba: *Κτίσαι δέ φασι τοὺς περὶ τὸν Ὄσιριν πόλιν ἐν τῇ Θηβαΐδι τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἑκατόμπυλον· ἣν ἐκείνους μὲν ἐπώνυμον ποιῆσαι τῆς μητρός, τοὺς δὲ μεταγενεστέρους αὐτὴν ὀνομάζειν Διὸς πόλιν, ἐνίους δὲ Θήβας. Ἀμφισβητεῖται δ' ἡ κτίσις τῆς πόλεως ταύτης οὐ μόνον παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἱερεῦσι.* His verbis rursum Diodorus subiungit, alios tradere non ab Osiride, sed multis annis post conditam esse a rege quodam, cuius res particulatim suo loco sit descripturus.

— *Ὑπὸ Περσῶν ἀφανισθῆναι.*] Scribit Strabo lib. XVII. plurima hanc urbem habuisse templa, quae magna ex parte a Cambyse sunt mutilata, quod sine urbis destructione fieri haud potuit. Sed Eustathius in comment. ad Dionysium de situ orbis refert, Cambysem totam urbem solo aequasse: *Νῦν δὲ ἐν ὀνόματι μόνον κειμένη, διὰ τὸ κατεσκάφθαι καὶ ἀνεστεπῶσθαι τέλεον· φασὶ γὰρ ὅτι Καμβύσης αὐτὰς ὁ Περσῶν βασιλεὺς εἰς ἔδαφος κατέστρεψεν.* Sed omnium accuratissime de huius urbis vastationibus, quas et quando fuerit passa, scribit Ammian. Marcell. lib. XVII. *Hanc inter exordia pandentis se late Carthaginis, improviso occursu duces oppressere Poenorum posteaque reparatam Persarum rex, ille Cambyses, quoad vixerit alieni cupidus et immanis,* 305
Aegypto perrupta aggressus est, ut opes exinde raperet invidendas b
etc. Longe autem postea Cornelius Gallus, Octaviano res tenente Romanas, Aegypti procurator, exhausit civitatem plurimis interceptis.

— *Ὅτι μυρίας τρισχιλίας κώμας εἶχε.*] De stupenda urbis amplitudine et portentoso incolarum numero, videsis Cl. Vossium ad Melam, et Bochartum in suo Phaleg. Unicum addam hic locum ex Graeco ad Homerum Scholiasta: *Ἐν ταύτῃ δὲ ἦν πρότερον τὰ βασίλεια τῆς Αἰγύπτου, εἰς ἃ πολλοὺς ἔφερον φόρους Λίβυες, Αἰγύπτιοι, Αἰθίοπες. Νῦν δὲ Διόσπολις ὀνομάζεται. Εἶχε δὲ κώμας μὲν τρισμυρίας τρισχιλίας τριάκοντα. Τὸ δὲ ἄστυ εἶχεν ἀρούρας γ ψ, καὶ πύλας ἑκατὸν, ἀνδρῶν δὲ μυριάδας ψ'. Ταύτην ἐτείχισεν ὁ βασιλεὺς Ὄσιρις. ἐξ ἑκάστης δὲ πύλης ἐστράτευον ὁπλῖται μὲν μύριοι, ἱππεῖς δὲ χίλιοι, ἁρματηλάται δὲ διακόσιοι.*

— *Πύλας διακεκοσμημένας*] Editi omnes pessimo errore exhibent, *ἑκατὸν δὲ πύλαι διακεκοσμημέναι*, quod ordo nequaquam admittebat.

— *Μικραὶ ἐν Αἰγύπτῳ τέσσαρες.*] Parvae Diospoleos, inter Abydum et Tentyram sitae, meminit Strabo lib. XVII. *Μετὰ δὲ τὴν Ἄβυδον Διόσπολις ἡ μικρὰ, εἶτα Τέντυρα πόλις.* Reliquae apud geographos non sunt obviae. Videtur tamen Strabo et alterius

parvae meminisse, quae prope Mendetem erat sita. Strabo eodem libro: *Πλησίον δὲ Μένδητος καὶ Διὸς πόλις, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λίμναι, καὶ Λεοντόπολις.*

— *Μηδὲ τοῦ ποταμοῦ γενόμενοι.*] Haec Xylandrianae editionis lectio est, sed libri calamo exarati ut et Aldina et Florentina editio: *μηδὲ τοῦ ποταμοῦ γενόμενοι.* Difficultatem aliquam latere in his verbis iam viri docti animadvertere. Incomparabilis Salmasius integrum locum sic constituit: *Μηδὲ τοῦ ποταμοῦ γευόμενοι, μηδ' εἰ σφόδρα θέλοιντο, neque eos gustare e fluvio, tametsi maxime velint.* Clarissimus Spanhemius hunc locum ita emendandum censet: *μηδὲ τοῦ ποταμοῦ γενομένους, μηδ' εἰ σφόδρα λέγοιντο.* Quasi diceret Stephanus Diospolitanos crocodilos, qui in illa urbe cicurantur, non esse e fluvio, quanquam hoc vehementer affirmaverint. Ego tamen in Stephano malim rescribere, *μηδὲ ἐκ τοῦ ποταμοῦ γενομένους.* In quibus verbis τὸ ποταμὸς pro *Nilo* per excellentiam sumitur.

— *Παλαιστίνης.*] Huius oppidi situm manifeste describit Eugesippus de distantiis locorum terrae sanctae: *Vigesimo miliario a Sichem, quartoque a Ierusalem, via quae ducit Diospolin, mons Silo, et civitas quae et Rama.* De hac civitate etiam mentionem facit Epiphanius Hagiopolita: *Καὶ πλησίον τοῦ Ῥάμβλε ἐστὶ χωρίον ἡ Διάπολις. * ἐστὶν ὁ ἅγιος Γεώργιος, ἔνθα κατάκειται τὸ λείψανον τοῦ μεγαλομάρτυρος ἁγίου Γεωργίου.* Verum totus hic locus ita est emendandus: *Καὶ πλησίον τοῦ Ῥάμβλε ἐστὶ χωρίον ἡ Διόσπολις, ἔνθα κατάκειται τὸ λείψανον τοῦ μεγαλομάρτυρος ἁγίου Γεωργίου.* Haec verba ita esse constituenda, evidenter apparet ex loco Eugesippi, ubi de hac re loquitur: *Octavo milliario a Modin, via quae ducit Ioppen, Lidda, quae et Diospolis: in qua corpus B. Georgii sepultum fuisse manifestatur.* Hanc urbem Lyddam fuisse dictam liquet ex Iosepho, Apostol. Actis
806 et aliis. Locum unicum addam ex Epistola Ioh. Damasceni ad Theo-
a philum Imper. de sanctis et venerandis Imaginibus, quo hoc manifestissime evincitur: *Οἱ θεόπται κορυφαῖοι ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ἐν Λύδδῃ τῇ καλουμένῃ Διοσπόλει, πρὸ μιλίων δεκαοκτὼ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὰς διατριβὰς ποιούμενοι etc.*

— *Διοσπολίτης.*] Apud Goltzium nummus est cum inscriptione *ΔΙΟΠΟΛΙΤΩΝ.* Hinc quis coniicere posset, urbem etiam *Διόπολιν* fuisse dictam.

Διοχίτης. Ἐν ᾗ τέθαπται Ὄσιρις.] Osiris Aegypto imperans a Typhone fratre, homine crudelissimo, trucidatus, et in xxvi. frusta dilancinatus est; quae inter facinoris socios sunt distributa. Haec deinde ab Iside collecta tumulo sunt illata, quem omnibus Aegyptiis celavit; adeo ut scriptores de

[redacted]

sepulchri loco inter se minime conveniant. Ipse Stephanus sibi non constat, et tres quidem locos commiscitur, ubi hunc in Osiridem honorem contulissent. In voce *Βούσιρις* haec habet: *Ἐκεῖ λέγεται θάψαι τὸν Ὄσιριν Ἶσις, ἐμβαλοῦσα εἰς ξυλίνην βοῦν.* Et alibi haec scribit: *Ταφόσιρις, πόλις Αἰγύπτου, ἐν ᾗ λέγεται Ὄσιρις τετάφθαι.* Hac de re etiam videndus Plutarchus in libro de Iside. Facillime mihi persuaserim verissimum esse, quod alibi tradit Diodorus Siculus, Osirim quidem ab Iside terrae mandatum esse, sed tamen astutia et pia quasi frude effecisse, ut quaelibet sacerdotum tribus apud se funeratum Osirim opinata fuerit. Hinc igitur tam variae de Osiridis sepulchro sententiae promanarunt.

Δίπαια, πόλις Ἀρκαδίας.] Apud Pausaniam in Arcadicis repéritur *Δείπαια*, quae non est vera vocis scriptura, ut liquet ex eodem Paus. in Lacon. ubi sine diphthongo in principio scribitur: *Οἱ δὲ Διπαιεῖς ἐν τῇ Μαιναλίᾳ πόλισμα Ἀρκάδων ἦσαν.*

Δίρφυς, ὄρος Εὐβοίας.] Hunc montem Lycophron appellat *Διρφωσσὸν* in Cassandra:

Καὶ πάντα Διρφωσσοῖο καὶ Λιακρίων.

Ad illum locum Scholiastes verba Euphorionis reservavit, quae fortassis Stephanus etiam genuino operi inseruerat, interim tamen ita emendanda: *Τρύχατα, καὶ Νέδων καὶ Διρφωσσὸν, ὄρη Εὐβοίας εἰσί· τὸν δὲ Διρφωσσὸν ὁ Εὐφορίων Δίρφυν καλεῖ.* 806

Δίρφυν ἀνὰ τρηχεῖαν ὑπ' Εὐβοίᾳ κεκόνιστο. b

Δόβηρος, πόλις Παιονίας.] Puto nostrum hoc dixisse auctoritate Thucydidis, de hac urbe lib. II. sic loquentis: *Διελθόντες δὲ αὐτὸ, ἀφίκοντο εἰς Δόβηρον τὴν Παιονικήν.* Huius etiam meminit Adrianus lib. I. Alexandriados:

Οἳ δ' ἔχον Ἀστραίαν τε Δόβηρόν τε. ——

Male ibi *Δέβηραν* legitur. Locum vide apud nostrum in *Ἀστραία.* Passim enim Doberus, et Plinio Deborus, et Ptolemaeo *Δήβορος* dicitur, et in Paeonia, quae Macedoniae, versus Illyridem ultima regio est, collocatur. In Concilio Chalcedon. *Δούβηρος* appellatur, sed Latini Doberitanum Episcopum vocant, ut annotavit Holstenius. Pessime a Constant. Porphyrogenneta lib. II. Them. Macedoniae *Διόβυρος* appellatur.

— *Οἱ πολῖται Δόβηρες.*] Herodotus libro VII. et alibi Doberes agnoscit, sed quia non longe a Strymone collocantur, huius loci non sunt.

Δοίαντος.] Sic edi curavimus inducti auctoritate librorum MSS. male enim in excusis legitur *Δοίαντες, πεδίον Φρυγίας.* Ita quoque Nonnus lib. XIII. Dionysiac. appellavit:

Οἳ Δρεσίην ἐνέμοντο, καὶ Ὀργίμονός τε ῥεέθροις

Μαιάνδρου σκολιοῖσι νέον περιβάλλεται ὕδωρ,
Καὶ Δάπεδον Δολαντος ἐπώνυμον.

— *Καὶ Ἀκμόνιον ἄλσῃ.*] Vide nostrum in voce *Ἀκμόνια.* Male in editis legitur *Ἀκμώνιον.* Antepenultima enim est corripienda, ut liquet ex Apoll. Rhodio, cuius versiculi citantur pag. 77.

Δοκίμειον.] Huius noster etiam meminit in *Συννάδα*, et auctoritate Strabonis, cuius verba tecto nomine citat, pagum facit, atque *Δοκίμειαν* appellat, cum hodie apud Geographum *Δοκιμία* invéniatur. Epiphanius de duodecim lapidibus *Δοκίμιον* nominat: *Ἄλλοι δέ που καὶ τὸν λίθον τὸν μαρμάρινον τὸν ἀπὸ τοῦ Δοκιμίου ψευδωνύμως ὀνυχίτην καλοῦσι διὰ τὸ καθαρὸν τῆς λευκότητος.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Δοκιμεύς.*] Cl. Spanhemius adducit nummum Neronis ex gaza Medicea cum Dea Phrygia et inscript. *ΔΟΚΙΜΕΩΝ.* Praeter *τὸ Δοκιμηνὸς,* quod gentile improbare non
307 possum, Strabo duo alia *Δοκιμαῖος* et *Δοκιμίτης* agnoscit, ita
a enim ille lib. XII. *Οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτην καὶ Δοκιμαῖον.* Salmasio displicet ultimum gentile, nulla ratione freto; solet enim noster aliquando a Phrygum oppidis gentilia in *αιός* formare. *Ἄνανα, πόλις Φρυγίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀναναῖος ἢ Ἀνανεύς.*

Δόλβα, πόλις τῆς Ἀδιαβήνης.] Si Phoeniciae fines extendi possent, ut etiam Adiabenam comprehenderent, statuerem eandem esse civitatem, quam infra Stephanus *Πλάτανον* nuncupat. A platanis Dolba dicta videtur: דולבא *doulba* enim platanum denotat.

Δολίονες. Οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες.] Si mei arbitrii res foret, rescriberem: *οἱ περὶ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες.* Quin ipse noster alio loco situm huius gentis et regionis sic delineavit: *Σκύρμος, πόλις ἐν τῇ Δολιονίδι, Κυζίκου πλησίον.* Doliones Thessalica colonia sunt, quique circa Cyzicum consederunt, extendentes suos fines ab Aesepo ad Rhyndacum usque et Dascylitidem paludem. Eustathius ad Iliad. *I.* pag. 766. *Δολίονας δὲ λέγει μάλιστα τοὺς περὶ Κύζικον, ἀπὸ Αἰσήπου ἕως Ῥυνδακοῦ καὶ Δασκυλίτιδος λίμνης.* Vide praeterea Scholiast. ad Arg. Apol. Rhodii. Non tamen nego Cyzici incolas Doliones fuisse dictos. Etymologici Mag. Auctor: *Καὶ γὰρ Δολίονα ἔγνωμεν οὕτω κληθέντα, οὗ ἐπώνυμοι οἱ Κυζικηνοί.*

— *Δολιονία.*] Pessime in omnibus editis legitur *Δολονία.* Scholiastes ad lib. I. Argon. Apol. Rhod. *Ἡ δὲ Δολιονία καὶ Φρυγία ἄρχεται μὲν ἀπὸ Αἰσήπου, λήγει δὲ ἐπὶ Ῥυνδακόν.* Etiam haec regio appellabatur *Δολιονὶς*, ut liquet commentario praecedenti, et ex Strabone lib. XII.

Δολιχὴ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ.] Apud Strabonem lib. XIV. haec inveniuntur verba: *Μεταξὺ δ' ἐν τῷ λεχθέντι παράπλῳ νησία πολλὰ καὶ λιμένες, ὧν καὶ Μεγίστη νῆσος καὶ πόλις ὁμώνυμος Κισθήνη.* Monet Salmasius pro ultima voce substituendum *Μηκίστη*, sive *Δολιχίστη*: idem quippe δολιχίστη et μηκίστη, nam δολιχὸς longum significat. Verum ignoscant mihi tanti viri manes, si demonstravero *Μηκίστην* Lyciae non adiacuisse, sed *Μεγίστην*; et praeterea *Δολιχίστην* et *Μεγίστην*, vel *Μηκίστην*, ut ipse appellat, duas diversas esse insulas. Alexander Polyhistor, cuius auctoritate noster utitur, in Lyciae periplo *Δολιχίστην* et *Μεγίστην* separatim nominavit. Addam verba Plinii quae hoc manifestissime docent lib. V. cap. XXXI. *Deinde contra Tauri promontorium pestiferae navigantibus Chelidoniae totidem ab iis, cum oppido Leucola, Pactyae, Lasia, Nymphais, Macris, Megista, cuius civitas* 307 *interiit. Multae deinde ignobiles. Sed contra Chimaeram Dolichiste.* Ptolemaeus eodem modo Lyciae thesin absolvit: *Νῆσοι δὲ* b *παράκεινται τῇ Λυκίᾳ Μεγίστη, Δολιχίστη, Χελιδόνιαι σκόπελοι.*

— *Δολιχηνὴ πόλις τῆς Κομμαγηνῆς.*] Non videtur mihi improbanda Hieronymi Syritae coniectura, qua censet hoc loco rescribendum *Δολιχὴ πόλις τῆς Κομ.* nam uti deinde sequitur, indigenae hoc nomine insigniuntur. Antoninus in Itinerario, unde et situs cognosci potest, *Dolichen* hanc urbem appellat:

Sycobasilisses.	M. P. XX.
Dolichen.	M. P. X.
Zeugma.	M. P. XII.

Δόλογκοι. Δολιχαῖος Ζεύς.] Quanquam hoc gentile non repugnet analogiae, lubet tamen admirari nostrum non dixisse *Δολιχηνὸς Ζεύς*, quo nomine heic cultus fuit, ut testantur aliquot inscriptiones apud Gruterum, cum Graecae tum Latinae, unde sequentes transcripsi,

IOVI. O. M.
DOLICHENO
C. FRONTINIUS
L. ARAM POSUIT.

Addam quoque Graecam ex eodem Grutero:

ΚΑΤΑ ΚΕΛΕΥ
CIN. ΘΕΟΥ ΔΟΛΙ
ΧΗΝΟΥ. ΑΝΕCΤΗCΑ
ΚΑΤΑ ΘΗΝΕΟΥ ΤΟΥΙ
ΕΡΟΥ ΜΑΡΚΟC ΟΥΑ
ΠΙC ΚΑΙ ΟΥΙΟC ΜΑΡ
ΚΟC ΟΥΑΠΙC ΑΡΤΕ
ΜΩΝ.

— Ἀπὸ Δολόγκου.] Scholiastes ad Lycophronem: Δόλογκοι δὲ ἔθνος Θρακικὸν, ἢ ἀπὸ Δολόγκου τοῦ Κρόνου καὶ Θρᾴκης παιδός. Constant. Porphyrogenneta hunc ex Saturno et Nympha Titanide natum perhibet.

Δόλοπες. Δολοπηΐς.] Hyginus cap. xiv. *Alii aiunt Ctimeni filium, quia iuxta lacum Xynium Dolopeïdem urbem inhabitabat.* Haec lectio itaque non est sollicitanda, quanquam verum sit etiam Dolopiada hanc urbem appellari. Vide Stephanum in Κτιμένη.

Δονουσία. Νῆσος μικρὰ Ῥόδου.] Donusae meminit Eustathius ad Dionys. cuius verba sic emendavit Cl. Vossius: Σποράς δὲ καὶ ἡ πρὸς τῇ Ῥόδῳ Δονουσία, ἥτις παραφθορὰν φασὶν
308 ἔπαθεν, οἱονεὶ γὰρ Διονυσία τις ἐστίν· ἐπεὶ Διονύσιος τὴν Ἀρ-
a ριάδνην εἰς αὐτὴν ἐκ τῆς Νάξου ἤγαγεν, Μίνωος τοῦ πατρὸς διώκοντος αὐτήν. De situ porro consulendus Mela lib. ii. cap. vii.

— Ἐκ Νάξου.] Libri MSS. et priores editiones ἐκ νάσου, quod optime mutavit Xylander.

— Τοῦ πατρὸς Μίνω.] Emendat Salmasius ad marginem sui Stephani τοῦ πατρὸς Μίνως, sed nullam sic corrigendi necessitatem video, est enim τὸ Μίνω casus obliquus ut docet Eustathius ad Homerum, a recto Μίνωος, ita enim ille ad Odyss. P. pag. 1830. Ἰστέον δὲ ὡς Ὅμηρος μὲν ἀναλόγως καθὰ ἥρως ἥρωος, οὕτω καὶ Μίνως Μίνωος ἔκλινεν· οἱ δὲ ὕστερον καὶ ἰσοσυλλάβως ὡς Μενέλεως Μενέλεω, οὕτω καὶ Μίνως Μίνω etc.

— Διονυσία.] Inepte, ut ostendit incomparabilis Vossius, Dionysiam a Dionyso dictam vult Stephanus. Verum enim nomen est Donusa, Graece Δονοῦσα. Sic quoque Tacitus lib. iv. Annalium. Sic quoque apud Virgil. invenies *viridemque Donusam* lib. iii.

Δορίειον, Φρυγίας πόλις.] Videtur mihi haec eadem urbs, quam supra exigua mutatione nominavit Δαρεῖον, ubi nos existimavimus rescribendum Δωριεῖον; quam coniecturam non esse vanam, hinc evidenter liquet.

Δορίσκος, πόλις Θρᾴκης καὶ πεδίον.] Addam verba Herodoti lib. vii. unde haec a Stephano transcripta videntur: Ὁ δὲ Δορίσκος ἐστὶ τῆς Θρηΐκης αἰγιαλός τε καὶ πεδίον μέγα. διὰ δὲ αὐτοῦ ῥέει ποταμὸς μέγας Ἕβρος, ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμητο βασιλήϊον, τοῦτο τὸ δὴ Δορίσκος κέκληται.

— Βορμίσκιος.] Mutando unicam literulam, hanc vocem sanavimus; Δορμίσκιος enim pessimo errore in omnibus libris excusum erat.

Δοροκόττορος.] Diversimode scribitur haec vox, Pto-

lemaeo *Δουροκόρτερον*, Straboni *Δουρικότορα*, Caesari *Durocortum*, ubi quoque in nonnullis libris legitur *Durocotorum* et *Durocortorum*. Oppidum et caput Rhemorum est, ut scribit Strabo lib. IV.

Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας.] Phrygiae Epicteti urbs est, ut testatur Strabo lib. XII, in cuius libris hodie legitur *Δορυλάϊον*. Sed varium scribendi modum docet Eustathius ad Dionys. de Situ Orbis, ubi de Phrygiae divisione loquitur: *Καὶ τρίτη ἡ λεγομένη Ἐπίκτητος, ἐν ᾗ τὸ Κοτυάειον* (sic legendum, non *Κοττυεύειον*) *καὶ τὸ Δορύλαιον, ὡς ὁ γεωγράφος ἱστορεῖ, τὸ καὶ Δορυλάειον· κατὰ δὲ τὴν ὀρθογραφικὴν τέχνην καὶ τὸ Δορύλλειον, διὰ διφθόγγου.* Ultimam scribendi rationem sequutus est 308 Ptolemaeus in magnae Phrygiae descriptione: *Φρυγίας μεγάλης πόλεις, Κυναὸς, Δορύλλειον, Μιδάειον.* b

Δουλίχιον, μία τῶν Ἐχινάδων.] Totum hunc locum noster habet ex Strab. lib. X. sed quam oscitanter vel transcriptus, vel quam male acceptus sit, conferenti evidenter apparebit haec eius verba: *Καὶ ταύτης δὲ καὶ τῆς Κεφαλληνίας πρὸς ἕω τὰς Ἐχινάδας ἱδρύσθαι νήσους συμβέβηκεν, ὧν τό τε Δουλίχιόν ἐστι (καλοῦσι δὲ νῦν Δολίχαν) καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ ποιητὴς Θοὰς εἶπεν.* Hinc igitur constat, Stephanum, verbis Strabonis usum, aliud quid voluisse; quibus deinde Hermolaus Stephanum in Epitomen redigendo, pessimum sane et plane incongruum sensum affinxit, quem tamen aptiorem sua aetate invenit. Eustathius, cuius auctoritate inductus, τὸ Ὀξειαὶ, quod omnes libros occupabat, in Ὀξεῖα commutavi, sic enim ille scribit et indicat de Stephani loco ad Iliad. *B.* pag. 305. *Ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ ἐκθεὶς, λέγει μὲν καὶ αὐτὸς, ὅτι τὸ Δουλίχιόν, καὶ Δόλιχα καλεῖται· προστίθησι δὲ ὅτι καὶ Ὀξεῖα λέγεται, ἣν πληθύνας Θοὰς φησὶν ὁ ποιητὴς εἶπε· καὶ ἰδοὺ, καινὸν τοῦτο καὶ παρὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, εἴπερ αἱ Ὁμηρικαὶ Θοαὶ νῆσοι οὐ πολλαί εἰσιν, ἀλλὰ μία κατὰ τοῦτον ἡ ῥηθεῖσα Δολίχα· καλεῖται δὲ Δουλίχιον, ἀπὸ Δολιχίου φασὶν υἱοῦ Τριπτολέμου.*

— *Θοὰς ὁ ποιητὴς εἶπεν.*] Respicit noster locum Homeri Odyss. O.

Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε Θοῇσι
Ὁρμαίνων ἢ κεν θάνατον φύγοι, ἢ κεν ἁλώη.

— *Καὶ Δουλιχίς.*] Hanc vocem ex MSS. substituimus pro *Δουλιχεῖς*, quam omnes editiones repraesentant. Praeterea totum locum a mala interpunctione, qua laborabat, liberavimus.

— *Οἱ ἐν τῷ Δουλιχίῳ Ἐπειοί.*] Etiam hoc ex Strabone lib. iam citato, desumptum est, ubi testatur quondam Epeos Dulichium obtinuisse: *Οὔτ' οὖν Δουλίχιον ἡ Κεφαλληνία καθ' Ὅμη-*

ρον, οὔτε τῆς Κεφαλληνίας τὸ Δουλίχιον, ὡς ὁ Ἄνδρων φησί· τὴν μὲν γὰρ Ἐπειοὶ κατεῖχον.

Δούλων πόλις, πόλις Λιβύης.] Huius etiam, ut et Cretensis, meminit Hesychius, cuius verba ita sunt distinguenda et continuatim legenda: *Δούλων πόλις, Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ· κώμην γὰρ λέγει Δούλων πόλιν· ἔστι δὲ ἐν Κρήτῃ καὶ Λιβύῃ.* No-
309 ster etiam de Eupolis Marica mentionem facit aliis in locis. Pes-
a sime Ortelius tamen hoc fabulae nomen pro regione accepit.

— *Κατὰ Κρήτην.*] Huius meminit Sosicrates libro primo Creticorum apud Suidam: *Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις, ὡς Σωσικράτης ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Κρητικῶν.* Nunquam mihi persuaserim in Creta fuisse *Δουλόπολιν*: Stephanus eam ponit *κατὰ Κρήτην*, quod hic non est interpretandum *in Creta*. Fuit enim sita in Bybessia Chersoneso, et alio nomine Acanthus et etiam Bybessus appellabatur. Vide Cl. Vossium ad Melam pag. 82.

— *Ἔς τε πόλιν δούλων.*] In omnibus editionibus vox *δούλων* desiderabatur. Ut versiculus suis numeris esset integer, eam ex MSS. revocavimus, et in hac editione expressimus.

— *Νεοπλουτοπονήρων.*] Corrigit Salmasius in margine sui Stephani, *πλουτονεοπονήρων*, sed rationem non video.

— *Ὀλυμπιανός.*] A Plutarcho in vita Antonii *Ὄλυμπος* vocatur, et scripsit historiam Antonii et Cleopatrae, cuius medicus erat. Sed uter illorum sit emendandus, non facile dixerim, nisi aliunde lux affulgeat.

Δούμαθα. Δουμαθηνός.] Lustravit Cl. Spanhemius in opere Ligorii nondum edito Arabum numisma cum inscriptione *ΔΟΥΜΑΘΗΝΩΝ*. Ergo non bene haec vox apud Ptolemaeum lib. v. in Arabiae desertae descriptione per diphthongum *Δαμαῖθα* exarata conspicitur.

Δοῦρα. Πολύβιος πέμπτῃ.] Bis illo libro Polybius Durorum meminit. Hanc urbem a Macedonibus conditam tradit Isido-
309 rus Characenus: *Ἔνθεν Δοῦρα Νικάνορος πόλις, κτίσμα Μακε-*
b *δόνων, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων Εὔρωπος καλεῖται.*

Δούρισπος.] Hodie in Strabone circumfertur [illegible]. Est urbs et regio ad Erigonum sita, cuius urbes omnes a Geographo lib. VII. circa finem recensentur.

Δουσαρή. Θεὸς δὲ οὗτος.] Ad hunc locum transcribam verba Cl. Bocharti, qui de Dusare in suo Phaleg ita scribit: Ut ab Alilae Deae cultu Alilaei, ita Dosareni dicti a cultu Dei Dusaris vel Dusaris. Quippe enim Deus Dusares in Arabia cultus est. Tertullian. Apol. cap. XXIV. *Unicuique etiam provinciae et civitati suus Deus est, ut Syriae Astarte, ut Arabiae Dusares, ut*

[redacted]

Noricis Belenus, ut Africae Coelestis." Vide hac de re plura apud Vossium de Theol. Gent. et Seldenum de Diis Syris.

— *Δουσάρηνοί.*] Proximi sunt Cassanitis versus orientem, et a Ptolemaeo *Δωσαρηνοὶ* appellantur. Transcriptorum incuria *ου* et *ω* saepe confunduntur.

Δραβῆσκος. Θουκυδίδης ά.] Ita scriptum reperi in Vossiano codice: a vulgatis libris numerus aberat. Thucydidis verba haec sunt: *Προελθόντες δὲ τῆς Θρᾴκης ἐς μεσόγειαν, διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἠδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον αἱ Ἐννέα ὁδοὶ κτιζόμενον.*

— *Δράγγαι. Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ.*] Addam ex illo libro Geographi verba, ut inde situm probe cognoscamus: *Τοῖς Παροπαμισάδαις δὲ παράκεινται πρὸς τὴν ἑσπέραν Ἄριοι, τοῖς δὲ Ἀραχωτοῖς Δράγγαι, καὶ τοῖς Γεδρωσίοις· οἱ δ' Ἄριοι τοῖς Δράγγαις ἅμα καὶ πρὸς ἄρκτον παράκεινται.* Hos Ptolemaeus ab occasu et septentrione Aria et Bagoa monte terminari perhibet, et versus orientem Arachosia. Curtius lib. VI. testatur, bellicosam nationem fuisse. 310 a

— *Δραγγηΐς.*] Ut plurimum tamen Graeci utuntur voce *Δραγγιανὴ* pro regione. Marcianus Heracleota in Periplo: *Γεδρωσία περιορίζεται ἀπὸ μὲν ἄρκτων τῇ Δραγγιανῇ.* Male apud Diodorum Sicul. lib. XVII. *Δραγγινὴ* excusum est: *Διόπερ εὐζώνους ἄνδρας ἐξέπεμψεν εἰς τὴν Παρθυαίαν καὶ Δραγγίνην.* Sine dubio ibi rescribendum *Δραγγιανήν.* Ita quoque Drangarum regio aliquoties a Ptolemaeo lib. VI. et ab aliis insignitur.

— *Δραγγανή, ὡς ἔθος.*] Sic exhibent libri editi, sed Vossianus MS. *Δραγγανή, ὡς ἔθνος.* Quare suspicor totum locum hoc modo debere distingui et legi. *Τὸ θηλυκὸν, Δραγγηΐς, ἡ χώρα. Δραγγηνοὶ, τὸ ἔθνος. Σωφηνοὶ γὰρ καὶ Ἀραξηνοί.*

Δραγμός. Δράγμιος.] Male in aliis editionibus legitur *Δράγμος,* quod hic immutavimus.

Δράκανον etc.] Libri omnes *Δράκονον* exhibent, pro quo nos rescripsimus *Δράκανον,* inducti auctoritate Strabonis, quem citat, nec non aliorum. Haec sunt Geographi verba, in quibus quidem de civitate et promontorio, non vero de monte fit mentio: *Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ, καὶ πολισμάτιον Οἰνόη, καὶ ἄλλο Δράκανον, ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ ἐφ' ᾗ ἵδρυται.* Ab Hesychio mons ille *Δρακάνιον* appellatur. Strabo Dorica pronuntiatione nomen huius urbis protulit, quod lingua communi *Δρέπανον* dicitur. Idem ille de eodem promontorio versibus nonnullis interiectis: *Καλεῖται μὲν οὖν καὶ ἄκρα τις Ἄμπελος, βλέπουσά πως πρὸς τὸ τῆς Ἰκαρίας Δρέπανον.* Sic idem Strabo eodem libro mentionem fecit de Coso

promontorio, quod ipse Dorica dialecto Δρέπανον, sed alii lingua communi Δρέκανον nuncupant. Agathemerus lib. I. Ἐπὶ Τῆλον στάδια φξ. ἐπὶ Λακτῆρα τῆς Κώας στάδια τν', ἐπὶ Δρέπανον Κώας στάδια ρ'. Non satis prudenter huius Geographiae editor emendat Δρέκανον, quia sic apud Strabonem scriptum reperit.
810 b Verum optime sic scripsit Agathem. et non male Strabo; solent enim π mutare in κ, ut ὁποῖα ὁκοῖα, ποτὲ κοτὲ etc. atque ita hic loci Δρέπανον Δρέκανον. In exaranda igitur hac voce Agathemerus communem, Doricam vero dialectum Strabo secutus est.

— Δρεπάνη, ἡ Φαιακία.] Haec fuit antiquissima huius insulae appellatio, ut liquet ex Eustathio ad Odyss. Ἡ Σχερία δὲ πάλαι ποτὲ ἡ τῶν Φαιάκων νῆσος, τὸ δὲ ἀρχαιότατον, Δρεπάνη φασὶν ἐκαλεῖτο· ὕστερον δὲ ἐκλήθη Κέρκυρα. Testatur etiam Callimachus apud Plinium Drepanen dictam fuisse lib. IV. cap. XII. Homero dicta Scheria et Phaeacia; Callimacho etiam Drepane.

— Χειριεύς.] Omnino subest hic aliquid vitii, quod omnes editiones et MSS. occupat. Fortassis rescribendum est Σχεριεύς.

— Καὶ Δρέπανα οὐδετέρως.] Non tantum genere neutro et numero multitudinis τὰ Δρέπανα, verum etiam τὸ Δρέπανον dixerunt veteres. Polybius lib. I. Διὰ τὸ πάσης τῆς ἄλλης Σικελίας ἐπικρατεῖν Ῥωμαίους, πλὴν Δρεπανῶν. Idem eodem libro, paucis versibus interiectis: Ὁ δὲ Ἀννίβας ἐξέπλευσε μετὰ τῶν νεῶν εἰς τὸ Δρέπανον πρὸς Ἀτάρβαν.

— Ἔστι καὶ Δρεπάνη Βιθυνίας.] Vicina erat urbi Pronecto, Stephanus; Πρόνεκτος πόλις Βιθυνίας, πλησίον τῆς Δρεπάνης, ἣν ἔκτισαν Φοίνικες. Tradit Etymologici Mag. Auctor eandem regionem Drepanum in Bithynia: Δρέπανον δὲ καὶ χώρα Βιθυνίας πρὸς τῷ Βοσπόρῳ κειμένη.

— Ὄρος Αἰθιοπίας.] Hunc locum interpretatur Salmasius de promontorio ad sinum Arabicum in parte Troglodytarum. Eum videsis ad Solinum pag. 1264. Plinius lib. VI. cap. XXIX. A promontorio Indorum quod vocatur Lepte Acra, ab aliis Drepanum etc.

— Τὸ ἐθνικὸν, Δρεπανεύς.] Latino ore DREPANITANUS
811 a dicendum, ut vult Priscianus lib. II. A Caralibus, Caralitanus; a Taurominio Taurominitanus; a Cephaloedio Cephaloeditanus; a Drepano, Drepanitanus. Eodem gentili etiam utitur Cicero lib. IV. in Verrem.

— Βουδίαν, Δρεσίην τε.] Si sequamur vulgatam lectionem, haud constabit versiculi modulus. Apud Nonnum lib. XIII. sed currit Βούδειαν. Hinc coniicio olim fuisse scriptum Βουδείην, Δρεσίην τε. Etiam idem Nonnus lib. citato Dresiae meminit.

Οἱ Δρεσίην ἐνέμοντο. —

Δρυλαί. Ὡς Ξενοφῶν.] Ut virtutem huius gentis et propriam sedem cognoscamus, operae pretium existimo Xenophontis verba transcribere, a quo aliquoties Δρῖλαι appellantur, ita enim ille libro a Stephano allegato: Εἰς τοὺς Δρίλας δὲ προθύμως ἦγον, ὑφ' ὧν κακῶς ἔπασχον, εἰς χωρία τε ὀρεινὰ καὶ δύσβατα, καὶ ἀνθρώπους πολεμικωτάτους τῶν ἐν τῷ Πόντῳ· ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ οἱ Ἕλληνες, ὁποῖα τῶν χωρίων τοῖς Δρίλαις ἁλώσιμα ἐδόκει εἶναι etc.

Δρύαινα. Χρυσόπολις.] Huius urbis noster isthac in voce mentionem facit.

Δρυΐδαι. Ὡς Διογένης Λαέρτιος.] Voculam ὡς induximus ex MSS. quae iam planissimam sententiam conficit. Druidarum Laertius meminit in prooemio operis sui. In libris Palatinis et Vossiano ordine inverso legebatur, ὡς Λαέρτιος Διογένης. In voce Χολλίδαι a nostro appellatur Διογένης ὁ Λαερτιεύς. Haec diversae formae gentilia sunt, formata a voce Λαέρτης, ubi tamen noster de ultimo mentionem non facit, cuius rei plura in hoc opere occurrunt exempla. Non puto tamen patris nomen fuisse, cum et gentilia saepissime cum articulo proferantur, ut Δημήτριος ὁ Σκήψιος, Δημήτριος ὁ Καλλατιανὸς et alii innumeri.

Δρύμη. Στράβων ιζ.] Libri editi male habent Στράβων ιϛ'. Verum quod alias saepenumero statuimus, etiam hic statuendum, scilicet, nostrum in vitiosum Geographi codicem incidisse, in quo pessimo errore Δρύμη exaratum erat. Strabo oppidum 311
hoc Ἀδρύμην appellavit, eiusque libro XVII. mentio reperitur; b
estque idem quod noster nomine Ἀδρύμης in praecedentibus descripsit. Haec sunt Strabonis de hac urbe verba: Ἔστι δὲ καὶ Μελίτη νῆσος ἐν πεντακοσίοις σταδίοις ἀπὸ τῆς Κοσσούρας· εἶτα Ἀδρύμη πόλις, ἐν ᾗ καὶ νεωρία ἦν.

Δρυμία. Δρυμία, πόλις Φωκίδος.] Hodie in Pausaniae editis circumfertur Δρυμαία, eratque urbs non longe ab Amphiclea et Tithronio dissita, cuius originem referunt ad Phocum Aeaci filium. Haec sunt Pausaniae de oppidi situ verba: Ἀπέχει δὲ Ἀμφικλείας ἡ Δρυμαία σταδίους ὀγδοήκοντα, ἀποτραπέντι ἐς ἀριστερὰ κατὰ Ἡροδότου λόγους. Ναυβολεῖς δὲ τὰ ἀρχαιότερα, καὶ οἰκιστὴν οἱ ἐνταῦθα γενέσθαι φασὶ Φῶκον παῖδα τοῦ Αἰακοῦ. Ab Herodoto lib. VIII. Δρύμος appellatur, sic enim ille: Καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδρην, καὶ Ἔρωχον etc. Livius eam Doridi, non vero Phocidi adscribit, et ab eo *Drymas* appellatur, ita enim ille de Philippo libro XXVIII. *Tritonum et Drymas Doridis parva atque ignobilia oppida cepit.*

— Δρυμίοις ἱερόν ἐστι.] Haec Pausaniae verba sunt, in

cuius libro x. nunc legitur hunc in modum: Δήμητρος δὲ Θεσμοφόρου Δρυμαίοις ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου πεποίηται. Apud nostrum est Δρυμίοις, quod pro gentili non est sumendum: sed usus est noster urbis nomine, numero multitudinis et genere neutro. Hinc suspicor Pausaniae libros aliquid monstri alere: nam si urbis nomen sit Δρυμαία, quod passim ἑνικῶς καὶ θηλυκῶς usurpat, inde ἀναλόγως gentile Δρυμαιεὺς non deducetur.

— Δρυμιεὺς, ἐκ τοῦ θηλυκοῦ καὶ οὐδετέρου.] Existimo hanc nostri Stephani esse mentem, quanquam primitivum Δρυμία genere feminino et numero singulari, sive genere neutro et numero multitudinis acceperis, inde commodissime formari posse τὸ ἐθνικὸν Δρυμιεὺς, adeo ut hinc appareat, veteres dixisse ἡ Δρυμία et τὰ Δρυμία.

312 a Δρυμοῦσσα. Θουκυδίδης ὀγδόῃ.] Insulas inter Clazomenis obiacentes numeratur a Thucydide, cuius haec sunt verba: Αἱ δὲ ἄλλαι νῆες κατῆρον ἐς τὰς ἐπικειμένας ταῖς Κλαζομεναῖς νήσους, Μαράθουσαν, καὶ Πήλην, καὶ Δρίμυσσαν. Huius insulae etiam Plinius lib. v. cap. xxxi. mentionem facit, et Polybius in Legat. Κλαζομενίοις δὲ καὶ δωρεὰν προσέθηκαν τὴν Δρυμοῦσαν καλουμένην νῆσον. Quod a Livio ita vertitur: *Clazomeniis super immunitatem, et Drymusam dono dederunt.* Ubi Ursinus observat in Polybiano codice fuisse Δρομοῦσσα et in veteribus Livianis *Dromissa*, propiore ad *Dromussam* Polybianam scripturam.

11 a Δρυόπη. Περὶ τὴν Ἑρμιόνα.] Si quaesiveris illa in voce ubinam terrarum Hermione fuerit sita, inanem te remittet Epitomator, et nihil inde certi expiscaberis. Ego tamen hic intelligo Dryopas, antiquis temporibus Parnassi accolas, et in Peloponnesum ab Hercule deductos, ubi Asinem prope Hermionem tenuerunt, quod manifeste testatur Pausanias in Messenicis: Ἀσιναῖοι δὲ τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς Λυκωρίταις ὅμοροι, περὶ τὸν Παρνασσὸν ᾤκουν. ὄνομα δὲ ἦν αὐτοῖς, ὃ δὴ καὶ ἐς Πελοπόννησον [illegible] σώσαντο ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ Δρύοπες. Γενεᾷ δὲ ὕστερον [illegible] σιλεύοντος Φύλαντος, μάχῃ τε οἱ Δρύοπες ὑπὸ Ἡρακλέους [illegible] τήθησαν, καὶ τῷ Ἀπόλλωνι ἀνάθημα ἤχθησαν ἐς [illegible]. Ἀναχθέντες δὲ ἐς Πελοπόννησον χρήσαντος [illegible] πρῶτα μὲν τὴν πρὸς Ἑρμιόνῃ Ἀσίνην ἔσχον. Originem, [illegible] et transmigrationem huius gentis etiam luculenter [illegible] simus Scholiastes ad Apol. Rhod. lib. I. Δρύοπες [illegible] τὸν Παρνασσὸν ἄδικον, ὃ κατεπολέμησεν Ἡρακλῆς [illegible] σεν εἰς Πελοπόννησον· ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ Δρύοπος [illegible] κάονος καὶ Δίας τῆς Λυκαονείας. Herculem [illegible] in Peloponnesum etiam testificatur Etymologici Mag. Auctor, qui

Dryopem non Lycaonis, sed Apollinis F. statuit, ita enim ille: Τοὺς Δρύοπας ὑπὸ τὸν Παρνασσὸν οἰκοῦντας, μετέστησεν Ἡρακλῆς εἰς Πελοπόννησον· καλοῦνται δὲ ἀπὸ Δρύοπος, υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Δίας τῆς Λυκάονος. Verum magis placet, quod de Dryopis genealogia Etymologus adduxit, quam Apollonii Scholiastes, ubi illud Λυκαονείας a mala manu est, et si quis rescripserit Λυκάονος cum Etymologici auctore, illud alterum praecedens Λυκάονος in Ἀπόλλωνος mutare necesse habebit. Imo Scholiastam Apollonii ita debere emendari, evidentissimo argumento demonstravero, si huc transcripserim Tzetzae verba ex commentariis ad Lycophronem, sic enim ille: Ὁ δὲ Δρύοψ, υἱὸς 312
Ἀπόλλωνος καὶ Δίας τῆς Λυκάονος· ταύτῃ γὰρ συνελθὼν Ἀπόλ- b
λων, ἔγκυον ἐποίησεν· ἡ τεκοῦσα τὸ βρέφος, ἔκρυπτε δρυὸς στελέχει, ὅθεν καὶ Δρύοψ ἐκλήθη, καὶ ἐξ αὐτοῦ Δρύοπες, οἱ περὶ Παρνασσὸν, ὥς φησιν Ἥλιος.

— Περὶ Τραχῖνα.] Apollodorus lib. II. de Hercule sic inquit: Ὡς δὲ ἧκεν εἰς Τραχῖνα πρὸς Κήυκα, ὑποδεχθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, Δρύοπας κατεπολέμησεν.

Δρῦς, πόλις Θρᾴκης.] Huius urbis meminit Scylax, cuius verba sic constituit incomparabilis I. Vossius. Αἱ δὲ πόλεις Δίκαια καὶ Μαρωνεία· κατὰ ταῦτα ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐμπόρια Δρῦς, Ζώνη. Ad quem locum vir magnus observat Nicandri Scholiastam hanc urbem Ὀρφέως Δρύας appellasse: Τῆς Αἴνου πλησίον ἐστὶν ὁ ποταμὸς Ἕβρος· οὐ μακρὸν δὲ τοῦ ποταμοῦ καὶ Ζώνη πόλις, μεθ' ἣν αἱ Ὀρφέως Δρύες εἰσὶν, ὑφ' ἃς τὸ Ζηρύνθιον ἄντρον.

— Ἔστι καὶ πόλις τῶν Οἰνώτρων.] Foedissimum mendum in vulgatos libros irrepserat, in illis enim legebatur: ἔστι καὶ πτωκωστῶν Οἰνώτρων.

— Ἐπὶ τῷ Ἀρῷ ποταμῷ.] Arum fluvium geographi omnes in Cilicia collocant, quare hic legendum monet Salmasius, ἐπὶ τῷ Πιναρῷ ποταμῷ. Quae lectio tanto confidentius admittenda est, quia in MSS. ante τὸ Ἀρῷ lacuna conspicitur.

Δυμᾶν. Ἦσαν δὲ τρεῖς.] De hisce tribus legendus Scholiastes Aristophanis ad Plutum. Locus etiam in hanc rem optimus est apud Pindari Scholiast. ad od. I. Pyth. Πάμφυλος καὶ Δύμας (ita legendum, non Δήμας) καὶ Δῶρος υἱοὶ Αἰγιμίου· ἀφ' ὧν Παμφυλὶς, καὶ Δυμανὶς, φυλαὶ ἐν Λακεδαίμονι.

— Αἰγίμιος.] In omnibus editis excusum reperitur male Αἴγιμος, quod auctoritate veterum scriptorum, et fide codicum calamo exaratorum emendavimus.

— Δυμᾶνα.] Corrigendum videtur Δυμᾶντα, qua terminatione hunc Aegimii filium appellavit Pausanias in Achaicis: Σα-

φῶς δ' οὐκ οἶδα· εἴτε ἀπὸ γυναικὸς ἐπιχωρίας Δύμης, εἴτε ἀπὸ Δύμαντος τοῦ Αἰγιμίου.

— *Ὕλλον ἐποιήσατο τρίτον, χάριν ἀποδιδούς.*] Haec verba cum referenda sint ad Aegimium Doriensium regem, pessime depravata habentur in vulgatis ad hunc modum: *Ὕλλον ἐποιήσαντο τρίττον, χάριν ἀποδιδόντες.* Haec, quam nos divulgamus, codicis Vossiani lectio est, quam nemo sanus repudiabit.

313 *Δύμη.*] Ut cuivis legentium primo quasi intuitu evidentis-
a sime appareat, quam miseris modis genuinum Stephani Byzantini de Urbibus, sive ut ego existimo, de Gentilibus opus ab Hermolao Grammatico Constantinopolitano sit truncatum, neque omnino inconsultum, neque a re alienum videbitur, si ipsissima Epitomatoris verba ex quacunque sectione, iuxta Xylandrianam editionem, hic subiiciam. Haec enim ille de Dyma congessit: *Δύμη, πόλις Ἀχαΐας, ἐσχάτη πρὸς δύσιν. ὁ πολίτης, Δυμαῖος καὶ Δυμαία. λέγεται καὶ Δύμιος. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα ταύτην φησὶν ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ.* Quanto cum bonarum literarum dispendio hoc breviarium sit consarcinatum, cum ipso Stephani opere collatione instituta, hinc manifeste constabit. Tam multis parasangis hoc fragmentum superat epitomen, ut Alcinoi hortos, aut Midae rosetum ingredi putem, quando seria lectione illud percurro.

— *Ἀχαϊκήν.*] Sic appellatur respectu aliarum Dymarum: Antoninus enim in Thracia oppidum huius nominis, et locum in Sparta Hesychius collocat. In membranis Seguierianis deerant tres literae posteriores, legebaturque *Ἀχαι* xxx. Quod mihi suspicionem iniicit hunc locum plura continuisse. Sic solent socordes atque imperiti librarii epigrammatum duntaxat exordia transcribere, et reliquos versus, licet aliquando decem sequentium lectorum diligentiae committere, exarando *etc.* vel *καὶ τὰ ἑξῆς*, quod hic ab ipsis factum videtur. Nitebatur enim Stephanus integro Callimachi epigrammate probare, Achaïcam *Δύμην ἀπὸ τῆς δύσεως* vel *δύσμης* nomen habere. Verisimilem esse nostram coniecturam, inde evincitur, quod toto hoc capite nullam de etymologia vocis mentionem fecerit ὁ *Ἐθνικολόγος*, quamplurimarumque circa initium tmematis exhibet. Urbem inde appellationem sortitam esse, etiam testatur Strabo lib. VIII. *Ἐσχάτη δ' ἐστὶν ἡ Δύμη πόλις ἀλίμενος, πασῶν δυσμικωτάτη, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα.* Vide praeterea Eustathium ad Iliad. *B.* pag. 292. Pausanias lib. VII. perhibet, quondam *Paleam* appellatam fuisse; nomen vero quod nunc obtinet, a Dyme femina indigena, vel a Dymante Aegimii filio deducens, ita enim ille: *Ἐκαλεῖτο δὲ τὰ μὲν ἀρχαιότερα Πάλεια. ἐχόντων δ' ἔτι Ἰώνων, ὄνομά οἱ μετέθεντο*

ἐς ἡμᾶς. σαφῶς δ' οὐκ οἶδα, εἴτε ἀπὸ γυναικὸς ἐπιχωρίας Δύμης, εἴτε ἀπὸ τοῦ Δύμαντος τοῦ Αἰγιμίου. Etymologici Magni Auctor nomen habere existimat ἀπὸ τῆς δύσμης, ἢ ἀπὸ Δύμης ἡρωΐδος. Integrum locum mox producam.

— *Πόλις Στρατός.*] Sic olim nuncupatam fuisse, liquet ex Strabone lib. VIII. Sed non est confundenda cum clarissima eiusdem nominis urbe in Acarnania sive Aetolia, cuius Livius, Mela, Plinius et alii quam plurimi meminere.

— *Καὶ ἡ πόλις καὶ ἡ χώρα Δύμη ἐκλήθησαν.*] Hoc etiam quodammodo ex Scholiasta in Lycophronem apparet, tradente in Achaia Dymam civitatem vel regionem extitisse, ita enim inquit: Περὶ δὲ ταύτας τὰς πόλεις, ἤτοι τὴν Θεράπναν, ἥτις ἐστὶ πόλις Λακωνικὴ, καὶ τὸ Ὤλενον πόλις Ἀχαΐας, καὶ τὴν Δύμην πόλιν 313
ἢ χώραν Ἀχαΐας. In verbis Theopompi mox secuturis τὸ Δύμη b
etiam commodissime pro regione accipi potest.

— *Πληθυντικῶς*] In hanc rem citat noster Apollodori testimonium, cui adiiciam locum ex Etymologici Mag. Auctore: Δύμη ἡ πόλις τῆς Ἀχαΐας. Λυκόφρων. Δύμη τε Βουφρασίων ἡγεμὼν ὄχλου. λέγεται καὶ Δύμαι καὶ Δυμαῖαι (ubi malim emendare, λέγεται καὶ Δύμη καὶ Δύμαι.) ὅτι πρὸς δυσμὰς τῆς Ἀχαΐας κεῖται, δύσμη τὶς οὖσα καὶ δύμη. ἢ ἀπὸ Δύμης ἡρωΐδος. Etiam Livius hoc numero urbis nomen protulit, ita enim ille lib. XXXII. cap. XXII. in oratione Aristheni: *Egregie enim Dymas priore bello summus tutati.* Et lib. XXXVIII. cap. XXXIX. *Una ad coercendos inventa, haud magna memoratu res est: centum funditores ab Aegio et Patris et Dymis acciti.*

— *Τούτων ἀπέχουσα σταδίους ΡΚ.*] An iusta et accurata haec sit stadiorum dimensio, facillime hinc cognoscere potuissem, si praecedentia Apollodori verba non interiissent. Fortassis scribendum est: Ἠλείων ἀπέχουσα σταδίους ρκ'.

— *Ὁ πολίτης Δυμαῖος.*] Stephanus usu huius vocis illustrium scriptorum auctoritate, Ephori, Pausaniae, Apollodori, Philisti, Theopompi et Euphorionis, confirmato, ex Antimachi Thebaïde subiungit, etiam τὸ Δύμιος usurpari. Duobus hisce gentilibus ex Polybio tertium, scilicet τὸ Δυμαιεὺς addi posset, ita enim ille lib. IV. cap. LX. Διὸ καὶ Τριταιεῦσι καὶ Φαραιεῦσι καὶ Δυμαιεῦσιν, ὅτι μὲν ἰδίᾳ συνεστήσαντο μισθοφόρους, καταμέλλοντος τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμόνος, οὐκ ἐγκλητέον. Verum metuo ne illo in loco menda lateat, ex repetitione diphthongi praecedentium vocabulorum orta, quam neque interpres neque alii commentatores subolfecere, ut plurimum de gentilibus parum solliciti. Non me fugit τὸν Ἐθνικογράφον alibi canonem exhibere, secundum quem τὸ Δυμαιεὺς quodammodo

[redacted]

defendi posset, ita enim scribit in Ἁλαί· Ἀραφηνίδες ... Τρύφων δ' ἐν παρωνύμοις Ἁλαῖος τρισύλλαβον, καὶ Ἁλαιαῖος τετρασύλλαβον. καὶ ἀπὸ Ἁλαῖος Ἁλαιεύς, Ληναῖος Ληναιεύς, Κρηταῖος Κρηταιεύς. Eodem modo a Δυμαῖος formari posset Δυμαιεύς. Sed scias velim Polybium passim lib. II. IV. et V., τὸ Δυμαῖος usurpasse, et Stephanum nostrum in Polybiana lectione tantopere versatum fuisse, ut illud, si istam τοῦ ἐθνικοῦ formam codices repraesentassent, aut citasset aut refutasset: adeo ut non dubitem, quin in Polybio Δυμαιεῖς rescribendum sit, quo innumeris locis etiam Livius utitur.

— Ἀνδρὶ Δυμαίῳ.] Integer Pausaniae locus sic se habet: Οἰβώτᾳ γὰρ ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην ὀλυμπιάδι ἕκτῃ.

— Δυμαίοις μὲν etc.] Haec verba etiam in Pausaniae Achaicis reperiuntur, suntque a praecedentibus non longe remota.

— Καὶ ἐν τῷ α'.] Hic locus non est apud Pausaniam libro I. neque etiam VII, ubi Achaia et in ea Dyme describitur. Alios huius auctoris libros evolvere iam non vacat.

814 a — Καὶ Ἀπολλόδωρος, ἢ ὁ τὰ τούτου etc.] In MS. erat η pro numeri nota positum. Hinc suspicor olim scriptum fuisse: Καὶ Ἀπολλόδωρος η'. ἢ ὁ τὰ τούτου ἐπιτεμνόμενος. Alterum η tanquam supervacaneum librarii reiecere. Tota hac sectione auctorum allegatorum libri numerus additur: et mox sequitur: καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν α'.

— Ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος, καθ' ἣν ὁ Βοιώτας ἐνίκα στάδιον.] Non ita haec concipiuntur in MS. sed hoc modo: ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος η Οἰβότας ἐνίκα στάδιον. *Olympiade octava Oebotas vicit stadium.* Verum haec varietas parum ad rem facit. Aliud quid huic Philisti loco excidit, scilicet gentile Δυμαῖος, in cuius usum Stephanus ex illo rerum Sicularum scriptore productum intendit. Fortassis haec verba ita sunt constituenda: Καὶ τῆς ὀλυμπιάδος η', καθ' ἣν ὁ Οἰβώτας Δυμαῖος ἐνίκα στάδιον. Oebotam Dymaeum fuisse, satis evidenter liquet ex Pausaniae Achaicis, cuius verba iam supra in medium produximus.

— Ἄθηνις.] In MS. totus locus ita legebatur: Προστάται δὲ τῆς πόλεως ἦσαν τῶν μὲν Συρακουσίων Ἀθάνις καὶ Ἡρακλείδης. Fortassis fuit celebris ille historicus, qui res Siculas consignavit, cuius Athenaeus lib. III. meminit: Ἀθάνις ἐν τοῖς Σικελικῶν: et Diodorus Siculus libro XVI. Τῶν δὲ συγγραφέων Ἀθάνις ὁ Συρακούσιος. Verum est, eum hic τοῦ Προστάτου munere fungi: sed hoc non obstat, illum quoque res Siculas memoriae prodidisse

— Ἥτις ἔχεις κληῖδα etc.] In Membranis erat: ἥτις ἔχεις

κληῗδας ἐπιζεφύροιο Δυμαίης. Huius versiculi sensus mihi videtur intricatissimus: eum fortassis illustrabo, si statuam Euphorionem loqui de pago sive urbe quadam (ubi quasi agri Dymaei erant claustra) Scolli monti saxoso vicina, per quem ex Arcadia, Magnesia et aliis Peloponnesi regionibus in Agrum Dymaeum iter fiebat. Haec enim Scollis ob rupes et saxa ubique superari non poterat; Dymaeis, Tritaeensibus et Eleis erat communis, et monti Arcadiae, cui Lampeia nomen, continua. *Τὸ κληῗδα* sic sumi posse pro claustris, liquet ex Philippi Demetrii filii sermone, qui testante Pausania in Achaicis, Corinthum, Chalcidem et Magnesiam Graeciae claves vocitabat. Sic Euripides in Medea, fauces Hellesponti *τοῦ Πόντου κληῗδα* nuncupat: et ut unico verbo absolvam, *κλεῖδες* dicuntur *ὀχυρότητες καὶ τόποι φυλακτικοί.* Porro *τὸ Δυμαία* non tantum de foemina, sed etiam agro urbi adiacente sumi posse, evidenter liquet ex Polybio lib. II. sic scribente: *Ὅτε καὶ Λευσιάδας ἔπεσε, τὸ δὲ τρίτον ὁλοσχερῶς ἔπταισαν ἐν τῇ Δυμαίᾳ περὶ τὸ καλούμενον Ἑκατόμβαιον.* Et Strabone lib. VIII. ubi ita inquit: *ὄντος δὲ καὶ ποταμοῦ ἐν τῇ Δυμαίᾳ μεταξὺ Δύμης καὶ Τριταίας, ὃς καλεῖται καὶ Καύκων θηλυκῶς.* Ad vocem *ἐπιζεφύροιο* quod attinet, illa rarissima et non passim est obvia, videturque denotare, *quod ventis ab occasu flantibus expositum est*; quo significatu de Locris Epizephyriis Straboni lib. VI. usurpatur: *Μετὰ δὲ τὸ Ἡράκλειον ἄκρα τῆς Λοκρίδος;* 314
ἣ καλεῖται Ζεφύριον, ἔχουσα τοῖς ἑσπερίοις ἀνέμοις λιμένα, ἐξ b
οὗ καὶ τοὔνομα. εἶθ' ἡ πόλις οἱ Λοκροὶ οἱ Ἐπιζεφύριοι etc. Qui in re obscurissima aliam huic loco lucem attulerit, erit mihi magnus Apollo.

— *Διὰ τὸ πρὸς δύσιν ἐπιζέφυρον.*] Locus mihi videtur mendosus et hunc in modum restituendus: *Διὰ τὸν πρὸς δύσιν ζέφυρον.* Librarios ex similitudine et repetitione praecedentium vocabulorum gravissimos committere errores, res est notissima. Haec verba continent glossema praecedentium ex Euphorione citatorum: nam ideo *τὸ Ἐπιζεφύροιο* agro Dymaeo attribuit, quia occidentalem Peloponnesi plagam obtinet, unde Zephyrus spirabat.

— *Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτήν.*] Hac de re Strabonem ex Antimacho mentionem fecisse sequenti commentario apparebit. Verum ipsa Antimachi verba nobis Lycophronis Scholiastes, leviter quidem corrupta, reservavit, illa sic sunt corrigenda: *Καὶ Ἀντίμαχος ἐν Θηβαΐδι·*

Ὡς ἐπαπειλήτην, ὥσπερ Καυκωνίδα Δύμην
Ἐπραθέτην παίδευσιν Ἐπείων ἀρχεύοντες.

Male in vulgatis hodie *Κακωνίδα Δύμην* legitur.

— Ὡς Διρκαίας.] Cave hanc vocem accipias pro Graeci scriptoris nomine, in quem errorem is facillime dilabi posset, qui veteris historiae non est paullo callentior. Confidenter affirmo hunc locum esse mutilum, et nonnulla post istam vocem excidisse: verum illa lacuna optime Antimachi verbis implebitur, apud Strabonem libro VIII. circa finem exstantibus: Τοῦ δ' Ἀντιμάχου Καυκωνίδα τὴν Δύμην εἰπόντος, οἱ μὲν ἐδέξαντο ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι αὐτό, μέχρι δεῦρο καθηκόντων, καθάπερ ἐπάνω προείπομεν. Οἱ δ' ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ τινος, ὡς αἱ Θῆβαι Διρκαῖαι, καὶ Ἀσωπίδες, Ἄργος δ' Ἰνάχειον, Τροῖα δὲ Σιμουντίς. Hinc satis evidenter constat, Stephanum hanc de Dyma opinionem, quod priscis temporibus Cauconia appellata fuerit, vel hausisse ex ipsis Antimachi scriptis, vel, uti admodum verisimile est, ex loco Strabonis iam allegato, nobis clare indicante hoc ulcus ita sanari debere. Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα φησὶν αὐτήν, ἀπὸ Καύκωνος ποταμοῦ, ὡς Διρκαίας τὰς Θήβας, ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδας. Hanc lectionem esse verissimam, nemo, ut spero, in dubium vocabit. Thebae Dircaeae vocabantur a fonte urbi vicino, et Asopides ab Asopo amne, qui Thebani et Plataeensis agri fines intersecat.

— Ἔνιοι δὲ καὶ Ἀσωπίδα.] Legendum esse Ἀσωπίδας, commentario praecedente ex verbis Geographi manifestissime demonstravimus.

— Κατὰ τὴν Βουπρασίαν.] Haec scriptura non est a Stephano manu profecta: sine dubio reponendum est: κατὰ τὸ Βουπράσιον. Graecis enim et Latinis scriptoribus istius urbis nomen genere neutro effertur.

315 — Ἀρίσα τῷ ποταμῷ.] Et haec fluminis appellatio non est vitii

a immunis, emendandum Λαρίσῳ sive Λαρίσσῳ τῷ ποταμῷ: aliquando enim simplici, aliquando vero duplici Σ vox exaratur. Strabo lib. VIII. ὁρίζει δὲ αὐτὴν ἀπὸ τῆς Ἠλείας κατὰ τὸ Βουπράσιον ὁ Λάρισος ποταμός, ῥέων ἐξ ὄρους. Stephanum haec ex Strabone desumpsisse, facile mihi persuadeo.

— Βοιβήσιμιος.] Hoc gentile neque a Βοίβῃ urbe Cretensi, neque a Macedonia deducitur. Latet hic error transcriptorum, si quisquam alius, plane gravissimus, quem nemo nisi perditi cerebri ferre posset. Ex autographo Seguieriano diversimode hanc vocem viri docti transcripsere, alii Βοιηχοίμιος, alii Βοιβηχοίμιος. Nos autem, quibus inspiciendi istas membranas facultas non fuit, in hac adeo ancipiti vocis scriptura, nuperrime vulgatam lectionem repraesentamus, existimantes totum locum ex coniectura fortassis hunc in modum corrigi debere, λέγεται καὶ Δύμιος, ὡς Βοίβιος, Κύμιος. Scio Stephanum vel etiam Epitom-

matorem in voce *Βοίβη* nullam de hoc gentili mentionem facere, puto tamen exstare in *Ἀλύχμη*, quem locum sic emendavimus: *Ἀλύμνη, πόλις μεγάλης Φρυγίας, ἐν ῇ τιμᾶται Ἀλύμνιος Ἑρμῆς. τὸ ἐθνικὸν, ὡς τοῦ Βοίβη Βοίβιος, Ἀκτὴ Ἄκτιος, οὕτω καὶ Ἀλύμνιος.* Alterum gentile, quod reposuimus, suo loco in voce *Κύνη* reperitur. Sic imperiti librarii ex duobus gentilibus, eadem terminatione et forma gaudentibus, unicam conflarunt vocem, nihil omnino ad rem pertinentem.

— *Ἐν δέ σύ τοῖσι μάλα πρόφρων* etc.] Hi versus profecto sunt obscurissimi: et cum non nisi paucissimae Antimachi reliquiae, nihil ad rem facientes, hic et alibi circumferantur; et antecedentia ac subsequentia prorsus sunt incognita, difficillime quis verum sensum ex iis expiscabitur: praesertim cum poëta communi dicendi genere non utatur, sed vocibus a vulgari significatu longe remotis, quod olim etiam Quintilianus lib. x. cap. 1. hisce verbis testificabatur: *Contra in Antimacho vis et gravitas, et minime vulgare loquendi genus habet laudem.* Ad τὸ *ἐπίκουρος* quod attinet, vulgo quidem *adiutorem* denotat, sed talem hic desiderat sensus, qui cum imperio aliis praeest. Hunc significatum colligere licet ex Hesychio: *Ἐπίκουροι, βοηθοὶ, σύμμαχοι, ἐπίσκοποι*: quae ultima vox imperium quoddam et supereminentiam significat. *Τὸ ἐπίκουρος* igitur, ut cum Livio loquar, est *dux auxiliaris*, sive auxiliariae cohortis praefectus. Nostra haec sententia verbis Etymologici Magni Auctoris optime confirmabitur, ita enim ille: *Ἐπίκουροι δὲ λέγονται, οἱ ἀπὸ ξένης χώρας σύμμαχοι τῶν πολεμουμένων, καὶ βοηθοί. Σαρπηδὼν, ἐπίκουρός ἐστι τῶν Τρώων. οἱονεὶ, τῶν πολεμουμένων βοηθός.* Sic Sarpedo de se ipso apud Homerum Iliad. *E.* loquitur:

Ἡμεῖς δ' αὖ μαχόμεσθ', οἵπερ τ' ἐπίκουροι ἔνειμεν.
Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν, μάλα τηλόθεν ἥκω.
Τηλοῦ γὰρ Λυκίη ξάνθῳ ἐπὶ δινήεντι.

Ad hunc locum ita scribit Eustathius: *Ἡμεῖς δὲ μαχόμεθα οἱ ἐπίκουροι. λέγει δὲ λαοὺς μὲν τοὺς ἐγχωρίους. Ἐπικούρους δὲ τοὺς ἐξ ἀλλοτρίας βοηθούς. ὧν καὶ αὐτὸς ὁ Σαρπηδών.* Qualis inter 315 b
auxiliares ad Troiam fuit Sarpedo, notius est, quam quod hic doceri debeat. Callimachi Scholiasta ad Hymnum in Dianam τοὺς *ἀμορβοὺς* reddit *ἀκολούθους, παρὰ τὸ ἅμα πορεύεσθαι.* Etymol. Mag. Auctor: *Ἀμορβὸς σημαίνει καὶ τὸν ἀκόλουθον, ὁ ἅμα τινὶ ὁρμῶν.* Hinc suspicor *ἀμορβοὺς* denotare *milites, qui ex peregrina regione ducem in aliorum auxilium missum sequebantur.* Antimachus igitur bellum Thebanum cantans, ducem quendam in Thebanorum auxilium missum, laudibus effert, eius virtutem et prudentiam in occupanda Dyma ita depraedicans:

Inter hos tu quoque prudentissimum militum auxiliariorum ducem te gessisti, nam victoria potiti, nec frustra ad bellum profecti, urbem Dymiam diripuistis. In qua coniectura si non erro, non adeo difficile erit Antimachi mentem percipere.

— *Ὡμιλήσας.*] Et haec lectio habet profecto, quod Graeci dicunt, οὐδὲν ὑγιές. In ἀπογράφῳ inveni ὡμιλήσεις. unde suspicor legendum, ὡμίλησας.

— *Διεπέρσατε.*] Alii ex MS. exhibent: διεπέρσατε.

Δ ύ ν δ α σ ο ν, πόλις Καρίας.] De hac civitate Caricâ ita scribit Epitomator: Δύνδασον, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν, Δυνδασεύς. Quemadmodum praecedenti sectione omnem scriptorum auctoritatem flocci facit, ita nunc quoque Alexandri testimonium ex libro secundo de Caria prorsus negligit. Praeterea hoc observandum est, hanc vocem in ἀπογράφοις quae videre licuit, ordinem alphabeticum non servare; nam in iis Dyndasi descriptio post τὸ Δυρβαῖοι incipit. Fortassis pro Δύνδασον rescribendum est Δύνδασα, uti probabiliter liquet ex gentili Πηγασεύς, quod deducitur a Πήγασα, ita enim in Epitome legimus: Πήδασα, πόλις Καρίας, καὶ Πηδασεὺς τὸ ἐθνικόν. Δεῖ δὲ οὐ διὰ τοῦ δ γράφειν Πήδασα, ἀλλὰ διὰ τοῦ γ Πήγασα. οἱ πολῖται Πηγασεῖς. Inter Caricas urbes plurimae reperiuntur ultimam syllabam in δα et σα terminantes: Ἀλάβανδα, Καρύανδα, Κάλυνδα, Κάνδασα, Ἄρκασα, Τένισσα etc.

— *Δυρβαῖοι.*] Hanc de Dyrbaeis sectionem Hermolaus hoc modo in compendium redegit: Δυρβαῖοι, ἔθνος καθῆκον εἰς Βάκτρους, καὶ Ἰνδικήν. Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ. χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται. Δυρβαῖοι εὐδαίμονες ἄνδρες, καὶ πλούσιοι, καὶ δίκαιοι, οὐκ' ἀδικοῦντες, οὔτ' ἀποκτεννύοντες ἄνθρωπον. ἐὰν δ' εὕρωσιν ἐν τῇ ὁδῷ ἢ χρυσὸν, ἢ ἄλλό τι * Haec qui cum genuino Stephani de Dyrbaeis loco contulerit, facillime animadvertet, quid distent aera lupinis.

— *Κτησίας ἐν Περσικῶν δεκάτῃ.*] Hoc Ctesiae fragmentum post Herodotum ab Henrico Stephano editum est, sed mancum

318 et mutilum. Hinc multo auctius atque emendatius transcribi
a possit.

— *Χώρα δὲ πρὸς αὐτὸν πρόσκειται.*] Non puto sanum esse: fortassis emendandum est: χώρα δὲ πρὸς νότον πρόσκειται. Nam Dyrbaeorum regio versus austrum sita est, et omnibus Bactrianae populis australiores.

— *Κατατείνοντες.*] Alii ex MS. transcripsere: κατατείναντες.

316 — *Οὔτε ἀποκτείνουσι.*] Retinui lectionem vulgatam, sed
a olim non ita exaravit Stephanus: hoc ex ipsa epitome satis colligitur.

citur: praeterea ἀπόγραφον unum et et alterum mihi exhibuere, οὔτε ἀποκτιννύουσιν. Haec vox cum sit sana et nitida, mutari minime debet. Antoninus Liberalis, quem nuperrime emendavimus, eadem utitur Fab. XXII. Ὁ δὲ Κύκνος ἕτερον ἆθλον ἐπέταττεν ἀτοπώτερον. ἐγένοντο γὰρ ἐν τῇ γῇ ταύτῃ γῦπες, ὑπερφυές τι καὶ μέγα χρῆμα, καὶ πολλοὺς ἀπεκτίννυον ἀνθρώπους.

— Ἀποκινήσειαν αὐτό.] Membranae Seguierianae: ἀποκινήσειαν οὕτως.

— Οὔτε νομίζουσι.] Haec vox suspecta est, nihil enim in sacrificiis denotat: nisi longius a vulgata lectione recederet, reponerem: οὔτε θύουσι. Verum malo antiquam lectionem retinere, quam absque MSS. codicum fide aliquid immutare. Dyrbaei sic vitam ex iusti rectique norma instituebant, ut nullis legibus, nisi in sacris et religiosis ceremoniis, coercerentur.

— Ἄλφιτα δὲ ποιοῦσι λεπτότερα.] Non male vertitur *Polentam* ex auctoritate Casauboni ad lib. XIV. Athenaei, ubi refert Graecos, cum ἄλφιτα dicunt, *Polentam* intelligere. Huius *Polentae* meminit ipse Athenaeus lib. III. cap. XXIX. ex Archestrato helluone poëta. Cuius conficiendae modum optime docet Plinius lib. XVIII. cap. VII. *Polentam quoque Graeci non aliunde praeferunt, pluribus fit haec modis: Graeci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt: deinde molis frangunt: sunt qui vehementius tostum rursus exigua aqua aspergant, siccentque prius quam molant etc.* Ex quo Plinii loco, additis Ovidii ex V. Metam. versibus:

—— (*Lymphamque roganti*
Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum, ——

Et mox:

—— *Nec adhuc epota parte loquentem*
Cum liquido mista perfudit diva polenta.)

Suspicari licet τὸ λεπτότερα, quo utitur noster ex Ctesia, non incommode posse verti *cum maxime sorbilem*, qualem et Galli hodieque amant.

— Καὶ ἐσθίουσι καρπούς.] Herbis et fructibus vescentes Graecis unico vocabulo Βοτανοβιῶται appellantur, et tales inter antiquos non duntaxat Dyrbaei, de quibus nunc Stephanus ex Ctesia, sed etiam Pythagoricae sectae initiati fuere. Lippis et tonsoribus notum est, illud hominum genus rebus inanimatis, herbis et olusculis vitam sustinuisse, qua de causa ἀπνοβιῶται, et etiam βοτανοβιῶται nuncupabantur. Ultima vox profligatissime corrupta occurrit apud Hieronymum in praefatione commentariorum in Epist. ad Galatas. *Quod nequam intelligens BATA-*

NAEOTES et sceleratus ille Porphyrius in primo operis qui adversum nos libro; Petrum a Paulo obiecit esse reprehensum, quod non recto pede incederet ad evangelizandum, volens et illi maculam erroris inurere, etc. Certum est, Lucam Holstenium virum eruditissimum in huius quaestionis solutionem, quid scil. illa voce intelligi debeat, caput integrum impendisse, sub cuius finem ita scribit: *Et sane magno me beneficio sibi habebit devinctum, qui in re obscura rectam aliquam lucem extulerit.* Tanaquillus Faber vir rarissimae eruditionis et confidentiae, sperans se hac in re Holstenio gratificaturum, rescripsit BOTANIOTES, sive BOTANIATES. Verum ut mihi videtur, rem acu non tetigit, imo dum vocem emendare nititur, eam deteriorem atque obscuriorem reddidit: nam harum vocum significationem nec a veteribus nec a recentioribus addiscere potui. Sine dubio legendum
316 ribus nec a recentioribus addiscere potui. Sine dubio legendum
b est apud Hieronymum: *Quod nequaquam intelligens BOTANOBIOTES et sceleratus ille Porphyrius etc.* Nos statuimus, illam vocem denotare hominem, qui olusculis et herbis vivit, iisque latratrantem stomachum lenire solet: nam cum Porphyrius sectae Pythagoreorum esset addictissimus, inter quos hic mos obtinebat, accommodatiori vocabulo haec secta et acerrimus eius sectator exagitari ab Hieronymo non potuit.

Δυῤῥάχιον, πόλις Ἰλλυρική.] Hanc de Dyrrachio ὁ τῶν Ἐθνικῶν ἐκθέτης epitomen consarcinavit. *Δυῤῥάχιον, πόλις Ἰλλυρική, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα, ἀπὸ Ἐπιδάμνου. τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος, Δυῤῥάχιος. σο * ἀφ' ἧς τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν. Ἀλέξανδρος δ' ἐν Εὐρώπῃ, Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ, μετὰ τοῦ σ.*

Δυσραχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιαλοῦ χθονὸς ἀκτῆς.

Ἔστι καὶ ἄλλη Λακωνικὴ μία τῶν ἑκατόν. καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας, Δυσραχία. τὸ ἀρσενικὸν, Δυσράχιος. νῦν δὲ Δυῤῥαχηνοὶ λέγονται, ὡς Ἐῤῥένιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς, Φιλωνίδης δὲ ὁ Δυῤῥαχηνὸς, ἤκουσε μὲν Ἀσκληπιάδου, ἰατρεύσας ἐν τῇ πατρίδι ἐνδόξως, συνετάξατο βιβλία μέ. Obiter in hac epitome animadvertendum, Palatinos codices, ut et chartaceum Vossianum lacunam supra notatam non agnoscere. Praeterea in Vossiano legitur: *Καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας, Δυῤῥαχία*: non *Δυσραχία*, ut in vulgatis huius epitomes conspicitur: sed vulgata lectio hoc loco est praeferenda. Facili negotio possem nunc Dyrrachii descriptionem exhibere, sed quia incomparabilis I. Vossius in observationibus suis ad Pomponium Melam satis perspicue situm indicavit, et eruditissimus Iacobus Palmerius in ... rici descriptione, brevi lucem publicam visura, ...

[redacted]

etiam urbis conditores et memorabilia fusius commemoravit, huic labori parcere animum meum induxi.

— *Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου.*] Appianus Alexand. lib. II. Civil. perhibet, regem quendam barbarorum Epidamnum dictum, urbi nomen fecisse: Constantinus Porphyrogenneta lib. II. Themate IX. totum Stephani locum ferme transcribens, illud nominis etiam a prisco heroë Epidamno deducit. *Δυῤῥάχιον πόλις Ἑλληνική, καὶ Ἐπίδαμνος κληθεῖσα ἀπὸ Ἐπιδάμνου τοῦ ἀρχαίου ἥρωος, τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος ὁ Δυῤῥάχιος, ἀφ' ἧς τόπος ἐν Ἐπιδάμνῳ Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθε.* Verum Romani eo coloniam ducentes, Dyrrhachium dicere maluerunt, propter ominosum et inauspicatum nomen Epidamni. Pomp. Mela lib. II. *Urbium prima est Oricum, secunda Dyrrhachium, Epidamnos ante erat. Romani nomen mutavere, quia velut in damnum ituris, omen id visum est.* Vide quoque Plinium lib. III. cap. XXIII. Sed non possim, quin iucundissima Plauti super hac re verba in medium producam, ita enim ille in Menaechmis Act. II. Scen. I.

Nam ita est haec hominum natio Epidamnia,
Voluptarii atque potatores maximi:
Tum sycophantae et palpatores plurimi
In urbe hac habitant: tum meretrices mulieres
Nusquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est,
Quia nemo ferme huc sine damno divortitur.
ME. Ego isthuc cavebo: cedo dum mihi huc marsupium.
MES. Quid eo vis? ME. Iam abs te metuo de verbis tuis.
MES. Quid metuis? ME. Ne mihi damnum in Epidamno duis.

— *Τούτου θυγάτηρ Μέλισσα*] De huius patre inter mythologos non convenit. Vide Apollod. lib. II. et Pausan. in Corinthiacis. 317 a

— *Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν Λίσσος ἐστί.*] Mutilus est hic locus, et sic emendandus: *Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστι.* Eandem lacunam in verbis Constantini Porphyrogennetae observavi loco iam supra allegato. Hanc emendationem non posse in dubium vocari, manifeste evincam verbis Geographi, lib. VII. *Μετὰ δὲ τὸν Ῥιζονικὸν κόλπον Λίσσος ἐστὶ πόλις καὶ Ἀκρόλισσος, καὶ Ἐπίδαμνος Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον, ὁμωνύμως τῇ χεῤῥονήσῳ λεγομένῃ, ἐφ' ἧς ἵδρυται.* Haec verbotenus Philo ex Strabone hausit.

— *Κεραυρείων κτίσμα.*] Vide Scymnum Chium, Strabonem, App. Alexand. et alios.

— *Πρότερον.*] In apographo, quod ex Seguierianis membranis erat transcriptum, τὸ *πρότερον* non inveni. Sensus satis clarus et perspicuus est, etiamsi haec vox deleatur: imo hinc exstirpandam esse, proxime allegata Strabonis verba, et Constantini Porphyrogennetae locus, ubi etiam non agnoscitur, satis probant.

— *Ὡς Φίλων.*] Fuit hic Philo Byblius, qui sub Imperat. Traiano vixit. Libros xxx. de Urbibus et de viris in iis eruditione illustribus consignavit, uti Suidas auctor est. Huius historici opera, uti Etymologici Magni Auctor voce *Βουκέρας* perhibet, a quodam Aelio Sereno in compendium redacta fuere: *Οὕτω καὶ Σερῆνος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Φίλωνος περὶ πόλεων.*

— *Δέξιππος δὲ ἐν Χρονικῶν ι.*] Eundem Dexippi locum ex Chronicorum decimo producit Constant. Porphyrogenneta, loco iam aliquoties citato: sed corruptissime ibidem *χεῤῥονικῷ δεκάτῳ* legitur, pro *Χρονικῶν δεκάτῳ.*

— *Πόλιν τῆς Μακεδονίας.*] Tam late aliquando Geographi Macedoniae fines extendebant, ut Dyrrhachium pro urbe Macedonica acciperent. Ptolemaeus lib. III. cap. XIII. *Ἡ Μακεδονία περιορίζεται, ἀπὸ μὲν ἄρκτων ταῖς ἐκτεθειμέναις πλευραῖς, Δαλματίας καὶ Μυσίας τῆς ἄνω, καὶ Θρᾴκης. Ἀπὸ δὲ δυσμῶν τῷ Ἰονείῳ πελάγει, τῷ ἀπὸ Δυῤῥαχίου, ἤτοι Ἐπιδάμνου, μέχρι Κελύδνου ποταμοῦ κατὰ περιγραφὴν τοιαύτην.* Ita hic locus est emendandus, qui in vulgatis pessime depravatus circumfertur.

317 — *Μετὰ τοῦ σ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ.*] In Antigrapho et
b in Hermolai epitome inverso ordine haec legebantur: *Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ μετὰ τοῦ σ.* Eustathius in commentariis ad Dionysium de Situ Orbis nominis etymologiam inde deducit, ita enim ille pag. 56. *Περὶ ἃ* (Scil. *Κεραύνια ὄρη*) *κεῖται καὶ ἡ τῆς νέας Ἠπείρου μητρόπολις, ἡ ποτὲ καλουμένη Ἐπίδαμνος, ἤτοι τὸ Δυῤῥάχιον. δηλοῦν ἐκ τῆς τοιαύτης κλήσεως τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα. δυσράχιον γάρ ἐστιν, ὅ ἐστι δυσέξοχον* [illegible] *ψαν δὲ τὸ σ εἰς ρ, εὐφωνότερον καλεῖται Δυῤῥάχιον* [illegible] *τὸ Τυρσηνὸς, Τυῤῥηνὸς* etc. Vide hac de re etiam locum [illegible] mum apud Dionem Nicaeum lib. XLI.

— *Καὶ δῆλον, ὅτι Δυῤῥάχιος τὸ τούτου ἀρσενικόν.*] [illegible] possum hanc scripturam prorsus reiicere, cum etiam [illegible] eam agnoverit: mallem tamen locum, si mei [illegible] sic constituere: *Καὶ δῆλον, ὅτι Δυῤῥάχιος* [illegible] Nam de gentili toto hoc capite nullam reperies [illegible] malis ante haec verba, *λέγεται καὶ ἡ χώρα* etc. [illegible]

et totum locum sic constituere: Ἔστι καὶ ἄλλη τις Λευκανικὴ μετὰ τῶν ρ΄. τὸ ἐθνικὸν, Δυῤῥάχιος, καὶ Δυῤῥαχία. λέγεται δὲ καὶ ἡ χώρα etc. Goltzius nummum exhibet cum inscriptione: ΔΥΡΡΑΧΙΩΝ.

— Ὡς τοῦ Ἀνάκτορον τὸ Ἀνακτόριος.] Repono confidenter: ὡς τοῦ Ἀνακτόριον Ἀνακτόριος. Vide observationes nostras ad illam vocem, et de emendatione eris certissimus.

— Κούριον Κούριος.] Miror isthoc loco τὸ ἐθνικὸν Κουριὸς non recenseri ab Epitomatore, ita enim ille: Κούριον, πόλις Κύπρου etc. Τὸ ἐθνικὸν, Κουριεύς. καὶ Ἀριστοκλῆς Κουριεὺς ἦν. τὸ θηλυκὸν Κουριὰς, καὶ ἡ χώρα. Sed mirari desino, cum saepissime contingat, Stephanum gentilia in medium producere, de quibus suo loco ne γρὺ quidem exstat. Huic non dissimile exemplum legere licet annotatione p. 315. a.

— Ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι.] Sensus magis erit perspicuus, si legas: ταύτης (Scil. χώρας) ἐχόμενοι οἰκοῦσι Ταυλάντιοι. Sic enim Geographi loqui amant: Scylax Caryandensis capite Ἐγχελεῖς. Ἰλλυριῶν ἔθνος εἰσὶν οἱ Ἐγχελεῖς, ἐχόμενοι τοῦ Ῥίζονος.

— Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Λάος.] Monstrum lectionis in 318
hisce verbis latere, qui non videt, illum ἀλαοσκοπίη ἔχει maxi- a
ma: nam Laus fluvius a Geographicarum rerum peritis non in Illyrico, sed in Lucania ponitur. Strabo circa initium lib. VI. Μετὰ δὲ Πυξοῦντα, Λάος κόλπος, καὶ ποταμὸς Λάος, καὶ πόλις ἐσχάτη τῶν Λευκανίδων. Stephani Epitomator: Λάος, πόλις Λευκανίας. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ γῆς δευτέρῳ. ἀπὸ Λάου ποταμοῦ. Ex duobus istis locis satis liquet, illud fluminis nomen non esse sanum: locum ita constituo: Ποταμοὶ δὲ Δρίλων καὶ Ἀῶος. Non teram tempus in asserenda hac lectione, tantum Strabonis verba apponam, quae id evincunt manifestissime, haec enim sequuntur proxime post illa p. 316. a. not. 2. allegata. Εἶθ' ὁ Ἄψος ποταμὸς, καὶ Ἀῶος, ἐφ' ᾧ Ἀπολλωνία. In praecedentibus Strabo de Drilone fluvio, sinu Rhizonico, Lisso, Acrolisso et de Dyrrachio sive Epidamno mentionem fecerat. Huius Ἀώου nomen in plus quam decem scriptoribus profligatissime corruptum inveni, sed quia doctissimus Palmerius in Graeciae antiquae descriptione, omnes ferme emendavit, huic labori supersedere non inconsultum videbitur.

— Περὶ οὓς οἱ Κάδμου καὶ Ἁρμονίας τάφοι δείκνυνται.] In ipso membranarum contextu haec verba non leguntur, sed in inferiore MS. pagina; et in margine haec conspiciuntur: Περὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου, quod loco compendiariae scripturae repositum erat. Locus ubi Cadmi et Harmoniae monumentum fuit, proprio nomine appellatur *Cylices*, ita enim Athenaeus lib. XI.

Πολλοῖς δὲ μὲν ὁ ἐν Ἰλλυρίοις τόπος διαβόητός ἐστιν ὁ καλούμενος Κύλικες, παρ᾽ ᾧ ἐστὶ τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίης μνημεῖον. De horum tumulo etiam legimus apud Apoll. Rhod. lib. IV. Dionysium de situ orbis, et alios quam plurimos.

— *Νῦν Δυῤῥάχηνοὶ λέγονται.*] Latino ore non *Dyrrhacheni*, sed *Dyrrhachini* appellantur. Caesar de Bell. Civ. lib. III. *Re frumentaria praeparata, confirmatisque militibus, et satis longo spatio temporis a DYRRHACHINIS praeliis intermisso etc.*

— *Βάλαγρος ἐν Μακεδονικοῖς.*] Idem scriptor Stephano citatur in vocabulis *Ἄμολβος* et *Ὄλβηλος*. Vide praeterea Vossium de Historicis Graecis.

— *Ἑρέννιος Φίλων ἐν τοῖς Ἰατρικοῖς.*] Non intelligo hic Philonem Byblium, qui Traiani tempore vixit, cuiusque in praecedentibus meminit Stephanus noster, sed Philonem Tarsensem
318 Medicum vetustissimum, qui a Galeno simpliciter Philo appella-
b tur. Herennii Philonis etiam in voce *Κύρτος* memoria reperitur, ita enim Stephanus: *Κύρτος, πόλις Αἰγύπτου ἐν τῷ μεσογείῳ. ἐκ ταύτης Διονύσιος ἦν διάσημος ἰατρὸς, ἀπὸ τῆς πατρίδος, οὐκ ἀπὸ τοῦ σώματος κυρτὸς ὀνομαζόμενος, οὗ μέμνηται Ἑρέννιος Φίλων ἐν τῷ περὶ Ἰατρικῶν.*

— *Ἔχε.*] Legendum *εἶχε.*

— *Λέγει δὲ Παυσανίας η΄.*] Verba Pausaniae non sunt libro VIII. sed libro VI. sive Eliacis posterioribus. Scribendum igitur apud nostrum: *λέγει δὲ Παυσανίας ς΄.*

— *Ἐπιδάμνιοι μὲν χώραν ἥν περ καὶ ἐξαρχῆς.*] Haec paululum differunt a vulgatis Pausaniae, in quibus excusum est: *Ἐπιδάμνιοι δὲ χώραν μὲν ἥν περ καὶ ἐξαρχῆς* etc.

— *Ἐκείνης δ᾽ ἀφεστηκυῖαν ὀλίγον.*] Ita rescripsimus ex Pausaniae editis; male enim in membranis Seguierianis legebatur: *ἀφηστηκυῖαν.* Mirum profecto non est, urbem hanc antiquae sedis terminos mutasse, cum Diodorus Siculus lib. XII. tradat, barbaros eam atrocissimis bellis atque obsidione vexasse. Vestigia paullulum mutati situs etiam exstabant aetate Alexii Comneni: nam Robertus Dyrrachium obsidione cingens, intra ruinas murorum urbis vetustae tentoria figebat, uti commemorat Anna Comnena lib. III. Alexiadum hisce verbis: *Καὶ δὴ ἐντὸς τῶν [illegible] θέντων τειχῶν τῆς πάλαι καλουμένης πόλεως Ἐπιδάμνου [illegible] ἐπήγνυτο.*

— *Ὄνομα δὲ τῇ πόλει Δυῤῥάχιον.*] Lego ex Pausania: *Ὄνομα δὲ τῇ πόλει τῇ νῦν Δυῤῥάχιον.*

Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας.] Epitomator de [illegible] haec nobis reliquit: *Δυσπόντιον, πόλις Πισαίας ἀπὸ [illegible] τοῦ Πέλοπος. τὸ ἐθνικὸν, Δυσποντεύς. ἔστι δὲ Δυ[illegible]*

[redacted]

— Ἀπὸ Δυσκοντίου.] Non censeo huius heroïs nomen vitii esse immune: videtur enim penultima redundare litera, lego, ἀπὸ Δυσπόντου. In fine huius thematis ex Tryphonis Denominativis haec allegantur: ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον. Nostram coniecturam esse certissimam, mox aliunde petitis in hanc rem testimoniis ostendemus. Verum a Pausania lib. VI. urbis conditor Δυσποντεύς appellatur, ipseque non Pelopis, sed Oenomai filius, statuitur. haec sunt eius verba: Συναπέστησαν δέ σφισιν ἀπὸ Ἠλείων Μακίστιοι καὶ Σκιλλούντιοι. οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Τριφυλίας. τῶν δὲ ἄλλων περιοίκων Δυσπόντιοι. τούτοις καὶ μάλιστα ἐς τοὺς Πισαίους οἰκεῖα ἦν, καὶ οἰκιστὴν Δυσποντέα γενέσθαι σφίσιν Οἰνομάου παῖδα ἐμνημόνευον. Oenomaum potentissimum Pisaeorum principem fuisse, in cuius reg- 319
num succedebat Pelops, etiam Strabo lib. VIII. perhibet, nul- a
lam omnino de affinitate hos inter mentionem faciens.

— Παρὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν.] Dysponti situs eodem prorsus modo a Strabone libro iam citato describitur, ubi commemorat octo olim in Pisatide urbes exstitisse, inter quas etiam Dyspontium: Αὕτη δέ ἐστι καὶ τὰ Κυκνήσιον τῶν ὀκτώ. καὶ τὸ Δυσπόντιον κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐξ Ἤλιδος εἰς Ὀλυμπίαν, ἐν πεδίῳ κείμενον.

— Νικήσας ἐν ὀλυμπιάδι.] Lectio non videtur sana: fortassis corrigendum: νικήσας ἐν ὀλυμπίοις.

— Ἐκ Δυσποντίου.] Gentile nomen cum non sit in usu, uti hoc exemplo apparet, eius loco praepositio cum genitivo adhibetur. Huius rei canonem habemus in voce Βάτη, ubi sic scribit Epitomator Stephani: Τὸ ἐθνικὸν ἐπιῤῥηματικῶς, Βατῆθεν, οὐ γὰρ δεῖ ἐν πᾶσι τὸ ἐθνικὸν ζητεῖν, ἀλλ' ἢ τῷ ἐπιῤῥήματι χρῆσθαι, ὡς ἐπὶ τῶν δήμων, ἢ τῇ γενικῇ μετὰ προθέσεως, ἢ τῷ ἀναλόγῳ, ἢ τῷ συνήθει τῆς χώρας. Huic materiae diutius inhaerere iam non lubet, quia alibi fusius eam pertractavimus.

— Δάιππος Κροτωνιάτης.] In membranis bibliothecae Seguierianae legebatur; Δά-ϊππος Κροτωνιάτης, quemadmodum antigraphum mihi fidem fecit.

— Ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον.] Statuit igitur hoc Tryphonis canone Stephanus, τὸ Δυσποντεύς, sive plurale Δυσποντεῖς, non formari ἀπὸ τοῦ Δυσποντίου, quod est urbis nomen, sed ἀπὸ τοῦ Δυσπόντου, qua appellatione Pelopis filius insignitur. Noster huic non dissimilem ex Abronis Denominativis canonem citavit in vocabulo Αἴλια, ubi sic ait: Παρὰ μίαν γὰρ συλλαβὴν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντιοχείας, τὸ Ἀντιοχεύς. ἀλλ' οὐδ' ἀπὸ τούτων γίνεται τὰ εἰς ευς ἀρσενικά, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀντιό-

χος, Ἀντιοχεὺς, καὶ τοῦ Σέλευκος, τὸ Σελευκεὺς, ὡς Ἄβρων περὶ παρωνύμων. In voce Ἀλεξάνδρεια eundem quoque innuit canonem hisce verbis: Τὸ ἐθνικὸν, Ἀλεξανδρεὺς, ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου γενικῆς. Eadem prorsus ratione τὸ ἐθνικὸν hoc in loco non derivat noster ex Tryphonis sententia ἀπὸ τοῦ Δυσποντίου, sed ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ Δυσπόντου. Vide commentarios nostros ad voces Ἄλια et Ἀλεξάνδρεια, et omnia intellectu erunt facillima. Hinc praeterea luce meridiana clarius apparet, filium Pelopis, a quo
319 urbi nomen est inditum, non Dyspontium, sed Dyspontum nun-
b cupatum fuisse, quemadmodum supra p. 318. b. ex coniectura emendavimus. Verum et hoc obiter observandum venit, alios gentile nomen fecisse ΔΥΣΠΟΝΤΙΟΣ, quod satis evidenter liquet ex loco Pausaniae iam supra in medium adducto.

Δύστος, πόλις Εὐβοίας.] Epitomator in descriptione huius oppidi duntaxat Theopompi verba praetermisit: Δύστος, πόλις Εὐβοίας. Θεόπομπος ἐν Φιλιππικῶν εἰκοστῇ τετάρτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Δύστιος. Huius civitatis nomen, ne dicam de situ, apud alios scriptores non occurrit.

Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ.] Hanc Dodonae descriptionem condidit Hermolaus tam sterilem, et tam paucis antiquorum testimoniis fultam, ut decimam eius partem vix exhibuerit, ita enim ille: Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μεθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεύς. καὶ

Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου. ——

Φιλόξενος δὲ δύο φησὶ, Θεσπρωτικὴν καὶ Θετταλικὴν, κακῶς. τὸν δὲ Δωδωναῖον, ἔλεγον Καιναῖον. (In genuino Fragmento legitur, καὶ ναῖον: sed scribendum esse καὶ Βωδωναῖον, deinde probabimus.) Ζηνόδοτος δὲ γράφει γωναῖον. (Corrigo, Φηγωναῖον.) ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Ἄλλοι δὲ γράφουσι Βωδωναῖε. πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνων (lego, Βωδώνην) [illegible] μᾶται. εἴρηται ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν. ἢ ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. ἢ ἀπὸ Δῶνος (Reponendum Δωδῶνος) ποταμοῦ. λέγεται δὲ καὶ Δωδὼν, ἧς τὸ [illegible] οὐχ' εὕρηται. σχηματίζεται δὲ Δωδώνιος. τὸ δὲ θηλυκὸν, [illegible] νίς. ἔστι δὲ καὶ παροιμία, Δωδωναῖον χαλκεῖον, ἐπὶ [illegible] λαλούντων. ἢ ὅτι τὸ χαλκεῖον πληττόμενον ἤχει ὑπὸ [illegible] ὅτι τῇ βίᾳ τῶν ἀνέμων ἤχει, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία.

— Καθ' ἥν.] Epitome exhibet: μεθ' ἥν.

— Δωδώνης μεδέων.] In Epitome legitur, [illegible] μεδέων δυσχειμέρου. Est pars versus Homerici ex [illegible] sumpti. Ita hic quoque legendum esse non est [illegible]

— Φιλόξενος.] Puto hic celeberrimum illum [illegible] debere intelligi, cuius testimonio Etymologici Mag[illegible]

quam centum in locis utitur, licet nusquam commentariorum in Homeri Odysseam meminerit.

— Οὕτως.] Pro οὕτως in Epitome κακῶς exaratum est, quod longe praefero; nam iure meritoque Philoxeni sententia a Stephano tanquam falsa damnatur atque reiicitur, quia nemo e veteribus geminam Dodonem, alteram Thessalicam, alteram The- 320
sproticam statuerit. Si Dodona alibi Thessalica, alibi vero The- a
sprotica appelletur, hoc ita accipiendum est, quod nunc hi, nunc illi eam sui iuris sive ditionis fecerint. Omne dubium solvit locus Strabonis, qui lib. VII. legitur: Ἡ Δωδώνη τοίνυν τὸ μὲν παλαιὸν ὑπὸ Θεσπρωτοῖς ἦν, καὶ τὸ ὄρος ὁ Τμάρος, ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται, ὑφ' ᾧ κεῖται τὸ ἱερόν· καὶ οἱ τραγικοί τε καὶ Πίνδαρος Θεσπρωτίδα εἰρήκασι τὴν Δωδώνην. ὕστερον δὲ ὑπὸ Μολοττοῖς ἐλέγετο. Hinc liquet clarissime, antiquitus indifferenter Dodonam Thesprotis et Molottis adscriptam fuisse. Locus etiam egregius, nostram hanc opinionem confirmans, legitur apud Aeschylum in Prometheo Vincto hisce verbis:

Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα,
Τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
Μαντεῖα θῶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διός,
Τέρας τ' ἄπιστον, αἱ προσήγοροι δρύες.

Plura in hanc rem e veterum monumentis testimonia peti possent, sed nemo, ut spero, manifestissimam veritatem reiiciet.

— Ἐν ᾗ τὸ μαντεῖον ἐκ τῆς δρυός.] Vox μαντεῖον non erat in membranis Seguierianis, locus ibi hunc in modum conspicitur: ἐν ᾗ τομα * ον. Unde coniicio, fortassis legendum esse: ἐν ᾗ ἐμαντεύετο ἐκ τῆς δρυός. Sic mox sequitur: ἐπεὶ ἐν Δωδώνῃ πρῶτον φηγὸς ἐμαντεύετο. Sed parum refert, quocunque modo legatur.

— Τὸ ἀμφὶ Σέλλοις.] Est locus Homeri ex Iliade Π. De Sellis suo loco ad Stephani Epitomen dicturi sumus.

— Χαμαιεῦνοι.] Lego, χαμαιεῦναι ex Homero et Origene contra Celsum, qui libro VII. sic quoque hunc locum legebat.

— Τὸν δὲ ἐς Δωδώνην.] Est locus Homeri ex Odyss. Ξ. qui integer ita se habet:

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ.

— Τὸν δὲ Δωδωναῖον ἔλεγον καὶ ναῖον.] Cave ultimam vocem substantive pro templo sive fano habeas: tali enim accentu notata apud Hesychium ᾤκουν καὶ ἵδρυον denotat. Occurrit hoc significatu apud Hesiodum in Magnis Orientalibus, cuius verba hunc in modum sunt corrigenda:

Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ τὸ χρηστήριον εἶναι

Πρῶτον ἀνθρώποις· ναῖον δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ,
Ἔνθεν ἐπιχθόνιοι μαντεύματα πάντα φέρονται.

320 Nolo diutius meam dissimulare coniecturam: censeo hunc Ste-
b phani locum esse mutilum, et pro ναῖον scribendum Βωδω-
ναῖον, nam de Iove loquitur, qui a scriptoribus nonnunquam
Dodonaeus, Bodonaeus et Phegonaeus nuncupatur. Hanc indu-
bitatam esse lectionem, nemo in dubium vocabit, qui paulo at-
tentius totum locum examinaverit.

— Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωνᾶτε.] Et hunc locum leviter esse corruptum, firmiter mihi persuadeo: si mei arbitrii res foret, rescriberem: Ζηνόδοτος δὲ γράφει Φηγωναῖον.

— Σουΐδας.] Lexicographus ille non est intelligendus, qui non tantum Stephani, sed etiam Hermolai Epitomatoris aetate inferior est. Fuit alius Suidas qui res Thessalicas consignavit, cuius Strabo lib. VII. et Apoll. Rhodii Scholiastes meminit.

— Καὶ τούτου ἐπικαλεῖσθαι.] Huic loco aliquid excidisse, quod ad sententiae perfectionem facit, non est quod dubitem. Fortassis legendum: Καὶ οὕτως ἀπὸ τούτου ἐπικαλεῖσθαι.

— Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδωνᾶτε.] Et hunc locum a mala manu esse, certissimum est. Videtur hoc modo emendandus: Ἕτεροι δὲ γράφουσι Βωδωναῖον. Scilicet apud Suidam in Thessalicis ambigua haec scriptura olim conspiciebatur: quidam codices Φηγωναῖον, alii vero Βωδωναῖον praeferebant.

— Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνην.] Huius meminit etiam Stephanus noster suo loco ex Apollodoro, ita de illa scribens: Βωδώνη, πόλις Πελασγική, ὡς Ἀπολλόδωρος. οἱ δὲ φασὶ Θετταλίας, ἀπὸ Βωδώνου ἥρωος. ὁ πολίτης Βωδωναῖος. Verum eadem est, sive eam Bodonam sive Dodonam vocites, si eam in Perrhaebia colloces: nam Perrhaebi olim etiam Thessaliam incoluerunt, unde a Lapithis pulsi sunt.

— Κίνεας.] Ab Epitomatore in voce Ἔφυρα, Cineas Rector appellatur. Strabo libro VII. etiam huius meminit, et Pindari Scholiastes ad Pyth. Od. X. circa finem, sed existimo ibi male hodie legi, Καίνεας.

— Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' αἰτιῶν.] Huic versui apertum inesse mendum, nemo non videbit, qui eum probe examinaverit. Mirum est profecto unicam literam totum locum ita posse turbare, ut inde vix sensum elicias. Reponendum est, Ἐπαφρόδιτος ὑπομνηματίζων τὸ β' Αἰτιῶν. Firmiter enim apud
321 me statuo, Epaphroditum in Callimachi Quaestionum libros com-
a mentaria edidisse, quae hic a Stephano citantur. Similiter Theon illud argumentum tractavit apud Etymologici Magni auctorem in voce Βουκέρας, ubi haec leguntur: οὕτω Θέων ἐν τοῖς

[redacted]

μνήμασι τοῦ ἐν Αἰτίων Καλλιμάχου. Scio a Stephani verbis nomen Callimachi abesse; sed res est notissima, antiquos sine auctoris nomine, Quaestionum sive Αἰτιῶν libros citasse, qui non nisi Callimacho attribui possunt.

— Ἀκεστόδωρος] Hic scriptor et Plutarcho cognitus in Themistocle, et Etym. Mag. Auctori in Δωδωναῖος, et praeterea nostro in Μεγάλη πόλις, ubi divulgatum Ἀκεσόδωρος, sed restituendum existimo Ἀκεστόδωρος. Fuit Megalopolites et de urbibus scripsit.

— Ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης.] Fortassis scribendum est ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διός: nam τοῦ Δωδώνου casum rectum nusquam invenies. Igitur secundum Stephanum nostrum alia fuit Acestodori, alia vero Thrasybuli de Dodonae etymologia opinio. Acestodorus id nominis deducit a Dodone Iovis et Europae filio: Thrasybulus vero a Dodona una ex nymphis Oceanitidibus. Etymologici Magni Auctor horum scriptorum opiniones confundit, ubi in voce Δωδωναῖος tradit, illos referre, Deucalionem in Epirum post diluvium advenisse, superstites cataclysmi congregasse, et locum quem condiderat, a Iove et Dodona ex Oceani nymphis nuncupasse. Verum quia Etymologici verba mutila et male constituta videntur, ea huc transcribam, ut a nobis emendentur atque suppleantur. Δευκαλίων, μετὰ τὸν ἐπ' αὐτοῦ γενόμενον κατακλυσμὸν, παραγενόμενος εἰς τὴν Ἤπειρον, ἐμαντεύετο ἐν τῇ δρυΐ, πελιάδες δὲ χρησμὸν αὐτῷ δεδώσης, κατοικίζει τὸν τόπον, συναθροίσας τοὺς περιλειφθέντας ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Δωδώνης μιᾶς τῶν ὠκεανίδων, Δωδώνην τὴν χώραν προσηγόρευσε. ἡ ἱστορία παρὰ Θρασυβούλῳ καὶ Ἀκεστοδώρῳ. Haec verba si conferas cum iis, quae ex hisce scriptoribus Stephanus perhibet, utramque opinionem non conspicies; adeo ut firmiter mihi persuadeam, ultima in Etymologo verba esse mutila, et iis quaedam excidisse. Fortassis totus locus hunc in modum est emendandus: Καὶ ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης, ἢ ἀπὸ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων νυμφῶν, Δωδώνην τὴν χώραν προσηγόρευσε. Vel minori mutatione ita suppleri posset: Καὶ ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς, ἢ Δωδώνης μιᾶς τῶν ὠκεανίδων etc. Si hoc vel illo modo locum constituas, et Thrasybuli et Acestodori sententia in istis verbis erit clara atque conspicua. Eandem prorsus lacunam observare licet in commentariis Didymi, ut putatur, qui ad Iliad. Π. etiam Dodonam ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ Δωδώνης μιᾶς τῶν Ὠκεανίδων denominatam perhibet. Nihil enim insulsius dici potest, quam Dodonam a Iove et Dodona nympha nomen sortiri. Lego itaque et hoc loco: ἀπὸ Δώδωνος τοῦ Διὸς, ἢ Δωδώνης μιᾶς τῶν ὠκεανίδων etc. Sed quid iuvat antiquissimis Graecorum fabulis inhae-

rere: hisce relictis ad ipsam potius veritatem transeamus. Admodum verisimile τῆς Δωδώνης etymon, ut ego quidem existimo, nobis communicavit nobilissimus atque eruditissimus Iacobus Palmerius in sua Graeciae antiquae descriptione, quam admodum reverendus et eruditione conspicuus Stephanus Morinus ex Gallia ad me transmisit, ut in hac urbe typis excuderetur, quod ob publicas huius reipublicae calamitates nondum licuit. Ut autem aliquem eximii huius operis gustum lectori exhibeam, Palmerii opinionem de Dodonae etymologia inde delibare, atque ipsius viri Clarissimi verba, ex cap. XLIV. ubi de Molottia agit, huc transcribere non pigebit. „Quod ad etymon et nominis causam attinet, Stephanus non mihi persuadet cum suo Dodone [illegible], nec cum sua Oceanitide nympha, quae in Oceano longissime a
321 Molossia habitare debuit; nec cum suo Dodone Iovis et Europae
b filio fabuloso. Id fecerunt Graeci quidam auctores nullius auctoritatis suo more, qui semper heroum aut nympharum nomina somniabant, ut urbium natalia augustiora faciant. Si auctores habuisset notos et celebres Stephanus, eos proculdubio nominasset, quod saepe facit. Et quia opinionum diversitas indicat, nihil in eo certi aut verisimilitudinis esse, a talibus fabulis lubens deficio, ubi nominis causa evidens alia suppetit. Igitur nullus dubito, quin a lebete illo celebrato, et ab eius sono, aliis locis innuito, nomen locus ille acceperit: qui lebes, vel a ventis vel ab hominibus pulsatus, dum Δω Δω ingeminabat, nomen dedit loco: nam reduplicatum illud Δω Δω per ω mega rarissime vel nunquam in Graeca lingua occurrens, id omnino evincere videtur. De oraculo illo celebrato aeneo, quod Dodonae erat, [illegible] est in supplemento libri VII. Strabonis eximius, qui sic habet: Ὅτι ἡ παροιμία τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον ἐντεῦθεν ὠνομάσθη· χαλκεῖον ἐν τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα, κρατοῦντα μάστιγα χαλκῆν, ἀνάθημα Κορκυραίων. ἡ δὲ μάστιξ ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτὴ, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀστραγάλους, οἳ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπειργάζοντο. Id est: *Proverbium Dodonaeus lebes inde dictum est. Aeneum vas erat in fano, quod superpositum habebat viri simulachrum, tenentem flagrum aeneum, Corcyraeorum donarium. Id flagrum autem tribus constabat catenis, quae astragalos pendentes habebant, qui pulsantes vas assidue, quando a ventis agitabantur, magnos sonos edebant.* [illegible] prima nolarum et campanarum mentio: quod inventum [illegible] quam antea visum, nomen imposuit loco ex sono [illegible] per ὀνοματοποιΐαν."

— Ὁ Τεχνικὸς ἐν τῷ ά τῆς καθόλου.] Non [illegible]

[redacted]

telligendus Apollonius Dyscolus, sed Herodianus, qui ab Eustathio etiam *Τεχνικὸς* appellatur, uti liquet ex commentariis ad Iliada *B. ὁ δὲ Τεχνικός φησι διὰ τοῦ ι. Τεχνικὸν λέγω τὸν Ἡρωδιανόν.* Non diffiteor etiam Apollonium hoc nomine insigniri, sed is librum de Universali non consignavit, quod opus passim Herodiano attribuitur. *Τεχνικὸς* proprie is est, qui Artem, id est, Grammaticam docet vel conscribit. C. Iulius Rom. Grammaticus a Sosipatro Charisio Artis scriptor nominatur. Verum non semper *τὸ Τεχνικὸς* pro Grammatico, sed quandoque etiam pro Mathematico sive rerum Geographicarum perito accipitur; quo significatu apud Agathemerum lib. I. cap. VI. occurrit. *Τοῦ Τεχνικοῦ Πτολεμαίου διεξιόντος, ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ σαφεστάτως διέθετο.* Et capite VIII. eiusdem libri: *Ὡς παρὰ τοῦ Τεχνικοῦ Πτολεμαίου μανθάνομεν.*

— *Αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ.*] Diligenter investigando, Dodonam Italicam nec apud antiquos, nec apud recentiores geographos invenire potui. Fortassis incidit noster in depravatum Mnaseae codicem, quod istius aetatis scriptoribus saepissime contigit, in quo pro *Bobonia* sive *Bononia* (quae Italiae colonia et municipium erat) *Dodone* vel *Dodonia*, vel simile mendum obrepserat: nam *τὸ* B et D librarios confundere aliquando, res est notissima et non insolens.

— *Μνασέας.*] Cum tres huius nominis historici exstiterint, Berytius, Colophonius et Patrensis, difficulter dixerim, quisnam hic intelligi debeat. Vide Vossium de Hist. Graec. lib. I.

— *Λέγεται καὶ Δωδών.*] Hoc nomen etiam de regione et urbe sumitur: fluvius vero, retracto accentu, *Δώδων* appellatur, uti liquet ex verbis Eustathii ad Dionysii periegesin: *Ἰστέον δὲ ὅτι Δωδώνη, οὐ μόνον ἡ χώρα, ἀλλὰ καὶ πόλις ἦν Δωδώνη, ἀπὸ Δωδώνης τῆς Διὸς καὶ Εὐρώπης. ἢ ἐκ ποταμοῦ Δώδωνος. ἐλέγετο δὲ καὶ Δωδὼν δισυλλάβως.*

— *Οὔτεμε.*] Non est vox sana: reponendum fortassis: *οὔτε* 322
μέν. a

— *Οὔτε Πυθικῶν γυ *** τις ἀπείσειεν.*] Facili negotio et coniectura hanc lacunam quis replere posset, legendo: *Νῦν δ' οὔτε μὲν εἰς Δωδῶνος, οὔτε Πυθικῶν γῆν τις ἀπείσειεν.* Nihil occurrit melius divinandum, pressius vestigiis vulgatae lectionis et *τῶν ἀντιγράφων* insistenti, in quibus lacuna non conspicitur.

— *Δωδῶνιν αἴων Ζεύς.*] In hisce verbis dandi casum, de quo Stephanus loquitur, non video. Locus transpositione unius literulae laborat. Legendum est: *Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν.*

— *Αὐδῆσαι.*] Alii ex autographo transcripserunt *αὐδήσει.*

— *Διοσῶν ἐκ πελειάδων.*] Sic fabulosa antiquitas superstitiose credebat, columbas oracula, quae maximae auctoritatis et famae erant, e quercu respondisse: imo praesertim in honore erant apud Aetolos, et eorum finitimos Acarnanas atque Epirotas. Pausanias in Achaicis: *Καταφεύγουσιν οὖν ἐπὶ τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δωδώνῃ. τοῖς γὰρ τὴν Ἤπειρον ταύτην οἰκοῦσι, τοῖς τε Αἰτωλοῖς καὶ τοῖς προσχώροις αὐτῶν Ἀκαρνᾶσι καὶ Ἠπειρώταις, αἱ πέλειαι καὶ τὰ ἐκ τῆς δρυὸς μαντεύματα μετέχειν μάλιστα ἐφαίνοντο ἀληθείας.* Verum *πελειὰς* et *πέλεια* voces sunt valde ambiguae, quibusque duplex significatio veteribus attribuitur, nam vulgari lingua *Columbam*, Thessalica sive Epirotica *vetulam* et *vaticinatricem* denotant. Servius ad Eclog. IX. Virgilii: *Nam in Epiro dicitur nemus fuisse, in quo responsa dabant columbae: quod ideo fingitur, quia lingua Thessala Peliades et columbae et vaticinatrices vocantur.* Optime quoque in hanc rem scripsit Hesychius: *Πέλειαι, περιστεραί. καὶ αἱ ἐν Δωδώνῃ θεσπίζουσαι μάντεις.* Et mox sequitur: *Πελείους, Κῷοι καὶ οἱ Ἠπειρῶται τοὺς γέροντας καὶ τὰς πρεσβυτίδας.* Hic locus satis est integer et nulla suppletione, ut vir doctus putavit, indiget. Egregie quoque hac de re scribit Eustathius ad Odyss. Ξ. pag. 1760. *Ὁ δὲ αὐτὸς, καὶ εἰς τὰς ἐκεῖ λεγομένας μαντικὰς πελείας, φησὶν, ὅτι αἱ πέλειαι εἰς οἰωνοσκοπίαν ὑπονοοῦνται, καθὰ καὶ κορακομάντεις ἦσαν τινές. οἱ δὲ, τὸ παλαιὸν μὲν ἄνδρας προφητεύειν φασίν. ὕστερον δὲ, τρεῖς ἀποδειχθῆναι γραίας προφήτιδας, ἃς πελείας καλεῖσθαι γλώσσῃ Μολοττῶν, ὡς τοὺς γέροντας πελείους.* Etiam Herodotus perhibet, se ab antistitibus Dodonaeis accepisse, geminas Thebis Aegyptiis columbas avolasse, utramque nigram, unam quidem in Libyam, alteram ad Dodonaeos, quae fago insidens humana voce loquuta sit. Verum haec sacerdotum Dodonaeorum relatio ipsi Herodoto fuit suspecta admodum, et fabulosa habita: nam quod mulieres a Dodonaeis columbae vocatae sint, hanc ob causam ipsi videbatur factum, quia barbarae essent, et avibus quiddam simile sonarent. Locus quia egregius est, eum ex Euterpe huc transcribam: *Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς* 322
b *Δωδωναίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι ἦσαν. ἐδόκεον δέ σφι ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι. μετὰ δὲ χρόνον τὴν [illegible] ἀνθρωπίνῃ φωνῇ αὐδάξασθαι λέγουσι, ἐπεί τε [illegible] ηὔδα ἡ γυνή. ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον [illegible] γέσθαι. ἐπεὶ τέῳ τρόπῳ ἂν πελειὰς ἀνθρωπίνῃ φωνῇ φθέγξαιτο;* Etiam Servius mentionem facit ad lib. III. Aeneid. de [illegible] dam, cui Pelias nomen erat. *Circa hoc templum [illegible] nis fuisse dicitur, ex cuius radicibus fons manabat, qui [illegible] instinctu deorum diversis oracula reddebat: quae [illegible]*

[redacted]

Pelias nomine interpretata hominibus disserebat. Plura hanc materiam spectantia colligi possent, verum haec sufficere mihi videntur.

Ἠχώχαλκον.] In antigrapho inveni, *ἑκάχαλκον*, quae vox est nihili. Vulgata lectio optime se habet, et non est sollicitanda. Simile compositum occurrit apud Scholiastam ad lib. I. Apoll. Rhodii, ubi Herculis clavam totam aeneam fuisse perhibet. *Χαλκοβαρεῖ δὲ, τῷ ἰσχυρῷ, ἢ τῷ πρὸς τῷ τέλει χαλκῷ βεβαρημένῳ. Πείσανδρος δέ φησιν ὁλόχαλκον εἶναι τὸ ῥόπαλον Ἡρακλέους.* Lectionem esse probam, perspicue liquet ex verbis, quae ex Menedemone noster infra citat, ubi tripodibus Dodonaeis *τὴν ἐπήχησιν* et *τὸν ἦχον* adscribit: *Ἀπὸ τοῦ τὸν ναὸν τοῦ Δωδωναίου Διὸς τοίχους μὴ ἔχοντα, ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον, ὥστε τὸν ἑνὸς ἁπτόμενον παραπέμπειν διὰ τῆς ψαύσεως τὴν ἐπήχησιν, ἑκάστῳ διαμένειν τὸν ἦχον ἄχρις αὖθις τοῦ ἑνὸς ἐφάψηται.*

— *Εὐφορίων Δωδῶνα ἐν Ἀνίῳ.*] An hac inscriptione fabulam divulgaverit Euphorio, nondum pro certo mihi constat. In voce *Ἀλύβη* citatur Euphorio *ἐν ἀραῖς*: in *Ἄσσωρον* Euphorio in Artemidoro: et in Scholiis ad Apol. Rhodii Argonautica Euphorio in Apollodoro: verum illa ad hunc locum non pertinent. Anium fuisse Apollinis F. Deli regem et sacerdotem, theologiae mythicae doctores passim inculcant.

— *Λέγεται δὲ καὶ εἰς Ω.*] Haec phrasis non est sani coloris, imo Graecis auribus plane insolita. Rescribendum est unica mutata litera: *λήγεται δὲ καὶ εἰς Ω.* Non teram tempus in hac lectione asserenda, tantum indicabo, eundem Simmiae locum exstare apud Strabonem lib. VIII. quod firmiter nostram coniecturam corroborat: recenset enim ibi Geographus ex poëtis Graecis plurima vocabula fine amputato, ut *Μέση* pro *Μεσσήνη*, *δῶ* pro *δῶμα*, *βρῖ* pro *βριαρὸν*, *ῥᾶ* pro *ῥᾴδιον*, *λῖ* pro *λίαν*, *Συρακὼ* pro *Συρακούσας*. Denique ex Simmia Rhodio subiungit idem exemplum, quod iam producit Stephanus: *Δωδὼ καὶ τὴν Δωδώνην, Σιμμίας.*

— *Καὶ κλίσις εἶναι τῆς Δωδών.*] Videtur non incommode substitui posse: *καὶ κλίσις εἶναι ἀπὸ τῆς Δωδώ.* Imo existimo hanc lectionem esse verissimam.

— *Ὁ τεχνικὸς μεταπλασμός.*] Ut haec verba probe intelligas, scire oportet, Stephanum distinguere inter gentilia secun- 323 a
dum *typum loci* (quae vocat *κατὰ τύπον*, modo *κατὰ τὸ ἐπιχώριον*, aut *τῷ συνήθει τῆς χώρας*, et *κατὰ συνήθειαν*) et inter illa quae ex Analogia, aut ex lege artis, id est *κατὰ τέχνην* formata sunt. De ultima hac formandi ratione *κατὰ τέχνην* legimus in vocabulo *Ἀβρότονον*, cuius gentile non erat in usu, ita enim ibi loquitur: *Τὸ ἐθνικὸν, οὐκ ἔστιν ἐν χρήσει. ἡ τέχνη δὲ*

ἐπινοεῖ ἐξ ὁμοιότητος, ὡς γὰρ Ἄθμονον Ἀθμονεύς, καὶ Γάργαρον Γαργαρεύς, καὶ Σούνιον Σουνιεὺς etc. οὕτως Ἀβροτονεύς. Et in Ἀδάρου πόλις. ὁ πολίτης, Ἀδαρουπολίτης, ὡς Ἡλιοπολίτης, Ἡφαιστοπολίτης, τῷ τεχνικῷ λόγῳ. Et alibi: Ἀγαθοῦ Δαίμονος, νῆσος ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. τὸ ἐθνικὸν κατὰ τέχνην, ἐξ Ἀγαθοῦ Δαίμονος, διὰ τὸ ἄπορον. Et sic passim aliis in locis. ubi fusius hanc materiam declaramus. Itaque hoc loco per *artificialem formationem* nihil aliud intelligit, quam gentile κατὰ τέχνην, ex lege artis formatum.

— *Ταύτης ἄῤῥητον ὡς πεπονθυίας.*] Fateor ingenue me haec verba clare atque distincte non percipere. Occultum hic latere vulnus, firmiter mihi persuadeo, quod quomodo curetur, difficulter dixerim. Si locum ita constituas sensus erit clarior: *Διόπερ ἔοικεν ὁ τεχνικὸς μεταπλασμὸς ἡγεῖσθαι τὸ ἐθνικὸν, ἀπὸ ταύτης ἄῤῥητον οὐ πεπονθυίας.* Hanc lectionem in versione, quantum potuerim, expressi. Τὸ ἄῤῥητον apud nostrum Stephanum *inusitatum* denotare, liquet perspicue in voce Βερέκυντος, quam dicit esse γενικὴν τῆς εὐθείας ἀῤῥήτου, *genitivum a casu recto inusitato.*

— *Ὡς Πλευρῶνος Πλευρώνιος.*] Rescribendum videtur: ὡς ἀπὸ τῆς Πλευρώνιος Πλευρῶνος.

— *Τῆς μέν τοι Δωδώνης Δωδωναῖος.*] Noster τοῦ Δωδώνιος usum permittit, si ex lege artis et κατὰ τεχνικὸν μεταπλασμὸν illud a voce Δωδὼν formemus, cuius κλίσιν pluribus probavit. Et alium sensum non habent verba Hermolai in Epitome, ubi de hoc gentili scribit: λέγεται δὲ καὶ Δωδὼν, ἧς τὸ ἐθνικὸν οὐχ εὕρηται. σχηματίζεται δὲ Δωδώνιος. Id est: a voce Dodon non reperitur gentile κατὰ τὸν ἐπιχώριον τύπον, sed κατὰ τέχνην formatum. E Graecis neminem, e Latinis Claudianum novi, qui illud gentile usurpaverit, ita enim ille de Raptu Proserp.

> *Unde datae populo leges, et glande relicta*
> *Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.*

Voce Δωδωναῖος passim Graeci et Latini utuntur: Graecorum testimonia producere supervacaneum existimo, utpote quae apud auctorem nostrum hoc tmemate frequentiora occurrant. Habet hoc gentile Iustinus lib. XVII. cap. III: *Sed Pyrrhus cum in templum DODONAEI Iovis venisset.* Et Livius lib. VIII. … *Alexandrumque Epiri regem, ab exule Lucano interfectum,* … *tes DODONAEI Iovis eventu affirmasse.*

— *Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε.*] Locus est desumptus …

— *Κρατῖνος.*] Auctor priscae Comoediae, … meminit:

[redacted]

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque poëtae 323
Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est. b

— *Παλλύνη Παλλυνίς.*] Lego confidenter: ὡς Πελλήνη Πελληνίς. Stephani Epitomator infra sic scribit: Πελλήνη πόλις Ἀχαΐας. λέγεται καὶ Πελλίνα, ὡς Μιτυλίνα. ὁ πολίτης, Πελληνεύς. τὸ θηλυκὸν, Πελληνίς.

— *Ἀπολλώνιος.*] Locum transcripsit noster vel ex libro I. vel ex lib. IV. Apol. Rhodii, nam utroque libro hic versiculus legitur. Idem quoque Apollodorus libro I. Biblioth. affirmat de navi Argo, Κατὰ δὲ τὴν πρῷραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν ἔχουσα ξύλον. Et Valerius Flaccus principio sui operis huc respexisse videtur:

—— *Canimus freta pervia nautis*
Fatidicamque ratem.

Id est προφῆτιν. Cuius praedictionis illustre exemplum adfert Apollon. Rhod. Scholiast. ad lib. I. Ἡ στεῖρα τῆς Ἀργοῦς, φησὶ, φωνῆεν ἔχουσα ξύλον, μετέδωκεν αὐτοῖς τὸν Διὸς χόλον φεύγειν, καὶ πρὸς Κίρκην ἀφικέσθαι τὸν Ἀψύρτου θάνατον καθαρθησομένους.

— *Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλῆγι.*] Vide doctissimum Casaubonum ad Athenaeum lib. VII. cap. IV.

— *Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερείας Δωδωνίδας.*] Iupiter in templo Dodonaeo, relictis viris, ad prophetiam foeminas adscivit, quemadmodum legimus apud Origenem contra Celsum lib. VIII. Καὶ ὁ Δωδώνης δὲ μεδέων δυσχειμέρου, παρ' ᾧ εἰσιν οἱ προφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι ἀποδοκιμάσας τὸ τῶν ἀνδρῶν εἰς προφητείαν γένος, ταῖς Δωδωνίσι χρῆται. Initio quidem viri fuerunt, Tomari sive Tamuri nuncupati, qui praedicerent, sicuti ex Homero, interpretes Dei nominante, non obscure liquet: verum interiecto longi temporis spatio, tres anus ad hoc ministerium sunt designatae, auctore Strabone lib. VII. de iis sic scribente: Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν ἄνδρες ἦσαν οἱ προφητεύοντες, καὶ τοῦτ' ἴσως ὁ ποιητὴς ἐμφαίνει. ὑποφήτας γὰρ καλεῖ, ἐν οἷς τάττοιντο καὶ οἱ προφῆται. ὕστερον δ' ἀπεδείχθησαν τρεῖς γραῖαι, ἐπειδὴ καὶ σύνναος τῷ Διῒ προσαπεδείχθη καὶ ἡ Διώνη. Harum vetularum natu maxima Promenea, proxima Timarete, et natu minima Nicandra appellabatur, quemadmodum in Euterpe docet Herodotus, et ex illo Sophoclis Scholiastes, nec non Eustathius ad Odysseam Ξ. pag. 1760. Verum hisce vetulis, quia una earum mala fide oraculum ediderat, non erat licitum Boeotiis oraculum sciscitantibus respondere: gaudebant enim illi hoc privilegio, ut a viris, non autem a vetulis oraculum acciperent, qua de re sic scribit Stra-

bo libro IX. *Ἐκ δὲ τούτων Βοιωτοῖς μόνοις ἄνδρας προθεσπίζειν ἐν Δωδώνῃ.*

— *Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά.*] Huius etymi ratio non plane absurda visa fuit Eustathio, ita enim ille ad Iliad. *Π.* ubi non tam differt ab Apollodoro, quam eius sententiam accuratius describit: *Ἕτεροι δὲ Δωδώνην ἀλληγοροῦντες, ἐνταῦθα τὴν γῆν φασὶ, παρὰ τῷ δῶ δώσω, ὡς δότειραν καὶ ἀνησιδώραν καὶ ζείδωρον.*

324 a — *Πελασγικὸν δὲ, ὅτι γῆς πέλας ἐστίν.*] Et huius Etymologiae ratio Eustathio arrisisse videtur, ita enim scribit loco iam proxime allegato: *Οὕτω δὲ συμβιβάζουσι καὶ τὸ, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων. Πελασγικὲ μὲν, διὰ τὸ πέλας ἡμῶν εἶναι τῶν περὶ γῆν, ὃ καὶ ὁ Δωδωναῖος ἐδήλου.* Themistio longe alia fuit mens atque opinio, Iovem enim existimat Pelasgicum, Apollinem Amyclaeum, et Mercurium Cyllenium appellari a locis, quae praecipue amant atque conservant, ita enim ille Oratione X. ubi refert Scipionem Africani cognomen obtinuisse: *Οὕτω γὰρ καὶ τοὺς θεοὺς οἶμαι καλοῦμεν, τὸν μὲν Δία Πελασγικὸν, Ἀμυκλαῖον δὲ τὸν Ἀπόλλωνα, Κυλλήνιον δὲ τὸν Ἑρμῆν, ἐξ ὧν μάλιστα ἀγαπῶσι χωρίων, καὶ ἃ διασώζουσι.*

— *Ἀλλὰ τρίποδας πολλοὺς ἀλλήλων πλησίον.*] Hic tripodum numerus quotannis a Boeotis augebatur, qui data occasione unum aliquem dedicatorum apud se tripodum noctu auferentes, et vestibus occultantes clam Dodonam deportabant, ut Strabo lib. IX. auctor est: *Τὰς μέν τοι προφήτιδας ἐξηγουμένας τοὐναντίον εἰπεῖν, ὅτι προστάττει ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς, τοὺς παρ' αὐτοῖς τρίποδας συλλέγοντας, εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ' ἔτος. καὶ δὲ καὶ ποιεῖν τοῦτο. ἀεὶ γάρ τινα τῶν ἀνακειμένων τριπόδων νύκτωρ καθαιροῦντας, καὶ κατακαλύπτοντας ἱματίοις, ὡς ἂν λάθρα τριποδηφορεῖν εἰς Δωδώνην.*

— *Διαμένειν τὸν ἦχον.*] In apographis, quae videre licuit, legebatur: *διαμένειν τὸν ἦχον*: sed lectionem editam praefero. Nos locum alio modo, quam repraesentabat vulgata editio, interpunximus, ut tanto melius responderet Eustathio, eandem sententiam ad Odyss. *Ξ.* Pausaniae adscribenti: *Δῆλον δὲ [illegible] ταύτης καὶ τὸ παροιμιακὸν, Δωδωναῖον χαλκεῖον, περὶ [illegible] σανίας φησὶν, ὅτι ἐν Δωδώνῃ πολλῶν παραλλήλων κειμένων [illegible] βήτων, εἴ τις ἑνὸς ἅψεται. φασὶν ἐκ διαδοχῆς πάντας [illegible]*

— *Ἐν ἄλλῳ.*] In antigraphis: *ἐν ἄλλαν*, quod emen[illegible] diatur.

— *Τῷ περιηγητῇ Πολέμωνι.*] Sic Polemo Peri[illegible] minabatur ab accuratissima rerum omnium descri[illegible] posteris relinquebat; et quemadmodum quatuor li[illegible]

teste Strabone libro IX. de Donariis in Atheniensium arce dedicatis, sic ille mea sententia non erraret, qui statuat Polemonem accuratam templi Dodonaei delineationem exhibuisse.

— *Καὶ Ἀριστείδῃ τὰ τρύτου μεταγεγραφότι.*] Hanc artem, qua insimulatur Aristides Stephano nostro, discipulos doctoribus suis factitasse, non opus est ut pluribus demonstretur. Suidas 324
mentionem facit de Aristide Rhetore, qui tempore Traiani floruit, et Polemonem Laodicensem, Smyrnae docentem, praeceptorem habuit: *Πολέμων Λαοδικεὺς, ἤγουν ἐκ Λαοδικείας τῆς πρὸς τῷ Λύκῳ ποταμῷ, ῥήτωρ καὶ σοφιστὴς σοφιστεύσας ἐν Σμύρνῃ διδάσκαλος Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος. ἦν δὲ ἐπί τε Τραϊανοῦ, καὶ μετ' αὐτόν.* Verum licet haec admodum speciosa videantur, non tamen hoc loco Polemo, nec Aristides intelligi possunt, cum is, cui Periegetae cognomen erat, tempore Ptolemaei Euergetae vixerit, et discipulum, Traiani tempore florentem, non habuerit. Mirum profecto, quod Eustathius ad Odyss. Ξ. hanc Dodonae descriptionem non Aristidae, sed Aristoteli adscribat, ita enim ille: *Ἀριστοτέλης δὲ, δύο στύλους εἶναι λέγει. καὶ ἐπὶ μὲν θατέρου, λέβητα ἑστάναι, ἐπὶ δὲ θατέρου παῖδα, κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τοὺς ἱμάντας χαλκέους ὄντας καὶ σειομένους ὑπ' ἀνέμου, τῷ λέβητι προσκρούειν, τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν.* Fortassis in Eustathii exemplaribus *Ἀριστ.* exaratum fuit, ex cuius compendio editionis praefecti postea fecere quod nunc legimus.

b

— *Λέγονται κατὰ τὸν Β'.*] Numeri nota non fuit in contextu MS. sed in margine, ut mihi antigraphum fidem fecit.

— *Παιδάριον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ μαστίγιον ἔχον.*] Accuratissimam huius flagelli descriptionem habemus apud Strabonem in Excerptis libri VII. Cuius integrum locum vide pag. 321.

— *Ἱμάντας χαλκοῦς.*] Lectio deturpata et minime ferenda: rescribendum est: *ἱμάντας χαλκέους.* De hac emendatione nemo dubitabit, qui locum Eustathii proxime allegatum inspexerit.

— *Αἰωρουμένους ὑπὸ τοῦ πνεύματος.*] Huic non dissimilis est narratio, quam legimus apud Plinium lib. XXXVI. cap. XIII. in descriptione labyrinthi, quem sibi Porsena rex Hetruriae sepulchri causa fecerat sub urbe Clusio. *Supra id quadratum pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio una, in imo latae pedum septuagenûm quinûm, altae centum quinquagenûm: ita fastigiatae, ut in summo orbis aeneus petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quae vento agitata, longe sonitus referant, ut Dodonae olim factum.*

— *Ταῤῥαῖος.*] Huius scriptoris etiam fit mentio in voce

Θεσσαλονίκῃ, ubi sic scribit Epitomator: *Λούκιλλος δὲ ὁ Ταῤ-*
325 *ῥαῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν.* Non puto nostrum hoc
a opus innuere, sed quod de Proverbiis consignavit.

— *Ὡς χειμερίου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης.*] Dubito de fide huius loci: mallem rescribere: *ὡς δυσχειμέρου τῆς Δωδώνης ὑπαρχούσης.* Quod epitheton Homerus Iliad. *Π.* Dodonae attribuit.

— *Μυρτίλην ταύτην.*] Est sine dubio nomen foeminae loquacis, garrulae et rixosae, quae a Menandro in scenam introducitur et Dodonaeis lebetibus comparatur, quia nimia verbositate et vociferatione illorum aures offendebat, qui semel eam movissent.

— *Πέρας ποιεῖ λαλίας τὸ Δωδωνεῖον ἄν τι χαλκίον.*] In Antigrapho, quod ex membranis Seguierianis erat transcriptum, legebam *χαλκεῖον*, quod non praefero, licet etiam apud alios inveniatur: verum *τὸ Δωδωνεῖον*, quod etiam Antigraphum exhibebat, nequaquam probare possum. Sine dubio rescribendum est: *πέρας ποιεῖ λαλιᾶς τῷ Δωδωναῖον* etc.

Δωνεττῖνοι, ἔθνος Μολοσσικόν.] Ita de Donettinis scribit, qui Stephani de Gentilibus opus compendifecit: *Δωνεττῖνοι, ἔθνος Μολοσσικόν. Ῥιανὸς τετάρτῃ Θεσσαλικῶν. Ἀτὰρ Δωνεττῖνοι, ἠδ' Ὀτρηροὶ Κεραῖνες.* De alio Rhiani loco nullam mentionem fecit.

— *Κεραῖνες.*] Gentem hoc nomine non novi, nec quisquam geographorum eam noverit. Suspicor hic aliquid monstri latere, quod fortassis curaveris sic legendo:

Ἀτὰρ Δωνεττῖνοι, ἠδ' ὀτρηροὶ Μελαινεῖς.

Arcadiae urbs est *Μέλαιναι*, unde deducitur civis nomen *Μελαινεύς*: eius quoque Rhianus meminit, uti suo loco apparet. Posset quis hunc movere scrupulum, Melaenas in Arcadia, et Donettinos in Epiro sitos esse, ac proinde hic non debere iungi populos vasto locorum spatio disiunctos: verum et a Rhiano versu sequenti Donettinos et Caras recenseri, qui toto orbe divisi sunt, nam illi Europam, hi vero Asiam incolunt.

Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ.] De hac scribit Abbreviator: *Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ. Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ. ὁ νησιώτης, Δωρίτης. ἢ ἐν τῷ*
325 *τύπῳ, Δωρηνός, ὡς Ἀραξηνός.* Sita erat non procul,
b uti apparet ex Ptolemaeo, qui eam non *Δῶρα*, sed ... appellavit, ait enim ille: *Ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ ...
τις ἐπέχει μοί. Ἰχάρα. Θαρώ, Τύλος, Ἄραδος.*

— *Καθὰ Στράβων ις΄.*] Fortassis scribendum ... *Στράβων.* Est enim nostro non insueta phrasis ...

γη inquit: *Διτταὶ δ' εἰσὶ Δωδῶναι, αὕτη καὶ ἡ ἐν Ἰταλίᾳ, καθάπερ ἄλλοι καὶ Μνασέας.* Praeterea in MS. legebatur *Στράβων ιε.* et sic quoque Epitome repraesentat; verum Geographi verba libro sexto decimo exstare, iam olim magnus monuit Casaubonus in commentariis ad illum auctorem.

— *Τὸν Δεμαζήνην ἐπάρχειν.*] Verba Strabonis ab hisce paullulum differunt, et in eius vulgatis hodie hunc in modum concipiuntur: *Φησὶ δ' ὁ Νέαρχος τὸν Μιθρωπάστην ἐντυχεῖν αὐτοῖς μετ' Ἀμαζήνου, τὸν δὲ Ἀμαζήνην ἐπάρχειν νήσου τινὸς τῶν ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ, καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δοράκτα, εἰς ταύτην δὲ τὸν* etc. Ex hoc Strabonis loco Stephanus est emendandus, et vice versa Geographus ex Stephano. Rescribo pro *τὸν Δεμαζήνην ἐπάρχειν* confidenter, *τὸν δὲ Ἀμαζήνην ἐπάρχειν*: haec indubitata est lectio; nam coniunctionem adversativam librarii proprio nomini alleverunt, quod non decuit. Verum gravius laborat Strabo, in quo pro *Δῶρα* fecerunt *Δοράκτα*, quae vox est nihili. Si mei arbitrii res foret, eius verba sic emendarem: *Καλεῖσθαι δὲ τὴν νῆσον Δῶρα, καὶ εἰς ταύτην δὲ τὸν Μιθρωπάστην καταφυγόντα, ξενίας τυχεῖν κατὰ τὴν Ἐξωγύρου γενομένην ἄφοδον.* Correctionem hanc amplectatur lector, donec certius aliquid ab aliis sit allatum.

— *Οὕτω καὶ Ὧρος.*] Existimo nostrum Ori *περὶ τῶν Ἐθνικῶν* opus innuere, quod etiam in Epitome vocibus *Νικίου κώμη* et *Ταῦα*, nec non hoc fragmento allegatur.

— *Εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τόπῳ* etc.] Unica literula mirifice horum verborum sensum turbat: verum qui in Stephano paullo est versatior, facillime animadvertet reponi debere, *εἰ δὲ τῷ τῆς χώρας τύπῳ χαρακτηρισθῆναι δεῖ,* eamque lectionem esse verissimam, quam etiam nunc Epitome agnoscit.

— *Ἀραξηνός.*] Ab Araxa urbe Lyciae non potest deduci 326
gentile in *ηνος*; nam alio modo Lycii, et alio circa Persicum si- a
num habitantes gentilia sua terminant. Certo certius est hic mendam latere, quam facile emendabis, si reposueris gentile, derivatum a celebri quodam oppido, et in *ηνος* desinens. In voce *Νίσιβις* Epitomator enumerat gentilia *Νισιβηνὸς, Σωφηνὸς, Ταξηνὸς, Καμβυσηνός*: itaque ferme rescripseram *Ταξηνὸς*, verum et illa vox insana est, et pro ea repono *Ταξιληνὸς*, quam etiam non incommode hic pro *Ἀραξηνὸς* substituere posses. Haec si minus placet, scribe *Ἀδαρηνὸς*, vel elige aliam proxime vulgatae lectioni respondentem.

Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν.] Compendiariam hanc de Dorio Epitomator exhibet descriptionem: *Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν, Ὅμηρος·*

Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον.
Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύρα εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν. τὸ ἐθνικὸν, Δώριος, καὶ Δωριεὺς, καὶ Δωρίας. καὶ θηλυκὸν Δωρίς. Quaedam hic ex Dositheo commemorantur, de quibus in genuino hoc Stephani fragmento nulla reperitur memoria, uti mox apparebit.

— Ὧν Ὅμηρος μνημονεύει.] Articulus ὧν non erat in antigrapho, Homeri locus in Catalogo navium reperitur:

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον, ἔνθά τε Μοῦσαι
Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς,
Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.

— Δικαίαρχος δὲ τέτταρας.] Vide Vossium de Histor. Graecis. Huius rei nulla in hodiernis Dicaearchi fragmentis exstat memoria.

— Μέρος τι μετὰ τῶν ἐν ταῖς ***] Libet hic misereri fati imperium in clarissimorum scriptorum opera, et temporis iniuriam in literas et monumenta historica, quod ipsum hoc genuinum Stephani fragmentum sartum tectum ad nos pervenire non potuerit. Nam hic duarum paginarum, ut in antigrapho legebam, quae discerptae erant, eiusdem vocis mentionem habentium, hiatum excipiebat tertia eiusdem quoque argumenti. Superest tamen, quod valde miror, locus apud Epitomatorem ex Dositheo scriptore vetusto, quem ad hunc hiatum pertinere existimo: Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύρα εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν. Malo in istis verbis legere, ὑπὸ Θαμύριδος, vestigiis
326 b Eustathii insistens, ita enim ille ad locum Homeri a Stephano circa initium huius tmematis allegatum: Κληθῆναι οὕτω δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς, διὰ τὸ αὐτόθι εὑρεθῆναι τὴν Δώριον ἁρμονίαν ὑπὸ Θαμύριδος. Distinguebant antiqui Harmoniam sive modum in Dorium, Phrygium, Iassium, et etiam aliter. Locus in hanc rem egregius est apud Themistium Oratione XIX. Καί τοι Μήδος μὲν ἵππος γαυρότερος τοῦ Σαυρομάτου, καὶ ἕτερον μὲν [illegible] Καστορίδων κυνῶν, ἕτερον δὲ Ἀλωπεκίδων. καὶ διακρινεῖ σοι [illegible] ἕκαστον γένος τὴν εὐμορφίαν ὁ πάντα σοφὸς Ξενοφῶν. [illegible] δὲ ἐγὼ οὐκ οἶδα κατὰ φῦλα καὶ κατὰ γένη τινὰς διακρίνας [illegible] ὥσπερ καὶ τὰ μέλη τινὲς διακρίνουσι εἰς Δώρια, καὶ Φρύγια [illegible] Ἰάσια. κατ' ἄνδρας μὲν γὰρ ἰδέας τινὰς καὶ τύπους [illegible] γων, οἷον Πλατωνικὴν ἁρμονίαν, καὶ Δημοσθένειον [illegible] signem etiam horum modorum descriptionem apud Apulei[illegible] Floridis legimus: *Tibicen quidam fuit Antigenidas, [illegible] culae melleus modulator, et idem omnis modi peritus [illegible] tor; seu tu velles Aeolium simplex, seu Iassium [illegible] Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu D[illegible]*

cosum. Ita hic locus est legendus, qui varie in variis editionibus cicumfertur. In nonnullis legitur *Iastium*, in aliis *Lastium*, et in quibusdam *Asium*. Nos veram ex Themistio lectionem indicasse, nemo in dubium vocabit: est enim urbs Carica, quae Ἴασος et Ἴασσος appellatur, unde haec Harmonia nomen sortita est. De hisce Harmoniis et musico concentu etiam legito Aristotelem lib. VIII Polit. cap. V. Lucianum in Harmonide: Clementem apud Eusebium Praeparat. Euang. lib. X., et e recentioribus incomparabilem Salmasium ad Solinum et Hist. August. Scriptores.

— Τὸ δὲ πολυπλάνητον κάρτα.] In Herodoto legitur πουλυπλάνητον.

— Βασιλέως ᾤκεε τὴν Φθιῶτιν.] Et haec longe aliter in Herodoti vulgatis exemplaribus circumferuntur: Ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν.

— Ὑπὸ τὴν Ὄσσαν.] Nunc in Herodoto exstat: ὑπὸ τὴν Ὄσσην. Quod usitato ei characteri melius respondet.

— Ἐκ δὲ Ἰστιαιώτιδος.] In Herodoto agnoscitnr articulus: ἐκ δὲ τῆς Ἰστιαιώτιδος.

— Ὤικεεν ἐν Πίνδῳ.] Edita Herod. exemplaria exhibent: οἴκεε ἐν Πίνδῳ.

— Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.] Sunt verba Homeri ex Odyss. *T*. transcripta: sed mirum est, hunc versiculum 327
adduci a Stephano, ut probet Cretenses etiam Dorienses dici; a
cum tamen id inde, nisi aut praecedens, aut pars sequentis ei connectatur, nemini, licet in geographia versatissimo dilucide constet: ex quo suspicio mihi orta, ignaviam aut ἀσυνεσίαν descriptorum nobis hic quicquam praeripuisse. Integer Homeri locus sic se habet;

Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Καλὴ καὶ πίειρα, περίῤῥυτος, ἐν δ' ἄνθρωποι
Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες,
Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· ἐν μὲν Ἀχαιοὶ,
Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε Τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.

Hos versus Sebastianus Castalio foedissime depravavit, dum non intellexit: nam Ἐτεόκρητες et Τριχάϊκες tanquam de ducibus, populis, seu tribubus Cretensibus exposuit: cum priores indigenae, sive αὐτόχθονες intelligendi essent, id est, Κρῆτες ἔτεοι. Posteriores autem Τριχάϊκες, quos etiam non intelligit, ad Dorienses applicandi, utpote qui tripliciter divisi essent, quemadmodum Poëta alio in loco de Aethiopibus dixit (οἳ δίχθα δεδαίαται) bifariam divisis. Nam eorum interpretatio est perspicua, qui existimant Τριχάϊκες ideo dici, quod tres gentes Graecanicae Cre-

tam incoluerint, sic enim Etymologici Mag. Auctor hac de re scribit. *Ἡσίοδος δὲ διὰ τὸ τριχῇ αὐτοὺς οἰκῆσαι. οἷον, Πάντες γὰρ Τριχάϊκες καλέονται, οὕνεκα τρισσὴν γαῖαν ἑκὰς πάτρης ἐδάσαντο. Τρία γὰρ Ἑλληνικὰ ἔθνη τῇ Κρήτῃ ἐπῴκησαν, Πελασγοί, Ἀχαιοί, Δωριεῖς.* Et ita rem a Stephano ex Androne infra confirmatam videbis. Didymi (seu quisquis est alius Graecus ille Homeri interpres) opinio, de generali Graecorum divisione agens, etiam non videtur amplectenda, ita enim ille ad locum citatum: *Τριχῇ διαιρεθέντες, οἱ μὲν γὰρ Εὔβοιαν κατῴκησαν, οἱ δὲ Πελοπόννησον, οἱ δὲ Κρήτην. Ἀπολλώνιος δὲ τοὺς πολεμικοὺς λέγει ἀπὸ τοῦ ἀΐσσοντας, καὶ ἐπισείοντας τὰς κόμας ἐν τῇ περικεφαλαίᾳ, ἴσον τῷ κορυθάϊκι.* (Lego *κορυθάϊκι*) *εἰσὶ δὲ οἱ τοὺς τριλόφους.* (Repone *τριλόφους*) *οἱ δὲ τοὺς ὀρχιστὰς* (Emenda *ὀρχηστὰς*) *ἀποδιδόασιν.* Scio Ciceronem in Graecorum lingua et institutis peritissimum, Orat. pro L. Flacco, tria tantum Graecorum genera statuisse, Atheniensium et Ionum gentes, Aeoles alteros, Dores tertios, sed qui haec Homeri versibus applicant, cum Didymo graviter hallucinantur.

— *Περὶ ὧν ἱστορεῖ Ἄνδρων*] Hic Andronis locus non quidem iisdem verbis, sed eodem plane sensu prostat apud Strabonem lib. x. *Τοὺς μὲν οὖν Ἐτεοκρῆτας καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός. τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας ἐλθεῖν φησὶν Ἄνδρων, τῆς Δωρίδος μὲν πρότερον, νῦν δὲ τῆς Ἑστιαιώτιδος λεγομένης, ἐξ ἧς ὡρμήθησαν.*

— *Τέκσαφον τὸν Δῶρον τοῦ Ἕλληνος.*] Hic aliquid latere, quod est a mala transcriptorum manu, tam certum est, quam solem ipso meridie lucere. Tecsaphum in tota antiquitate non reperies. Tectaphi meminit Dionysius lib. XVII. Bassaricorum apud
827 b Epitomatorem Stephani in *Βώλιγγα*.

Καὶ τότε δὴ Βωλιγγῆσι μετ' ἀνδράσι Τέκταφος ἦρχε.

Et Nonnus in Dionysiacis lib. XXVI.

Τέκταφος εἰς μόθον ἦλθεν, ἑκηβόλος, ὅς ποτε ...
Χείλεσι πιναλέοισιν ἀλεξητήρια πότμου.

Verum cum animadverterem huius genealogiam esse incertam, sic meam non procedere coniecturam, tentabam ... *σκάφει*, quod a vulgata scriptura non longius recedens, intuitu speciosum videbatur, nam pedestri itinere ... salia in Cretam minime pervenire poterat. De... Eustathii permotus, *Κέρκαφον* corrigendum ... Odyss. *T.* voce *Τριχάϊκες* interpretata, perhibet ... Cercapho ex Phthiotide in Cretam venisse, ita ... *λασγοὺς δέ γε φασὶ νῦν λέγεσθαι τοὺς μετὰ Κερκάφου ἀποικισθέντας ἐκ τῆς Φθιώτιδος.*

— *Καταῤῥάντων.*] Corrige: *καταράντων* a *καταίρω*, appello, deferor. Nauticum verbum. Polybius lib. II. *Οἱ δὲ Κέλτοι κατάραντες εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν.* Tangit noster ex Androne antiquam de Diomede historiam: nam is post captam Troiam ex Calydone, ubi Agrium cum liberis interfecerat, Argos navigans, tempestate cum sociis quibusdam, inter quos plurimi numerabantur Dorienses, in Ioniam mare eiicitur. Venit ad Daunium Dauniorum regem, qui tunc temporis, cum Messapiis bellum gerebat: rogat Daunius, promissa in matrimonium filia et ditionis parte, ut contra Messapios auxilium ipsi suppeditet. Accipit conditionem Diomedes, cumque praelio fusis Messapiis agrum esset consecutus, Doriensibus eum, quos secum habebat, dividit. Sed liquet ex Androne non omnes in Italiam pervenisse. Vide Antoninum Liberalem Fab. XXXVII. et Iustinum lib. XX. cap. I.

— *Περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἴατου.*] Video ultimam vocem male sanam esse, quid autem substituam non video: nam Thessalus Aeatem patrem non habuit, sed Aemonem, uti ex Rhiano in voce *Αἱμονία* evidenter apparet. Nisi a vulgata lectione longius recederet, reponerem: *περὶ Θεσσαλοῦ τοῦ Αἵμονος.* Malo tamen editam lectionem retinere, quam temere et sine fide codicum vetustiorum aliquid immutare.

— *Τὴν τετάρτην μοῖραν.*] Thessaliam olim quadripartitam fuisse norunt omnes, qui veteris geographiae paullo sunt callentiores. Vide ea de re Strabonem lib. IX. et Stephani Epitomen in *Φθία.* Ex Etymologici Magni Auctore locum producam, ut obiter a nobis emendetur, ita enim scribit in *Τετραρχίαι. Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θετταλίας, ἕκαστον μέρος τετρὰς ἐκαλεῖτο. ὄνομα δέ φασιν εἶναι ταῖς τετράσι, Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἀστιῶτιν.* Ultima vox corruptissima est, repono confidenter vel *Ἰστιαιῶτιν*, ut habet Herodotus lib. I. et noster hoc in loco, vel *Ἑστιαιῶτιν*, ut Strabo lib. IX. exhibet: utroque enim modo antiquis vox profertur.

— *Πρὸς δυσμῶν τῆς Πίνδου.*] Lege, *πρὸς δυσμῶν τοῦ* 328
Πίνδου. a

Δῶρος, πόλις Φοινίκης.] Hanc de Doro sectionem Hermolaus hoc modo compendifecit. *Δῶρος, πόλις Φοινίκης, ὡς καὶ Ἰώσηπος, καὶ ἄλλοι. τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης. Παυσανίας δὲ Δωριεῖς αὐτοὺς φησίν. ἔστιν καὶ Καρίας πόλις.* Praeterquam quod situm non accurate describat, etiam tot scriptores illustres silentio negligit.

— *Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος.*] Dubito vehementer an non composite efferendum sit: *Μετὰ δὲ ἡ Παλαίδωρος, νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται.* Sic enim geographi saepissime loqui amant. Stephanus:

Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ, ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος etc. ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος, καὶ τὸ ἐθνικὸν Παλαιτύριος.

— Ἐν ε̄ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας.] Historiam Iudaïcam vocat noster τὸ Ἀρχαιολογίας opus, cuius libro v. cap. primo allata exempla continentur. Sed mirum est hoc opus ita appellari, cum aliis in locis libri Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας a Stephano citentur. Vide in Γαβάθη et Γάβα. Sic etiam περὶ ἁλώσεως libri aliter ab auctore nostro insigniuntur in voce Φασαηλίς· ὡς Ἰώσηπος ἐν ᾱ τοῦ πρὸς Ῥωμαίου πολέμου.

— Καὶ ἐν δ′.] Evolvi librum quartum Ἀρχαιολ. sed verba allegata non inveni: hic itaque latere mendum certissimum est.

— Κλαύδιος Ἴουλλος.] Variis modis huius scriptoris cognomen in Stephano et alibi exaratum conspici, fusius diximus in commentariis ad vocem Ἄκη. Supervacaneum duco illa hic repetere, cum ad finem totius operis properemus.

— Τῶν δὲ αἰγιαλῶν.] In littore urbem fuisse exstructam etiam manifeste apparet ex nummo Traiani, cuius inscriptionem Clarissimus Spanhemius nobis ex gaza regis Galliarum suppeditavit. ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑΟΥΛ. ΑΥΤΟΝ. ΝΑΥΑΡ. h. e. *Dorae sacrae, inviolabilis, suis legibus, Navarchidos.* Hanc *Navarchidis* appellationem non nisi urbes maritimae sibi vindicant.

328 b — Πορφύρας γόνιμον.] Littus Phoenicicum ubique purpuris foecundum fuisse, auctores antiqui satis perhibent. Praecipue tamen circa Tyrum earum piscatio instituebatur, quae eodem tractu sita erat.

— Τεμνόμενοι τῆς πέτρας.] Sic etiam descripta exemplaria exhibebant: sed corrigendum est: τεμνόμενοι τὰς πέτρας.

— Ἔνορμον χειλήν.] Haec pessime sunt contaminata a librariis. Fortassis vetus lectio hoc modo est reducenda: Καὶ τὸ εὔορμον χεῖλος ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο. Nam τὸ χεῖλος pro cuiuscumque rei margine sumitur: dicimus enim χεῖλος θαλάσσης, χεῖλος τῶν ποταμῶν etc. Posset hic locus etiam non incommode hoc modo legi: καὶ τὴν εὔορμον χειλύνην ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο. Nam idem denotant τὸ χεῖλος et χειλύνη.

— Ἐπώνυμον αὐτήν.] Suspicor τῇ πόλει excidisse: ut integer locus sic sit legendus: ἐπώνυμον τῇ πόλει αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Δῶρα καλοῦντες.

— Τῆς φωνῆς εὐπροφόρου.] Scribendum est [illegible] et ita versio textui Graeco respondebit. Sed ut verum fatear, [illegible] detur totus locus gravius laborare, vel meliorum codicum [illegible] vel acutiores doctorum coniecturas desiderare. Non [illegible] men Stephanum hic loqui de facili vocis pronuntiatione [illegible] terraeque fertilitate. Obiiciet Lector, oppidum [illegible]

conditum fuisse, quod nullam omnino terrae fertilitatem promittit. Fateor plurimas maritimas urbes per orbem terrarum in rupibus et saxis aedificatas esse, quae tractum tamen versus mediterranea fertilissimum possident. Tyrum, Berytum, Byblum, Caesaream, Ioppen, aliasque Doro vicinas urbes in saxoso littore sitas fuisse, multorum testimonio evinci posset, cum tamen tractus mediterraneus frumentum, oleum, vinum aliosque fructus copiosissime proferebat. Anonymus in *Ἐξηγήσει τοῦ ὅλου κόσμου*, postquam de urbibus iam supra nominatis loquutus fuerat, ita scribit: *Πᾶσαι δὲ αἱ προειρημέναι πόλεις ἔνδοξοι, καὶ καρποφόροι ἐν σίτῳ, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ* etc. Fortassis levi mutatione totus locus ita est constituendus: *Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἄχρι τοῦ τῆς γονῆς εὖ προσφόρου, καλεῖν ἀρκοῦντα Δῶρον τὴν πόλιν.* Quasi Graeci urbem hanc opulentam nominassent, quia circumiacens 329
regio valde fertilis, et ad omnem fructum proferendum accommoda fuisset. Verum haec mera coniectura est, quam nemini obtrudo: hanc quisque pro lubitu aut repudiet aut amplectatur. a

— *Συνεχῶς δ' ἐστὶ Στράτωνος πύργος.*] Sic quoque eius situm describit Iosephus lib. XIV. cap. VIII. de Ant. Iud. *Γάζαν τε πρὸς τῇ θαλάσσῃ, καὶ Ἰόππην, καὶ Δῶρα, καὶ Στράτωνος τὸν πύργον.*

— *Εἶτα ἔνι Δῶρα.*] In margine Antigraphorum correctum erat, *εἶτα Ἔνδωρα*: et additum, hoc ex Iosepho constare, nam in tribu Manassitide prope Stratonis turrim hodie oppidulum esse, quod etiam nunc *Endor* dicitur. Sed emendationem hanc, cuiuscunque demum sit, non probo: nam *Endor* oppidum prope Hermonem montem situm est. Adde quod *ἔνι* pro *ἔνεστι* satis usitatum sit. Aristophanes Pluto: *Ἔνι γάρ τις ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι.*

— *Τοῦ Καρμήλου.*] Iuxta hunc montem etiam Iosephus libro II. contra Appionem, oppidum collocat, ita enim ille: *Ἡ μὲν γὰρ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρας χώρας ἐστὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δῶρα ταύτης ἐστὶν οὐδεμία πόλις. τῆς μέν τοι Φοινίκης παρὰ τὸ Καρμήλιον ὄρος Δῶρα πόλις ὀνομάζεται.*

— *Ἰόπη προύχουσα θαλάττῃ.*] Hic Alexandri versus nullis distinctionibus interpungebatur, nec in vulgata editione, nec in Antigraphis, quas nos apposuimus. Vertimus *procurrens in mare*: sed proprie loquendo Ioppe profundo maris adeo vicina non erat, ut urbis moenia allueret: ante urbem sitae erant *σπιλάδες προύχουσαι εἰς τὸ πέλαγος*, ut scribit Iosephus lib. III. de Bel. Iud. cap. XVI. eodem utens verbo, quo Alexander: *Ἀλιμένου δὲ οὔσης φύσει τῆς Ἰόππης, αἰγιαλῷ γὰρ ἐπιλήγει τραχεῖ, καὶ τὸ μὲν ἄλλο πᾶν ὀρθίῳ, βραχὺ δὲ συννεύοντι κατὰ τὰς κεραίας ἑκατέρωθεν.*

etc. Vide quoque hac de re Apoll. Rhodium lib. I. Valer. Flaccum lib. II. Statium lib. V. Theb. et Ovidium Heroid. Epist. VI. Haec profecto materia Sophocleo cothurno non indigna fuit. Nec turbet quemquam, quod *Λημνίαις προτέραις* dicat: tali enim signo manifeste liquet, hoc *δρᾶμα* populo tam gratum atque acceptum fuisse, ut Sophocles id deinde impensiore cura interpolaverit, et in scenam introduxerit. Sic scribit Aristophanis Scholiastes ad Ranas: *Οὕτως δὲ ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα Βάτραχοι, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη.* Galenus de salubri Diaeta talem fabulam nominat *τὸ δρᾶμα ἐκ τοῦ πρότερον διεσκευασμένον.* Fabulae itaque correctae, et quasi pro novis rursum in scenam delatae, *δεύτεραι* veteribus, et illae ex quibus erant confectae *πρότεραι* dicebantur. Aulus Gellius Noct. Att. lib. XV. cap. XX. Aristophanem citat *ἐν ταῖς προτέραις Θεσμοφοριαζούσαις*, ubi fabulam non interpolatam intelligit, ut et Stephanus, *τὰς προτέρας Λημνίας* adducens. Verum huic materiae nolo diutius inhaerere, cum viri doctissimi eam ante nos fusius pertractaverint. Hoc obiter admonendum, ex *prioribus Lemniadibus* non apparere Sophoclis verba, quae an perierint, an vero solummodo locum, non expressis verbis, Stephanus indicaverit, aliis diiudicandum relinquo.

— *Φερηκίδας.*] Quid si reponamus *Φερηκύδης*, uti etiam supra eadem hac sectione legimus?

— *Ἄδμητος ἠδ' ὁ Δωτιεὺς, Λαπίθης Κορωνός.*] Haec contaminata a transcriptoribus videntur. Fortassis emendandum: *Ἄδμητος ἦν ὁ Δωτιεὺς, Λαπίθης Κορωναῖος.* Non accipio τὸ *Λαπίθης* pro nomine gentili, sed proprio.

— *Τελείη*] Et hoc nescio quid occultet vulneris. Rescribendum videtur *τελείως*.

— *Ἐν Πηλεῖ.*] Vide Stephani Epitomatorem in *Κύκνειος*.

— *Ἐν Ῥόδου κτίσει.*] Hoc opere describuntur coloniae in Rhodum deductae, non vero prima insulae origo, quae referri posset ad celeberrimum illum terrae motum, quo Delus, Rhodus aliaeque famosissimae insulae exortae sunt, de quibus scribit Ammianus Marcellinus lib. XVII. et alii auctores.

331 a — *Ἀσμονιῆες.*] Certum est hanc vocem aliquo laborare vitio, nam gentem hoc nomine non norunt geographi. Non dubito quin olim scripserit Stephanus vel *Αἱμονιῆες*, vel *Ἀμμονιῆες*. Historia cum spissis tenebris sit involuta, nihil certi possum statuere, an Thessalos an vero Phrygas intellexerit Apollonius Rhodius. Malim tamen Thessalos intelligere, in hac Thessaliae civitate opus aliquod suscipientes; nam tota Thessalia olim Aemonia dicta fuit, testibus Plinio, Hesychio, Stephano et aliis.

— *Ἀντίμαχος ἐν β' Λύδης.*] Primo intuitu censebam legendum esse, *Ἀντίμαχος ἐν β' περὶ Λυδίας*: sed observavi postea hoc indice Antimachi opus veteribus notum fuisse. Scholiastes ad Apol. Rhod. lib. I. *Ἀντίμαχος δὲ ἐν τῇ Λυδῇ φησὶν, ἐκβιβασθέντα τὸν Ἡρακλέα διὰ τὸ καταβαρεῖσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τοῦ ἥρωος.*

— *Καὶ κελάδων Σπερχειός.*] Ut hic Dionysii versus suo constet metro, legendum videtur:

Καὶ κελάδων Σπερχειὸς ἔχουσί σε Δώτια Τέμπη.

Sperchius fluvius est Thessaliae, cuius descriptionem apud Strabonem lib. IX. legimus. Huius etiam meminit Lycophron, cuius verba huc transcribam, ut emendentur:

Λάρυμνα, καὶ Σπέρχεις, καὶ Βοάγρις,
Καὶ Κύνε, καὶ Σκάρφεια, καὶ Φαλωριάς,
Καὶ Ναρύκειον ἄστυ, καὶ Θρονίτιδες
Λοκρῶν ἀγυιαὶ, καὶ Πυράνθιοι νάπαι,
Καὶ πᾶς Ὀδοιδόκειος Ἰλέως δόμος, etc.

Primo quidem in mendo cubat *τὸ Φαλωριάς*, nam cum hic de Locris agat, procul dubio legendum est *Φαλάριας*, et subaudiendum *ἄκρα*. Phaloria enim quae est in Istiaeotide, nimis longe a Sperchio sita est. Postea pro *Πυράνθιοι* emendandum est *Πυράσιοι*: nam Pyrasus est urbs Meliensium in eodem tractu, de quo agit. Et denique pro *Ἰλέως*, mallem legere *Οἰλέως*. Fuit enim Oïleus filius Odoedoci secundum Lycophronem hoc loco, quem presso pede sequitur Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 277. ubi sic legendum est: *Ὠνόμασται δὲ Κῦνος, ὑπὸ Κύνου Λοκροῦ ἀνδρός. Ὀπούντιος γάρ φασι Κῦνος, οὗ Ὀδοιδόκος, οὗ Ὀϊλεύς.* Ergo non bene constituta mihi videntur verba Hygini in recensione Argonautarum Fab. XIV. *Oïleus Leodoci et Agrianomes Perseonis filiae filius, ex urbe Naricea.* Hunc locum ita emendaveram: 331
Oïleus Odoedoci et Agrianomes Perseonis filiae filius, ex urbe Narycia. Praeterea *τὸ Agrianomes* suspectum est, perhibet enim b
Eustathius loco iam allegato, *Laonomen* habuisse coniugem, qua appellatione multae olim feminae insigniebantur. Sed ad Stephanum revertamur.

— *Καὶ κενεὸν κρότησε* etc.] In hoc versiculo duo sunt corrigenda vitia, ut metri lex probe constet. Lego:

Καὶ κενεὸν ἐκρότησε λέβητ' ἀνὰ Δώτιον Ἄργος.

— *Τοῦ ποιητοῦ.*] Vide Homerum Iliad. *B.*

— *Συντάσσει γὰρ τοῦτο τοῖς διχογραφουμένοις.*] Hinc constat manifestissime, inter antiquos acerrime fuisse disputatum, an Thamyris in Thessaliae Dotiensi campo, an vero in Dorio Peloponnesi excaecatus fuerit. Contrarias Homeri et Hesiodi sen-

tentias ex Ori de Gentilibus Opere in medium adducit Stephanus. Sed Orus, ut omnem disputationem atque dubitationem tollat, loci nomen collocavit inter illa, quae duobus modis exarantur, et Dotium et Dorium pro uno eodemque loco accipit. Verum longe alia mens fuit Stephano, Dotium a Dorio distinguenti, nam haec mox subiicit: *Ἡμεῖς γε προύθεμεν δείξαντες διὰ πολλῶν μαρτυριῶν, ἕτερον διὰ τοῦ Ρ Δώριον, καὶ ἕτερον τὸ διὰ τοῦ Τ Δώτιον.* Nos vero disputationem hanc in medio relinquimus, cum pro utraque opinione nec pauca, nec contemnenda allegari possent.

— *Καὶ ἕτερον διὰ τοῦ Τ Δώτιον.*] Hic finis est literae Delta, cui connectitur titulus, quem minime genuinum existimo, ut alibi multis probamus. *Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετωνομασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων. Fragmentum Stephani Grammatici Constantinopolitani de urbibus, insulis, gentibus, populis, locis, deque eorum homonymia et transnominatione, atque derivatis inde gentilibus et localibus, deque nominibus possessivis.* Sequitur Libri undecimi index: *Βιβλίον ιά. ὀγδοήκοντα κεφάλαια, τάγε ταῦτα.*

	Ἔαρες.	ἔθνος.	Ἐκαδήμεια.	τόπος.
	Ἐβόρας.	πόλις.	Ἑκάλη.	δῆμος.
	Ἐβραῖοι.	ἔθνος.	Ἑκατήσια.	πόλις.
	Ἐβρών.	πόλις.	Ἑκατόννησοι.	νῆσος.
	Ἐγγάδα.	κώμη.	Ἑκατόμπυλος.	πόλις.
	Ἐγγελᾶνες.	ἔθνος.	Ἐκβάτανα.	πόλις.
	Ἐγγύϊον.	πόλις.	Ἑλαία.	πόλις.
	Ἔγεστα.	πόλις.	Ἐλαιεύς.	δῆμος.
332	Ἔγρα.	πόλις.	Ἐλαίου τεῖχος.	πόλις.
a	Ἐγχελεῖς.	ἔθνος.	Ἐλαιοῦς.	πόλις.
	Ἔδδανα.	πόλις.	Ἐλαιοῦσσα.	νῆσος.
	Ἐδέβησσος.	πόλις.	Ἐλάτεια.	πόλις.
	Ἔδεσσα.	πόλις.	Ἐλαυΐα.	φρουρά.
	Ἐδουμαῖοι.	ἔθνος.	Ἐλαφόννησος.	νῆσος.
	Ἕδρα.	ἡ καθέδρα.	Ἐλβέστιοι.	ἔθνος.
	Ἐθνέσται.	ἔθνος.	Ἐλβοντίς.	πόλις.
	Εἰδομένη.	πόλις.	Ἐλβώ.	νῆσος.
	Εἴζιλος.	φρούριον.	Ἔλγος.	πόλις.
	Ἐλάσιον.	πόλις.	Ἐλέα.	πόλις.
	Ἐλήθυιας.	πόλις.	Ἐλέσια.	χωρίον.
	Εἴνατος.	πόλις.	Ἐλένειος.	τόπος.
	Εἰρεσίδαι.	δῆμος.	Ἐλένη.	νῆσος.

Ἐλευθέρα.	Κιλικίας μέρος.	Ἕλλας.	πόλις.
Ἐλευθεραί.	πόλις.	Ἑλληνόπολις.	πόλις.
Ἐλευθέριον.	πόλις.	Ἑλληνικὸν καὶ καρικόν.	τόπος.
Ἐλευθερίς.	πόλις.	Ἑλλήσποντος.	ἡ χώρα.
Ἐλευθερίσκος.	πόλις.	Ἐλλοπία.	ἡ χώρα.
Ἐλευθέρνα.	πόλις.	Ἐλλόπιον.	πόλις.
Ἐλευσίς.	δῆμος.	Ἐλμαντική.	πόλις.
Ἐλεύτιοι.	ἔθνος.	Ἕλος.	πόλις.
Ἐλεφαντίνη.	πόλις.	Ἕλουροι.	ἔθνος.
Ἐλεών.	πόλις.	Ἐλοῦσα.	πόλις.
Ἐλιβύργη.	πόλις.	Ἕλπια.	πόλις.
Ἐλίκη.	πόλις.	Ἐλυμαΐα.	χώρα.
Ἐλίμεια.	πόλις.	Ἐλύμνιον.	νῆσος.
Ἐλινοί.	ἔθνος.	Ἕλυρος.	πόλις.
Ἐλίζοια.	νῆσος.	Ἕλωρος.	πόλις.
Ἐλίκυσοι.	ἔθνος.		
Ἕλα.	χωρίον.		

* * * *

Reliqua, olim typis descripta, deerant: additi deinceps versus Graeci, membranarum auctorem significantes.

Σφάλματα καλλιγράφων πολυώδυνα μύρια φεύγων,
Χερσὶν ἑαῖς Θεόφιλος ὅλας ἐγράψατο βίβλους,
Τῶν τοπικῶν Στεφάνοιο σοφῆς στάζοντα μελίττης.

E.

Ἔ α ρ ε ς, ἔθνος Ἰνδικόν.] Hic ultimus est locus, qui etiam 332
ad genuinum Stephani Fragmentum, ex membranis Seguierianis a
depromptum, pertinet. Eum Hermolaus hoc modo in compendium redegit. Ἔαρες, ἔθνος Ἰνδικὸν, τῶν μετὰ Δηριάδου Διονύσῳ πολεμησάντων. De loco Dionysii ex libro IV. Bassaricorum nullam omnino mentionem facit.

— Δηριάδου.] Ita rescribere placuit pro Διριάδου, suadentibus antigraphis, Hermolai epitome, et aliis locis, ubi de illo Indorum rege memoria reperitur. Vide quoque passim Nonnii Dionysiaca, atque alios.

Ἔβ ο ρ α.] Codex Vossianus: Ἔβυρα, πόλις παρωκεανῖτις μετὰ τὰ Γάδειρα. τὸ ἐθνικὸν, Ἐβυρεύς. Haec vocem per Υ scribendi ratio optime respondet etymologiae, quam doctiss. Bochartus tradidit, nam עבור *Ibur* vel עיבורא *Ibura* annonam et frugum proventum denotat. Hinc Plinio lib. III. cap. I. *Ebura Cerealis* dicitur.

tionis praefectos defectus signum apposuisse, cum legatur: *Ἔδδανα, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κατοικία Φοινίκων. ἀπὸ Ἐδδανοῦ ἡγεμόνος. τὸ ἐθνικὸν, Ἐδεβεσσεὺς καὶ Ἐδεβέσσιος.* Ab *Ἔδδανα* hic non formatur gentile, sed *τὸ Ἐδεβεσσεὺς* gentile est, cuius primitivum in vulgatis non conspicitur. Nos veterem lectionem ex MSS. Palatinis et codice Vossiano reduximus, hiatumque supplevimus. Sed maxime miror Ortelii *ἀσυνεσίαν*, in Thesauro Geographico ita scribentis: *Eddana urbs ante Euphratem, a Phoenicibus condita, cuius gentile EDEBESSII.*

— *Πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ.*] Alibi hanc urbem Stephanus *Ἄδανα* appellavit, ita enim ille circa finem istius tmematis: *Ἔστι καὶ τρίτη πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ. τὸ ἐθνικὸν, Περσικῷ ἔθει, Ἀδανηνός.* Hanc eandem esse civitatem, quilibet facillime viderit.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἐδδανεύς.*] Hoc gentile non habet *τὸν ἐπιχώριον τύπον*, sive formam regioni solitam, quae esset *Ἐδδανηνός*, uti supra *Ἀδανηνός*. Procul dubio Stephanus in suo opere hoc gentile non praetermisit, quod nunc supina Epitomatoris incuria hinc exulat.

Ἐδεβησσός, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων ἐν Ἰσαυρικῶν ά.] Horum verborum ne vestigium quidem in vulgatis libris reperitur.
334 a Plinius in descriptione Lyciae lib. v. cap. xxvii. huius urbis meminit, testaturque quondam ei nomen fuisse *Antiphellos*; ita enim ille: *Oppida, Apyre, et Antiphellos, quae quondam Habessus, atque in recessu Phellus.* Verum Hermolaus Barbarus in commentariis ad hunc Plinii locum ita scribit: *Fortassis non Habessus, sed Edebessus scribendum fuit, ita Lyciae urbem vocante Capitone.* Certissimum est Hermolaum haec hausisse ex MS. Stephani codice, in quo hic de Edebesso locus eodem prorsus modo legebatur, nam Capitonis Isaurica hodie non circumferuntur.

Ἔδεσσα, πόλις Συρίας.] Situm huius oppidi addiscimus ex Strabone lib. xvi. et Plinio lib. v. cap. xxiii. quibus [illegible] nominibus Bambyce et Hierapolis dicitur.

— *Ἐν Μακεδόνι.*] Macedonica Edessa ad [illegible] vium a geographis collocatur. Livius lib. xlv. cap. [illegible] meminit: *Tertia regio nobiles urbes Edessam et Be*[illegible] *habet, et Vettiorum bellicosam gentem.* Verum [illegible] oraculo monitus, ut ducibus capris imperium [illegible] sedem ibi stabilivit (postquam non sentientibus [illegible] imbrium et nebulae magnitudinem, gregem [illegible] fugientium, secutus, urbem occupaverat) et [illegible]

neris urbem *Edessam Aegeas* appellavit, uti fusius perhibet Iustinus lib. VII. cap. I.

— *Κατὰ μὲν τοὺς ἐγχωρίους, Ἐδεσσηνός.*] Non placet lectio quae in MSS. et vulgatis reperitur: sine dubio revocanda est vox *ἐθνικὸν*, quae hic excidit. Lego itaque: *τὸ ἐθνικὸν, κατὰ μὲν τοὺς ἐγχωρίους, Ἐδεσσηνός.* De hoc gentili non est dubitandum, cum passim antiquarii nummos cum inscriptione *ΕΔΕCCΗΝΩΝ* producant.

— *Ἐδεσσαῖος.*] Certissimum est et hoc gentile plerosque veterum usurpasse. Hesychius: *Ἐδεσσαῖος, ὁ Ἡρακλῆς ἐν Ἐδέσσῃ.* Clariss. Spanhemius testatur se in nummis Augusti, Commodi, et Severi *ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ* reperisse, et non male hoc gentile antiquioribus tribui a Stephano, cum id vetustiores illius urbis nummi praeferant. Verum praeter duo haec gentilia, tertium in usu est, quod praetermisit ὁ *Ἐθνικολόγος*: nam idem Spanhemius in Antonini Caracallae nummo Mediceo, ac in Philippo musei Seguiniani τὸ *ΕΔΕΣΣΕΩΝ* observavit, quod in casu recto habet *Ἐδεσσεύς.*

Ἕδρα. Οὕτω λέγονται ἕδραι βουλῆς.] Sic communia magistratuum subsellia appellabantur: nam praesidis sella proprio nomine *Προεδρία* dicebatur: liquet hoc ex inscriptione nondum edita, quam mihi nuper ornatissimus Gerardus van Hinlopen civis Hornanus humanissime communicavit, qui eam Monachis in insula Lesbo, ubi per aliquot dies, Constantinopolin iter faciens, commorabatur, acceptam refert, ei ostendentibus sedem ex candido alabastrite factam, quam terra abditam effoderant, in cuius antica inferiore parte, quam sedentes suris tangunt, haec legebatur inscriptio.

ΠΤΑΜΩΝΟΣ 334
ΤΩΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ b
ΠΡΟΕΔΡΙΑ.

Quis autem fuerit hic praesul, paucis enarrare operae pretium duxi. Strabo et Suidas cum *Potamonem*, non autem *Ptamonem* appellant. Geographus lib. XIII. sic refert: *Ὕστερον δὲ ἐγένετο χρόνοις πολλοῖς Διοφάνης ὁ Ῥήτωρ, καθ' ἡμᾶς δὲ Ποτάμων, καὶ Λεσβοκλῆς* etc. Verum fusius de eo scribit Suidas, illum Lesbonactis filium fuisse, et tempore Tiberii Romae vixisse, cui tam charus erat, ut ei patriam repetenti praestantissimi exempli commeatum dederit. *Ποτάμων Μιτυληναῖος, υἱὸς Λεσβώνακτος, ῥήτωρ, ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Τιβερίου. καί ποτε εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντος, ὁ βασιλεὺς ἐφοδιάζει τοιοῖσδε γράμμασι. Ποτάμωνα Λεσβώνακτος εἴ τις ἀδικεῖν τολμήσοι, σκεψάσθω, εἴ μοι δυνήσεται πολεμεῖν. Potamonem Lesbonactis F. si quis iniu-*

ria afficere fuerit ausus, videat an mihi bellum facere possit. Verum est, inscriptionem in prima syllaba τὸ O μικρὸν non agnoscere, quod tamen plurimis exemplis excusari potest: Persius Sat. I. habet *Trosulus* pro Torosulus. Trosuli dicti sint Torosuli. Varro Sesquiulysse apud Nonium: *Nunc emunt Trosuli, nardo nitidi vulgo, Attico talento equum.* Hieronymus lib. II. ad Iovianum: *Formosuli nostri et torosuli, et vix summis pedibus adumbrantes vestigia, quorum verba in pugnis sunt, et syllogismi in calcibus.* Sic *chors* pro *cohors*, et *chortes* pro *cohortes* Ovidius lib. IV. Fastor. de Vulpe:

Abstulerat multas illa cohortis aves,

Sed pro eo apud Martialem lib. VII. Epigrammate XXXI. *chors* reperitur:

Raucae chortis aves, et ova matrum,

Sic *clura* quoque dicitur pro κόλουρα, id est, simia cauda carens. Similiter etiam in hac inscriptione *Ptamonos* pro *Potamonos* effertur. Quod autem ad *ΤΩΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ* attinet, in eo aut transcriptoris, aut sculptoris manifestum apparet παρόραμα, cum sine dubio legendum sit *ΤΟΥΛΕΣΒΩΝΑΚΤΟΣ*. Nisi quis statuat Dorice *ΤΩ*, pro *ΤΟΥ* positum esse.

— Ἀφ᾽ οὗ ἑδρίτης, ὁ οἰκέτης.] Haec lectio non est sani coloris, quemadmodum censet magnus Salmasius, corrigebat enim ad marginem sui libri: ἀφ᾽ οὗ ἑδρίτης, ὁ ἱκέτης. Suidas: ἑδρῖται, οἱ ἱκέται, οἰκέται. ἀπὸ τοῦ καταφεύγειν ἐπὶ τὴν ἑστίαν.

Ἐθνέσται, ἔθνος Θεσσαλίας.] Non novi antiquum, neque sequioris aevi scriptorem, qui de hac gente Thessalica mentionem fecerit. Adfert tamen Goltzius nummum cum inscriptione *ΕΘΝΕΣΤΑΙΩΝ*, quod in casu recto habet Ἐθνεσταῖος, recteque pro gentili, a primitivo Ἐθνέσται deductum, censeri potest.

Εἰδομενή, πόλις Μακεδονίας.] Eadem haec est urbs, de qua alio loco sic scribit Stephani Epitomator, Ἰδομενή, πόλις Μακεδονίς. ὁ πολίτης Ἰδομένιος. ὡς Κλαζομένιος.

335 Ἐιλέσιον. Καὶ Ἐιλέσιον.] Est locus Homeri ex Cata-
a logo navium. Ad quem videsis Eustathium, si rem [illegible]

Εἴνατος. Ἐν ᾧ τιμᾶσθαι τὴν Εἰλείθυιαν [illegible] ter τὸ φασὶ, vel simile quid, quod hic excidit, etiam in [illegible] νην ultimum *N* est reiiciendum, et legendum Εἰλείθυιαν [illegible] ην. Optime in hanc rem scribit Etymologici Magni Auctor: Εἰνατία, ἐπίθετον τῆς Ἐλλειθυίας. Καλλίμαχος, [illegible] δελφον ἐπ᾽ ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα. εἴρηται οἷον Κρητική. [illegible] τόπος Κρήτης, ἔνθα ἐτιμᾶτο ἡ Εἰλείθυια.

Ἐκαδήμεια.] Antiquis temporibus hanc vocem auctores per E scripsisse, potius est quam quod multis doceri debeat. Diogenes Laert. lib. III. de Platone; *Πρότερον γὰρ διὰ τὸ ε Ἐκαδημία ἐκαλεῖτο.* Et apud Horatium Epistol. lib. II. Epist. II. in plurimis codicibus legitur:

Atque inter sylvas Ecademi quaerere verum.

Vide quoque Porphyrium *περὶ ἀποχῆς*, et Etymologici Mag. Auctorem in *Ἀκαδήμιον.*

— *Ἐξ οὗ Ἐχεμήδειον.*] Secundum Plutarchum in Theseo hic rescribendum foret *Ἐχεδημίαν.* Meursius censet rescribendum esse, *Ἐκεδήμειον.*

— *Τροπῇ καὶ τοῦ τελευταίου ε εἰς η.*] Hunc locum exscriptorum ignorantia esse depravatum, tam certum est, quam solem ipso meridie lucere. Cod. Voss. mihi exhibuit: *τροπῇ καὶ τοῦ τελευταίου ε εἰς θη.* Etita quoque Salmasius in optimo Palatino invenit, et ad marginem sui Stephani scripsit, fortassis pro *εἰς θη, εἰς δη* legendum esse. Sed non eadem viro incomparabili animo sedet opinio; nam addit praeterea totum locum sic posse constitui: *Τροπῇ τοῦ χ εἰς κ καὶ τοῦ τελευταίου ε εἰς η.* Ego puto haec verba esse loco mota, et non pertinere ad *τὸ Ἀκαδημαϊκὸς*, sed ad *Ἐχεδήμειον*, quod fit ab *Ἔχεμος*, mutato *χ* in *κ*, et ultimum *ε* in *η*.

Ἐκάλη. Τὰ τοπικὰ, Ἐκάληθεν] Ita rescripsimus ex chartaceo-Vossiano, et primis editionibus. Male habet Xylandriana, *τὰ τοπικὰ Ἐκάλιθεν.* 335 b

Ἑκατήσια. Οὕτως ἡ Ἰδρίας πόλις Καρίας.] Alio etiam nomine appellabatur *Χρυσαορίς.* Stephanus: *Χρυσαορὶς, πόλις Καρίας, ἡ ὕστερον Ἰδρίας ὀνομασθεῖσα.* Pessime eo in loco legitur *Ἀδρίας*, uti postea ostendemus. Vide praeterea in voce *Ἰδρίας.*

— *Τὴν θεὸν Λαγινίτην ἐκάλεσαν.*] Sic dicta videtur haec Dea ab oppidulo, quod nostro *Λαγινία* dicitur, ita enim scribit: *Λαγινία, πολίχνιον Καρίας. Ἀπολλόδωρος Καρικῶν ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν, Λαγιναῖος, καὶ Λαγινύτης, καὶ Λαγινῖτις.* Templum in Laginis illustrissimum Hecatae sacrum describit Strabo libro XIV. hisce verbis: *Ἔστι δ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Στρατονικέων δύο ἱερὰ, ἐν μὲν Λαγίνοις, τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον, πανηγύρεις μεγάλας συνάγον κατ' ἐνιαυτόν.*

— *Καὶ τὰ ἐτήσια τελοῦντες.*] Constanter sic legunt libri MSS. et editi, facillime tamen hoc loco et sine magna mutatione rescribi posset, *καὶ τὰ Ἑκατήσια τελοῦντες.* Hac enim appellatione veteribus Hecates sacrificia insigniuntur. Vide Pollucem lib. IV. Praeterea Strabo verbis proxime citatis de Hecatae templo mentionem facit, cui non incommode *Ἑκατήσια* attribuuntur. Verum

quia addit ibi quotannis magnos conventus agitari, non temere in nostro τὰ ἐτήσια mutaverim, cum etiam in aliis scriptoribus haec phrasis reperiatur. Nazianzenus; τὰ ἐτήσια πανηγυρίζουσι *anniversaria celebrant.*

Ἑ κ α τ ό ν ν η σ ο ι. Οὕτω περὶ τὴν Λέσβον νησία κ', ὡς Στράβων.] Habuisse Stephanum in genuino suo opere integrum Strabonis locum, ex hoc compendio manifestissime liquet, ita enim
336 Geographus de viginti hisce insulis lib. XIII. Κατὰ δὲ τὸν πορθ-
a μὸν τὸν μεταξὺ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λέσβου, νησία ἐστὶ περὶ εἴκοσι, ὡς δὲ Τιμοσθένης φησὶ, τετταράκοντα. καλοῦνται δ' Ἑκατόννησοι συνθέτως, ὡς Πελοπόννησος, κατὰ ἔθος τι τοῦ Ν γράμματος πλεονάζοντος ἐν τοῖς τοιούτοις, ὡς Μυόννησος, καὶ Προκόννησος λέγεται, καὶ Ἁλόννησος, ὥς τε Ἑκατόννησοι εἰσὶν, οἷον Ἀπολλώννησοι. Ἕκατος γὰρ ὁ Ἀπόλλων. παρὰ πᾶσαν γὰρ τὴν παραλίαν ταύτην ὁ Ἀπόλλων ἐκτετίμηται μέχρι Τενέδου, Σμινθεὺς, ἢ Κιλλαῖος καλούμενος, ἢ Γρυνεὺς, ἤ τινα ἄλλην ἐπωνυμίαν ἔχων. Ad quem locum vide doctissimum Casaubonum, ex Diodoro et Herodoto locum adducentem, qui existimant hasce insulas nomen habere a voce ἑκατὸν, sed illorum opinioni adversatur Eustathius ad Iliad. *Α.* pag. 49. Postquam dixerat τὸ ἑκατὸν saepissime ab antiquis indefinite sumi, haec subiicit: Οὐ μὴν τοιοῦτον καὶ αἱ Ἑκατόννησοι. ἐκεῖναι γὰρ ὡς Ἑκάτου, ἢ γουν Ἀπόλλωνας νῆσοι, οὕτω λέγονται.

— Περὶ τὸν Ἕκατον.] Salmasius in margine sui libri emendat: παρὰ τὸν Ἕκατον.

Ἐ κ β ά τ α ν α, ἡ μεγάλη μερὶς etc.] Olim Ἀκεσσαία dicta fuit ab Acessaeo quodam, teste Scholiasta Aeschyli in Persis. Vide quae de nominis etymologia diximus ad vocem Ἀγβάτανα.

— Ὡς Ταβιηνός.] Vitiatum est hoc gentile a transcriptoribus: redundat enim iota. Lege Ταβηνός: sive pro gente Carmaniae habeas, sive ab urbe Peraea deduxeris, res eodem redibit. Vide nostrum in Τάβαι et Ταβηναί.

Ἐ λ α ί α, πόλις τῆς Ἀσίας.] Situm et conditores huius urbis optime describit Strabo lib. XIII. hisce verbis: [illegible] μήκοντα εἰς Ἐλαίαν, λιμένα ἔχουσαν καὶ ναύσταθμον τῶν [illegible] λικῶν βασιλέων, Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ [illegible] ων τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον. Vide quoque [illegible] cap. XVIII.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἰταλίας.] De ea sic scribit [illegible] quentibus. Ἐλέα, πόλις Ἰταλίας, ὡς εἴρηται. [illegible] ὠνομάσθη δὲ Ἐλέα ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ, [illegible]

[redacted]

λία. De hoc oppido et eius appellationibus suo loco plura trademus.

— Ἐξ ἧς Ἐλεάται.] Mirum est Epitomatorem de gentili suo loco, scilicet in vocabulo Ἐλέα, nihil dixisse. ELEATES apud Goltzium reperitur in Rom. Triumphis. Cicero quoque eo utitur lib. II. Tuscul. Quaest. *Observentur species honestae animo: Zeno proponatur Eleates: qui perpessus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis indicaret.* Vide quoque Diogenem Laertium lib. III. in Platone.

— Φοινίκης Ἐλαία.] Existimo hanc eandem esse civitatem, quam Dionysius de situ orbis Elaïdem appellavit, eam quoque Tyro et Sidoni vicinam statuens:

Οἵτ' Ἰόπην, καὶ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ' ἐνναίουσι,
Καὶ Τύρον ὠγυγίην, Βηρυτοῦ τ' αἶαν ἐραννήν,
Βύβλον τ' ἀγχίαλον, καὶ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν.

Priscianus, et Avienus Dionysii interpretes etiam Elaïdem hanc urbem nuncupant.

Ἐλαιοῦς, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ.] De hac urbe ita scribit Etymologici Magni Auctor: Ἐλαιοῦς, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ. Ἐλαιούσιος, ὡς Τραπεζοῦς Τραπεζούσιος. Huius quoque meminit Marcianus Heracleota.

Εἶτ' Αἰολέων Ἀλωπεκόννησος πόλις,
Ἑξῆς Ἐλαιοῦς Ἀττικὴν ἀποικίαν
Ἔχουσα.

Ita haec verba esse legenda in praecedentibus alibi indicavimus. Mela lib. II. cap. II. *Est Cynossema tumulus Hecubae, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto. Est Madytos, est Eleus, quae finit Hellespontum.* Ad quem locum vide Cl. Vossium, existimantem Ἐλεοῦς verum huius oppidi nomen esse, non autem Ἐλαιοῦς ut noster et Marc. Heracleota exhibent.

Ἐλαιοῦσσα, νῆσος Κιλικίας.] Strabo lib. XIV. in antepenultima vocalem, non vero diphthongum agnoscit, haec 337
sunt eius verba, ex quibus etiam situs non obscure innotescit: a
Εἶθ' ἡ Ἐλέουσα νῆσος μετὰ Κώρυκον, προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ, ἣν συνῴκισεν Ἀρχέλαος, καὶ κατεσκευάσατο βασίλειον.

— Πρὸς τῷ Κωρύκῳ.] Ita legendum esse liquet ex Strabone proxime allegato. Libri MSS. constanter exhibent, πρὸς τῇ Κυρίκῳ. Xylandriana, πρὸς τῷ Κωρίκῳ.

— Ἄλλαι νῆσοι ἑπτά.] Hodie in geographorum libris hunc numerum non invenies. Apud Strabonem lib. XIV. Eleusa occurrit, stadiis CXX a Rhodo distans: Πρόκειται δὲ Ἐλέουσα νῆσος

διέχουσα τῆς Ῥόδου σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι. Verum in nostro antepenultima cum diphthongo scribitur.

Ἐλάτεια. Μεγίστη Φωκίδος.] Etiam Strabo hanc maximam Phocidis urbem censet lib. IX. Ἐλάτεια δὲ, ὅτι πασῶν μεγίστη τῶν ἐνταῦθα πόλεων, καὶ ἐπικαιροτάτη διὰ τὸ ἐπικεῖσθαι τοῖς στενοῖς, καὶ τὸν ἔχοντα ταύτην, ἔχειν τὰς εἰσβολὰς, τὰς εἰς τὴν Φωκίδα καὶ τὴν Βοιωτίαν. Idem de hac urbe testatur libro eodem: Καὶ Ἐλάτεια, ἡ μεγίστη πόλις τῶν Φωκικῶν, ἣν Ὅμηρος μὲν οὐκ οἶδε, νεωτέρα γάρ ἐστι τῆς ἡλικίας ἐκείνου· ἐπικαιρίως δ' ἵδρυται πρὸς τὰς ἐκ τῆς Θετταλίας εἰσβολάς. Verum Pausanias hanc post Delphos maximam Phocidis urbem fuisse existimat, ita enim ille in Phocicis: Ἐλάτεια δὲ τῶν ἐν Φωκεῦσι μεγίστη πόλεών ἐστι τῶν ἄλλων μετά γε τοὺς Δελφούς. Quod ad situm attinet, ex collatis Geographi locis apparebit, eam sitam fuisse in montium angustiis et quasi in trivio; imo si quis ea potiatur, habere aditum, non duntaxat in Phocidem et Boeotiam, sed quoque in Thessaliam. Plura de eius situ exstant apud Strabonem et Pausaniam, locis iam citatis.

— Ἀπὸ Ἐλάτου.] Sic etiam de Elato testatur Pausanias in Arcadicis, unde haec transcribere lubet: Ἔλατος δὲ ἔσχε τὸ ὄρος τὴν Κυλλήνην, ἔτι τότε οὖσαν ἀνώνυμον· χρόνῳ δὲ ὕστερον μετῴκησεν ὁ Ἔλατος ἐς τὴν νῦν καλουμένην Φωκίδα, καὶ τοῖς τε Φωκεῦσιν ἤμυνεν ὑπὸ Φλεγύων πολέμῳ πιεζομένοις, καὶ Ἐλατείας πόλεως ἐγένετο οἰκιστής.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἐλατεύς.] Ita legitur in omnibus MSS. et editis, quam lectionem non temere mutandam censeo, licet Casaubonus ad Strabonem monuerit, rescribi debere, τὸ ἐθνικὸν, Ἐλατειεύς. Occurrit enim utrumque apud Pausaniam in Phocicis: Τὰς δὲ καὶ ἰδίᾳ τοῖς Ἐλατειεῦσιν ἐκ Μακεδόνων παρέσχεν ὁ δαίμων. Et aliquot interiectis versibus apud eundem sequitur: Ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἐλατέων ἄστεως. Etymologici Mag. Auctor: Ἐλάτεια, πόλις Φωκίδος· καὶ Ἐλατεύς. Multa sunt gentilia, quae formantur non ab urbis, sed a conditoris nomine;
837 tilia, quae formantur non ab urbis, sed a conditoris nomine;
b eximium huius rei exemplum invenitur in Δυσπόντιον, ubi noster sic inquit: Οἱ δὲ Δυσποντεῖς οὐ παρὰ τὴν πόλιν Δυσπόντιον καλοῦνται· ἐλέγοντο γὰρ Δυσποντεῖς παρὰ τὸν Πέλοπος υἱὸν Δύσποντον. Ita quoque commodissime παρὰ τὸν Ἔλατον, dici potest Ἐλατεὺς, et numero multitudinis Ἐλατεῖς, atque Latino ore Elatensis, pro quo apud Livium lib. XXXII. Elatiensis reperitur: Consul in Phocide ad Elatiam castris positis, primo colloquiis rem per principes Elatiensium tentavit.

— Ἐλάτρειάν φασι.] Chartaceus Vossianus ... ἄν φασι, διὰ τοῦ ρ. καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἐρατριεύς. ...

seam in nostro rescribendum: ἣν καὶ Ἐλάτριάν φασι, διὰ τοῦ ρ. καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἐλατριεύς. Huic lectioni calculum suum adiecit Casaubonus ad Strabonem; in Geographo enim Thesprotici huius oppidi mentio est lib. VII. ubi etiam Ἐλάτρια scribitur. Puto hanc in Stephano antiquam fuisse scripturam, quia in Aldino legitur, τὸ ἐθνικὸν Ἐλατριεὺς, quod non fit nisi ab Ἐλάτρια.

Ἐλαυία. Ἐλαυιάτης.] Post hanc vocem τὸ Ἐλαυίτης excidit. Itaque hic locus hunc in modum est constituendus. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλαυιάτης καὶ Ἐλαυίτης, ὡς Ἰαμνιάτης καὶ Ἰαμνίτης.

Ἐλαφόνησος.] Haec eadem insula ab aliis Προικόννησος appellata, ante Cyzicum sita est. Etymol. Mag. Auct. in Προικόννησος· προὶξ ἐστι ζῶον ὅμοιον ἐλάφῳ, ὁ λεγόμενος νεβρός· Διονύσιος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς κτήσεσιν οὕτω λέγει τὰς ἐλάφους πρόκας· ὅθεν καὶ ἡ Προκόννησος· ἐν αὐτῇ γὰρ πλήθουσι ἔλαφοι etc. ὑπό τινων δὲ ἡ Προκύννησος Ἀδελφόννησος κέκληται. Corrige indubitanter Ἐλαφόννησος. Plinius lib. v. cap. XXXII. *Insulae in Propontide ante Cyzicum Elaphonnesus, unde Cyzicenum marmor, eadem Neuris et Proconnesus dicta.* Illud *Neuris*, cuius noster etiam meminit in Ἀλώνη, deductum videtur a voce Νεβρός, quod est ζῶον ὅμοιον ἐλάφῳ, ut liquet ex iam citatis Etymologi verbis. Hesychius: Νεβρίς, ἐλάφου δορά. Νεβροὶ, ἐλάφων γεννήματα.

Ἐλβέστιοι.] Ex loco Philisti liquet Elbestios et Mastianos, sive Mastienos, vicinos fuisse; adeo ut ex Mastienorum situ Elbestiorum innotescat. Illi enim sic dicuntur ab Africae loco Mastia, prope Pulchrum promontorium et Tarseium, ut deinde docebimus.

— Ἐκτ * Εὐρώπης.] In omnibus editis et MSS. conspicitur lacuna, quam fortasse replebis legendo: Περὶ δὲ τοὺς Λίβύας ἐκτὸς Εὐρώπης Ἐλβ. καὶ Μαστιηνοί.

Ἐλβώ, νῆσος.] In quonam mari, vel cuinam regioni adiaceat haec insula, a nostro reticetur, et parum iuvat Herodotus, 338
quem adducit, baec sunt eius verba: Ταύτην τὴν νῆσον οὐδεὶς a
πρότερον ἐδυνάσθη Ἀμυρταίου ἐξευρεῖν, ἀλλὰ ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ ἑπτακόσια οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὴν ἀνευρεῖν οἱ πρότεροι γενόμενοι βασιλῆες Ἀμυρταίου· οὔνομα δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ Ἔλβω· μέγαθος ἐστὶ πάντῃ δέκα σταδίων. Hinc igitur magnitudinem, non vero situm insulae addiscimus, quanquam coniicii potest, vel Aegypto, vel Aethiopiae adiacuisse.

Ἔλυγος, πόλισμα Λυκίας.] Editiones Xylandrianam praecedentes, et codex Vossianus pro Λυκίας habent Λυδίας, quod

non sine causa mutavit Xylander, quem sequimur, quia hac sectione Xanthi Lyciaca adducuntur.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἔλγιος καὶ Ἐλγαῖος.*] Aliud gentile ab hoc oppido deductum occurrit apud Polybium in Excerpt. Legat. cap. CVI. quod in casu recto habet *Ἐλγεύς*. *Συνέβαινε γὰρ τὸν Προυσίαν, οὐ μόνον αὐτὸν ἐνεργῶς κεχρῆσθαι ταῖς διαβολαῖς, ταῖς κατὰ τὸν Εὐμένη καὶ τὸν Ἄτταλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς Γαλάτας παρωξυκέναι καὶ τοὺς Ἐλγεῖς.* In MS. exemplari Ursinus reperiebat *Σελγεῖς*, quod merito non probat, nam iuxta nostrum *Σέλγη* Pisidiae oppidum est. Et quanquam ab *Ἔλγος* noster non deduxerit gentile *Ἐλγεῖς*, certum est tamen a Lyciae urbibus gentilia in *ευς* saepissime derivari.

Ἐλέα, πόλις Ἰταλίας.] Variis nominibus haec urbs, teste Cluverio, fuit insignita; appellabatur enim *Velia, Helia, Hela, Hyela*, et *Thyella*. Plinius lib. III. cap. V. *Sinus Paestanus; oppidum Helia, quae nunc Velia.* Situm petat lector ex Cluverio iam nominato. Unde nomen acceperit ostendit Servius ad lib. VI. Aeneid. *Velia*, inquit, *dicta est a paludibus, quibus cingitur; quas Graeci Ἕλη dicunt. Fuit ergo Helia. Sed accepit δίγαμμον, V scilicet consonans; et facta Velia: ut Henetus, Venetus.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Βύλη.*] Vitiatam hanc vocem censet Cluverius, et maculam illam contraxisse ex Strabonis et Herodoti *Ὑέλη*, a quibus urbs sic fuit insignita. Herodotus lib. I. *Ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίας ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη.* Et Strabo lib. VI. *Ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαιεῖς Ὑέλην, οἱ δὲ Ἔλην ἀπὸ κρήνης τινός, οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν.*

— *Ἡ νῦν Βελία.*] In hac voce remanserunt vestigia nominis Veliae: nam *βῆτα* hoc loco tanquam V pronunciandum est.

358 b *Ἐλέγεια, χωρίον πέραν Εὐφ.*] Plinius lib. V. cap. XXXIV. *Apud Elegiam occurrit ei* (loquitur de Euphrate) *Taurus mons, nec resistit, quanquam* XII *M. Pass. latitudine praevalens.* Vide quoque Solinum cap. XXXVII. et ad illum locum Salmasium.

— *Ἀῤῥιανὸς ἐν Παρθικῶν ή.*] In libris editis et manu exaratis legebatur *ἐν Παρθικῶν ν'*, quod manifestissimum erat vitium, nam tot libros de rebus Parthicis non consignaverat Arrianus: quare bene rescripsit Salmasius *ἐν Παρθ. ή.* Ultimus erat septimus decimus, quem citat noster in *Ἄτραι*, observante Vossio de Hist. Graecis.

Ἑλένειος. Περὶ τῷ Κανώβῳ.] Vossianus cod. *Πρὸς τῷ Κανώβῳ* Eustathius in notis ad Dionysium de situ orbis insulam esse censet, eamque appellari *Ἑλένιον· ἔνθα που καὶ νῆσος τὸ Ἑλένιον τῇ Ἑλένῃ παρώνυμον.* Ibi enim Menelaus, Helenam in Aegyptum ducens, deflevit Canobum navis rectorem, qui hac

moerhoïdibus perierat. Etymologici Mag. auctori Ἑλένειον, βοτάνη ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινομένη· εἴρηται ὅτι ἐκ τῶν δακρύων τῆς Ἑλένης ἀνεφύη, ὅτε ἐπὶ Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενέλαος ἰδὼν ἔκλαυσεν, ὑπὸ αἱμοῤῥοΐδων ἀποθανόντι.

Ἑλένη, νῆσος τῆς Ἀττικῆς.] Insula haec paullulum supra Sunium promontorium erat sita, aspera, deserta, et in longum porrecta spatio circiter LX stadiorum, ut scribit Strabo lib. IX.

— Ἐπεὶ γὰρ ἀποβῆναι.] Haec desumpsit Stephanus ex Pausaniae Atticis, ubi insulas Atticae adiacentes describit: Ἄλλη δὲ ὑπὲρ Σουνίου, τὴν Ἀττικὴν ἀριστερᾷ πλέουσιν· ἐς ταύτην ἀποβῆναι λέγουσιν Ἑλένην μετὰ τὴν ἅλωσιν τὴν Ἰλίου, καὶ διὰ τοῦτο ὄνομά ἐστιν Ἑλένη τῇ νήσῳ.

— Διὰ τὸ μῆκος.] Sic etiam Euboea quia in longum est extensa, Macris appellatur: Helenae longitudinem statuit Geographus LX stadiorum, loco iam citato, et ex illo Eustathius ad Hom. Iliad. Γ. Hinc est, quod etiam nunc hodie *Macronisi*, id est, *longa insula* vocitatur, testibus Dominico Nigro et Sophiano.

— Ἑλενίτης.] Probat hoc gentile nummus apud Goltzium cum Inscriptione ΕΛΕΝΙΤΗΣ.

Ἐλευθέρα. Ἐλευθεροκίλικες.] Horum mentio est apud Ciceronem in Epist. ad Atticum: *Eleutherocilices populi in Amano, ne regibus quidem unquam paruerant.*

Ἐλευθεραὶ, πόλις Βοιωτίας.] Tempore Pausaniae huius 339 urbis vestigia videbantur non multum supra campos Cithaeronem a versus, eratque terminus inter Atticam et Boeotiam, sed postea in Atheniensium potestatem venit, et iis annumerari coepit. Vide Pausaniam in Atticis. Sic quoque Strabo perhibet, olim veteres dubitasse, utrum Plataeensibus, an vero Boeotiae adscriberent, sic enim ille lib. IX. Εἰσὶ γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον, ἃς οἱ μὲν τῶν Πλαταιῶν, οἱ δὲ τῆς Βοιωτίας φασίν.

— Ἥτις καὶ Σάωρος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Σαώρης νύμφης.] Ex mente Stephani totus locus hunc in modum est constituendus: ἥτις καὶ Ἄωρος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀώρας νύμφης. Haec eadem est urbs, quae antiquis temporibus Aorus ab Aora nympha dicta fuit, teste Stephano in illa voce. Si quis tamen obstinata mente vulgatam lectionem tueri conabitur, ei litem non movebo: certissimum enim est τὸ Σ nominibus propriis aliquando praefigi, cuius rei plurima apud alios scriptores occurrunt exempla. Urbs haec Oaxo vicina fuit, ut conicere licet ex nostro in isthac voce.

— Διὰ τὸ φυγόντας.] Sequimur editiones Xylandrianam

praecedentem, in illa enim male obscurum reperi ἐπὶ τὸ φερόμενος. Hinc tamen coniici posset Xylandrum voluisse φοβηθέντες, quia mox sequitur, ἐκεῖ τοῦ φόβου ἐλευθερωθῆναι.

— Ὡς Ἡράκλειος.] Censet Xylander Heracleum esse aliquem e scriptoribus vetustis, sed merito haec vox Salmasio est suspecta, nam quemadmodum noster passim alia gentilia in similitudinem advocat, sic etiam hic fecit; verum quid commune habet Ἐλευθεραῖος cum τῷ Ἡράκλειος? Itaque totum locum ad marginem sui libri ita constituit: Ὁ πολίτης, Ἐλευθερεύς, ἢ Ἐλευθεραῖος, ὡς Ἡραῖος.

Ἐλευθερὶς, πόλις Βοιωτίας Ὠρωποῦ.] Quemadmodum Xylander hanc sectionem edidit, eodem modo et nos eam edi-
339 dimus; non quod vulgatam lectionem probemus; sed quia quo
b potissimum modo legi debeat et emendari, affirmare non possumus. Imprimis tota haec sectio mihi videtur obscura, mendosa et hiulca; quare eius emendationem ingenio et librorum MSS. copia pollentibus commendandam censeo. Ne quis tamen dicat nos difficillima sicco pede transiliisse, sententiam meam appingam, et totam sectionem sic constituam: Ἐλευθερὶς, πόλις Βοιωτίας, Ὠρωποῦ πλησίον, Κόθου καὶ Αἴκλου κτίσμα. Existimanti hanc emendationem non procedere negeram, duntaxat esse coniecturam, manifestissimis argumentis non stabilitam: interim hoc pro certo affirmans, in Stephano pro Κόσρου καὶ Ἐγκλέου rescribendum Κόθου (quod etiam Vossian. cod. exhibet) καὶ Αἴκλου, quae vocabula pessimo errore Ortelius pro urbium nominibus accepit. Heroës isti in historia fabulari satis sunt cogniti; de iis loquitur Strabo lib. x. Οἱ δὲ Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφὸν φασὶν, ὅς καὶ τὴν Ἐλλοπίαν κτίσαι λέγεται. Idem eodem libro testatur, eos post bellum Troianum vixisse: Μετὰ τὰ Τρωϊκὰ Αἴκλος καὶ Κόθος ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες, ὁ μὲν τὴν Ἐρέτριαν ᾤκησε, Κόθος δὲ Χαλκίδα.

Ἐλευθέρνα, πόλις Κρήτης.] Pristinum nomen fuit Σάτρα. Vide nostrum in illa voce. Plinius lib. IV. cap. XII. urbis nomen plurativo numero effert, et in Cretae mediterraneis collocat; sic quoque Scylax: Μετὰ δὲ Ὀσμίδα, Ἐλευθέρναι πρὸς βορέαν.

— Ἐλευθερναῖοι.] Apud Goltzium et Spanhemium legitur nummus cum inscriptione ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ. Idem quoque gentile legitur apud Athenaeum lib. XIV. Ἄλλοι δὲ πρῶτον φασὶ παρ' Ἐλευθερναίοις κιθαρίσαι τὰς ἐρωτικὰς ᾠδὰς Ἀμήτορα τὸν Ἐλευθερναῖον.

Ἐλεφαντίνη, πόλις Αἰγύπτου.] Instaurationem huius loci, in libris vulgatis pessime confusi et mutili, res litteraria in-

[redacted]

comparabit Isaaco Vossio debet. Elephantinae opposita erat Syene, influente Nilo, ubi traiectus semistadio conficiebatur. Aristides: Οὕτω δὴ γενόμενος πάλιν ἐν τῇ Συήνῃ, ἣν ἀπὸ τῆς Ἐλεφαντίνης ὁ Νεῖλος διαιρεῖ. Et paucis interiectis versibus sequitur: Μεταξύ τε Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἢ τὸ ῥεῖθρον τοῦ ποταμοῦ, καὶ προσοικεῖ τὴν ὄχθην ἑκατέρα τῶν πόλεων τούτων. His addam verba Strabonis lib. XVII. Ἡ δὲ Συήνη, καὶ Ἐλεφαντίνη, ἡ μὲν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας καὶ τῆς Αἰγύπτου πόλις, ἡ δὲ ἐν τῷ Νείλῳ προκειμένη τῆς Συήνης νῆσος ἐν ἡμισταδίῳ. 340 a

— Ἐλεφαντίδα.] Ita quoque eam appellavit Vitruvius lib. VIII. *Ab hisque paludibus se circumagens per flumina Astasobam et Astaboram, et alia plura, pervenit per montes ad Cataractam, ab eoque praecipitans per septentrionalem inter Elephantida et Syenen, Thebaicosque in Aegyptum campos, et ibi Nilus appellatur.* Vide praeterea Pomp. Melam. lib. I. cap. IX.

— Ἑλίκη, πόλις Πελοποννήσου.] Sita erat in Achaia propria ad sinum Corinthiacum, Burae proxima; sed biennio ante Leuctricam pugnam aquis absorpta, teste Strabone lib. VIII. et Polybio lib. II. Ovid. lib. XV. Metamorph.

Si quaeras Helicen et Buram Acheïdas urbes,
Invenies sub aquis. ——

— Ὅμηρος.] Versiculus ex Iliad. Θ. transcriptus est.

— Ἀπὸ Ἑλίκα.] Sic exhibent libri Palatini; quam lectionem, auctoritate Archiepiscopi Thessalonicensis adductus, in contextum recepi, ita enim ille ad Iliad. B. Ἑλίκη δὲ, ἀπὸ Ἑλίκα φασὶ καλεῖται υἱοῦ Λυκάονος· ἢ ἀπὸ Ἑλίκης τῆς Ἴωνος μὲν γυναικὸς, Σελινοῦντος δὲ θυγατρὸς, υἱοῦ Ποσειδῶνος· ἠφανίσθη δέ φασιν αὕτη ὑπὸ κύματος. De Helice Ionis uxore etiam legendus Pausanias in Achaïcis circa initium.

— Ὁ πολίτης, Ἑλικώνιος.] Qua ratione παρὰ τὴν Ἑλίκην deduci possit Ἑλικώνιος, non videtur Epitomator bene percepisse; hinc est, quod mox subiungat: Ἴσως δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ ὄρους γέγονεν, adeo ut iuxta analogiam melius ab Helicone monte, quam ab urbe Helica τὸ Ἑλικώνιος deducatur. Sed omne dubium solvit Eustathius ad Homeri Iliad. T. pag. 1214. his verbis: Παράγουσι δὲ τὸ τοιοῦτον Ἑλικώνιος οὕτως· οἱ Αἰολεῖς ἐκ πρωτοτύπου φασὶ πληθυντικῆς γενικῆς ποιοῦσι τύπους κτητικούς· οἷον, ἕτεροι ἑτέρων, ἑτερώνιος, ἄλλων, ἀλλώνιος· ἐτύμων, ἐτυμώνιος· ἀνέμων, ἀνεμώνιος, καὶ δι' εὐφωνίαν, ἀνεμώλιος· οὕτω φασὶ καὶ Ἑλίκαι Ἑλικῶν ὄνομα τόπου, Ἑλικώνιος· ἵνα ᾖ φασὶν Ἑλικώνιος, ὁ ἐν Ἑλίκαις τῆς Ἀχαΐας τιμώμενος. Igitur secundum Eustathium τὸ Ἑλικώνιος habet formam 340 b

[redacted]

possessivi, quod Aeolum more a genitivo plurali deductum est. a Verum deinde adfert, magisque approbare videtur, τὸ Ἑλικεύς, quod etiam apud scriptores antiquos satis est in usu. Strabo lib. VIII. Τοὺς γὰρ ἐκ τῆς Ἑλίκης ἐκπεσόντας Ἴωνας, αἰτεῖν πέμψαντας παρὰ τῶν Ἑλικέων, μάλιστα μὲν τὸ βρέτας τοῦ Ποσειδῶνος. Theocritus usus est adverbio Ἑλίκηθεν Idyll. xxv.

Εἰ σύ γε ἐκεῖνος ὢν ἄμμιν ἀκουόντεσσιν ἔειπεν
Οὔ ξ' Ἑλίκηθεν Ἀχαιός.

Quod positum est pro ὁ ἐξ Ἑλίκης, quanquam rarum sit huiusmodi adverbiis de loco addere praepositionem ἐξ, quae profecto magis redundat, quam ut hic aliquem usum habere possit.

Ἐλίμεια. Στράβων ἑβδόμῳ.] Apud Geographum, ut bene observat Casaubonus, hodie male invenitur Ἀιμία et Αἰμία pro Ἐλίμεια, cuius quoque Thucydides meminit. Livius hanc urbem lib. XLII. *Elimaeam* et Ptolemaeus *Elymam* appellavit.

— Ἐλύμα τοῦ Τυῤῥηνῶν βασιλέως.] Mallem substituere ἀπὸ Ἐλύμου, nam sic alii hunc Tyrrhenorum regem appellant, et ipse Stephanus in praecedentibus: Αἰανή, πόλις Μακεδονίας, ἀπὸ Αἰανοῦ παιδὸς Ἐλύμου τοῦ βασιλέως Τυῤῥηνῶν, μετοικήσαντος εἰς Μακεδονίαν. De illo porro vide Dionys. Halicarnas. Strabonem aliosque.

— Διὰ μακροῦ τὴν μει συλλαβήν.] Codex Vossianus, et editiones, quae Xylandrianam praecesserunt, pessime exhibent: διὰ μακροῦ τὴν μίαν συλλαβήν.

Ἔλινοι. Καὶ Ἐλινία ἡ χώρα.] Si rescribere placuit, suadentibus MSS. Palatinis et Vossiano. In vulgatis erat, καὶ Ἐλινία χώρα, quod non respondebat τῷ Ἔλινοι, quod est gentis nomen: pari ratione in sequentibus Ἐλινῖνος, gentile ab urbe Sicula, pro Ἐλενῖνος reposuimus.

341 Ἐλίξοια. Οἱ νησιῶται Καραμβῦναι. ἀπὸ ποταμοῦ.] Primo
a in Καραμβῦναι suo loco per α exarata inveniuntur, quod sequutus sum, quanquam hic loci in omnibus editis Καραμβύκαι per κ circumferatur. Sed in libris vulgatis ratio nulla redditur, quare insulani, sive Elixoeae incolae, Cerambucae appellentur. Docuit nos codex Vossianus, eos hoc nomen a flumine Cerambuca invenisse, nam his verbis ἀπὸ ποταμοῦ auctior erat, quae nostrae editioni inserere placuit.

Ἔλλα, χωρίον Ἀσίας.] Hoc loci nomen duplici lambda excudi curavimus, quia gentile nomen in MSS. sic exaratum reperiebam. Praeterea in Voss. erat, Πολύβιος ς', non vero ις', ut omnes editi exhibent.

Ἑλλάς, πόλις Θεσσαλίας.] Situm huius urbis satis accurate describit Strabo lib. IX. eam collocans decem circiter stadiis a

Melitaeensibus trans Enipeum, haec sunt eius verba: *Μελιταιεῖς δ' ἄπωθεν ἑαυτῶν ὅσον δέκα σταδίους οἰκῆσθαι τὴν πόλιν Ἑλλάδα πέραν τοῦ Ἐνιπέως, ἡνίκα ἡ αὐτῶν πόλις Πύῤῥα ὠνομάζετο· ἐκ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἐν ταπεινῷ χωρίῳ κειμένης, εἰς τὴν ἑαυτῶν μετοικῆσαι τοὺς Ἕλληνας· μαρτύριον δ' εἶναι τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ σφετέρᾳ τάφον τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Δευκαλίωνος υἱοῦ καὶ Πύῤῥας.* Ideo quoque haec verba in medium adduco, quia in iis de Hellenis stirpe, qui huius urbis conditor habetur, fit mentio: nam contrarium asseverat noster, Hellenem scilicet non fuisse Deucalionis filium. Verum et alii quoque in diversam a Strabone et Stephano eunt sententiam, nam illum Iove progenitum statuit Dicaearchus: *Ἑλλὰς μὲν οὐκ ἐστὶν, ὥσπερ μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν.* Ibidem quoque loculentissimum Euripidis testimonium producitur, quod, quia nimis longum, praetermittimus. Sed aliam sententiam in praecedentibus amplexari videtur Dicaearchus, sic inquiens: *Ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσά ποτε πόλις, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη.* Non excidit hoc loco vox *πατρὸς*, ut nuper statuit vir doctus, similes enim loquutiones passim occurrunt apud nostrum et alios. Vide pag. 284. huius edit.

— *Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Ἑλλάς.*] Voculam *πόλις*, quae in 341 libris vulgatis non conspicitur, ex chartaceo Vossiano revocavimus. b

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἕλλην.*] Multa inveniuntur passim gentilia; herois et conditoris nomini respondentia. *Τὸ Ἕλλην* non duntaxat attribuit incolis urbis, sed quoque regionis, ut passim apud commentatores in Homerum aliosque liquet. Breviorum Scholiorum auctor: *Ἕλληνες δὲ κοινῶς πάντες οἱ τῆς Ἑλλάδος ἐκλήθησαν, ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Διός· Πρῶτοί τε οὕτως ἐλέγοντο οἱ ἐν Θεσσαλίᾳ ἄνθρωποι, οὐ μὲν ἅπαντες, ἀλλὰ μόνοι οἱ ἐν Ἑλλάδι τῇ πόλει.*

Ἑλληνόπολις, πόλις Βιθυνίας.] Testatur Apollodorus apud Etymologici Mag. auctorem, Attalum, Graecanicarum urbium incolis congregratis, hanc urbem condidisse, et inde Hellenopolin appellasse, *Ἑλληνόπολιν· Ἀπολλόδωρος, Ἄτταλος ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οἰκήτορας συναγαγὼν, ἔκτισε πόλιν, καὶ ὠνόμασεν αὐτὴν Ἑλληνόπολιν.*

— *Βιθάλβης.*] Transpositis elementis in MSS. legitur *Βιθάλθης*. Fortassis post hanc vocem excidit *ἐκτίσθη*, vel simile quid, nisi quis probet esse loquutionem ellipticam.

Ἑλληνικόν. Καρικομεμφῖται.] Legendum videtur *Καρομεμφῖται*, ut habet noster in voce *Καρικοί*. Nam si praeferendum esset *τὸ Καρικομεμφῖται*, tum etiam hac sectione *Ἑλληνικομεμφῖται* rescribi deberet. Nulla in codicibus calamo exaratis varietas conspi-

citur, et profecto dubium est, quaenam sit amplectenda lectio, cum veteres nullam hac de re mentionem faciunt.

Ἑλλήσποντος, ἡ χώρα, ἡ παρακειμένη τῷ κόλπῳ.] Noster Hellespontum duntaxat de regione interpretatus est, atque sine dubio cum aliis geographis intelligit illam Asiae partem, quae Mysia dicitur, freto, quod est inter Abydum et Sestum, exposita, in qua recensentur urbes Cyzicus, Parium, Lampsacus, Abydus et Dardanum. Praeterea etiam Troadem comprehendit, quod liquet ex Lactantio, qui mentionem fecit de Sibylla Hellespontica in agro Troiano, vico Marmisso circa oppidum Gergithium nata. His adde verba Herodoti libro III. *Ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιᾷ ἐσπλέοντι καὶ Φρύγων* etc. *ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια ἦν ταλανταφόρος.* Plinius lib. V. cap. XXX. *In Mysia Abrettini, et Hellespontii appellati, et alii ignobiles.* In Notitia
342 a Dignitatum Imp. Rom. haec leguntur, sectione prima, ubi de quindecim consularibus fit sermo: *Per Asianam tres, Pamphyliae, Hellesponti, Lydiae.* Verum enimvero, τὸ Ἑλλήσποντος etiam sumi pro angustiis maris Thraciam inter et Asiam Minorem, easque extendi a Propontide usque ad mare Aegaeum, atque nomen habere ab Helles Athamantis Thebarum regis filiae casu, etiam illi norunt, qui geographiae limina non salutarunt. Eo sensu legimus apud Etymologici Magni auct. *Ἑλλήσποντος, ἡ πρὸ τῆς Τροίας θάλασσα οὕτω καλεῖται, ἀπό τινος Ἕλλης ἐκεῖ πνιγείσης, ἀδελφῆς τοῦ Φρύξου.*

Ἑλλοπία, χωρίον Εὐβοίας, καὶ αὐτὴ ἡ νῆσος.] Si quid coniectura valeam, censeo nostrum respicere locum Strabonis circa initium libri X. ubi de nominibus Euboeae agitur: *Καὶ Ἑλλοπία δ' ὠνομάσθη ἀπὸ Ἕλλοπος τοῦ Ἴωνος. οἱ δ' Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφόν φασιν, ὃς καὶ τὴν Ἑλλοπίαν κτίσαι λέγεται χωρίον ἐν τῇ Ὠρίᾳ καλουμένῃ* etc.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἑλλοπιεύς.*] Promiscue casus rectus huius gentilitii apud Strabonem reperitur, scilicet ὁ *Ἑλλοπεύς* et *Ἑλλοπιεύς*. Ita enim ille lib. X. *Μετῴκησαν δὲ τὴν Ἱστιαίαν οἱ Ἑλλοπεῖς* etc. Paucis apud eundem interiectis versibus sequitur: *Καὶ διὰ τὸ τοὺς Ἑλλοπιεῖς ὀρείους εἶναι τοὺς περιοικήσαντας.* An alibi vitium transcriptorum incuria irrepserit, commodissime ex numismatibus diiudicari posset, si alibi in antiquariorum cimeliis asserventur.

— *Καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ἑλλοπία.*] Addam verba Strabonis, unde fortassis haec hausit noster, qui lib. VII. inquit ex Philochori sententia: *Φιλόχορος δέ φησι καὶ τὸν περὶ Δωδώνην τόπον, ὥσπερ τὴν Εὔβοιαν, Ἑλλοπίαν κληθῆναι.* Addu-

cit deinde quoque Geographus Hesiodi testimonium, quod ibidem legi potest.

— Ἑλλοὶ, καὶ Σελλοί.] Dubitarunt veteres, an pro iisdem sint habendi, ut liquet ex Strabone lib. VII. Πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἑλλοὺς, ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλοὺς, ὡς ὑπονοοῦσι παρ' Ὁμήρῳ κεῖσθαι, ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα, ἐᾷ διισχυρίζεσθαι. Plinius quidem hos vicinos, sed diversos statuit, ita enim ille lib. IV. cap. I. *Cestrini, Perrhaebi, quorum mons Pindus, Cassiopaei, Dryopes, Selli, Helli, Molossi, apud quos Dodonaei Iovis templum, oraculo illustre.* Ego vix dubito, quin iidem sint, nam multis nominibus Σ praefigitur, ut Ἐλμαντικὴ Σελμαντικὴ, Ἄμορος Σάμορος, sic quoque Ἑλλοὶ et Σελλοὶ, et infinita alia, quae studio praetermitto. Vide quoque nostrum in voce Σελλοί. 342 b

— Ἐλμαντική. Πολύβιος γ'.] Fortassis noster haec verba respicit: Συνεξέκαυσαν δὲ καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἐλμαντικῆς οἱ διασωθέντες.

— Ἕλος. Παρὰ τὸ ἐν ἕλει εἶναι.] Addam verba Constantini Imperatoris, quae hunc locum optime illustrant, sic enim ille in Basilio Macedone: Τόπος τίς ἐστι κατὰ Πελοπόννησον οὐ μακρὰν Μονεμβασίας διεστηκὼς, καθ' ὃν ὁ Ῥωμαϊκὸς στόλος ηὐλίζετο, Ἕλος προσαγορευόμενος, ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν δασείας καὶ συνηρεφοῦς ὕλης τὸ ὄνομα κληρωσάμενος. Quia autem Helius, filius Persei natu minimus, in eam coloniam duxit, putant alii id nomen inde obtinuisse. Pausanias in Laconicis: Ἐπὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ἕλος ἦν, οὗ δὲ καὶ Ὅμηρος ἐμνημόνευσεν etc. τοῦτο ᾤκισε μὲν Ἕλιος νεώτατος τῶν Περσέως παίδων. Vide quoque Strab. lib. VIII.

— Οἱ πολῖται Εἵλωτες.] Non duntaxat sic insigniuntur oppidani huius oppidi, sed etiam servi publici. Cornel. Nepos in Pausania: *Est genus quoddam hominum, quod HELOTES vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, servorumque munere fungitur.*

— Ἑλειοι.] Invenitur hoc gentile apud Strab. lib. VIII. Τοὺς δὲ Ἑλείους τοὺς ἔχοντας τὸ Ἕλος.

— Καὶ ἡ χώρα, Εἱλωτεία.] Concedam hoc nostro, sic quoque circumiacentem regionem appellam fuisse, significat tamen illa vox apud gravissimos auctores *statum servitutis*, in quo illi erant constituti, qui Εἱλῶται appellabantur. Locus in hanc rem egregius est apud Strabonem libro VIII. Σχεδὸν δέ τι καὶ τὴν εἱλωτείαν τὴν ὕστερον συμμείνασαν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας, οἱ περὶ Ἆγιν εἰσὶν οἱ καταδείξαντες. His addo verba Hesychii in quibus idem significatus occurrit: Νεοδαμώδεις, οἱ κατὰ δόσιν ἐλεύθεροι ἀπὸ τῆς εἱλωτείας.

343 a Ἔρουροι, Σκυθικὸν ἔθνος.] Eodem modo appellantur in Excerptis Menandri Protectoris, ubi non obscura illius gentis mentio invenitur: *Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, Ἰουστινιανοῦ τοῦ στρατηγοῦ σημήναντός οἱ, ἐν βουλῇ ἐποιήσατο ἐς τὴν Ἐλούρων χώραν κατοικίσαι τὰ ἔθνος, ἔνθα πρὸ τοῦ ᾤκουν οἱ Ἔλουροι, (δευτέρα δὲ προσαγορεύεται Παιονία), καὶ εἴγε θυμῆρες αὐτοῖς ἐγένετο, ἄν· καὶ κατένευσεν ὁ βασιλεύς· ἀλλ' ἐκεῖνοι Σκυθίας οὔ τι ἤθελον ἔξω ἔσεσθαι ἐκτός.* Hinc satis liquet, Scythicam gentem fuisse. Sed nonnunquam, transpositis liquidis, vocantur Ἔρυλοι, ut sint *Heruli*, de quibus Trebellius Pollio in Claudio: *Denique Scytharum diversi populi, Peucini, Trutungi, Austrogothi, Virtingui, Sigipedes, Celtae etiam et Heruli praedae cupiditate in Romanum solum et Remp. venerunt.* Ad quem locum vide Salmasium et Casaubonum. Nomen habent παρὰ τὸ ἕλος, ut etiam ex Dexippi libro XII. testatur Etymologici Mag. Auctor: *Ἔλουροι εὐθεῖα· ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἔλουροι κέκληνται· Δέξιππος ἐν δωδεκάτῳ Χρονικῶν.* Autumat Casaubonus Etymologici Auctorem incidisse in depravatum Dexippi codicem, et apud illum deberi legi *Ἔρουλοι.* Quod si verum sit, idem iudicandum de Stephano, apud quem eadem scribendi ratio obtinet. Sed sciendum est, huiusmodi literarum transpositiones non esse inusitatas, et in antiquorum scriptis frequentiores occurrere.

Ἐλοῦσα.] Ptolemaeo Idumaeae adscribitur. Chaldaice חלוצה *Helôutsa*, et in paraphrasi Hierosolymitana respondet Ebraeo שור *Sur.* Huius urbis meminit Hieronymus in vita Hilarionis: *Vadens in desertum Cades etc. pervenit Elusam, eo forte die, quo anniversaria solemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedita est.* Vide porro Bochart. Geogr. Sac. lib. IV. cap. XXXVII.

Ἐλπία. Κτίσμα Ῥοδίων.] Bene monet Ortelius Stephanum respicere verba Strabonis lib. XIV. ubi sic inquit: *Ἀφ' οὗ καὶ μέχρι Ἰβηρίας ἔπλευσαν, κἀκεῖ μὲν τὴν Ῥόδον ἔκτισαν, ἣν ὕστερον Μασσαλιῶται κατέσχον· ἐν δὲ τοῖς Ὀπικοῖς τὴν Παρθενόπην· ἐν δὲ Δαυνίοις μετὰ Κώων Ἐλπίας.* Hic fortassis rescribendum *Ἐλπίαν*, nisi quis statuat, Strabonem numero plurali oppidi nomen protulisse.

Ἐλύμαι, χώρα Ἀσσυρίων.] Elymaeos accuratissime descripsit Bochartus in suo Phaleg, quae huc transcripturus non sum, ne actum agere videar.

343 b Ἐλύμνιον, νῆσος Εὐβοίας.] Mentionem de hac insula facit Hesychius: *Ἐλύμνιος, Ποσειδῶν ἐν Λέσβῳ, καὶ νῆσος τῆς*

Εὐβοίας. Sed legendum: *μυχὸς τῆς Εὐβοίας.* Elymnii etiam meminit Aristophanes in Pace:

Οὐκ ἀποσκεδήσει θᾶττον εἰς Ἐλύμνιον.

Ad quem locum transcripturus sum Scholiastae verba. *Ἐλύμνιον· Καλλιστρατός φησι τόπον Εὐβοίας τὸ Ἐλύμνιον. Ἀπολλώνιος δὲ ναόν φησιν εἶναι πλησίον Εὐβοίας· νυμφικὸν δέ τινες αὐτό φασιν, ὅτι ὁ Ζεὺς τῇ Ἥρᾳ ἐκεῖ συνεγένετο. Μέμνηται καὶ Σοφοκλῆς, πρὸς πέτραις Ἐλυμνίαις· καὶ ἐν Ναυπλίῳ· νυμφικὸν Ἐλύμνιον.* De hac urbe etiam mentio est apud Heraclidem de Politiis, tradentem eius incolas tantopere a muribus fuisse vexatos, ut Cleonas, relicta sede, in Atho monte consiederint. Quare arbitror Virum Clariss. ad Melam non bene iudicasse, illud Heraclidis *Elymnium* in *Echymnium* debere mutari: imo cum bona eius venia in Mela quoque lib. II. cap. II. legerem: *Inter Strymona et Athon, turris Calarnea, et Κάπρου λιμὴν, urbs Acanthos et Elymnium,* non vero *Echymnia.*

Ἔλυρος, πόλις Κρήτης.] Sita fuit haec urbs in montibus, teste Pausania in Phocicis: *Ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς Κρητικοῖς ὄρεσι καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι Ἔλυρος πόλις· οὗτοι οὖν αἶγα χαλκῆν ἀπέστειλαν εἰς Δελφούς.* Sequitur apud eundem nomen gentile, quod hinc formavit Stephanus: *Παῖδας δὲ αὐτοὺς οἱ Ἐλύριοί φασιν Ἀπόλλωνός τε εἶναι καὶ Ἀκακαλλίδος νύμφης.* Et licet haec urbs in montibus fuerit sita, habuit tamen suum navale, quod *Συΐα* appellabatur, de quo vide nostrum.

Ἔλωρος. Τιθασσοὺς ἰχθῦς ἔχειν.] Hic esse cicures pisces, etiam ex Nymphodoro annotavit Athenaeus lib. VIII. *Νυμφόδωρος δὲ ὁ Συρακούσιος ἐν τοῖς περίπλοις, ἐν τῷ Ἑλώρῳ ποταμῷ λάβρακας εἶναί φησι καὶ ἐγχέλεις μεγάλας, οὕτω τιθασσούς, ὥστε ἐκ τῶν χειρῶν δέχεσθαι τῶν προσφερόντων ἄρτους.* Huic adde locum Plinii lib. XXXII. cap. II. ubi speciatim de quorundam piscium mansuetudine agit: *E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Caesaris villis, sed quae veteres prodidere in stagnis, non piscinis, admirati, in Eloro Siciliae castello, non procul Syracusis.*

— *Μακεδονίας ἄλλη.*] Haec sine dubio est, quam alio loco appellat *Ἄλωρος*, de cuius situ noster consulendus suo loco.

— *Θουκυδίδης δὲ ἐν ἑβδόμῃ.*] Libri omnes exhibent *ἐν ἕκτῃ,* quod nostra auctoritate mutavimus; nam Thucydides libro VII. 344 de Helorina via, quae a civitate Heloro Syracusas usque pro- 142 ducta erat, sic loquitur: *Ἅμα δὲ τῇ ἕῳ ἀφικνοῦνται ὅμως πρὸς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐσβάντες ἐς τὴν ὁδὸν τὴν Ἑλωρίνην καλουμένην, ἐπορεύοντο, ὅπως, ἐπειδὴ γένοιντο παρὰ τῷ ποταμῷ Κακυπάρει, παρὰ τὸν ποταμὸν ἴοιεν ἄνω διὰ μεσογείας.*

Ἔμισσα, πόλις Φοινίκης Λιβανησίας.] Integram hanc

[redacted] [redacted]

lectionem Magnus Salmasius luculentissimo commentario illustravit in notis ad Flav. Vopiscum, quem huc transferre maxime necessarium duco: „Hodie quidem apud Stephanum scriptum est *Ἔμισα* et *Ἐμισαῖος*, sed eum scripsisse *Ἔμισσα* et *Ἐμισσαῖος*, exemplum *Λάρισσα* ostendit, et illud non minus, quod observat cum unico σ reperiri apud Dionysium poëtam, breviato nimirum iota. Poëta autem ille Dionysius est *Περιηγητής*: nam sic eum semper nominavit. Frustra vero hodie quaeras versum illum de Emissa apud Dionysium. Versavi eius auctoris aliquot exemplaria manu scripta, et satis antiqua, quae tamen illo versu carebant. Priscianus quoque interpres Emesae mentionem non habet. Festus tamen Avienus alter interpres videtur in suis exemplaribus reperisse, sic enim habet:

Urbs mediis Apamea dehinc consurgit in arvis
Et quae Phoebeam procul incunabula lucem
Prima fovent, Emesae fastigia celsa renident.
Nam diffusa solo latus explicat, ac subit auras,
Turribus in coelum nitentibus. Incola claris
Cor studiis acuit.
Denique flammicomo devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondosa cacumina turget,
Et tamen his certant celsi fastigia templi.
Heic se indit iuxta tellurem glaucus Orontes.

Quae omnia desunt in vulgatis Dionysii codicibus, et horum loco tantum habetur:

Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσιν Ἀπαμείης πτολίεθρον.
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης.

Cum in exemplaribus Festi et Stephani fuerit:

Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσιν Ἀπαμείης πτολίεθρον.
Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην Ἐμίσσων πόλιν.

et reliqua, quae versione sua executus est Avienus, usque ad Orontis mentionem. Non hodie igitur atque heri illa labes optimum poëtam corripuit: nam Eustathius non integriores editis codices vidit. Ex Avieno autem didicimus, quare *Φοινίκης Λιβανεσίας* urbem Emissam vocet Stephanus. Vera igitur eius urbis scriptura est *Emissa*, ut *Larissa*, *Edessa*, quae urbes sunt in illo tractu. Emissam vocat Ammian. Marcellinus libro XIV.

844 b — *Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην.*] Male libri omnes exhibent πρὸς ἀντολίης. Passim enim Dionysius loquitur ut edi curavimus.

— *Ἔοικε κλίνειν τὰ Ἔμισα.*] In usu fuisse videtur haec flectendi ratio. Invenitur enim nummus apud Cl. Spanhemium signatus cum hac inscriptione: *ΕΜΙΣΩΝ ΚΟΛΩΝΙΑΣ.*

— *Ἀφ' οὗ Ἐμισηνός.*] Vide in voce *Βάργασα*, ubi idem

gentile occurrit. In nummis apud Goltzium et alios conspicitur: *ΕΜΙCΗΝΩΝ.*

Ἐμπόριον, πόλις Κελτική.] Scylax Iberiae tribuit, cuius verba ita constituit Cl. Vossius: *Εἶτα ἐμπόριον πόλις Ἑλληνὶς, ᾗ ὄνομα Ἐμπόριον. Εἰσὶ δὲ οὗτοι Μασσαλιωτῶν ἄποικοι.* Itaque noster pessime fallitur, hanc urbem Celticae adscribendo, non tantum Scylacis, verum etiam contra Polybii, Strabonis et aliorum auctoritatem, a quibus *Ἐμπόρειον* appellatur. Polybius lib. III. satis accurate eius situm describit: *Ἀπὸ δὲ ταύτης* (scil. Nova Carthagine) *εἰσὶν ἐπὶ μὲν τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, ἑξακόσιοι στάδιοι πρὸς δισχιλίους· ἀπὸ δὲ τούτων πάλιν εἰς Ἐμπορεῖον χίλιοι σὺν ἑξακοσίοις.* Videsis praeterea Strabonem lib. III. ubi etiam Hispaniae attribuitur, et a Massiliensibus conditum perhibetur.

— *Ὁ πολίτης, Ἐμπορίτης.*] Quia Strabo oppidi nomen *Ἐμπορεῖον* fecit, non potuit quin inde deduceret *Ἐμπορείτης*, quod libro citato occurrit: *Ἐνταῦθα δὲ ἐστὶ καὶ ἡ Ῥοδόπη, πολίχνιον Ἐμπορειτῶν.* Deinde apud eundem sequitur *Ἐμπορίτης*: *Ὤικουν οἱ Ἐμπορῖται πρότερον νησίον τι προκείμενον, ὃ νῦν καλεῖται παλαιὰ πόλις.*

Ἐνετοί. Ἐξ Ἐνετῶν.] Vide Homerum Iliad. *B.*

— *Παρὰ Παφλαγονίαν.*] De vera huius gentis sede et situ legendus Strabo lib. XII. et Eustathius ad Dionys. de situ orbis pag. 54 et 55.

— *Ἐνετίδες ἵπποι.*] Magno olim in pretio fuere, quod multis probat Cl. Bochartus in Hierozoico. Euripides in Hippolyto:

Οὐκ ἔτι συζυγίαν
Πώλων Ἐνετᾶν ἐπιβάσῃ.

Ad quem locum sic inquit Scholiast. *Ἐνετᾶν, Παφλαγονικῶν· Ἐνετοὶ γὰρ ἔθνος Παφλαγονίας.*

— *Ἦν δὲ καὶ κτητικὸν Ἐνετικός.*] Vocem in contextu uncis inclusam, quae neque in MSS. neque in editis conspicitur, nostra auctoritate addidimus; eam expungant illi, quibus ea non placet. Censeo enim locum esse mutilum, et hunc in modum replendum. Invenitur hoc possessivum apud Strab. lib. V. *Ὥστε καὶ ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησι γενέσθαι τῆς Ἐνετικῆς πωλείας, καὶ πολὺν χρόνον εὐδοκιμῆσαι τὸ γένος.*

— *Πόλις Ἐνετός.*] Inter Henetos, gentem Paphlagonicam, 345
inveniri oppidum hoc nomine, haud facile aliorum geographorum a auctoritate confirmabitur. Zenodotus tamen apud Strabonem ex loco Homeri, ubi pro *ἐξ Ἐνετῶν* legit *ἐξ Ἐνέτης*, existimat apud Poetam urbem notari, quae nunc Amisus dicitur. Verum apponam verba Strabonis, ex quibus antiquorum super hac re sententia fiet manifesta, ita enim ille lib. XII. *Οὐ γὰρ δείκνυσθαι*

[redacted]

φασὶ νῦν Ἐνετοὺς ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ· οἱ δὲ κώμην ἐν τῷ αἰγιαλῷ φασὶ δέκα σχοίνους ἀπὸ Ἀμάστρεως διέχουσαν· Ζηνόδοτος δὲ ἐξ Ἐνετῆς γράφει, καὶ φησὶ δηλοῦσθαι τὴν νῦν Ἀμισόν. Solinus non urbem, non vicum, sed locum Henetum agnoscit, ita enim ille cap. XLVI. *Ex Paphlagonia Carambi promontorio spectat Tauricam, consurgit Cytoro monte porrecto in spatium passuum trium et sexaginta millium, insignis loco Heneto: a quo (ut Cornel. Nepos perhibet) Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati.* Ad quem locum si quis consuluerit Salmasium, oleum et operam non perdet.

— Μύρμηξ.] De illo Philosopho nullam putat Salmasius ad Solinum mentionem fieri apud Diogenem Laërtium, cuius tamen verba ex Stilpone lib. II. ubi inter Dialecticos numeratur, huc transcribam: Ἀπὸ δὲ τῶν Διαλεκτικῶν, Παιώνειον μὲν ἀπὸ Ἀριστείδου, Δίφιλον δὲ τὸν Βοσποριανὸν Εὐφάντου, καὶ Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου. Sed ruspatus est Isaacus Casaubonus primus omnium, Stephanum incidisse in vitiosum Diogenis Laërtii codicem, in quo erat scriptum καὶ Μύρμηκα τὸν ἐξ Ἐνετοῦ. Sic noster pessima falsissimaque lectione inductus, ex homine fecit urbem, quam huic onomastico geographico inseruit.

Ἐνίσπη. Καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην.] Locus est ex Iliad. B. de hac civitate videndus Pausanias, Plinius et alii.

— Κλητορίας εἶναι, ἢ τῆς Φωκίδος.] Haec pessime sunt contaminata a librariis: nam pro Κλητορίας substituendum Κλειτορίας, et pro Φωκίδος sine dubio Ψωφίδος: nam Phocis in Peloponneso non est quaerenda. Clitorii et Psophidii erant olim in Arcadia vicini, teste Pausania lib. VIII. Ὅροι δὲ Κλειτορίοις τῆς χώρας πρὸς Ψωφιδίους εἰσὶν αἱ Σειραί.

Ἔννα, πόλις Σικελίας.] Urbis nomen non duntaxat in antiquis MSS. verum etiam in inscriptionibus et nummis cum aspi-
345 ratione effertur, cuius exemplum adfert Cl. Spanhemius, MUN.
b HENNAE. Idem quoque monuit vir magnus Nicolaus Heinsius in notis ad Claudianum. Existimabant hanc urbem in medio insulae sitam esse, quare eam vocabant *Siciliae Umbilicum* teste Diodoro lib. V. Δοκεῖ δ' ἐν μέσῳ κεῖσθαι τῆς ὅλης νήσου· διὸ καὶ Σικελίας ὀμφαλὸς ὑπό τινων ὀνομάζεται. Cicero Verrinar. act. IV. *Qui locus, quod in media est insula situs, Umbilicus Siciliae nominatur.* Plura vide apud Cluverium.

— Μετὰ ο̄ ἔτη Συρακουσῶν.] Conditae fuere Syracusae anno secundo Olympiadis XI. id est ante natum Iesum anno IↃCCXXXV. Enna igitur fuit condita Olympiadis XXVIII. anno IV. ante natum mundi sospitatorem IↃCLXV. uti bene computavit Cluverius.

[redacted]

— 'Ἐνναῖος.] Apud Latinos quoque ENNAEUS in usu est, nec non ENNENSIS. Ovid. lib. v. Metam.

Haud procul Ennaeis lacus est a moenibus altus,
Nomine Pergusa —

Solinus cap. xi. *Heic campus Ennensis in floribus semper et omni vernus die.* Addit Stephanus deinde terminationem foemininam, qua veteres Proserpinam insigniebant. Silius lib. xiii.

— *Alter operto*
Ante omneis taurus regi, tum proxima divae
Caeditur Ennaeae ousta cervice iuvenca.

'Ἐνόπη. Ὅμηρος.] Locus est Iliad. Iota.

Ἔντελλα, πόλις Σικελίας.] De origine, nominibus, situ, conditore atque aliis rebus ad hanc civitatem spectantibus, videndus Cluverius Siciliae antiq. lib. ii.

'Ἐξγύϊος.] Pessime Xylandriana exhibet 'Ἐξαγύϊος, hanc enim scribendi rationem non sequuntur Attici. Lectionem, quam divulgamus, confirmant libri calamo exarati, et priores editiones, quibus adiungam testimonium auctoris Etymologici Mag. 'Ἐξάκλινον, ἐξάπουν· Ἀττικῶς μὲν ἔξπουν καὶ ἔξκλινον λέγεται, ὥσπερ καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐξπηχυστὶ, καὶ παρὰ Πλάτωνι τῷ κωμικῷ ἔξπουν. Attici igitur τὸ ξ usurpant, licet sequatur consonans, quod a communi Graecorum regula deflectit. Nostra haec emendatio etiam confirmari potest ex Eustathio ad Iliad. Δ. Ὅρα δὲ ὅπως ἐξκαίδεκα ὀφείλων εἰπεῖν, ὁμοίως τῷ ἔξκλινον· καὶ τὸ Ἔξγυιον, ὃ πόλις ἐστὶ Σικελίας, ἓξ ἀγυιὰς ἔχουσα, κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα. Aliam in Stephani libris urbis terminationem reperit Eustathius. si apud alios occurreret illud nomen urbis, sententiae ferri posset, apud quem praestantior exstet scriptura. 346 a

— 'Ἀττικήν.] Cod. Vossianus, Ἀττικῶς.

— 'Ἐξκλινής.] Xylandriana male ἐξακλινής, quod auctoritate MSS. aliarumque editionum mutavimus. Sed apud Etymologum est alia vocis terminatio, scilicet ἔξκλινον.

'Ἐορδαῖαι, δύο χῶραι Μυγδονίας.] Si quis probare posset, in Mygdonia binas hac appellatione regiones fuisse, apud me hic locus in suspicionem non veniret: censeo enim esse mutilum, et fortassis sic replendum: 'Ἐορδαῖαι, δύο χῶραι· πρώτη Ἰλλυρίδος, δευτέρα Μυγδονίας. Eodem modo in sequentibus etiam duas recenset, alteram Iberiae, alteram Thraciae tribuens.

'Ὀξύνεται δὲ τὸ 'Ἐορδός.] Sic apud Strabonem lib. vii. cum accentu in ultima hanc vocem exaratam conspicies: sed non bene apud Thucyd. ii. Καὶ πέραν Ἀξιοῦ μέχρι Στρυμόνος, τὴν Μυγδονίαν καλουμένην, Ἠδῶνας ἐξελάσαντες, νέμονται· ἀνέστησαν

δὲ καὶ ἡ τῆς νῦν Ἐορδίας καλουμένης Ἐορδαῖοι. Notabis obiter, hic regionem *Eordiam* appellari, et gentis nomen, contra Stephani mentem, accentum gerere.

Ἐπάκρια. Δυοκαίδεκα πόλεων.] Harum civitatum nomina enumerantur a Strabone lib. v. traditurque ibidem, eas ideo a Cecrope conditas, quia Cares a mari, et a terra Boeoti Atticam popularentur. Non possum quin huc transcribam locum ex Etymologo, non duntaxat quia ad rem pertinet, sed etiam ut ab insigni mendo liberetur: *Ἐπακρία χώρα*] *Ἀθηναίους σποράδην οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα· καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσε· δύο δὲ τετραπόλεις ἐκάλεσεν, ἐκ τεσσάρων πόλεων ἑκατέραν μοῖραν καταστήσας· τρεῖς δὲ λοιπὰς* (lege *τέσσαρας*) *ἐπακρίδας ὠνόμασε· καὶ ἡ προσεχὴς χώρα ταύταις ταῖς τρισὶν* (et hic legendum *τέσσαρσιν*) *ὁμωνύμως αὐταῖς Ἐπακρία ἐκαλεῖτο.* Nam si unaquaeque pars in quatuor civitates fuerit distributa, sequitur necessario, et ultimam partem etiam quatuor civitates constituisse.

846 b *Ἐπαρῖται. Ξενοφῶν.*] Aliquoties Xenophon L. VII. Hellenicorum de Eparitis mentionem facit: *Καὶ τοὺς Ἐπαρίτους ἔπεμπον, ὡς ἄξοντας τοὺς κατακεκριμένους.* Verum ex mente Stephani apud Xenophontem rescribendum foret *Ἐπαρίτας*. Deinde apud eundem sequitur: *Σύν τε τοῖς Βοιωτοῖς καὶ τοῖς ὁμογνώμοσι τῶν Ἐπαρίτων* etc. Certiores tamen de correctione in Xenophonte essemus, si loci Androtionis et Ephori ad hanc usque aetatem superstites mansissent.

Ἐπειοί, οἱ Ἠλεῖοι, ἀπὸ Ἐπειοῦ βασιλέως.] Adducam duntaxat locum Pausaniae ex Eliacis prioribus, Stephani sententiam maxime confirmantem: *Τὴν δὲ Ἐπειῶν ἔσχεν ἀρχὴν Ἠλεῖος Εὐρυκύδας τε τῆς Ἐνδυμίωνος, καὶ* (*ὅτῳ πιστὰ*) *πατρὸς ὢν Ποσειδῶνος· πρὶν τὸ ὄνομα οἱ ἄνθρωποι τὸ νῦν ἀντὶ Ἐπειῶν ἀπὸ τοῦ Ἠλείου μεταβεβλήκασιν.* His adde verba Scholiastae ad Lycophronem pag. 30. *Ἐπειοὶ γὰρ οἱ Ἠλεῖοι, ἀπό τινος Ἐπειοῦ παλαιοτάτου.*

— *Ἐνδυμιωνιάδαι.*] Non dicam quid de hoc loco senserit ad marginem sui libri Salmasius, et quemadmodum eius emendationem tentaverit, ne videar studio illa loca in lucem protrahere, in quibus vir maximus aliquid humani passus est. Endymioniadae igitur appellantur ab Endymione Epei patre, qui, cum eum imperii cepisset satietas, in Olympia cursus certamen de regno filiis suis proposuit, ex quo victor Epeus discessit, ut refert Pausanias libro iam citato: *Ἔθηκε δὲ καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δρόμου τοῖς παισὶν ἀγῶνα*

Ἐνδυμίωνα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐνίκησε καὶ ἔσχε τὴν βασιλείαν Ἐπειός. Igitur ab illo Endymione Epei Endymioniadae appellati sunt; cuius rei plura quidem exempla in Stephano occurrunt. Vide in Ἀθῆναι, Ἁλικαρνασσὸς etc.

Ἐπίδαμνος, πόλις Ἰλλυρίας.] De nominibus et situ abunde satis egimus ad vocem Δυῤῥάχιον, quae in genuino Stephani fragmento reperitur.

— Ἔστι δ' ἑτέρα ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ.] Falsissimum hoc est, alium Epidamnum ad sinum Ionium fuisse situm. Docet hoc etiam doctissimus Palmerius in opere de Graecia antiqua, ubi haec habet: „Vel vox ἑτέρα est a mala manu et omnino tollenda, vel, quod magis puto, tota ultima clausula, ἔστι δ' ἑτέρα etc. transferenda est ad vocem sequentem Ἐπίδαυρος. Nam Stephanus de Epidauro in Ionio sinu nullam alibi facit mentionem."

— Τὸ ἐθνικὸν Ἐπιδάμνιος.] In MSS. Palatinis Salmasius invenit Ἐπιδάμνησας et femininum Ἐπιδαμνειάς. Adducam tamen ineditum Chrestodori epigramma in Iohannem *Epidamnium* compositum.

Αὐτὸς Ἰωάννης ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ ἐνθάδε κεῖμαι 347
Τηλεφανὴς ὑπάτων κόσμος ἀειφανέων. a
Ὃ γλυκύ μοι μουσέων πετάσας φάος, ὃς πλέον ἄλλων
Εὐρύνας ξενίου δαίμονος ἐργασίην·
Παμφόρβην παλάμην κεκτημένος, ἥν τινα μούνην
Οὐκ ἴδε δωτίνης μέτρον ὁριζόμενον·
Αἰπυτάτην δ' ηὔξησε . . . τρίοισιν ὑπήνην
Φαιδρύνας καθαρῆς ἔργα δικαιοσύνης
Ὢ πόποι, οὐκ ἔζησε πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἐνιαυτοὺς
Μοῦνον ἀναπλήσας τεσσαράκοντα δύο·
Ὤιχετο μουσοπόλοισι ποθὴν πάντεσσι λιπὼν
Οἷς ἐπόθει πατέρων φέρτερα γινομένων.

Ἐπίδαυρος. Πρὸς τῷ Ἄργει.] Sic a multis appellatur ad distinctionem aliarum hoc nomine urbium: sic quoque Xenophon lib. VII. Hellenic. Ἐμβαλόντων μὲν γὰρ εἰς Ἐπίδαυρον τῶν Ἀργείων etc. Sita enim erat in Argia Peloponnesi regione, ex opposito Aeginae. His adde verba Pausaniae lib. X. Καὶ ἐξ Ἐπιδαύρου Δίωνα τῆς ἐν τῇ Ἀργολίδι.

— Ἀμπελόεντ'.] Vide Homerum Iliad. B. Est in hoc Homeri et Nicandri hemistichio enallage generis, apud poëtas aliquando usitata.

— Λειμήρην αὐτήν φασι, τὴν λειμῶνας ἔχουσαν.] Dubitavit Herodianus, magni nominis olim Grammaticus, utrum etymon huius urbis deducendum esset a *pratis*, an vero a commo-

dis portubus. Eius verba reperiuntur corrupta apud Etymologici Mag. auct. *Λιμήρη*. *Πίνδαρος* (lego meo periculo *Ἐπίδαυρος*) *τοῦτο διοσόν ἐστι· ὁπότε παρὰ τοῦ λιμένος, λιμενήρη· ἢ παρὰ τοῦ λειμῶνος, λειμωνήρη, λιμήρη· οὕτως Ἡρωδιανός*. Sed sciendum in Peloponneso duas fuisse hoc nomine civitates; Laconica passim commodis portubus, Argia vero egregiis pratis celebris est.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Μελισσία*] Unde hoc nomen urbs acceperit, non additur: puto tamen hoc ei in honorem deae Melissae fuisse inditum, quae auctore Mnasea Patarensi apud Pindari Scholiast. ad Pyth. IV. prima favos apum invenit, eos edit et aquam admiscens bibit: quaeque Peloponnesiis persuasit, ut abstinerent a carne, mutuaque hominum voratione, et potius uterentur cibo ex arboribus quaesito. Locum, quia egregius est, transcribam: *Ἔνιοι δὲ καὶ τὰς περὶ τὰ ἱερὰ διατελούσας νύμφας, μελίσσας ἔλεγον· περὶ ὧν Μνασέας ὁ Παταρεὺς ἀφηγεῖται λέγων, ὡς αὗται κατέπαυσαν σαρκοφαγοῦντας τοὺς ἀνθρώπους, πεῖσαι τῇ ἀπὸ τῶν δένδρων χρῆσθαι τροφῇ. Καθ' ὃν καιρὸν καὶ Μέλισσα μία τις αὐτῶν κηρία μελισσῶν εὑροῦσα, πρώτη ἔφαγε, καὶ ὕδατι μίξασα ἔπιε, καὶ τὰς ἄλλας δὲ ἐδίδαξε, καὶ τὰ ζῶα μελίσσας ἐξ αὐτῆς ἐκάλεσε, καὶ φυλακὴν πλείστην ἐποιήσατο· ταῦτα δέ φησιν ἐν Πελοποννήσῳ γενέσθαι*. Sic etiam Graeculi ab iis, qui utile quid et bonum in genus humanum attulere, regionum et urbium nomina desumere solent.

— *Καὶ Αἴμηρα*.] Oculis suis non bene usus est Ortelius, frigidissimam Scotti coniecturam approbando, cupientis pro *Δ* substitui *Λ*, ut inde fiat *Λίμηρα*. Nam hoc nomen invenit a sanguine, qua Aesculapii ara perpetuo madebat. Praeterea Eustathius ad Iliad. *Β*. totam hanc Stephani sectionem transcripsit, antiquam eius vocis scripturam confirmans: *Ἐπίδαυρος δὲ θηλυκῶς μὲν λέγεται, κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα· εἰκότως ὅτι τὸ ἀμπελόεντα Ἐπίδαυρον, μετὰ ἀρσενικοῦ ἐπιθέτου θηλυκόν ἐστιν,
847 ὡς καὶ τὸ, ψολόεντος ἐχίδνης παρὰ Νικάνδρῳ· καὶ τὸ ἠμαθόεν-
b τος Πύλου, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἐκαλεῖτο δέ ποτε λείμηρη διὰ διφθόγγου, ὡς λειμῶνας ἔχουσα, ἢ καὶ διὰ τοῦ ι, ὡς πολυλίμενος κατὰ Ἀρτεμίδωρον· οἱονεὶ λιμενηρά τις οὖσα· ἔστι δέ φασι τοῦ Σαρωνικοῦ κόλπου. ἐκλήθη δὲ καὶ Μελήσία (lege Μελισσία) καὶ Αἴμηρα, διὰ τὸ συχνὰ αἱμάσσεσθαι θύμασι τὸν ἐκεῖ βωμὸν τοῦ Ἀσκληπίου, ὃς κατ' ἐξαίρετον ἐτιμᾶτο· εἶτα Ἐπίκαυρος ὠνομάσθη· καὶ ἐκεῖθεν Ἐπίδαυρος· κατὰ δὲ τὸν Γεωγράφον καὶ Ἐπίκαρον αὐτὴν οἴονταί τινες, ὡς Καρῶν αὐτήν ποτε κατασχόντων*. Quemadmodum apud veteres gentiles arae passim inveniebantur victimarum sanguine madentes, sic quoque aliae extiterunt, quae nullo hostiarum sanguine imbuebantur. Huiusmodi fuit ara Apol-

linis Γεννήτορος in Delo, de quo Clem. Alex. I. vii. Strom. Τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασι· πρὸς ὃν δὴ μόνον καὶ Πυθαγόραν προσελθεῖν φασι, φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα. Verum de hac ara locus praestantissimus est apud Macrob. III. c. VI. *Mirandum est huius poëtae* (Virgilii) *et circa nostra et circa externa sacra doctrinam: neque enim de nihilo est, quod cum Delon venit Aeneas, nulla ab eo caesa est hostia, cum proficisceretur, Apollini et Neptuno res facta divina est. Constat enim, sicut Cloatius Verus ordinatorum libro secundo docet, esse Deli aram, apud quam hostia non caeditur, sed tantum solenni deum prece venerantur. Verba Cloatii haec sunt: Deli ara est Apollinis Γεννήτορος, in qua nullum animal sacrificatur: quam Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt.*

— Εἶτα Ἐπίταυρος καὶ Ἐπίδαυρος.] Nulla est ratio quare censeam hanc genuinam veteremque esse scripturam, licet eandem quoque agnoverit Eustathius, qui plures quidem errores ex nostro transcripsit. Verum si haec Stephani scriptura est, eam hausit ex depravatis Strabonis codicibus, ubi lib. VIII. sic legitur: Ἡ Ἐπίδαυρος δ' ἐκαλεῖτο Ἐπίταυρος· φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης, κατασχεῖν αὐτὴν Κᾶρας. Probat ex ipso Eustathio Casaubonus in suis ad hunc locum comment. rescribendum ἐκαλεῖτο Ἐπίκαρος, quia Cares eam obtinuerunt. Vide locum Eustathii proxime allegatum, et mecum iudicabis in Ethnicographo restituendum, εἶτα Ἐπίκαρος καὶ Ἐπίδαυρος.

— Λιμηρὸν Λακωνικὴν λέγουσι] Laconica haec a commoditate portus nomen illud invenit. Idem asseverat ex Artemidoro Strabo. l. VIII. Καὶ ἡ λιμηρὰ Ἐπίδαυρος, ὡς Ἀρτεμίδωρος φησίν· Ἀπολλόδωρος δὲ Κυθήρων πλησίον ἱστορεῖ ταύτην· εὐλίμενον δὲ οὖσαν, βραχέως, καὶ ἐπιτετμημένως λιμηρὰν εἰρῆσθαι, ὡς ἂν λιμενηρὰν, μεταβεβλῆκέναι δὲ τοὔνομα. His adiungam locum insignem Hesychii: Λιμηρά, ἡ Ἐπίδαυρος, διὰ τὸ λιμένας ἔχειν εὐφυεῖς· οἷον λιμενηρά. Haec loca mihi persuadent, olim in Stephano fuisse scriptum: Τινὲς δὲ Λιμηρὰν Λακωνικὴν λέγουσι. Imo sic legendum esse, etiam passim in Laconicis suo testimonio comprobat Pausanias: Τῆς δὲ Βοιατῶν ὅμορος Ἐπίδαυρός ἐστιν ἡ λιμηρά. Deinde sequitur apud eundem: Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν τὴν ἐκ Βοιῶν ἐς Ἐπίδαυρον τὴν λιμηρὰν ἄγουσαν etc. Vide praeterea Thucyd. lib. IV. VI. et VII.

— Ἐπιδαύριος.] Apud Goltzium et alios inveniuntur nummi cum inscriptione ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ. Femininum prostat apud 348
Strab. lib. VII. Μέχρι πρὸς Αἴγιναν καὶ τὴν Ἐπιδαυρίαν. Apud a
Scylacem secunda a fine per diphthongum exaratur: Μετὰ δὲ τὴν Ἐπιδαυρείαν χώραν, Ἁλία καὶ λιμήν.

— Ἐπιδαυρὶς καὶ Ἐπιδαυριώτης.] Inveniuntur haec gen-

tilia apud Etymologici Mag. Auctorem: Ὁ πολίτης Ἐπιδαύριος· λέγεται καὶ Ἐπιδαυρὶς καὶ Ἐπιδαυρία· καὶ Ἐπιδαυριώτης ὁ πολίτης, ὡς ἀπὸ τῆς Σικελίας Σικελιώτης.

Ἐπιεικίδαι. Ἐξ Ἐπιεικιδῶν.] Praeposito ἐξ, quae plerumque huiusmodi localium formae additur, in omnibus libris exciderat.

Ἐπιλευκάδιοι.] Huius urbis meminit Scylax Caryandensis, cuius verba vir summus Salmasius ita in integrum restituit: Καὶ πόλις Λευκὰς καὶ λιμήν· αὐτὴ ἀνέχει ἐπὶ τὸν Λευκάταν, ὅ ἐστιν ἀκρωτήριον· πόῤῥω δὲ τῆς θαλάττης αὐτὴ ἡ πόλις ἦν τὸ πρὶν, καὶ Ἐπιλευκάδιοι ἐπωνομάζετο. Vide porro quae ad hunc locum commentatur in Plin. Exercit. pag. 715.

Ἐπιπολαί. Θουκυδίδης ἕκτῃ.] Addam verba Thucydidis, quae innuere nostrum mihi persuadeo: Ἐὰν μὴ τῶν Ἐπιπολῶν κρατήσωσιν οἱ Ἀθηναῖοι, χωρίου ἀποκρήμνου τε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως εὐθὺς κειμένου. Insignem Epipolarum descriptionem pete ex Cluverio.

Ἐπιφάνεια. Ἀρκεσίκερτα.] Libri MSS. et priores editiones exhibent Ἀρτεσικέρατα, Xylandriana vero Ἀρκεσικέρατα. Veram lectionem nos divulgavimus, nam Ἀρκεσίκερτα dicitur, ut
348 Τιγρανόκερτα, et vertitur Arcesii urbs. Est haec antiqua Hemath,
b de qua Bochartus Phaleg. lib. IV. cap. XXXVI.

Ἑπτακωμῆται. Τὸ Σκυθικὸν οἰκοῦντες ὄρος.] Pessime hunc locum acceperunt librarii; non enim fuit apud Heptacometas mons Scythicus. Verior est scriptura codicis Vossiani: Ἑπτακωμῆται, βάρβαροι, τὸ Σκυδισῶν οἱ οἰκοῦντες ὄρος. Sed genuinam lectionem nobis suppeditabit Geographus lib. XII. Διήκει δὲ διὰ τούτων ὅ τε Σκυδίσσης ὄρος τραχύτατον συνάπτον τοῖς Μοσχικοῖς ὄρεσι, τοῖς ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, οὗ τὰ ἄκρα κατέχουσιν οἱ Ἑπτὰ κωμῆται.

— Τινὲς δὲ τούτων ἐκαλοῦντο etc.] Etiam haec verba leguntur apud Strabonem paullulum infra illa, quae iam ex lib. XII. produximus. Adeo ut suspicari liceat, Stephanum totam illam sectionem Heptacometis ex verbis Strabonis confecisse.

Ἐπωπή. Διὰ τὸ Σίσυφον.] Vide eandem apud nostrum fabulam in voce Κόρινθος.

— Ἐπωπεὺς καὶ Ἐπωπίτης.] Coniunctionem καὶ, ut necessariam, revocavi: Palatini exhibebant, Ἐπωπεῦσαι Ἐπωπίτης, unde hanc lectionem confeci.

Ἐρβησσός, πόλις Σικελίας.] Cum hoc nomine Cluverius duo in Sicilia observaverit oppida, alterum supra Agrigentum, alterum vero circa Syracusanum agrum, cum viro docto ambigo, utrum intellexerit Stephanus. Sitam Erbessi circa Syracusanum

agrum egregie descripsit Livius lib. xxiv. et illius circa Agrigentum Polybius lib. i. et Diod. Sicul. lib. xx.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρβησσῖνος.] Apud Diodorum lib. xiv. oppidani appellantur Ἐρβισσῆνοι, pro quo Cluverius reponit 349
Ἐρβησσῖνοι. Erbessi circa Agrigentum incolae dicuntur Ἐρβησσεῖς, et Plinio lib. iii. cap. viii. HERBESSENSES. a

Ἔρβιτα, πόλις Σικελ.] Fuit hoc oppidum, teste Cluverio, inter Symaethum et Heraeum amnem, qui eorum adstipulatur sententiae, Herbitam Nicosiam interpretantium, conterminam Ennae, Assoro, Agyrio et Capytio. Idem gentile nomen occurrit apud Diod. Sicul. lib. xii. Πρὸς Διονύσιον εἰρήνην ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἐρβιταίων συνέθετο. Apud Plin. lib. iii. cap. viii. HERBITENSES inveniuntur.

Ἐργέτιον, πόλις Σικελ.] Diodoro et Ptolemaeo Σεργέντιον appellatur, Silio Italico lib. xiv. *Hergentum*:

Hadranum Hergentumque simul, telaque superba
Lanigera Melite. — —

Gentile nomen apud Plinium lib. iii. cap. viii. ut et apud nostrum, est ERGETINUS. Plura de oppidi situ vide apud Cluverium.

Ἐρεμβοὶ, ἔθνος Ἀράβων.] Censet Strabo veteres Graecos sic appellasse Arabas, quod apud illum lege lib. i. Geograph. Certissimum huius rei argumentum est, quod Erembi etiam Troglodytae vocentur, qui sunt Rubri maris accolae versus Aegyptum. Erembos Cl. Bochartus deducit ab Hebraeo ערב *Ereb.* eum vide in suo Phaleg. lib. iv. cap. xxix.

— Καὶ Σιδονίους.] Hemistichium desumptum est ex Odyss. Δ.

— Τούτους δέ φησι τοὺς Τρωγλοδύτας.] Erembos, Troglodytas et Ichthyophagos Lycophronis Scholiastes eosdem facit, ita enim ille de iisdem: Ἑλλάνικός φησι, τοὺς Ἐρεμβοὺς περὶ τοῦ Νείλου ῥοὰς οἰκεῖν· γένος δὲ Ἀράβων εἰσὶν οἱ Ἐρεμβοὶ, οἱ καὶ Τρωγλοδύται καὶ Ἰχθυοφάγοι καλούμενοι, ὧν τὸν βίον πλατέως ὁ Διόδωρος γράφει· Ἐρεμβοὶ δὲ λέγονται, ὅτι ἐν τῇ ἔρᾳ, ἤτοι τῇ γῇ, βαίνουσιν· ὑπὸ γὰρ γῆν καὶ τρώγλας οἰκοῦσιν. Vide praeterea Etymologici Mag. auctorem, apud quem eadem Hellanici, nec non Cratetis de Erembis sententia legitur.

Ἔρεσος.] Promiscue scribitur haec vox, nunc cum 349
simplici, nunc cum duplici sigma. Ipse Stephanus aliquando vo- b
cem duplici exaravit. Vide in Μεσοπόντιος.

— Μάκαρος.] Dubitare videtur Cl. Menagius ad Diog. Laertium, an non sit legendum Μακαρέως. Sed genuinum satis est et sanum τὸ Μάκαρος a casu recto Μάκαρ. Aliquoties enim casus

obliquus inde deductus occurrit apud nostrum. Vide in vocibus *Ἄγτισσα* et *Μήθυμνα.*

— *Καὶ διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον, Θεόφραστος ἐκλήθη.*] Strabo lib. XIII. in descriptione Lesbi: *Τύρταμος δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ὁ Θεόφραστος, μετωνόμασε δ' αὐτὸν ὁ Ἀριστοτέλης Θεόφραστον· ἅμα μὲν φεύγων τῆς τοῦ προτέρου ὀνόματος κακοφωνίαν, ἅμα δὲ τὸν τῆς φράσεως αὐτοῦ ζῆλον ἐπισημαινόμενος.* Seneca lib. VI. Natural. Quaest. lib. VI. cap. XIII. *In hac sententia licet ponas Aristotelem, et discipulum eius Theophrastum, non, ut Graecis visum est, divini, tamen et dulcis eloquii virum, et nitidi sine labore.* Plinius in Praefatione: *Adversus Theophrastum, hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit.* Vide praeterea Diog. Laertium, Suidam et alios.

Ἐρετρία. Χαλκίδ' Ἐρετρίαν τε.] Principium huius versiculi desumptum est ex Homeri Boeotia, sed non ubique eodem modo scribitur. In cod. Vossiano: *Χαλκίδα τ' Ἐρέτριάν τε:* in Eustathiana Homeri editione: *Χαλκίδα τ' Εἰρετριάν τε πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν.* Haec lectio aliis est anteponenda, quod ipse ad hunc locum docet Eustathius: *Ὅμηρος δὲ διὰ μέτρον, Εἰρέτριαν καλεῖ, ἐπενθέσει τοῦ Ἰῶτα.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Μελανηΐς.*] Appellata fuit etiam *Ἀροτρία,* teste Strabone lib. X. *Μελανηῒς δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ Ἐρέτρια, καὶ Ἀροτρία.* Vide praeterea Eustathium, cuius verba mox sum producturus.

— *Ἔστι καὶ Θεσσαλίας.*] Mentionem de Eretria Thessalica, Euboicae cognomine circa Pharsalum fecit Strabo lib. IX. et ex eo Eustathius ad Homeri Catalogum: *Ὥσπερ δὲ πολλαὶ Χαλκίδες, οὕτω καὶ Ἐρέτριαι· ἔστι γὰρ καὶ Θετταλικὴ καὶ περὶ Φάρσαλον δέ· ἴσχυσαν δέ φασι ποτὲ πολλὰ οἱ Ἐρετριεῖς καὶ πόλεις δὲ πολλὰς ἡ Ἐρέτρια, ὡς καὶ Χαλκὶς, συνῴκισεν.*

350 a — *Στειριῶς.*] Libri vulgati et MSS. constanter vitiose exhibebant *Τειριῶς.* Verum auctoritate Stephani et Archiepiscopi Thessalonicensis inductus *Στειριῶς* in contextum recepi. Stephanus: *Στείρια, δῆμος Ἀττικὸς* etc. *ὁ δημότης Στειριεὺς, Στειριέως, καὶ κατὰ συναίρεσιν Στειριῶς.* Prolixior est hac in re Eustathius ad Hom. Catalog. cuius verba huc transcribam, quia ex nostro desumpta videntur: *Ἐρέτρια ἐκαλεῖτο μὲν καὶ Μελανηῒς, ἀπὸ Μελανέως, πατρὸς Εὐρύτου· ἔσχηκε δὲ τὴν κλῆσιν ἀπὸ Ἐρετριέως υἱοῦ Φαέθοντος, ἑνὸς τῶν Τιτάνων· ταύτης ὁ πολίτης Ἐρετριεὺς, οὗ γενικὴ Ἐρετριέως, καὶ συναιρέσει Ἐρετριῶς, ὡς Στειριεὺς Στειριέως Στειριῶς· χοεὺς χοέως χοῶς, εἶδος μέτρου* etc.

— *Καὶ Ἐρέτριος.*] Si hoc gentile sit genuinum, [illegible]

deducuntur, Ἐρετριεὺς, quod potissimum est in usu, et Ἐρέτριος, et Ἐρετριαῖος, quod est apud Etymologici Mag. Auct. Ἐρέτρια, πόλις Εὐβοίας· ὁ πολίτης, Ἐρετριεὺς, καὶ Ἐρετριαῖος· τὸ θηλυκὸν, Ἐρετριαΐα καὶ Ἐρετριάς. Foemininum τοῦ Ἐρέτριος apud Latinos in usu est, vide Plinium lib. xxxv. cap. xvi. ubi de *Terra Eretria*, quid in medicina valeat, verba facit.

— Καὶ Ἐρετριάς.] Hoc foemininum non agnoscunt libri vulgati: quod, quia codices calamo exarati repraesentant, huic loco inserendum putavi, est enim usitatum veteribus: Dioscorides hanc vocem usurpat, ubi de terra Melia loquitur: Ἡ δὲ Μηλία τὴν μὲν χρόαν καὶ αὐτή ἐστιν ἐμφερὴς Ἐρετριάδι τῇ σποδοειδεῖ etc.

— Ἐρετριακός.] Hoc nomine insigniebatur apud Eretrienses Philosophorum secta teste Strabone lib. ix. Μενέδημον δὲ τὸν Ἐρετριέα οἱ Ἐρετριακοί. Verum non duntaxat *Eretriaci*, sed etiam Ἐρετρικοὶ, si vox mendo careat, appellabantur, teste eodem Strab. lib. x. Μαρτυρεῖ δ' ἥ τε τῶν Ἐρετρικῶν φιλοσόφων σχολὴ τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γενομένη. Diogenes Laërtius hanc sectam quoque Ἐρετρικὴν vocat ex Hippoboto de Philosophorum sectis. Vide hac de re quoque Suidam. Ἐρετριακὴ etiam sumitur pro agro Eretriae circumiacente. Strab. lib. x. Ἔστι δὲ καὶ ἡ Οἰχαλία κώμη τῆς Ἐρετριακῆς. In hoc pago Eretriacae regionis conspiciebantur olim ruinae et reliquiae oppidi Eretriae ab 350 Hercule diruti, ut ibidem testatur idem Strabo. b

Ἐρευάτις. Ἀπὸ Ῥευάστης.] Constanter sic exhibent libri MSS. et vulgati: sed fortassis rescribendum est: ἀπὸ Ἐρευάστης καὶ Ἐλευθερᾶς. Nostra enim coniectura magis urbis appellationi respondet. In Vossiano legitur: Ἐρευάτις, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Εὐάστης etc.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἐρευάτης.] Suspectum est hoc gentile Salmasio, et non sine ratione: nam si verum oppidi nomen est Ἐρευάτις, inde formandum Ἐρευατίτης.

Ἔρθα. Ὡς Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῶν β΄.] Insigne hic exhibemus nostrae editionis incrementum, nam nec vola nec vestigium horum verborum in libris vulgatis conspicitur.

Ἐρικοῦσσα, μία τῶν Αἰόλου νήσων.] In nonnullis libris MSS. cum simplici sigma haec vox exaratur, sed melius duplici, quia contracta est ab Ἐρικόεσσα. A Ptolemaeo appellatur Ἐρικώδης, ut et a Diod. Sicul. lib. v. et Apoll. Schol. ad lib. iii. Hodie vulgari nomine vocatur *Alicur*. Nomen accepit ἀπὸ τῆς ἐρείκης, quod Hesychio est εἶδος φυτοῦ! Imo etiam nunc hodie peregrinantes testantur, in hac insula sylvas ericarum arborum consitas reperiri confertasque. Haec insula in ortum versus Liparam sita est.

— *Ἰδικῶς καὶ ἐξ ἑκάστης τοπικῶς.*] Non possum improbare periphrasticam τοῦ ἐθνικοῦ descriptionem, quo incolae huius insulae nominantur *Λιπαραῖοι ἐξ Ἐρικούσσης*: sed mirum est, nostrum hic non exprimi illud *ἰδικὸν καὶ τοπικὸν*, quod deberet esse *Ἐρικουσσαῖος*, quemadmodum a *Φοινικοῦσσαι* deducitur *Φοινικουσσαῖος*, de quo videndus noster suo loco.

Ἐρινεός, πόλις Δωριέων.] Una haec est ex quatuor Doriensium oppidis, unde veteres Doridem tetrapolim appellarunt. Strabo lib. IX. *Καὶ μέσοι Δωριεῖς· οὗτοι μὲν οὖν εἰσὶν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες, ἥν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων· πόλεις δ' ἔσχον Ἐρινεὸν, Βοῖον, Πίνδον, Κυτίνιον.* In hac urbe crescebat ficus species, quae ἐρινεὸς dicebatur, quae-
351 que ex ea nomen invenit. docet hoc Lycophronis Scholiastes,
a cuius verba, quia corrupta sunt, emendata huc transcribam: *Ἐρινεοῦ, καὶ ἐν συγκοπῇ ἐρινοῦ· ἐρινεὸν δὲ οἱ πολλοί φασιν εἶναι τὴν ἀγρίαν συκῆν· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, ἀλλ' ἡ ἐρινεὸς εἶδος ἐστὶ συκῆς, ἀπὸ Ἐρινεοῦ πόλεως Δωρικῆς· τετράπολις γάρ ἐστιν ἡ Δωρὶς, ἧς μία πόλις ἡ Ἐρινεὸς, ἐν ᾗ εἰσι συκαῖ λεγόμεναι ἐρινεοὶ, ὡς Δαμασκηναὶ, ἀνατολικαὶ, καὶ Κυδώνεια μῆλα.* In hunc sensum etiam legimus apud Etymologici Mag. Auctorem: *Ἐρινεὸν σῦκον, ἀπὸ Ἐρινεοῦ τῆς Θετταλίας, ὅπου πρῶτον ὤφθη.* Nimis generaliter hanc urbem Thessaliae adscribit, sed exactam geographiam qui a Grammaticis requirit, nae ille toto coelo errat.

— *Καὶ Ἀχαΐας.*] Non fuit oppidum, sed portus Achaïae hoc nomine, ut testis est Pausanias in Achaïcis: *Ἐς δὲ λιμένα Ἐρινεὸν ἐξ Ἀθηνᾶς τείχους, παράπλους ἐννενήκοντά εἰσι στάδιοι· ἑξήκοντα δὲ ἐς Αἴγιον ἀπὸ τοῦ Ἐρινεοῦ.*

Ἐρινιάτης.] Editiones Xylandrianam praecedentes, ut et codd. MSS. constanter legunt *Ἐρινιάτις*. Sed utrobique male. Incidit noster in depravatum a librariis Pausaniae locum: nam in hodiernis editis legitur: *Καὶ τόδε ἄλλο ἤκουσα ἐν Ἐρινεῷ τῇ Μεγαρέων κώμῃ.* Certum est nostrum incidisse in vitiosum locum, quia incolae nomen cum pago idem statuit.

— *Πανσανίας ά.*] Ita hunc locum correximus, cum in Aldina et Florentina male legeretur *Πανσανίας δ'.* Verum a Xylandriana editione libri numerus aberat.

Ἐρκύνιον, ὄρος Ἰταλίας.] Locus Salmasio, [illegible] rem attentius consideranti, de mendo suspectus: in [illegible] libri legendum monet, *ὄρος Γαλλίας*, vel *Γαλατίας*. Eundem errorem erravit Etymologici Mag. Auctor, *Ἑρκύνιος δρυμὸς, ὁ τῆς Ἰταλίας ἐνδοτάτω, ὥς φησιν Ἀπολλώνιος ἐν δ' Ἀργοναυτικῶν*.

κῶν. Sed nemo nescit quam longe Hercynia sylva et mons ab Italia abfuerint.

— Ἑρκυνὶς ἡ χώρα.] Ita haec vox sumitur a Parthenio: Ἀλλ᾽ ὅτ᾽ ἀφ᾽ ἑσπερίης Ἑρκυνίδος ὤρετο γαίης.

Ἑρμιὼν καὶ Ἑρμιόνη.] In libris MSS. et vulgatis pessimo errore legitur Ἕρμιον, quod in hac editione mutandum censui, inductus auctoritate Scylacis, sed potissimum Eustathii, qui in suis ad Homeri Iliad. Β. commentariis ex hoc Stephani loco Ἑρμιὼν transcripsit: quia autem Archiepiscopi verba non mediocriter hanc sectionem illustrant et integriorem reddunt, ea huc apponam: Ἡ δὲ Ἑρμιόνη καλεῖται οὕτως, ἐπειδὴ Ζεὺς καὶ Ἥρα ἐνταῦθα ὡρμίσθησαν ἀπὸ Κρήτης ἀφικόμενοι· ἀπὸ γοῦν τοῦ ὁρμίζω, τροπῇ τοῦ ο εἰς ε, Ἑρμιόνη· τὸ δὲ πρωτότυπον αὐ- 351
τῆς, Ἑρμιὼν, ἡ γενικὴ Ἑρμιόνος· ὥσπερ δέ φασι κάλυκος κα- b
λύκη, χιτῶνος χιτώνη, ἡγεμόνος ἡγεμόνη, οὕτως Ἑρμιόνος Ἑρμιόνη· ἕτεροι δὲ πρωτότυπον μέν φασι τὴν Ἑρμιόνην· Ἑρμιόνα δὲ εἰπεῖν ὅμοιον, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Δωδῶνα τὴν Δωδώνην φησίν· ἐθνικὸν ταύτης, οἱ Ἑρμιονεῖς· ἱερὸν δὲ ἐν αὐτῇ παρθένου Ἥρας. Quamvis autem Epitomator (hoc nequaquam Stephano adscribendum existimo) urbis situm plane neglexerit, non temere tamen hanc coniecturam facere possumus, nostrum in genuino opere loquutum fuisse de Hermione ad Argolicum sinum sita: quod manifestissime inde liquet, quod Eustathius Stephani verbis illum locum Homeri fuerit interpretatus, ubi alia urbs in censum venire non potest.

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λακέρεια.] Lacerias binas noster suo loco statuit, alteram in Magnesia, alteram vero in Italia: adeo ut nullam de Laceria Argiva, nisi hic, mentionem fecerit. Suspecta tamen est Italica, quia Cluverius et alii eius non meminere.

— Καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς ε.] Pessime in omnibus libris, tam editis, quam exaratis legitur: καὶ τροπῇ τοῦ ι εἰς ε. Quod auctoritate Eustathii, cuius verba iam supra citavimus, et recta ratione inducti emendavimus: deducunt enim nomen urbis παρὰ τὸ ὁρμισθῆναι. Aliam Etymologiam agnoscit Etymologus, sed minus urbi respondentem: παρὰ τὸ εἴρω τὸ ἁρμόζω· ἀφ᾽ οὗ Ἑρμῆς, Ἑρμιὼν, καὶ παράγωγον Ἑρμιόνη.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἑρμιονεύς.] Emendat Cl. Spanhemius Ἑρμιωνεύς, et pro Ἑρμιόνη, quod est in principio huius sectionis Ἑρμιώνη, quia ab antiquariis observantur nummi cum inscriptione ΕΡΜΙΩΝΕΩΝ. Non semel tamen, sed plus quam vigesies, apud Pausaniam in Corinthiacis et alios occurrit τὸ Ἑρμιονεύς.

— Ἑρμιονίς.] Pausanias lib. II. Τὰ δὲ πρὸς θάλασσαν ἐν

ὅροις Ἑρμιονίδος ἱερὸν Δήμητρός ἐστιν ἐπίκλησιν Θερμησίας. Possessivum noster non habet, sed tamen τὸ *Ἑρμιονικὸς* in usu est apud Plutarchum, ubi de purpura, quam circa hanc urbem piscabantur incolae, sic loquitur: *Πορφύρας Ἑρμιονικῆς εὑρεθῆναι τάλαντα πεντακισχίλια* etc.

Ἕρμος. Εἰς Ἕρμους.] Nihil mutandum hoc loco, nam Demi nomen aliquando numero multitudinis effertur. Hesychius: *Ἕρμος, ἢ Ἕρμοι, δῆμος Ἀττικῆς, καὶ ποταμὸς Λυδίας.*

Ἑρμοτυμβιεῖς.] Apud Herodotum lib. IX. ubi nationes
352 a Mardonio in aciem instructae, enumerantur, etiam de his sit
a mentio: *Ἐν δὲ καὶ Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγυπτίων, οἵ τε Ἑρμοτύβιες, καὶ οἱ Καλασίριες, καλεόμενοι μαχαιροφόροι, οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι.* Utrum Herodoti, an vero Stephani vulgata lectio sit praeferenda. dicere nequeo, cum apud alios huius gentis memoria non inveniatur. Hoc tamen addam, hanc vocem non incommode deduci posse ab Hebraeo חרמיצבא *Chermetsaba*, id est, *copiae vastatrices*, sive *exercitus.* In fine huius sectionis iidem appellantur *Λαβαρεῖς*, sed vox illa mirum in modum est vitiata, pro ea rescribendum *Καλασίριες* ex Herodoto, vel ex Stephano, si locus mendo careat, *Καλασίριοι*, sive *Καλασιρίαι.* Haec vox deducenda videtur ab Heb. חלץ *Chalas*, quod *spoliare* denotat; unde *milites* et *accincti* dici solent חלוצים *Chalusim.* Adeo ut illa pars Aegypti, quam Stephanus *Καλάσιριν* suo loco appellat, iuxta verum nominis etymon, et Herodoti et Aristagarae mentem, incolas alat, qui re et nomine *μάχιμοι* et *μαχαιροφόροι* sunt nominandi.

Ἑρμοῦ πεδίον, τόπος πλησίον Κύμης.] Strabo lib. XIII. *Εἶτ' ἐκδέχεται τὸ Ἑρμοῦ πεδίον, καὶ Σάρδεις· τὰ δὲ προσάρκτια τῷ Περγάμῳ τὰ πλεῖστα ὑπὸ Μυσῶν ἔχεται τὰ ἐν δεξιᾷ τῶν Ἀβαιτῶν λεγομένων.* Hermus fluvius in Aeolide est, qui hunc campum facit, teste Plinio lib. V. cap. XXIX. *A Smyrna Hermus amnis campos facit, et nomine suo adoptat.* Fluvius hic oritur ex monte Dindymenae sacro; et per Catakekaumenen in Sardianam fertur per continuos ad mare usque campos: qui a fluvio isto nomen suum invenere. Vide Strabonem libro eodem, non procul a loco iam allegato. Sed hoc obiter animadvertendum, apud quosdam, Dionysium de situ orbis et alios, scribi *Ἕρμου πεδίον*, et alios *Ἑρμοῦ πεδίον*: quae variatio inde oritur, quod alii fluvium *Hermum*, alii *Mercurium* intelligant; unde hic *Campus* appellationem fuerit sortitus. Sed melius puto omnia referri ad notissimum illum Lydiae fluvium: Virgil. lib. VII. Aeneid.

Vel cum sole novo densae torrentur aristae.

Aut Hermi Campo, aut Lyciae flaventibus arvis.

— *Καὶ ὅσα πεδίον ἐθνικά.*] Formationem gentilium a voce *Πεδίον*, optime noster docet in *Ἄρειος πάγος*.

Ἑρμούπολις. Καὶ μεγάλην καὶ μικράν.] Magnam et parvam Hermupolin agnoscit praeter Herodianum Ptolemaeus lib. IV. *Ἀπὸ μὲν δύσεως τοῦ μεγάλου ποταμοῦ, ἀπὸ θαλάσσης ἀρχομένων, Ἀλεξανδρέων χώρας νομὸς καὶ μητρόπολις, Ἑρμούπολις μικρὰ, Ἀνδροπολίτης νομὸς καὶ μητρόπολις.* Magnam Ptolemaeus ponit non procul ab Alabastris: *Καὶ μεσόγειος πόλις Ἀλαβαστρὰ, εἶτα Ἑρμοπολίτης νομὸς, καὶ μητρόπολις ἀπὸ δυσμῶν τοῦ ποταμοῦ μεσόγειος Ἑρμούπολις μεγάλη.* Has urbes etiam agnovisse Antoninum August. in Itinerario suo optime probat Hieronymus Syrita Hispanorum doctissimus, in notis tradens, Esaiam Episcopum *Hermupolis minoris* in Chalcedonensi Concilio subscripsisse.

— *Ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ.*] Nemo facile ex veterum monumentis omnes hoc nomine civitates eruet, de illa tamen ad fluvium 352
sita mentionem facit Strabo lib. XVII. quem locum nostrum re- b
spexisse censeo: *Ἀπὸ δὲ Σχεδίας ἀναπλέουσιν ἐπὶ Μέμφιν, ἐν δεξιᾷ μέν εἰσι πάμπολλαι κῶμαι μέχρι τῆς Μαρείας λίμνης, ὧν ἐστι καὶ Χαβρίου κώμη λεγομένη. Ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ Ἑρμούπολίς ἐστιν· εἶτα Γυναικῶν πόλις.* Praeter hanc ad fluvium, alias habet Strabo. Hermopolin quandam circa Butum in insula ponit: *Περὶ δὲ τὴν Βοῦτον καὶ Ἑρμόπολις ἐν νήσῳ κειμένη. Ἐν δὲ τῇ Βούτῳ Λητοῦς ἐστὶ μαντεῖον, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῇ ὑπὲρ τοῦ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνικοῦ στόματος Ξόϊς ἐστὶ, καὶ νῆσος, καὶ πόλις ἐν τῷ Σεβεννυτικῷ νομῷ. Ἔστι δὲ καὶ Ἑρμοῦ πόλις, καὶ Λύκου πόλις, καὶ Μένδης, ὅπου τὸν Πᾶνα τιμῶσι.* An diversae hic recenseantur a Strabone alii viderint. Agnoscit praeterea Geographus eodem libro Hermopolitanum castellum, ubi exigitur vectigal earum rerum quae a Thebaïde deferuntur: *Ἑξῆς δ' ἐστὶν Ἑρμοπολιτικὴ φυλακὴ, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων.* Vides igitur a Strabone tres vel quatuor enumerari, sed qua ratione Stephano sint applicandae, non facile explicaverim.

— *Ὁ πολίτης, Ἑρμεοπολίτης.*] Cod. Vossianus auctior est, in illo enim legitur: *ὁ πολίτης Ἑρμεοπολίτης, καὶ Ἑρμοπολίτης.* Apud Strabonem lib. XVII. aliquoties occurrit *Ἑρμοπολίτης* et *Ἑρμοπολιτική*.

Ἑρμώνασσα. Ὡς ὁ Περιηγητής.] Dionysium de situ orbis intelligit, hunc locum innuens:

Ἧς ἔπι Φαιναγόρη τε καὶ εὔκριτος Ἑρμώνασσα,
Ἔνθά τε ναιετάουσι Ἰωνίδος ἔκγονοι αἴης.

Ad quem locum Eustathius tradit, Phaenagoram et Hermonas-

[redacted]

sam Paeonum esse colonias, quarum duces Phanagoras et Hermon, qui oppidis nomen dedere. Deinde ex Arriano addit aliam historiam, nempe, Hermonassam, quae uxor fuit cuiusdam Semandri Mitylenaei, urbi suum nomen imposuisse, postquam maritus Aeoles quosdam in colonias transduxisset et vita excessisset. Situm non duntaxat hic bene demonstrat Stephanus, sed etiam in Ταυρικῇ. Τῇ δὲ Ταυρικῇ δύο παράκεινται νῆσοι, Φαναγόρα καὶ Ἑρμώνασσα. Vide praeterea Strab. lib. xi. et xii.

— Σκύμνος καὶ Ἑρμώνειαν καλεῖ.] Intelligit Scymnum Chium, poëtam qui senariis versibus Periplum conceperat. Vir summus Isaacus Vossius, in notis ad Fragment. Peripli Ponti Euxini et Maeotidis Paludis, istius Anonymi verba, qui suam περιήγησιν ex Scymno transtulerat, in hos senarios reduxit:

Εἶτ' ἔστι Φανογόρου πόλις, Κῆποι πόλις·
Εἶτ' ἐστὶν Ἑρμώνασσα, Φαναγόρειά τε,
Ἣν Τηΐους λέγουσιν οἰκῆσαί ποτε.

Liquet igitur dilucide ex Stephano nostro, Scymnum Chium insulam hanc, sive urbem in ea, non *Hermonassam*, sed *Hermoneam* appellasse, quam scripturam si Cl. Vossius fuisset sequutus, etiam in versiculo metri lex constitisset.

— Στράβων etc.] In hanc sententiam reperiuntur Strabonis verba libro citato: Ἐπὶ δὲ τῷ στόματι τοῦ Τύρα, πύργος ἐστιν Νεοπτολέμου καλούμενος, καὶ κώμη Ἑρμώνακτος λεγομένη.

353 — Χωρίον Τραπεζοῦντος.] Fortassis in ditione Trapezuntis,
a cui Hermonassa erat vicina, teste Strabone lib. xii. Εἶτα κόλπος ἐν ᾧ Κερασοῦς τε καὶ Ἑρμώνασσα, κατοικίαι μέτριαι· εἶτα Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπεζοῦς.

Ἑρμωνθίς, Στράβων ἑπτακαιδεκάτῳ.] Libri omnes exhibebant ἑκκαιδεκάτῳ, quod non erat ferendum, nam libro xvii. locus iste invenitur, quem respicit Stephanus:, sed urbis nomen et gentile ibidem per ου in medio scribuntur. Μετὰ δὲ Θήβας Ἑρμουθὶς πόλις, ἐν ᾗ ὅ τε Ἀπόλλων τιμᾶται, καὶ ὁ Ζεύς. Etiam circa Thebaïdem statuit Aristides oratione de caussa Nili crescentis: Ὅτε γὰρ τὸ δεύτερον εἰς Αἴγυπτον ἀνέπλεον τὸν εἰς κορυφὴν ἀνάπλουν, ἐνέτυχεν ἡμῖν περὶ τὸν Θηβαϊκὸν τόπον ἐν νομῷ ὄνομα Ἑρμουνθὶ, ἄνθρωπος. Ubi forte Ἑρμουνθίτης legendum.

Ἔρνικες, ἔθνος Λατίνων.] Aliquoties Dionys. Halicarnasseus libro citato horum meminit, apud quem etiam reperiuntur casus obliqui, τοῖς Ἔρνιξι καὶ τοὺς Ἔρνικας: quamquam evidens est, a Strabone appellari Ἔρνικοι, neque aliter a Livio, Macrobio, Servio et aliis. Licet autem Hernici ab oriente solis aestivi contermini fuere veterrimo illi Latio, non tamen antiquis temporibus Latinis annumerabantur, ut ex Dionysio Halicarnasseo

docet Cluverius. Postea tamen Novo Latio, cuius extimus finis erat Liris amnis, Hernici adscripti fuere, quod etiam vir doctus ex eodem Dionysio bene asseverat.

— Ἐρύθεια, νῆσος Γηρυόνου ἐν τῷ ὠκεανῷ.] Situm huius insulae accuratius describit noster in voce Ἀφροδισιάς. Δευτέρα, Ἰβηρίας πρὸς τοῖς Κελτοῖς· τρίτη, νῆσος ἡ πρότερον Ἐρύθεια, μεταξὺ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων. Quibus adiungam verba Plinii lib. IV. cap. XXII. a Salmasio emendata: *Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum, altera insula est longa III. M. pass. M. lata, in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide Erythia, a Timaeo et Sileno Aphrodisias, ab indigenis Iunonis. Erythia dicta est, quoniam Tyrii aborigines earum orti ab Erythraeo mari ferebantur.* Erythia iam nusquam apparens aquis absorpta est. Tamen sita fuit olim media inter Gadeis et continentem, oppido, quod ad occasum insulae erat conditum, ita propinqua, ut fretum, quod interfluebat, tantum fuerit unius stadii, auctore Strabone lib. II. vel passuum centum, ut scribit Plinius.

— Ἀπὸ Ἐρυθείας τῆς Γηρυόνου, ἧς καὶ Ἑρμοῦ Νώραξ.] Hic locus in aliis editionibus mutilus circumfertur, ubi hunc in 353 modum legitur: ἀπὸ Ἐρυθείας τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ. At b quomodo eadem Erythia potuit esse filia Geryonis et Mercurii? Itaque Palatinorum codicum lectionem, veram et indubitatam, in huius locum reposui, quae etiam auctoritate Pausaniae, quem testem citat, confirmari potest, ita enim ille in Phocicis: Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον, Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδὼ διαβαίνουσι ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι, καὶ ᾠκίσθη Νῶρα πόλις ὑπὸ αὐτῶν· ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ· παῖδα δὲ Ἐρυθείας τε τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. Nemo, hunc Pausaniae locum considerans, emendationem hanc in dubium vocabit.

— Κατὰ συναλοιφήν.] De hac figura vide in voce Ἀγάμεια, et aliis locis huius onomastici geographici.

— Ἀγάμεια Ἀγάμη.] Male in omnibus editis hae voces duplici μ exaratae conspiciebantur.

— Ὁ νησιώτης, Ἐρυθεύς.] Eadem habes gentilia apud Etymologum: Ἐρύθεια, νῆσος ἐν τῷ ὠκεανῷ· ὁ νησιώτης, Ἐρυθεὺς ὡς Μαντινεύς· ἢ Ἐρυθείτης, ὡς Ζελείτης.

— Ὅμηρος.] Bene monet Hartungus, omnes editiones pessime exhibere, Ἀπολλώνιος: nam verba quae sequuntur, non in Argonauticis, sed circa finem Homeri Boeotiae invenies;

Ἀμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον,
Κρῶμνάν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.

[redacted]

Fateor libro II. Argonauticorum de Erythinis fieri mentionem, sed alio cum epitheto,

Σήσαμον, αἰπεινούς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους.

Unde liquet, hunc locum non inspexisse Stephanum; et quod argumentum est irrefutabile, ipse Apollonii Scholiastes verba Homeri, a Stephano producta, commentariis suis inseruit, ita enim ille: *Ἐρυθῖνοι δὲ, οὕτω λεγόμενοι λόφοι περὶ Παφλαγονίαν· οὕτω δὲ λέγονται διὰ τὴν ἐρυθρότητα τοῦ χρώματος· εἰσὶ γὰρ τοιοῦτοι· καὶ Ὅμηρος αὐτῶν μέμνηται. Καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.* Non male igitur Homerum in nostra editione, loco Apollonii, reposuimus. Interim Eustathius ad Homeri Catalog. idem urbis etymon, e Stephano petitum, suo calculo comprobat: *Ἐρυθῖνοι δὲ, πόλις Παφλαγονίας καὶ αὐτὴ, παρὰ τὸ ἔρευθος, ὥς λέγει ὁ γράψας τὰ Ἐθνικά· ὁ δὲ γεωγράφος φησὶν, ὅτι δύο εἰσὶ σκόπελοι. οἱ νῦν Ἐρυθῖνοι· λέγεται δὲ οὕτως, ἀπὸ τῆς χρόας.* De loci etymo praeterea lege Strabonem lib. XII.

354 a — *Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ* etc.] Nemo ignorat hunc esse Homeri versiculum ex Odyss. *A.* qui aeque ad hunc locum pertinet quam Bubtubata Naevii et illud Brecebecex Aristophanis. Certissimum enim est, haec esse mutilata, concisa et male cohaerentia, atque illum, qui hoc non animadvertit, oculis suis non bene uti. Fortassis Stephanus in genuino opere, describendo hanc insulam, veterum opinionem retulit, existimantium geminos esse Aethiopas, alios orientales, alios vero occidentales, de quibus Strabo, Dionysius, Eustathius et alii, illos habitare circa Aegyptum et mare rubrum, hos vero in insula Erythia vicinisque locis, quam divisionem et Aethiopum differentiam dum Stephanus Homeri versiculo, tanquam minime dubio testimonio, confirmare studet, Epitomator rem non satis accurate pensitans, nobis non illam divisionem, sed hunc versiculum praeter mentem auctoris superesse voluit. Verum non duntaxat hic, sed sexcentis aliis in locis summa Hermolai Grammatici supinitas et negligentia est reprehendenda.

Ἐρυθρά. Ἀπὸ Ἐρύθρου τοῦ ἥρωος.] Eruditis huius seculi iam satis perspectum est, mare Rubrum vel Erythreum a colore aquarum et aliis causis futilibus nominis originem non trahere, sed ab Erythra rege, qui Hebraeis dicitur *Edom*, Graecis *Πυῤῥός*, sive *Ἐρυθρός*, Latinis *Ruber*, ut optime omnium docet Fullerus Miscell. Sac. lib. IV. cap. XX.

— *Ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ*] Male legitur in vulgatis libris, *ἐν Ἀραβικῷ δευτέρᾳ*, quod, collatis aliis locis, in quibus Uranii mentio reperitur, reiecimus. Et quanquam nemo non videat, hunc

locum sic debere corrigi, dicam tamen idem a Tanaq. Fabro in Epistol. Criticis praestitum.

— *Συῤῥέοντι.*] Turpissimo errore in omnibus editis excusum est *συῤῥυέντων.* Cod. Vossianus *συῤῥεόντων,* quod etiam a mala manu. Tanaquillus Faber in Epist. Crit. *συῤῥυέντι*, quod etiam probare nequeo; quare in depravatae lectionis locum *συῤῥέοντι* reposuerim, permotus auctoritate Archiepiscopi Thessalonicensis, qui integrum Uranii locum in comment. ad Dionysium transtulit: *Φησὶν οὖν ὁ παρὰ τῷ γράψαντι τὰ Ἐθνικὰ, Οὐράνιος οὗτος ὀνομαζόμενος, ὅτι τὰ παρακείμενα ὄρη δεινῶς ἐρυθρά εἰσι καὶ πορφυρᾶ. καὶ ἐὰν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος, κατακάμπτει εἰς τὴν θάλασσαν ἡ αὐγὴ σκιὰν ἐρυθράν· καὶ ὄμβρῳ δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρέων εἰς θάλασσαν συῤῥέοντι, τοιαύτη, φησὶ, γίνεται ἡ θάλασ-* 354
σα τὴν χροιάν. Qui legere avet figmenta veterum de specie rubo- b
ris apparente, is consulat Agatharchidem de Mari Rubro, Strabonem lib. xvi. Plinium lib. vi. cap. xxiii. et Agathemerum lib. ii. Geograph. cap. xi.

Ἐρυθρὰ Βῶλος. Ἡρόδοτος δευτέρῳ.] Fidem Stephani liberat Herod. lib. ii. ubi de Pherone loquitur: *Ἀναβλέψαντα δὲ συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας τῶν ἐπειρήθη, πλὴν ἢ τῆς τῷ οὔρῳ νιψάμενος ἀνέβλεψε, εἰς μίην πόλιν, ἣ νῦν καλέεται Ἐρυθρὴ βῶλος.*

Ἐρυθρά, πόλις Ἰώνων.] Strabo, Ptolemaeus et alii hoc nomen urbis numero multitudinis efferunt. De conditoribus non unanimes sunt veterum scriptorum sententiae. Velleius Paterculus lib. i. *Iones, duce Ione, profecti Athenis, nobilissimam partem regionis maritimae occupavere, quae hodie appellatur Ionia: urbesque constituere Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram etc.* Pausanias in Achaïcis conditorem refert Erythrum Rhadamanti F. qui urbi de se nomen imposuit, sed postea *Κλέοπος ὁ Κόδρου* (ubi a doctis emendatur *Κνῶπος ὁ Κόδρου*) *συλλέξας ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων ὅσους δὴ παρὰ ἑκάστων, ἐπεισήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους.* Harpocration urbem a Neleo conditam ex Hellanico perhibet: *Ἐρυθρὰ μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κτισθεισῶν, ὥς φησι, Ἑλλάνικος.*

— *Κνωπούπολις ἀπὸ Κνώπου.*] Cnopus, occupata urbe, eam in sui memoriam et honorem sic appellari voluit: Polyaenus lib. viii. *Χρυσάμη ταῦτα ἰδοῦσα, τὸν Κνῶπον ἐκέλευσε διὰ τάχους ὁπλίσαι τὴν στρατιάν, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπάγειν, ἀμύνασθαι μὴ δυναμένοις· οὕτω δὲ Κνῶπος ἀνελὼν ἅπαντας, ἐκράτησε τῆς Ἐρυθραίων πόλεως.* Ergo ante Cnopum Erythra exstabat: nam, teste Pausania, Erythrus Rhadamanti F. coloniae vel condendae, vel ducendae auctor fuit: sed Cnopus, ingenti Ionum manu col-

lecta, urbem postea instauravit atque habitatoribus frequentiorem reddidit. Et hoc modo interpretandus est Strabo lib. xiv. *Ἐρυθρὰς δὲ Κνῶπος (κτίζει) καὶ οὗτος υἱὸς Κόδρου νόθος.*

— *Λιβύης ἄλλη.*] Haec eadem videtur, de qua sectione de Mari Rubro mentionem fecit: *Καὶ ἔστιν ἄκρα Ἐρυθρὰ τῆς Λιβύης, ὡς Ἀρτεμίδωρος ἑβδόμῃ γεωγραφουμένων.*

— *Βοιωτίας.*] Huius meminit Strabo lib. ix. testaturque Erythraeos ex Ionia in Boeotiam misisse coloniam, quae ibidem
355 urbem conderet. Nomen accepit ab Erythro Leuconis F. Atha-
a mantia nepote, auctore Pausania in Eliacis Posterioribus: *Οἱ δὲ καὶ ἐπαριθμοῦσι τοῖς κατειλεγμένοις Ἔρυθρον παῖδα Λεύκωνος τοῦ Ἀθάμαντος· ἀπὸ τούτου Ἐρυθραὶ πόλισμα ἐκαλεῖτο Βοιωτῶν.* Eustathius ad Iliad. *B.* perhibet Erythrum fuisse Neptuni F. matrem vero habuisse Amphimedusam Danai filiam, cuius verba mox adducam. Erythrae rudera tempore Pausaniae conspiciebantur in agro Plataïco sub Cithaerone, si quis paullulum a recta digrederetur ad laevam, ut testatur in Boeoticis.

— *Καὶ Κύπρου ἄλλη.*] De hac mentionem facit Nonnus lib. xiii. Dionysiac.

Καὶ Τάμασον, καὶ Τέμβρον, Ἐρυθραίην τε πολίχνην.

— *Καὶ Ναυκράτης Ἐρυθραῖος.*] Suspicor olim in Stephano fuisse scriptum, *Ναυκράτης Ἐρυτραιῆθεν*, et nostrum Naucratis nomen huc adduxisse, ut probaret veteres hoc locale, sive adverbium de loco usurpasse. Movet me praeterea Eustathius, quod sic censeam, qui totum Stephani locum, suppresso nomine, in commentarios suos transtulit, et huic Naucrati hanc ἐθνικοῦ formam attribuit, ita enim ille ad Iliad. *B.* *Ἐρυθραὶ δέ εἰσι μὲν καὶ Ἰωνίας, καὶ Λιβύης, καὶ Λοκρίδος· καὶ Κύπρου δέ· ἥτις ἐστὶ φασίν, ἡ νῦν Πάφος· ἰδοὺ δὲ καὶ Βοιωτίας. ἱστορεῖται δέ τις Ναυκράτης Ἐρυθραιῆθεν Ὅμηρον ὑπομνηματίσαι. Αἰλιον μὲν οὖν καὶ Ἡρόδωρος ὀξύνουσι τὴν λέξιν, λέγοντες Ἐρυθράς, ὡς καλάς· ἕτεροι δέ φασιν ὅτι Ἐρύθραι μὲν βαρυτόνως, αἱ τῆς Βοιωτίας ἀπὸ Ἐρυθροῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος καὶ Ἀμφιμεδούσης θυγατρὸς Δανάου· κεῖνται δὲ ὑπὸ Κιθαιρῶνα· Ἐρυθραὶ δὲ ὀξυτόνως, αἱ τῆς Ἰωνίας.* Igitur ex hoc loco liquet, nostram coniecturam minime esse vanam.

355 *Ἐρύκη, Σικελικὴ πόλις.*] Haec urbs Palicorum lacui a me-
b ridie imminebat, cuius ruinas et vestigia Cluverius vidit in Catalfano monte. Ad hunc montem oritur flumen divi Paulli, quod etiam opinatur esse veterum *Erycem amnem*, unde urbs haec nomen invenit. Gentile huius oppidi est *Ἐρυκαῖος* et *Ἐρυκίνος*, quod ultimum est apud nostrum in *Παλίκη*.

[redacted]

Ἐρύμανθος. Τερπομένη κάπροισι.] In omnibus editionibus contra metri legem excusum est:

Τερπομένη κάπροις καὶ ὠκείης ἐλάφοισι.

Hic versiculus ut et praecedens inveniuntur apud Homerum Odyss. Z.

— Καὶ θηλυκὸν, Ἐρυμανθίς.] Codex Vossianus: καὶ θηλυκὸν, Ἐρυμανθεῖσα. Quid autem ad hunc locum faciat non video.

Ἔρυξ, πόλις Σικελίας.] Actum revera ageret, qui de situ huius civitatis, de conditore, de templo Veneris Erycinae, et de nomine gentili aliquid conaretur addere post insignem diligentiam Clariss. virorum Cluverii et Bocharti.

Ἐρύσθεια. Ὑλάτδο θεοῦ.] Sic dicitur pro Ὑλάτου, a casu recto Ὑλάτης. Miror profecto Xylandrum τὸ Ὑλάοιο, quae pessima lectio est, in contextum recepisse. Veterem lectionem, quam exhibent MSS. et priores editiones, reponendam iudicavi. Non tantum hic colebatur Apollo hoc nomine, sed etiam in ipso oppido, unde nomen acceperat. Vide Stephanum in Ὕλη, et Ἀμαμασσός, ubi etiam colebatur.

Ἐρυσίχη, πόλις Ἀκαρνανίας.] Invitis libris MSS. et aliis editionibus pro Ἐρυσίκη reponendum existimavi Ἐρυσίχη, quod manifeste volunt nomen Heroinae et gentile ab oppido deductum. Sita erat ad Acheloum, ut liquet ex nostro in voce Οἰνειάδαι, ubi sec. syllaba per dipht. scribitur. Strabo lib. x. Erysichaeos ab Oeniadis diversos facit, et auctoritate Apollodori etiam in Acarnaniae mediterraneis collocat, ita enim ille: Τῆς δὲ μεσογαίας κατὰ μὲν τὴν Ἀκαρνανίαν Ἐρυσιχαίους τινάς φησιν Ἀπολλόδωρος λέγεσθαι, ὧν Ἀλκμὰν μέμνηται. 356 a

Οὐδ' Ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν,
Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας.

Ad quem locum si quis viderit Casaubonum, oleum et operam omnino non perdet.

— Ἡρωδιανός.] Non dubito quin ita sit restituendum pro Ἡρόδοτος, quod libri omnes tum MSS. tum editi constantissime exhibent. In his nominibus librarii saepissime hallucinantur, et quidem notius pro ignoto substituentes. Solebant antiqui haec nomina per compendium scribere: haec abbreviatio Ἡρω *Herodianum*, et haec Ἡρο *Herodotum* denotat. Per Τεχνικὸν hic Apollonius Dyscolus intelligendus, qui aeque ac Herodianus hoc nomine insignitur a veteribus. Vide pag. 321. Sed Apollonio Technico per copulativam coniunctionem alius grammaticus Herodianus adiungitur, cuius deinde verba in medium producuntur: nam disputatio illa de vocabulo Ἐρυσιχαῖος in Herodoti

Musis locum habere nequit. Non possum tamen reticere, Mag. Salmasium etiam de hac emendatione ad marginem sui Stephani monuisse.

— Τὸ Ἐρυσιχαῖος προπερισπώμενον.] Libri omnes profligatissime hic sunt corrupti, in quibus legitur προπαροξυνόμενον, pro quo reponendum existimavi προπερισπώμενον. Nam ipsa sensus ἀκολούθεια docet, τὸ Ἐρυσιχαῖος gentile, in penultima circumflectendum. Verum ubi adiective sumitur, in antepenult. signatur, quod ex Herodiano probare noster conatur. Optime Scholiast. Apollonii ad lib. IV. Καὶ τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι δὲ λεγόμενον ἐρυσίχαιον, τοιοῦτόν ἐστι· σημαίνει γὰρ τὸ χαίῳ ἐρύοντας, ἤγουν ποιμαίνοντας.

— Ἡ βουκολικὴ ῥάβδος.] Hoc significatu usus est voce χαῖον Apollonius Rhod. lib. IV.

Ἀργύρεον χαῖον παλάμῃ ἔνι πηγύνουσα.

Idem locus citatur ab Etymologici Mag. Auctore: Χαῖον ἀργύρεον] Ἀπολλώνιος, - χαῖον, παλάμῃ ἔνι πηγύνουσαι· χαῖον, οἱ μὲν καμπύλην βακτηρίαν· οἱ δὲ, ῥάβδον· οἱ δὲ, λαγωβόλον. Sed hic πηγύνουσα rescribendum, ut est in versu Apollonii. Eundem hunc errorem transcripsit aliunde Phavorinus in Lexico suo. Sequitur apud nostrum: ὅ ἐστιν ἡ βουκολικὴ ῥάβδος, καὶ τὸν ἐρύσω μέλλοντα. Verum haec quoque, ut alia plurima hac sectione, medica manu indigent. Ultima verba, nisi velis Epito-
356 matorem in regulas artis impingere, ita sunt constituenda: καὶ
b τὸ ἐρύσω, μέλλων.

— Οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος.] Ultima vox in Holzmanniana editione non erat: hanc ut maxime necessariam ex vetustioribus editionibus et MSS. revocavimus.

— Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν etc.] Fateor haec et sequentia Alcmanis verba hodie non inveniri in libris MSS. et prioribus editionibus. Interim tamen nemo erit tam βάκηλος, quin mecum statuat, eadem olim Stephanum in genuino opere habuisse. Atque Hermolaum nostri Epitomatorem ea non potuisse praetermittere, nisi cum summo sui compendii dispendio. Nam cui bono his in sequentibus illorum mentionem fecisset, et de genuino sensu examen instituisset, nisi in Alcmanis versiculis extitissent? Placuit ergo ex Strabone mutilum hunc Alcmanis locum integriorem edere, atque id quidem Ethnicographo reddere, quod vel temporis iniuria, vel transcriptorum, Epitomatorisve summa incuria ei ademerat.

— Εἰ γὰρ τῷ Θεσσαλὸς etc.] Libri omnes male exhibent τῷ Θεσσαλὸς, γένος συναπτέον. Orationis ordo heic dandi casum requirit, quem in hac editione reposuimus.

— Ἡρωδιανὸς ἐν ταῖς καθόλου προσῳδίαις.] Intelligo opus Herodiani, non historicum, sed grammaticum, quod de Prosodia agit. Pari modo illud citatur Eustathio ad Dionys. ubi etiam de accentu disputatio instituitur: Ἰστέον δὲ ὅτι Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου προσῳδίᾳ Χελιδονιαὶ ἀναγινώσκει ὀξυτόνως, ὡς Πυρκαΐαί. Apud nostrum in Ἄδανα liber quartus huius operis citatur: Ἡρωδιανὸς ἐν τετάρτῃ τῆς καθόλου. Ubi sine dubio subintelligendum προσῳδία. Et liber I. in Δωδώνη, Τεχνικὸς ἐν τῷ ά τῆς καθόλου. Ubi non innuitur Historia universalis, sed Prosodia universalis. Quanquam non ignorem τὰ καθόλου γράφειν, conscriptionem historiae universalis denotare; est enim phrasis Polybio lib. V. usitatissima.

— Εἰ δὲ τὸ οὐδὲ ποιμὴν συνάψειέ τις λέγων etc.] Hic locus, si quis alius ingentem mihi creavit molestiam: ne autem videar intricatissima sicco pede transilire, dicam tamen quod sentiam, forte rem acu non tacturus. Quid si locum ita concipiamus: Εἰ δὲ τὸ οὐδὲ ποιμὴν συνάψειέ τις λέγων, ἢ ἐρυσίχαιος, πρόδηλον ὡς προπαροξυνθήσεται, καὶ δηλοῖ τὸν βουκόλον, ἢ τὸν αἰπόλον, πρὸς ὃ τὸ ποιμὴν οὐχ' ἁρμόδιον ἐπαχθήσεται. Horum verborum sensum in versione exprimere sum conatus. Rationem non video, quare illud οὐδὲ ποιμὴν in contextu repetatur. Sufficit semel dixisse, τὸ ἐρυσίχαιος bubulcum vel caprarium denotare, si in antepenultima accentum gerat, ad quod τὸ ποιμὴν, quod est in Alcmanis versu, non satis commode adducitur.

— Συνάψειε.] Pessime in Xylandriana legitur συνάχειε. Veterem veramque lectionem ex MSS et vetustioribus editionibus 357 edi curavimus. a

— Ἑσπερία, ἡ δύσις, καὶ τὸ δυτικὸν μέρος.] Graecos appellative dixisse ἡ ἑσπερία, et τὴν δύσιν interpretatos fuisse, vix crediderim. Apud Homerum Hymno in Lunam occurrit ἑσπερίη, quae vox adiective ibi sumitur: nam ἑσπερίη διχόμηνος est vespertina luna, dimidio globo splendens. Apud auctores τὰ ἑσπέρια sunt istae mundi partes ubicunque sol occidit. Tzetzes in Histor. Chiliad. de insulis Hesperidum loquens:

Ἐκ τούτων τριάκοντά εἰσιν αἱ Ἑσπερίδες,
Πρὸς μέρη γὰρ ἑσπέρια κεῖνται τῆς Βρεττανίας.

Eodem quoque modo vocem interpretatur Hesychius: Ἑσπέρια, δυτικὰ μέρη. Novimus tamen quid per ἑσπερίαν δύσιν intelligant Astrologiae periti, et per ἑσπερίαν ἀνατολήν. Quum vespere occidit stella, post occasum solis, ἑσπερία δύσις dicitur, et contra ἑσπερία ἀνατολὴ cum vespertino tempore oritur stella post occasum solis. Scholiast. Apollonii: Ἑσπερία δὲ δύσις λέγεται ὅταν ἡλίου δύνοντος ἄστρον ὁραθῇ τι πρὸ τῶν ἄλλων ἐγκαταδύνον

[redacted]

αὐτὸ ὡς ἂν ὑπὸ ταῖς αὐγαῖς τοῦ ἡλίου γίνηται. Hinc itaque evidenter liquet, τὸ ἑσπερία apud veteres passim adiective, non vero substantive sumi. Sic quoque Latini. Virg. Aeneid. II.

Ad terram Hesperiam venies. etc.

— Ἑσπέριος.] Notissima est divisio Aethiopum orientalium et occidentalium: sed ultimi communi nomine Ἑσπέριοι vocantur teste Agathemero lib. II. Πρὸς μὲν τῷ Αἰθιοπικῷ καλουμένῳ ἱπποδρόμῳ Ἱπποφάγοι Αἰθίοπες, ὧν μεσημβρινώτεροι οἱ κοινῶς καλούμενοι Ἑσπέριοι.

— Ἑσπεριώτης.] Male in MSS. Ἑσπεριάτης.

Ἑσπερίς. Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἐπιγράμ.] Epigramma Cal-
357 limachi, in quo cives urbis Hesperidis Ἑσπερίτας appellat, ex-
b tat in membranis, teste Salmasio: verum hunc in ordinem est redigendum et emendandum. sunt enim hemiambi:

Ὁ Λύκτιος Μενοίτας
Τὰ τόξα ταῦτ' ἀπειπὼν
Ἔθηκα τῇ Κεραιστοῖ·
Δίδωμι καὶ φαρέτρην
Σάραπι· τοὺς ὀϊστοὺς
Ἔχουσι Ἑσπερῖται.

In hoc Epigrammate pro ὀϊστοὺς alii legunt ἰοὺς, quod respectu significationis eodem rediret, si versiculi numerus hoc pateretur.

Ἑστίαια. Πολυστάφυλον θ' Ἑστίαιαν.] Ultima pars versiculi ex Homeri Boeotia est, sed quam libri editi male repraesentant, in iis enim legitur, πολυστάφυλόν τε Ἑστίαιαν, quod correximus. In plurimis Homeri editionibus scribitur Ἱστίαιαν, quae scriptura magis est Ionica, uti volunt Stephanus, Eustathius et alii. Verum hac de re, cum ad vocem Ἱστίαια pervenerim.

— Ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα.] In omnibus libris tam editis quam vulgatis hic locus mutilus circumfertur: nemo non videt hic desiderari nomen illud femininum, quo Thessalica illa pars sit insignienda. Legendum itaque: ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, καὶ θηλυκὸν Ἑστιαιῶτις, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα· καὶ Ἑστιαιεύς.

Ἐταεῖς, διὰ διφθόγγου, ὡς Διπεδιεῖς.] Hoc loco librarii partes suas non bene gesserunt, forte rescribendum Ἐταιεῖς: nam in medio diphthongus collocanda est, si alibi. Praeterea illud Διπεδιεῖς satis sanum non est, nam eandem coniunctionem in medio desiderat. Fortassis reponendum Διπαιεῖς, de quo videbis suo loco.

358 Ἐτεωνὸς, πόλις Εὐβοίας.] Non puto Stephanum geogra-
a phiae tam imperitum extitisse, ut hanc urbem, quae in Boeotia

erat, Euboeae adscripserit, contra Homeri, Strabonis aliorumque geographorum auctoritatem. Praestaret itaque, invitis omnibus libris et editionibus, τὸ *Εὐβοίας* obelo confodere, et τὸ *Βοιωτίας*, iniuria temporum et librariorum deturpatum, heic inserere. Strabo lib. IX. in Boeotiae descriptione: *Ὁ Ἐτεωνὸς δὲ Σκάρφη μετωνομάσθη· καὶ αὕτη δὲ τῆς Παρασωπίας.* Apud Hesychium legimus: *Ἐτεὼν, πόλις Βοιωτίας.* Urbis nomen hoc loco alia terminatione gaudet, quam non temere reiecerim; imo vereor, ne ita olim scripserit Stephanus: nam infra habet: *Τὸ ἐθνικὸν, Ἐτεώνιος, ὡς Σικυώνιος.* Ultimum gentile non fit a *Σικυωνὸς*, sed a primitivo *Σικυὼν*, ergo etiam ab *Ἐτεὼν* non incommode *Ἐτεώνιος* deducitur. Praeterea notum est, Hesychium passim Homerum interpretari, atque eius vocabula lexico suo inseruisse. imo ipsa metri lex non turbaretur, si apud Poëtam legeris

—— *πολύκνημόν τ' Ἐτεῶνα.*

— *Ἀπὸ Ἐτεωνέως.*] Eustathius ad Iliad. *Β. ἀπὸ Ἐτεωνοῦ.* Verum quia huius genealogia accurate ab Archiepiscopo recensetur, eius verba transcribam: *Ἐτεωνὸς δὲ, ἐκλήθη μὲν ὕστερον καὶ Σκάρφη, καλουμένη ἀπό τινος Ἐτεωνοῦ· ὃς Βοιωτοῦ μὲν ἦν ἀπόγονος, πατὴρ δὲ Ἐλεῶνος· κεῖται δέ φασιν ἐπὶ λόφου περί που Ἀσωπὸν ῥέοντα ἐπὶ τοῦ πρὸ Θηβῶν πεδίου.*

Εὖα, πόλις Ἀρκαδίας.] Pausanias Argivorum pagum hoc nomine agnoscit; Polybius vero collem non procul a Sellasia Laconicae, eum vide lib. II.

— *Εὐαῖος.*] Apud Goltzium in veteri numismate haec legitur inscriptio: *ΕΥΑΙΩΝ.*

Εὔβιοι.] Sic reposuimus, suadentibus MSS. et ipsa ratione.

— *Ἐν τῷ περὶ Ἀρβαξανῶν.*] Pessime omnes editi: *ἐν τῷ περὶ Ἀρταξανῶν.* Quod iam edimus longe praeferendum, imo vera vetusque lectio, quanquam loco a Stephano citato hodie Eubiorum memoria non inveniatur. Vide nostrum in *Ἰψίκουροι*, ubi allegat Theopompi verba ex lib. XLIII. quae hunc in modum emendavimus: *ἣν ἐνέμοντο πρότερον Ἰψίκουροι, καὶ Ἀρβαξανοί, καὶ Εὔβιοι, Λίγυες τὸ γένος.*

Εὔβοια. Μία τῶν ἑπτά.] Septem maximae interioris maris insulae a geographis recensentur, quas inter Euboea quintum locum obtinet, testatur hoc Alexius Comicus apud Const. Porphyrog. lib. II. de Them.

Τῶν ἑπτὰ νήσων, ἃς ἔδειξεν ἡ φύσις
Θνητοῖς μεγίστας, Σικελία μὲν, ὡς λόγος,
Ἐστὶ μεγάλη, καὶ δευτέρα Σαρδώ· τρίτη
Κύρνος· τετάρτη δὲ, ἡ Διὸς Κρήτη τροφός·

[redacted]

Εὔβοια πέμπτη στεινοφυής· ἕκτη Κύπρος·
Λέσβος δὲ τάξιν ἑβδόμην λαχοῦσ' ἔχει:

Has insulas alio ordine enumerat Diod. Siculus lib. v. de Balearibus loquens: *Τούτων δὲ ἡ μείζων μεγίστη πασῶν ἐστι μετὰ τὰς ἑπτὰ νήσους, Σικελίαν, Σαρδώ, Κύπρον, Κρήτην, Εὔβοιαν,*
358 *Κύρνον, Λέσβον.* Alium quoque ordinem tenet Scylax, Sardi-
b niam septem insularum maximam statuens, eum videsis in interni maris Periplo. Non male tamen Diodorus Cyprum Euboea maiorem statuit, hac in re aliis consentiens: Herodot. lib. v. *Ἐντεῦθεν δὲ ὁρμεώμενος εὐπετέως ἐπιθήσεαι Εὐβοίῃ νήσῳ μεγάλῃ τε καὶ εὐδαίμονι, οὐκ ἐλάσσονι Κύπρου.* Idem quoque Strabo asseverat ex Timaeo libro xiv. et speciatim dicit, Cypri circuitum esse stadiorum trium millium, quae insuper ab Agathemero quadringentis et viginti augentur. Verum insulae maiores, ubicunque in orbe terrarum sint sitae, a geographis in tres classes distribuuntur. Prima continet maximas, inter quas Taprobane, sive Salice, Albion et Hibernia: secunda proxime dictis minores, inter quas Sicilia, Sardinia, Cyprus, Creta, Euboea. Inter reliquas, quae sunt quasi tertiae magnitudinis, referunt Corsicam, Lesbum, et denique Rhodum. Adeo ut Agathemerus non septem, sed octo maris interni maiores insulas statuat; nam Rhodus apud alios geographos in censum non venit. Locum vide lib. ii. Geog. cap. viii.

—, *Περιμήκης, ἡ καὶ Μακρίς.*] Testatur Agathem. Euboeae longitudinem esse cIↃ Iↄcc stadiorum: locum ipsum, quia mendarum non est immunis, emendatum huc transcribam: *Ἡ δὲ Εὔβοια γεφύρᾳ πρὸς τὴν Βοιωτίαν ἔζευκται· παρατείνει δὲ Βοιωτίδα, Φωκίδα, Λοκροὺς, ἐκ δὲ θατέρου ἐπὶ ποσὸν καὶ τὴν Ἀττικήν. Ἔστι γὰρ μακρὰ, διὸ Μακρὶς ὠνομάσθη, μῆκος σταδίων α ψ'.* Stadiorum numerum non mutavi, vehementer mihi suspectum: nam Strabo lib. x. perhibet Euboeam in longitudinem cIↃ cc stadiorum extensam esse, ita enim ille: *Παραμήκης μὲν τοίνυν ἐστὶν ἡ νῆσος ἐπὶ χιλίους σχεδόν τι καὶ διακοσίους σταδίους ἀπὸ Κηναίου πρὸς Γεραιστόν.* Plinius Straboni consentit lib. iv. cap. xii. *Nusquam latitudinem ultra* xl. m. *pass. extendit, nusquam intra* xx. m. *contrahit: sed in longitudinem universae Boeotiae ab Attica Thessaliam usque praetenta in* cl. m. *pass.* Optimus inter hos consensus me movet, ut in Agathem. rescribendum existimem α β'. Nam cl. m. pass. Plinii, stadia cIↃ cc conficiunt. Propter hanc igitur situs longitudinem insula haec *Μακρὶς* dicebatur: Strabo lib. iam citato: *Διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Μακρὶς ὠνομάσθη.* Nominis etymon etiam explicat Socratis discipulus apud Aristoph. in Nubibus.

— Ἡ δέ γ' Εὔβοι', ὡς ὁρᾷς
Ἡδὶ, παρατέταται μακρὰ πόρρω πάνυ.
Strep. Οἶδ'· ὑπὸ γὰρ ὑμῶν παρετάθη, καὶ Περικλέους.

Locum hunc adduco, ut ex ultimis verbis corrigantur commentaria Eustathii ad Dionys. de situ orbis, hunc locum producentis: Ὅτι Εὔβοια νῆσος μία τῶν ὑμνουμένων ἑπτὰ, ἡ καὶ Μακρὶς ὀνομασθεῖσα· Μακρὶς, διὰ τὸ τῆς θέσεως ἐπίμηκες· οὕτω γάρ πως παραμήκης ἐκτέταται· διὸ καὶ δέδωκε τῷ Κωμικῷ λαβὴν σκώμματος ἐν τῷ, ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρατέταται καὶ Περικλέους. Pessime hic ἡμῶν pro ὑμῶν legitur, quod clarissime liquet ex ratione, quam mox allegat Eustathius: Ὡς τῶν Ἀθηναίων ἐπιτεινάντων ποτὲ τοὺς φόρους αὐτῇ.

— Ἡρόδοτος.] Quid huc faciat huius scriptoris nomen, 359
equidem non video, cum neque praecedentia, neque sequentia a
ex illo desumpta sint. Fortassis in genuino opere noster Herodoti testimonio usus est, quod Epitomator expunxit, duntaxat scriptoris nomen retinens. Si noster aliquem Herodoti locum respiciat, istum fuisse coniicio, quem p. 358. ex lib. v. produximus.

— Τόπος ἐν Ἄργει.] Fortassis legendum, λόφος ἐν Ἄργει, quam lectionem confirmant vulgati Strabonis codices lib. x. ubi etiam de Euboea Macedonica fit mentio. verba addam, quia Stephanum illustrant: Τῶν δ' ἐκ Τροίας ἐπανιόντων Εὐβοέων τινὲς εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσόντες Ἄβαντες, οἴκαδε διὰ τῆς Μακεδονίας περὶ Ἔδεσσαν ἔμειναν, συμπολεμήσαντες τοῖς ὑποδεξαμένοις, καὶ ἔκτισαν πόλιν Εὔβοιαν. Deinde sequitur: Καὶ ἐν Λήμνῳ τόπος ἦν Εὔβοια, καὶ ἐν τῷ Ἄργει λόφος τις. Hic Phido Argivus nummos primus percussit, teste Etymologici Mag. Auctore: Εὐβοϊκὸν νόμισμα· ἐπειδὴ Φείδων ὁ Ἀργείων βασιλεὺς, ἐν Εὐβοίᾳ χωρίῳ τοῦ Ἄργους, πρῶτος ἔκοψε χρυσὸν νόμισμα· ὠνόμασται δὲ τὸ χωρίον ἀπὸ Εὐβοίας τροφοῦ τῆς Ἥρας.

— Ἄβαντες.] Libri omnes Ἀμάντες, quae est barbarica mutatio, teste Stephano in Ἀβάντις, cuius locum si consulueris, operam non perdes.

— Εὐβοιΐς.] Apud Euripidem in Electra occurrit femininum Εὐβοΐς, quod non incommode deducitur ab Εὐβοεύς.

Νηρῇδες δ' Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαν.

Inter Grammaticos acris satis et vehemens viget disputatio, utrum gentile nomen sit Εὐβοιεὺς et femininum Εὐβοιΐς, an vero Εὐβοεὺς et Εὐβοΐς. Vide hac de re Etymologici Mag. Auctorem in Εὔβοια et Εὐβοΐς, ubi canones ex Oro vetere artigrapho, et aliis alleguntur. Noster utriusque usum videtur admittere, scil. Εὐβοιεὺς et Εὐβοεὺς, et apud antiquos Graecos utrumque usurpari,

evolventibus manifeste liquebit; quanquam numismata constanter exhibeant *ΕΥΒΟΙΕΩΝ*, non vero *ΕΥΒΟΕΩΝ*.

— *Φυλάττει τὴν παραλήγουσαν.*] Particula negativa heic excidit, legendum enim, *οὐ φυλάττει τὴν παραλήγουσαν*. Sic enim sensus optime constabit.

— *Ἔδει γὰρ Ἀλεξανδρειεύς.*] In vulgatis haec verba non conspiciuntur, quae tamen Vossiani codicis beneficio addidimus. Videsis quae diximus ad vocabula *Αἴλια*, *Ἀλεξάνδρεια* et *Δυσπόντιον*.

— *Ἔστι καὶ Εὐβοεικὸς κτητικόν.*] Non est improbanda haec possessivi forma, nam plurimorum possessivorum penultima in *I* desinit, exceptis vocibus *Κεραμεικὸς*, *Εὐβοεικὸς*, *Δαρειχὸς καὶ Δεκελεικὸς*, ut perspicue docet Etymologus in voce *Αἰδοῖος*.
359 Apud Herodotum in Thalia aliquoties occurrit: *Τὸ Εὐβοεικὸν*
b *τάλαντον*, *Εὐβοεικὰ τάλαντα*, *Εὐβοεικῶν ταλάντων*. Tamen rationem non video, quare *Εὐβοϊκὸς* reiici posset, eo enim utitur Strabo lib. III. *Τῶν δὲ ἀγορευόντων τῶν ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον ἐξαιρόντων.* Istud quoque agnoscit alio loco Etymologus, cuius verba ad hanc sectionem p. 359. a. citavimus.

Εὐδείπνη.] Dubitat Cl. Bochartus, an *Eudipne* non sit eadem insula, quae a Libybus *Oudenoë* vocabatur, de qua Stephanus in voce *Ἰστὸς*, *νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη ὑπὸ Λιβύων*. Verum alii de hac insula tacentes, etiam nobis nihil dicendum suppetit.

Εὐέλγεια. Εὐελγεύς.] In omnibus editis male legitur *Εὐελγεεύς*.

— *Στράβων.*] Libri numerus in omnibus codicibus reticetur: Euergetarum tamen fit mentio apud Geographum in itinere Alex. Mag. lib. XV, quem locum noster respicit: *Εἶτ᾽ ἐκ Δραγγῶν, ἐπί τε τοὺς Εὐεργέτας ἧκεν, οὓς ὁ Κῦρος οὕτως ὠνόμασε.*

Εὐεργέται. Ὃ καὶ Ἀριμασπῶν ἐλέγετο.] Ita omnibus in libris erat excusum, cum ex mente auctoris fortassis legendum sit, *ὃ καὶ Ἀριμασποὶ ἐλέγετο*. Interim cave credas, sic legendo veritatem huic loco restitui: nam *Arimaspi* olim non sunt appellati *Euergetae*, sed *Ariaspae* vel *Agriaspae*, qui propter collata in Cyrum beneficia hoc nomine insigniebantur. Arrianus lib. III. *Ἀφικνεῖται ἐς τοὺς πάλαι μὲν Ἀγριάσπας καλουμένους* [illegible] *δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρῳ τῷ Καμβύσου* [illegible] *βοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως.* Curtius lib VII. *Ita* [illegible] *iubet in Agriaspas, quos iam nunc mutato nomine* [illegible] *pellant, ex quo frigore victusque penuria Cyri* [illegible] *tectis et commeatibus iuverant.* Quibus in locis [illegible]

ex vetustis codicibus et editionibus *Ariaspas* praeferunt, eosque sic vocatos opinantur ab urbe *Ariaspa*, quam Ptolemaeus in Drangiana collocat. Unus Diodori locus turbas facit, ubi hodie hunc in modum legitur: *Ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, καὶ τὰ κατὰ τὴν Δραγγινὴν καταστήσας, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς πρότερον μὲν Ἀριμασπούς, νῦν δ' Εὐεργέτας ὀνομαζομένους.* Vel Diodorus, literarum affinitate deceptus, toto coelo erravit, vel librarii huic voci fraudem fecere, cum apud eum sine dubio rescribendum sit *Ἀριάσπας* vel *Ἀγριάσπας*: nam Arimaspi, teste Stephano, gens est Hyperboreorum, et in Scythia Europaea a geographis ponuntur; qui quam immenso spatio ab Ariaspis Arriani et Curtii distent, omnes norunt, qui geographiam de limine salutarunt. De iis potissimum legantur Herodotus lib. III. et IV. Dionysius de situ orbis, et in eum Eustathius aliique. Apud Herod. in Melpomene legimus: *Παρὰ δὲ Σκυθέων ἡμεῖς οἱ ἄλλοι νενομίκαμεν, καὶ οὐνομάζομεν αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς· ἄριμα γὰρ ἓν καλέουσι Σκύθαι, σποῦ δὲ τὸν ὀφθαλμόν.* Eustathius 360 a hunc Herodoti locum citat, verum paullo aliter: *Ἀρὶ μὲν γὰρ τὸ ἕν, Σκυθιστὶ, μασπὸς δὲ, ὁ ὀφθαλμός.* Uter eorum sit corrigendus, amplius deliberandum censeo: hoc saltem videmus et monstramus, alibi latere vitium.

— *Ἐκεῖ γὰρ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς, χειμῶνος πνεύσαντος, διασωθῆναι τὸ σκάφος.*] Librorum MSS, opera hic locus iam multo elegantior atque nitidior in lucem venit: nam in editis male hoc modo concipitur: *ἐκεῖ γὰρ τοὺς Ἀργοῦς χειμῶνος πνεύσαντος διασωθῆναι καὶ οὕτω κληθῆναι.* Sed quid audio? Putasne lector, Argonautas tempestate vel ad Ariaspas, vel ad Arimaspos delatos, atque ob beneficium in recipienda Argo, ab illis Euergetas dictos fuisse? Haec profecto ab historiae veritate, quam ex Arriano et Curtio in medium adduximus, longissime sunt remota. Quotquot Argonautarum navigationem descripsere, neque de hac tempestate, neque de Euergetis mentionem faciunt; quare Stephanum hic insigniter lapsum existimo.

Εὐεσπερίδες.] Theophrastus lib. VI. cap. III. de Caserpico: *Τὰ πλείονα δὲ γενέσθαι περὶ τὴν Σύρτιν ἀπὸ τῶν Εὐεσπερίδων.* Sic etiam Herodotus numero multitudinis hanc vocem usurpavit, ita enim ille lib. IV. *Οὗτοι ὑπὲρ Βάρκης οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν κατ' Εὐεσπερίδας.*

— *Εὐεσπερίτης.*] Reperitur hoc gentile apud Pausan. in Messen. ubi refert Lacedaemonios e Naupacto eiecisse Messenios, quorum maxima pars se in Libyam contulit: *Τὸ πλεῖστον δὲ αὐτῶν ἐς τὴν Λιβύην ἀφίκετο, καὶ Λιβύης ἐς Εὐεσπερίτας· οἱ γὰρ Εὐεσπερῖται πολέμῳ κακωθέντες ὑπὸ βαρβάρων etc.*

[redacted]

Εὐθηναί. Εὐθηνίτας.] Videtur hoc gentile prae caeteris eligendum, cum etiam Goltzius nummum adducat eum inscriptione *ΕΥΘΗΝΙΤΩΝ*. Oppidum in Caria situm est non procul ab Halicarnasso: Pomp. Mel. *Euthane* dicitur, ita enim ille lib. I. cap. XVI. *Gnidus in cornu peninsulae; interque eam et Ceramicum sinum in recessu posita Euthane.*

Εὐκαρπία. Ὅσον ἅμαξαν ἀπ' αὐτοῦ σχισθῆναι κατὰ μέσον.] Bene iudicat de hoc Metrophanis loco Cl. Vossius de Theol. Gent. Vel de papyro currum istum aetatem fecisse puerilem; vel non magnitudine uvae, sed mendacii crepuisse medium. Ex-
360 titere tamen uvae et palmites inusitatae magnitudinis. Plinius lib.
b XIV. cap. I. *Uvas magnitudinem infantium puerorum in interiore Africae parte exsuperare.* Locus quoque in hanc rem egregius est in Pentateucho Num. XIII. ubi narratur, exploratores e terra promissa attulisse palmitem abscissum cum uva sua, quem portabant in vecte viri duo. Digna sunt profecto, ut legantur, quae super illo loco habet Philo Iudaeus tractatu de Vita Mosis.

— *Εὐκαρπία φρούριον Σικελίας.*] Apud Cluverium et alios geographiae peritos munimentum hoc nomine invenire hactenus non potui. Cl. Meursii suspicionem probare non audeo, censentis olim a Stephano *ΥΚΚΑΡΑ* exaratum fuisse, et sciolos librarios, veterem hunc adspiratae scribendae morem ignorantes, in *Εὐκαρπία* mutasse. Coniectura haec minime est admittenda, nisi quis dicat, primam huius sectionis vocem etiam sic debere emendari. Cum itaque constet, istius minoris Phrygiae pagi verum nomen esse *Eucarpia*, et Stephanum solere, si plura eiusdem nominis loca apud veteres inveniantur, eadem sectione omnia complecti atque enumerare, non possum quin statuam, nostrum, ut saepe alias, in vitiatum Timaei codicem incidisse, in quo erat *Εὐκαρπία* pro *Ὕκκαρα*.

— *Ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις.*] Id est, *ἐν τοῖς συγγραφομένοις τοῦ Τιμαίου ἱστοριῶν βιβλίοις*. Scripsit enim Timaeus historiarum libros, cuius tertius decimus ab Athenaeo citatur lib. VII. ubi de origine Hyccarorum Siciliae disserit. illa duntaxat appingam, quae ad Laïdem meretricem spectant, quae non lib. VII. sed XIII. inveniuntur: *Λαΐδος τε ἐξ Ὑκκάρων, πόλις δ' αὕτη Σικελική, ἀφ' ἧς αἰχμάλωτος γενομένη ἧκεν εἰς Κόρινθον.* Deinde ex Nymphodoro addit: *Νυμφόδωρος δ' ὁ Συρακούσιος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ θαυμαζομένων, ἐξ Ὑκκάρου φησὶ Σικελικοῦ φρουρίου εἶναι τὴν Λαΐδα.* Male emendat Meursius *ἐξ Ὑκκάρων*: nam numero singulari *Ὕκκαρον* et multitudinis *Ὕκκαρα* dicitur, quemadmodum promiscue Athenaeus et alii hanc vocem usurparunt.

— *Κορινθίαν.*] Sic appellatur a loco, quo fuit abducta, et

ubi vitam finiit. Quia autem Corinthus Ephyra olim vocabatur, illa a poëtis *Ephyrea* dicta est. Claudianus lib. I. in Eutrop.

Ephyreïa Lais e gemino dita mari.

— Ἀλλὰ Ναΐδα.] Disputarunt olim veteres, utrum *Laïs*, an vero *Naïs* sit dicendum, quod liquet manifestissime ex Harpocratione, τὸ Λαῒς ex aliis auctoribus improbante: Ναΐς, ἑταίρα τίς· Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου, εἰ γνήσιος, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ. Μήποτε δὲ καὶ ἐν τῷ Πλούτῳ φησὶν ὁ κωμικός· ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διά σε Φιλωνίδου. γραπτέον τὴν διὰ τοῦ ν Ναΐς, καὶ οὐ Λαῒς, ὡς καὶ Ἀθήναιος ἐπισημαίνεται. Hinc itaque liquet, quomodo in Aristophane et Athenaeo legendum, quanquam nunc passim Λαῒς obtineat. 361

— Ὑκκαρικόν.] Ita rescribendum placuit pro Καρικὸν, quod mendum omnes editos occupabat, quanquam aliquoties a viris doctis tanquam spurium eiectum. Testantur scriptores unanimiter, Laïdem non fuisse genere Corinthiam, sed Hyccaricam, ex oppido Siciliae quod Hyccara, sive Hyccarum dicitur, sed quae tempore Alcibiadis et Niciae, excisis Hyccaris, inter captivos sub hasta vendita in Peloponnesum deportabatur. Plutarchus in Nicia: Πράξας οὐδὲν, ἢ καταστρεψάμενος Ὕκκαρα, βαρβαρικὸν χωρίον· ὅθεν λέγεται καὶ Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ἔτι κόρην, ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις πραθεῖσαν, εἰς Πελοπόννησον κομισθῆναι. Idem in Alcibiade: Ταύτης (scilicet Timandrae) λέγουσι θυγατέρα γενέσθαι Λαΐδα, τὴν Κορινθίαν μὲν προσαγορευθεῖσαν, ἐκ δὲ Ὑκκάρων Σικελικοῦ πολίσματος, αἰχμάλωτον γενομένην. Vide praeterea Pausaniam in Corinth. et Stephanum in voce Ὕκκαρον. Neanthes tamen libro de viris illustribus censet, eam in urbe Crasto natam esse, cuius opinio apud nostrum in voce Κραστὸς invenitur.

— Συνέσιος.] Haec desumpta sunt ex Epistola III. ad Euoptium fratrem, ubi haec leguntur: Ἡ γὰρ Λαῒς ἔφη τὶς ἤδη λογογράφος, ἀνδράποδον ἦν Ὑκκαρικὸν, ἐκ Σικελίας ἐωνημένον.

— Εὐκαρπιανός.] Male in omnibus vulgatis legitur Εὐκαρπιακός, quod profecto non gentilis, sed possessivi formam habet. Quot modis Siculi sua forment gentilia abunde diximus pag. 3.

Εὐκρατιδία.] Nobis non placebat scriptura priorum editionum, in quibus Εὐκρατίδα excusum est. Illud mutavimus in Εὐκρατιδία, auctoritate Strabonis inducti, quem testem citat: Τούτων δ' ἦν καὶ Εὐκρατιδία τοῦ ἄρξαντος ἐπώνυμος. Ita quoque hanc urbem nominat Ptol. lib. VI. in Bactrianae descriptione. Illud vero, quod apud nostrum sequitur, παρὰ τὸν Εὐκρατίδαν, in libris editis menda non carebat, cum τὴν Εὐκρατίδαν legeba-

[redacted]

tur. Potentissimus erat hic Eucratides, narrant enim ipsum M urbes sub se habuisse. Strabo lib. xv. *Εὐκρατίδαν γοῦν πόλεις χιλίας ὑφ' ἑαυτῷ ἔχειν.* Idem ille est de quo Iustinus lib. xli. *Eodem ferme tempore, sicuti in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides, magni uterque viri, regna ineunt.* Hic cum magna virtute plurima bella gessisset, tandem a filio, quem regni socium fecerat, interficitur.

Εὐμένεια, πόλις Φρυγίας.] Non longe abfuit haec civitas
861 ab Apamea, quae *Κιβωτὸς* cognominatur; viciniores tamen ha-
b buit Amorium et Synnada, ut patet ex Strabone lib. xii. Regio urbi circumiacens Eumenetica dicitur Plinio lib. v. cap. xxix. *Apamenam primum pervagatur* (scil. Maeander) *regionem, mox Eumeneticam.*

— *Ἀπὸ Εὐμενοῦς τοῦ Φιλαδέλφου.*] Ut sensus esset perspicacior, τὴν τελειοστιγμὴν ante ἀπὸ collocatam expunxi. Deinde illud *Φιλαδέλφου* non est construendum cum *Εὐμενοῦς*, sed Attalo applicandum, qui ob insignem erga fratrem Eumenem amorem hoc nomen meritus est, ut manifeste liquet ex Polyb. de Virt. et Vit. *Τοῦτο δ' ἐποίει πεπεισμένος μεγίστην μὲν ἂν ἐκείνῳ ταύτην χάριν προσενέγκασθαι, μάλιστα δ' ἂν τὸ φιλάδελφον καὶ γενναῖον τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως ἐναποδείξασθαι τοῖς Ἕλλησι διὰ ταύτης τῆς πράξεως.* Ad quem locum vide Valesium, idem ex Marciano Heracleota et Strabone docentem.

— *Ὕλλος.*] In libris editis legebatur: ἢ *Ὕλλας καλῶς μένας.* Hinc illustris Scaliger ad Eusebium male opinatus est, olim Eumeniam Hyllas fuisse vocatam. *Ὕλλας* vox est nihili, quamque auctoritate scriptorum codicum emendavimus: *Ὕλλος* vero mythologiae doctoribus est cognitissimus, qui perhibent eum Deïanirae filium natu maximum fuisse.

— *Καρίας.*] Huius meminit Plinius lib. v. cap. xxix. *Fuit in eo tractu et Maeandropolis. Est Eumenia Cludro flumini apposita, Glaucus amnis etc.*

— *Ὁ πολίτης, Εὐμενεύς.*] Adducit Cl. Spanhemius nummum cum inscriptione *ΕΥΜΕΝΕΩΝ ΑΧΑΙΩΝ.* Hinc liquet plures hoc nomine urbes extitisse, quam Stephanus enumerat.

— *Ἀπὸ Εὐμενείας.*] Aliquoties Stephanus exempla [illegible] huiusmodi formationis in medium adducit: eum vide in *Ἀγαθοῦ δαίμονος*, *Βάτη* et aliis in locis.

Εὔναι. Ποταμὸς Εὐναῖος.] Fortassis idem est [illegible], ab Etymologici Mag. Auctore *Εὔδωνος* dictus, in cuius ripa Labrandus et Panormus, et Palaxus sive Spalaxus iuxta oraculum in Cariam proficiscentes, incidentibus tenebris, dormiebant: παρὰ τὸ εὑδῆσαι οὖν, *Εὔδωνον τὸν ποταμὸν ὀνόμασαν.* Si fluvius hic

iuxta alios appelletur *Εὐναῖος*, ratio significationis est eadem: nam *εὐνὴ* est *ἡ κοίτη· παρὰ τὸ εὕδω εὐδίνη*, et per syncopen *εὐνή*, *ἐφ' ᾗ καθεύδομεν*. Plinio hic amnis *Eudon* dicitur lib. v. cap. xxix. *Alluitur Eudone amne, perfunditur Thebaide.*

— *Κυνούριοι.*] Ita rescribere visum fuit pro *Κυρούριοι*, quod omnes exhibent editi. Si quis Strabonem, Pausaniam, Thucydidem et alios, quos non nomino, consuluerit, de emendatione hac non ambiget.

Εὐπαλία, πόλις Λοκρίδος.] Bene docet Palmerius situm fuisse hoc oppidum non longe a Naupacto orientem et septentrionem versus: nam Eurylochus Delphis Naupactum profectus, Eupaliam in Naupactia sitam occupavit. Quod si ad occidentem Naupacti sita fuisset, ad Aetolos, non vero ad Lo- 362
cros pertinuisset. Vergebat etiam ad septentrionem: nam Nau- a
pactus mare ad meridiem habens, non potuit ibi Eupaliam habere.

Εὐπάτρια. Οἱ πολῖται Εὐπατρίδαι· μᾶλλον δὲ Εὐπατρεῖς.] Sic scribunt libri editi omnes: sed cod. Vossianus primum oppidani nomen non habet, legitur enim: *οἱ πολῖται, Εὐπατρεῖς.* Quin imo haec lectio adeo inepta non est, quin aliquomodo defendi possit, nam ab *Εὐπάτρια* melius *Εὐπατρῖται* vel *Εὐπατριάται* formari posset, nam *Εὐπατρίδαι* regularis forma non est. *Εὐπατρίδαι* proprie sunt nobiles sive patricii Athenienses, qui e regio sanguine originem ducunt Etymol. Mag. Auctor, *Εὐπατρίδαι ἐκαλοῦντο οἱ αὐτὸ τὸ ἄστυ οἰκοῦντες, καὶ μετέχοντες βασιλικοῦ γένους, τὴν τῶν ἱερῶν ἐπιμέλειαν ποιούμενοι· γεωργοὶ δὲ, οἱ τῆς ἄλλης χώρας οἰκήτορες· ἐπιγεώμοροι δὲ, τὸ τεχνικὸν ἔθνος.* Haec erat Thesei distributio. Primos voluit in civitate praestare dignitate: secundos usu, tertios numero. Hac de re etiam vide Diod. Siculum lib. I. et Plut. in Theseo. Sed appellative haec vox etiam sumitur pro nobilibus cuiuscunque regionis. Polyaenus lib. IV. Stratag. cap. de Antiocho Antiochi filio: *ἔχων σὺν αὐτῷ Θρᾳκῶν εὐπατρίδας πολλούς.* Intelligit nobiles in Thracia natos et autochthonas. Arrianus lib. IV. cap. XI. in Epict. *Πάντων τῶν εὐπατριδῶν καὶ πλουσίων ἀταραχώτερον διάγω.* Locus in hanc rem praestantissimus est apud Philonem lib. de Libert. ubi eos vocat *Ἀμφιθαλεῖς καὶ εὐπατρίδας, ὧν οὐ γονεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάπποι, καὶ πρόγονοι μέχρι τῶν ἀρχηγετῶν καὶ πρὸς ἀνδρῶν καὶ πρὸς γυναικῶν ἐπιφανέστατοι γενόμενοι.*

— *Ξάνθος ἐν γ' Λυδιακῶν.*] Sic exhibent priores editiones et MSS. quos sequimur, et eodem prorsus modo saepius citatur Xanthus in hac epitome. Xylandriana habet *Λυδικῶν*, quod omnino improbandum non est, nam saepissime auctores dicunt *Λυ-* 362
b

διxὰ pro Λυδιακὰ, Βιθυνικὰ pro Βιθυνιακὰ, et Μεσσηνικὰ pro Μεσσηνιακά.

Εὐπορία. Ἔκτησε.] Editiones priores et libri calamo exarati ἔκτισε. Verum quod sequimur in Xylandriana conspicitur, et omnino praeferendum.

Εὐπυρίδαι.] Nomen inde habere existimatur, quod ibi primum ignis fuerit inventus, teste Etymologici Mag. Auct. Εὐπυρίδαι, δῆμος Ἀθηναίων· ὅτι ἐν Ἀθήναις πρῶτον τὸ πῦρ εὑρῆσθαι φασὶ κατὰ τὸν δῆμον τοῦτον, τῆς ἐκλάμψεως αὐτοῦ γενομένης. Huius pagi etiam mentio est apud Hesychium. Populare nomen Εὐπυρίδης occurrit in epigrammate, quod in veteri saxo conspicitur:

Στῆσεν Ἀχίλωστος στήλην μεγακύδεσιν ἀστοῖς
Πατρὸς τοὔνομ' ἔχων, δήμοθεν Εὐπυρίδης.

— Πήληκας,] Codex Vossianus: Πήλικας,

Εὐρύαμπος.] Male Scholiastes in Lycophronem casum rectum huius nominis fecit Εὐρυάμπη, ita enim ille: τῶν Μαγνήτων, ἀπὸ πόλεως Εὐρυαμπῆς λεγομένης.

— Εὐρυαμπίων.] Vossianus MS. Εὐρυάμπιον.

Εὐρύηλος. Οὕτως ἡ ἀκρόπολις.] Pessime hactenus omnes editiones repraesentarunt, οὕτως ἡ Μακρόπολις, ut bene iudicavit Cluverius, in cuius emendationem libri MSS. consentiunt. Hunc de situ et nomine lector consulat.

Εὐρυμεναί. πόλ. Θεσσαλ.] Proprie Magnetum urbs est, auctore Scylace, ita enim ille capite de Magnetibus: Ἔξω δὲ τοῦ κόλπου Παγασητικοῦ Μελίβοια, Ῥιζοῦς, Εὐρυμεναί, Μύραι.

Εὐρυτᾶνες, ἔθνος Αἰτωλικόν.] Satis diu hoc loco mendum omnes editiones obsederat, cum legeretur ἔθνος Ἰταλικὸν, quod nos, sic admonente Casaubono, correximus, et ipsa ratione postulante: nam maximam Aetoliae partem haec gens efficit,
863 teste Thucydide lib. III. Εὐρυτᾶνες, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν
a Αἰτωλῶν. Nomen habet ab Euryto quodam, testibus Aristotele et Nicandro apud Tzetzem in scholiis ad Lycophronem: Ἀριστοτέλης φησὶν ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ, Εὐρυτᾶνας ἔθνος εἶναι τῆς Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου, παρ' οἷς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Νίκανδρός φησιν Αἰτωλοῖς. De hac gente etiam legendus Strabo lib. x.

Εὔρωμος, πόλις Καρίας.] Sic omnes unanimiter hanc urbem appellant, quare Eurome apud Plinium in Cariae descriptione mihi suspectum est. De situ coniectare licet ex verbis Strabonis lib. XIV. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ καὶ τρεῖς εἰσι πόλεις ἀξιόλογοι, Μύλασσα, Στρατονίκεια, Ἀλάβανδα· αἱ δὲ ἄλλαι περιπόλιοι τούτων ἢ τῶν παραλίων, ὧν εἰσιν Ἀμυζὼν, Ἡράκλεια, Εὔρωμος, Χαλ-

[redacted]

κήτωρ. Sed de ultimis, quia in iis nihil memorabile, porro tacendum existimabat Geographus. Haec tamen urbs tantae olim fuit potentiae, ut alias circumiacentes urbes sub se habuerit, quod passim liquet ex Polybio, ubi perhibet Mylassenses Euromensium oppida cepisse, sic enim ille Leg. xciii. *Κατελάβοντο δὲ καὶ Μυλασσεῖς τὰς ἐν Εὐρώμῳ πόλεις*. Et paucis interiectis versibus: *Ἐπὶ δὲ τὰς ἐν Εὐρώμῳ πόλεις στρατεύσαντες, ἐνίκησαν μάχῃ Μυλασσεῖς*. Sic etiam Livius lib. xlv. testatur, *Mylassenses et Alabandenos Euromensium provinciam fuisse ademptos*. Praeterea eodem libro legitur: *Caunii descivere ab his, et Mylassenses Euromensium oppida occuparunt*.

— *Τοῦ Ἰδριέως Καρός*.] Stephanus in *Ἰδρίας, πρότερον Χρυσαορίς, ἀπὸ Ἰδριέως παιδὸς Καρός*.

— *Τὸ ἐθνικὸν Εὐρωμεύς*.] Aliquoties apud Polybium occurrit hoc gentile, quod Livius Latino ore dixit EUROMENSIS.

Εὐρώπη. Ἐκ τῆς Φοινίκης, θυγατρὸς τοῦ Ἀγήνορος.] Foedissimum, meo quidem iudicio, mendum hunc locum occupavit, quod codices calamo exarati non corrigunt, interim tamen auctorum omnium de Europae etymologia sententias vehementer turbans: nam quid insulsius cogitari posset, quam Europam a Phoenica, Agenoris filia, nomen accepisse. Verum uti Stephano in mythologicis versatissimo hunc errorem imputare nequeo, Epitomatorem oscitantiae et supinae negligentiae immunem non existimo. Fortassis olim legebatur, *Εὐρώπη, ἡ χώρα, ἐκ τῆς Εὐρώπης, θυγατρὸς τοῦ Ἀγήνορος*. Haec multorum est sententia; Festus: *Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum est appellari*. Servius ad lib. i. Aeneid. *Sane Europa Agenoris filia, a qua pars orbis nominata est*. Eustathius ad Dionysium: *Ὅτι Εὐρώπη ἡ χώρα ἐξ Εὐρώπης λέγεται, καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων φησί*. Et mox sequitur: *Ἀγήνορος δὲ αὕτη θυγάτηρ, ἣν ὁ τῆς Κρήτης βασιλεὺς Ταῦρος ἐληΐσατο, ναυμαχίᾳ τὴν Τύρον ἑλών*. Idem ex Herodoto et aliis adstrui posset. Verum cum in editis Stephani inveniatur *ἐκ τῆς Φοινίκης*, illud me movet suspicari, olim hunc in modum fuisse scriptum. *Εὐρώπη, χώρα,* 368
ἐκ τῆς Εὐρώπης τοῦ Φοίνικος θυγατρὸς, ἢ τοῦ Ἀγήνορος. Dubi- b
tant enim mythologiae doctores, utrum Europa Phoenicem, an Agenorem patrem habuerit. Apollod. lib. iii. *Ἀγήνωρ παραγενόμενος εἰς τὴν Εὐρώπην γαμεῖ Τηλεφάσσαν, καὶ τεκνοῖ θυγατέρα μὲν Εὐρώπην, παῖδας δὲ Κάδμον, καὶ Φοίνικα, καὶ Κίλικα· τινὲς δὲ Εὐρώπην οὐκ Ἀγήνορος, ἀλλὰ Φοίνικος λέγουσι*. Sic aperte Palaephatus perhibet eam Phoenicis filiam esse: *Φασὶν Εὐρώπην τοῦ Φοίνικος ἐπὶ ταύρου ὀχουμένην διὰ τῆς θαλάσσης ἐκ Τύρου*

εἰς Κρήτην ἀφικέσθαι. Utraque lectio igitur commode satis permitti posset. Sed quis interim tam felici coniecturandi genio pollet, ut ipsis verbis auctoris lacunam repleat, aut iam deperdita revocet?

— *Λέγεται καὶ Εὐρώπεια.*] Hac voce saepius utebantur poëtae, ut versui consulerent. Saepius occurrit apud Dionysium de situ Orb. *γαίης ὑπὲρ Εὐρωπείης* Et *τέρμα κιχήσεαι Εὐρωπείης*. Sic etiam Nicander poëma suum, quod Europae περιήγησιν complectebatur, inscripsit *περὶ Εὐρωπείας*, cuius quintum citat Stephanus in *Ἄθως*. Imo certum est τὸ *Εὐρώπη*, factum ἐκ τοῦ *Εὐρώπεια*, ut *Ὑψιπύλη Ὑψιπύλεια*, *Ἀπάμη Ἀπάμεια*, *Πηνελόπη Πηνελόπεια*, *Λαοδίκη Λαοδίκεια*, *Ἐρήμη Ἐρήμεια*, *κωλόνη κωλόνεια* etc.

— *Ὁ οἰκῶν, Εὐρωπαῖος.*] Satis frequenter occurrit hoc gentile in antiquorum scriptis. Etymologici Mag. Auctor: *Καὶ Εὐρωπαῖος· καὶ οὐδετέρως τὰ Εὐρωπαῖα· καὶ θηλυκὸν, Εὐρωπαΐς.* Usus est tamen Chronici Alexandrini auctor *Εὐρωπειος*, nisi statuamus a mala manu esse: *Ἀπήγαγεν δὲ τὴν Εὐρώπην εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα ὁ Ταῦρος, ἥν τινα καὶ γυναῖκα ἔλαβεν, οὖσαν παρθένον καὶ εὐπρεπῆ, καὶ ἐκάλεσε τὰ μέρη ἐκεῖνα εἰς ὄνομα αὐτῆς Εὐρώπεια.* Malim ego *τὰ μέρη Εὐρωπαῖα*. Nisi quis statuat substantivum esse pro *Εὐρώπη*.

Εὐρωπός. *Ἀπὸ Εὐρώπου.*] Europi meminit Iustinus lib. VII. *Ex alio latere in Europa regnum Europus nomine tenuit.* An ab illo appellationem urbs acceperit, iam non definio. Urbis memoria reperitur apud Strabonem lib. VII. Ptol. in Macedoniae descriptione, Etymol. Mag. Auctorem in *Εὐρώπεια*, et Const. Porphyrogennetam Them. Secund. Macedoniae. Ager urbi circumpositus *Europia* vocatur a Dionysio Halicarnasseo lib. *Ἐπειδὰν κατεσκευάσθη τὸ ναυτικὸν αὐτῷ, διέπλει τὸν Ἑλλήσποντον, ἐπὶ τῆς ἔγγιστα κειμένης χεῤῥονήσου τὸν πλοῦν ποιούμενος, ἣ πρόσκειται μὲν τῆς Εὐρωπίας, καλεῖται δὲ Παλλήνη.* Pessimo errore ibi *Εὐρώπης* legitur.

— *Συρίας ἄλλη.*] Videtur non longe abfuisse a Seleucia ad Tigrim, ut coniicimus ex Polybio lib. V. ubi Molo, Seleucia iam repetita, milites adhortatus est ut se porro accingerent ad caetera sua exsequenda, et addit Polyb. *καὶ τὴν μὲν παραποταμίαν μέχρι πόλεως Εὐρώπου κατέσχε, τὴν δὲ Μεσοποταμίαν ἕως Δούρων.* Scio tamen Ptolemaeum Europum ad Euphratem statuere, sed in parte Syriae, quae non longe a Zeugmate abest; et etiam alios inveniri, qui existimant Europum et Dura easdem esse civitates: nam sic Isidorus ait, Graecos solere Europum vocare, quae

364 a dicebatur Dura.

— Ἄλλη Καρίας.] Haec eadem est, quae supra *Euromus*, et a Plinio *Europe* appellabatur, et falsus est Stephanus, si existimat, diversa esse oppida, saepenumero enim τὸ μ vertitur in π, ut ὄμματα ὄπατα; μετὰ πετὰ etc. Praeterea idem satis liquet ex variis nominibus, quibus urbs insignita fuit, nam etiam Ἰδριὰς et Χρυσαορὶς olim dicebatur, ut videre licet apud nostrum illis in vocibus. Etymologici Mag. Auctor hanc quoque *Europum* vocavit. Εὔρωπος, πόλις Μακεδονίας· τὸ ἐθνικὸν, Εὐρωπαῖος· ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας· τὸ ἐθνικὸν ταύτης Εὐρώπιος, ὡς Ὠρώπιος.

— Ὠρώπιος.] In omnibus editis erat Ὠρόπιος, quod auctoritate veterum librorum mutandum censui.

Εὔταια, πολ. Ἀρκ.] Inoidi in Xenophontis editionem, in qua excusum erat *Εὔγαια*. Verba adscribam: Καὶ καταλαβὼν πόλιν ὅμορον οὖσαν Εὔγαιαν. Et deinde sequitur: Ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἐφαίνετο τῶν Ἀρκάδων, ᾖγε τὴν ταχίστην εἰς τὴν Εὔγαιαν. Pessime apud Pausaniam nominatur Εὐτάδον, ut bene observat Sylburgius. Existimo idem esse oppidum, quod Stephanus, Theopompi auctoritate inductus, Εὔγειαν supra appellavit. Hoc enim nostro familiarissimum est, ex diversa scribendi ratione etiam diversas regiones et urbes fingere; cuius rei iam exemplum observavimus ad vocem Εὔρωπος.

— Φωκαιεύς.] Male in editis Φωκαεὺς, quod mutavimus, ut responderet antecedentibus.

Εὔτρησις. Ἀμφίων.] Libri scripti exhibent Ἄμφισος.

— *Χρήσασθαι*.] Librarii hanc vocem depravasse videntur, quid enim ad etymologiam vocis Εὔτρησις faciat, nemo paullo humanior videbit. Legendum mihi heic persuadeo, διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν πρότερον τρήσασθαι ῥύμαις. Facem huic lectioni praebet Eustathius ad Hom. Iliad. *B.* cuius verba adscribam, quia nostrum pariter egregie illustrant: Ἡ δὲ Εὔτρησις ἐτίμα Εὐτρησίτην Ἀπόλλωνα, οὗ καὶ μαντεῖον ἐκεῖ ἔνδοξον· ἐκλήθη δὲ οὕτω, διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν ῥυμοταμίαις οἱονεὶ συντετρῆσθαι τεμνομένην εἰς ἀμφόδους συχνάς. Eustathius igitur habet συντετρῆσθαι, quod formatur a συντράω, pro quo noster simplici τράω usus est. Ab hoc vocis etymo non recedit Etymol. Mag. Auctor: Εὐτρήσιος, παρὰ τὸ τετρῆσθαι τὸν Αὐτόλυκον, ὁ Εὔπολις σκώπτει. Εὔτρησις, πόλις Ἀρκαδική. Verum cave fidem adhibeas verbis huius grammatici, nam Εὔτρησις non est Arcadiae sed Boeotiae oppidum, cum contra Εὐτρήσιος Arcadico solo adscribatur; sic Homerus ipse in Catalogo, et ad eam Eustathius, et sic quoque Strabo Eutresin in Boeotia statuunt. Suspectus est Scylacis locus inter Boeoticas civitates portum Εὔτρητον recensens, ita 364 b

enim ille ex emendatione Vossii: *Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοί εἰσιν ἔθνος καὶ πόλεις αἵδε· Κορσιαὶ, Σίφαι καὶ λιμὴν Εὔτρητος, καὶ τεῖχος τῶν Βοιωτῶν.* Hunc Holstenius eundem statuit in observationibus ad Ortelium, quem Homerus, Strabo et Stephanus *Eutresin* nominant: sed pedibus ire non possum in Cl. viri sententiam: nam praeterquam quod τὸ *Εὔτρησις*, quam scripturam auctores citati constanter tuentur, et *Εὔτρητος* terminatione multum discrepent, etiam situs longe est diversus. Nam *Eutresis* ab omnibus collocatur in mediterraneis, in via Thespiis Plataeas ducente, cum *Eutretus* a Scylace inter maritima oppida ad Corinthiacum sinum recenseatur. Illud Scylacis *Εὔτρητος*, vix crediderim censeri debere pro nomine proprio alicuius portus; videtur mihi appellativum, quo nihil aliud denotatur, quam Siphas habuisse portum, non unica duntaxat, sed pluribus fossis ornatum, quemadmodum etiam urbes ampliores non unica via, sed pluribus compitis, iisque *pertusis*, ut cum Persio loquar, sive perviis et ad alios vicos patentibus instruuntur. Hoc profecto Siphaeenses decebat, prae aliis habere portum ornatissimum, qui prae cunctis Boeotiis rei maritimae peritiam sibi a multis seculis vindicabant, praedicantes Tiphyn, cui Argus gubernacula credita sunt, suum indigenam fuisse, teste Pausania in Boeoticis. Sed praeterea aliquid latet in his Scylacis verbis, quae lectorem morari queant: Mirum mihi videtur, quod post Phocenses urbem *Corsias* collocet et inde Boeotiae descriptionem incipiat; cum *Corsiae* non ad mare Corinthiacum, sed prope fontes Platanii in parte Boeotiae septentrionali, quam deinde describit, sitae sint. Vel Scylax toto coelo erravit, vel pessime eum tractarunt librarii, nam manifeste legendum est: *Μετὰ δὲ Φωκεῖς Βοιωτοί εἰσιν ἔθνος, καὶ πόλεις αἵδε· Κρεουσία, Σίφαι καὶ λιμὴν Εὔτρητος.* Hanc lectionem confirmat Pausanias: *Πλέοντι δὲ ἐκ Κρευσίδος οὐκ ἄνω, παρὰ δὲ αὐτὴν Βοιωτίαν, πόλις ἐστὶν ἐν δεξιᾷ Θίσβη.* Sic quoque Ptolemaeus Boeotiam auspicatur. *Βοιωτίας· Σίφαι, Κρέουσα.* Quod autem in Scylace τὸ *Κρεουσία* reposuerim, feci auctoritate Strabonis, sic urbem vocantis lib. IX. et quia vulgatae lectioni magis respondet.

— *Τὸ γὰρ Εὐτρήσιον, πόλ. Ἀρκαδ.*] Libri manu exarati, *τὸ γὰρ Εὐτρήσιος.* Forte legendum *τὸ γὰρ Εὐτρήσιοι*: nam apud Xenophontem lib. VII. aliquoties hac terminatione occurrit: *Ἐν ταῖς συμβολαῖς τῆς τε ἐπ' Εὐκτρησίων, καὶ τῆς Ἐπαμινώνδου.* Et eodem ferme loco et pagina: *ὡς δ' ἐγένοντο ἐν τῇ ἐκ' Εὐκτρησίους ἐκτροπῇ.* Quibus in verbis τὸ *κ* utrobique videtur delendum: puto enim Stephanum illam designare urbem, quam illi qui habitabant, et eodem nomine gaudebat. Urbis nomen gentile

365 dum: puto enim Stephanum illam designare urbem, quam illi qui
a habitabant, et eodem nomine gaudebat. Urbis nomen gentile

saepe idem sunt, quod nemo in dubium vocabit in Ethnicographo paullulum versatus.

Εὐφρατὶς, ἡ Συρία.] Lectionem, quam divulgamus, exhibent Palatini codices: hanc quoque confirmat fluvii nomen *Εὐφράτης*, unde denominatio haec originem hausit.

— *Ἐλέγοντο καὶ αὐτὸς καὶ Ἀράξης,*] Aliam huius loci distinctionem nobis libri MSS. suppeditarunt, et quidem commodiorem et meliorem. In prioribus editionibus legebatur: *Εὐφραντὶς, ἡ Συρία, παρὰ τοῦ παρακειμένου ποταμοῦ ἐλέγετο αὐτὸς καὶ Ἀράξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας.* Hi fluvii, ex iisdem fontibus dimanantes, uti filii ex eodem utero, fratres appellantur. Strabo libro XI. *Τοῦ δὲ Μασίου ὑπέρκειται πολὺ πρὸς ἕω κατὰ τὴν Γοργοδυλινὴν ὁ Νιφάτης, εἶθ' ὁ Ἄβος, ἀφ' οὗ καὶ ὁ Εὐφράτης ῥεῖ καὶ ὁ Ἀράξης.*] Sic quoque Eustathius ex Geographo ad Dionys. Perieg. *Μετὰ δὲ τὸν ῥηθέντα Νιφάταν Ἄκος ὄρος, ἐξ οὗ ὁ Εὐφράτης τε ῥέει, καὶ ὁ προειρημένος Ἀράξης.* Verum male ibi *Ἄκος* pro *Ἄβος* scribitur, nam idem ille mons Plinio *Abas* dicitur lib. V. cap. XXIV. Sic fontes Asopis et Pegasis, quia similem suae scaturiginis caussam habere perhibentur, *ὕδατα ἀδελφὰ* in epigrammate appellantur, quod quia ineditum puto, huc transcribam:

Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πήγασις ὕδατ' ἀδελφὰ
Ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα κοδαρραγέα.
Χ' ὁ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκροκορίνθου
Ἔπληξ'· ὢ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη.

— *Εὐφρατίτης.*] In omnibus editis erat *Εὐφραντίτης.*

Εὐωνυμῖται, ἔθνος Αἰγύπτιον.] Euonymitae adeo vicini erant Arabiae, ut etiam pro Arabica gente ab aliis fuerit habita. Plinius lib. VI. cap. XXIX.: *A Syene Hieran Sycaminon* LIV *M. pass. Inde Tama* LXXV *M. pass. regionem Euonymitôn Aethiopum primam.* Ponuntur ab Agathemero post magnum Nili Catarracten ad occidentale fluvii latus, ita enim ille lib. II. cap. V. *Καὶ μετὰ τὸν μέγαν καταῤῥάκτην ἀπὸ μὲν δυσμῶν τοῦ Νείλου Εὐωνυμῖται, Σεβρίδαι* etc.

Ἔφεσος. Ἐπιφανεστάτη.] Iure meritoque insignitur a scriptoribus hoc epitheto, nam erat omnium urbium, quae sunt in Ionia, Metropolis: hinc saepissime in numismatibus antiquis hanc inscriptionem legimus, *ΕΦΕΣΙΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΑΣΙΑΣ,* quae passim apud Tristanum et alios reperiuntur. Solinus cap. XL. *Ephesos in ea urbs clarissima.* Et a Plinio *alterum lumen Asiae* vocatur l. V. c. XXIX. Smyrna Epheso erat aemula ratione situs, mercaturae, sed praecipue ratione conventuum, qui in illa frequentabantur. Hinc est, quod Anonymus in Periegesi totius

365 b mundi, Asiam minorem describens, tantum Ephesum et Smyrnam nominet: *Μεγίστας δὲ ἡ Ἀσία καὶ παρὰ θάλατταν πολλὰς μὲν ἔχει· ἐξ ὧν ὀνομάζειν δύο ἀναγκαῖόν ἐστιν, Ἔφεσόν τε, ἣ λιμένα ἐξαίρετον ἔχειν λέγεται· ὁμοίως δὲ Σμύρνα, καὶ αὐτὴ πόλις ἐπιφανής.*

— *Ἡρόδοτος δὲ Λυδίας αὐτήν φησι.*] Censeo nostrum hunc Herodoti locum lib. I. respicere: *Αὗται μὲν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταυτὰ διαλεγόμεναί σφι· αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ, Ἔφεσος, Κολοφὼν, Λέβεδος, Τέως* etc. Manifeste tamen Mela, Vel. Paterculus aliique Ephesum in Ionia collocant.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σμύρνα.*] Antiquis temporibus Ephesii et Smyrnaei una habitarunt, et haec causa est, quare Ephesus etiam Smyrnae nomen gesserit, quod Strabo lib. XIV. auctoritate Callini confirmat: *Ἦσαν γὰρ αὐτοῖς σύνοικοι τὸ παλαιὸν, ἡνίκα καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος. Καὶ Καλλῖνός που οὕτως ὠνόμασεν αὐτὴν, Σμυρναίους τοὺς Ἐφεσίους καλῶν ἐν τῷ πρὸς Δία λόγῳ.* Sed idem Geographus docet ex Hipponacte, partem quandam sive locum Ephesi Smyrnam vocatam fuisse: *Καὶ τόπος δέ τις τῆς Ἐφέσου Σμύρνα ἐκαλεῖτο, ὡς δηλοῖ Ἱππῶναξ· οἴκει δ' ὄπισθεν τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ, μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς.*

— *Σάμορνα.*] Hesych.: *Σάμορνα, οἱ δὲ Σαμορνία, ἡ Ἔφεσος.*

— *Τραχεῖα.*] Male in editis legitur *Τριχία*. Salmasianam emendationem in contextum recepi, nam apud Strabonem legimus partem aliquam oppidi sic appellatum fuisse: *Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο ἡ ὑπὲρ τὸν Κορισσὸν παρώρειος.* Haec pars postea ab Androclo oppido inclusa est. Athenaeus lib. VIII. ex Creophylo: *Καὶ διαβάντες οἱ Ἐφέσιοι ἐκ τῆς νήσου ἔτη κατ' αὐτὴν οἰκήσαντες τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κτίζουσι Τρηχεῖαν καὶ τὰ ἐπὶ Κορισσόν.*

— *Ὀρτυγία.*] Fuit hoc nomine ante Ephesum sylva, in qua fanum, in cuius adyto Latona enixa putabatur.

— *Πτελέα.*] In omnibus libris hic locus vitio laborat, scribitur enim *Πτελεῆς*, quod ego, iubente sic Eustathio, in *Πτελέα* mutavi, ita enim ille pag. 109. ad Dionys. ubi omnia Ephesi nomina recenset: *Τούτων δὲ βορειοτέρα ἡ Ἔφεσος, ἡ Τραχεῖα ποτὲ κληθεῖσα, καὶ Ὀρτυγία, καὶ Πτελέα.* Ipse Stephanus: *Πτελέα, πόλις· οὕτω γὰρ ἡ Ἔφεσος ἐκαλεῖτο.* Diversa [illegible] quae recensentur, urbis Ephesinae appellationes, loca [illegible] re diversa sic appellata, ut bene animadvertit Salmasius. Ptelea Ephesus appellatur ex eo, quod Amazones [illegible] Dianae celeberrimum, in trunco τῆς πτελέης, id est, [illegible] xerint, referente Dionysio de situ orbis:

366 a *Τῶν ἀμφοτέρων γε βορειοτέρην ἐσίδοιο* [illegible]

Παῤῥαλίην Ἔφεσον, μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης,
Ἔνθα θεῇ ποτὲ νηὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο,
Πρέμνῳ ἐνὶ πτελέης.

Ferme omnia nomina, quibus Ephesus Stephano nostro insignitur, etiam recenset Plinius lib. v. cap. xxix. cuius verba sic emendavit Salmasius. *Ephesus Amazonum opus, multis antea expetita nominibus, Alopes cum pugnatum apud Troiam est, mox Ortygiae et Samornas vocatae, et Smyrnae cognomine Trachiae, et Samonidae, et Pteleae.*

— *Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων.*] Nomen Amazonis, contra quam decuit, noster non exprimit: novimus tamen ex Etymologici Mag. Auctore, hanc *Ephesum* appellatam fuisse, atque Lyden Amazonem matrem habuisse. Alii vero perhibent, *Ephesum* Caystri fluminis filium urbi nomen dedisse, quod liquet ex Pausaniae Achaicis: *Κρῆσος δὲ αὐτόχθων τὶς καὶ Ἔφεσος, Καΰστρου δὲ τοῦ ποταμοῦ τὸν Ἔφεσον παῖδα εἶναι νομίζουσι, οὗτοι τὸ ἱερόν εἰσιν οἱ ἱδρυσάμενοι, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐφέσου τὸ ὄνομά ἐστι τῇ πόλει.* Sed praeter has appellationis origines, alias variasque commemorat Etym. M. Auctor, cuius verba huc transcribam: *Ἔφεσος, ἡ πόλις· ἀπὸ Ἐφέσου ἐκεῖσε καπηλεύοντος καὶ φιλοξενοῦντος τοὺς παριόντας καὶ πάντα λέγοντος πρὸς Ἔφεσον στέλλεσθαι· ἢ ἀπὸ Ἐφέσου Λυδῆς Ἀμαζόνος, ἣ πρώτη Ἄρτεμιν ἐτίμησε καὶ ὠνόμασεν Ἐφεσίαν· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος τοὺς οἰκοῦντας καὶ τὴν πόλιν κληθῆναι· ἢ ὅτι Θησεὺς συστρατεύσας Ἡρακλεῖ ἐπὶ τὸν Ἱππολύτης ζωστῆρα, ἐδίωξε τὰς Ἀμάζονας ἄχρι Λυδίας· κἀκεῖ καταφευγούσας ἐπί τινα βωμὸν Ἀρτέμιδος, δεῖσθαι σωτηρίας τυχεῖν· τὴν δὲ ἐφεῖναι αὐτοῖς* [rescribendum *αὐταῖς*] *τὴν σωτηρίαν· ὅθεν Ἔφεσον κληθῆναι τὸ χωρίον, καὶ τὴν Ἄρτεμιν Ἐφεσίαν.* Pervulgatior est opinio, quam ultimo loco noster tangit, scilicet *ἀπὸ τοῦ ἐφεῖναι* nomen invenisse, quoniam Diana Amazonibus salutem, quam ibi precabantur, concesserit et quasi immiserit, unde ipsa *Ephesia* nuncupata est. Recedit parumper ab hac opinione Eustathius, nam praeter illa de muliere *Epheso*, etiam tradit quosdam inveniri, qui existimant, Amazonas ab Hercule insequutas (quum mandato Eurysthei ad Hippolytae balteum quaerendum esset profectus) ad Dianae aram confugisse, atque ibidem *Ἄφεσιν veniam* impetrasse, indeque locum illum *Ἔφεσον* appellasse per alliterationem pro *Ἄφεσον.*

— *Προσπόλον.*] Sic quoque Eustathius in comment. iam 366
citatis. Libri MSS. *προπόλον*, quod tamen eodem redit. b

— *Ἀπὸ τῆς γυναικός.*] Eustathius olim hoc loco legebat *ἀπὸ τῆς θυγατρός*, quod manifestissime liquet in Comment. ad Dionysium: *Φασὶ δὲ τὴν τῆς Ἐφέσου πόλιν ἐν κοίλῳ τόπῳ οἰκι-*

σθεῖσαν τὴν ἀρχὴν, καὶ χειμῶνι κατακλυσθεῖσαν, ὑπὸ Λυσιμάχου μετατεθῆναι ἔνθα νῦν ἐστὶ, καὶ Ἀρσινόην κληθῆναι ἀπὸ Ἀρσινόης τῆς ἐκείνου θυγατρός. Stephani sententia mihi potior videtur: nam Lysimachus aetate iam provectior Arsinoen Lysandrae sororem sibi matrimonio iunxit, teste Pausania in Atticis, apud quem mox post hanc relationem sequitur: Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Λυσίμαχος αἴσθοιτο ὕστερον τὰ τολμηθέντα ὑπὸ τῆς γυναικός. Vide porro Iustinum et alios. Fuit quoque Lysimachus qui filiam Arsinoen habuit, ut idem Pausanias eodem libro auctor est; Οἱ δὲ οἱ παῖδες ἐγένοντο ἐξ Ἀρσινόης, οὐ τῆς ἀδελφῆς, Λυσιμάχου δὲ θυγατρός. Verum ita videntur mariti natura constituti, ut ampliores in uxorem honores, quam in filiam conferre soleant. Intelligo autem hoc loco Lysimachum Macedonem, Alexandri satellitem, quem rex ira incensus in eandem cum leone caveam coniecit. Hic cum bestiam ipse exanimasset, inter Macedonum optimos ab Alexandro habitus est. Post Alexandri excessum Thraciae Macedoniae finitimae imperavit, et cum Odrysis et Getis bellum gessit. Classe deinde in Asiam traiecit, et ibi Antigoni regno occupato, eam, quam Ephesii proximam mari incolunt, urbem condidit, in quam Lebedios Colophoniosque, urbibus eorum deletis, deduxit.

— Ταλαίνης.] Exhibent libri calamo exarati τάλαιναι, quod etiam stare posset, si quis ad νεφέλαι referre voluerit. Video quoque illam lectionem in Aldina et Florentina repraesentatam.

— Μακάρων.] In editis et scriptis nulla conspicitur variatio: quin et Henr. Stephanus in Anthol. Graecor. Epigramm. non aliter legebat: Salmasius tamen in Plin. Exercit. μακρῶν reponit, quam lectionem amplectendam censeo.

— Σαωτῆρες.] Ita reponere placuit ex MSS. Libri editi passime συντῆρες exhibebant: sed video quoque Henr. Stephanum veram lectionem agnovisse.

— Πολλὸν ἀοιδοτάτην.] Male in vulgatis: πολλὴν ἀοιδοτάτην,
367 την, quod versiculi modulus non patitur. Salmasius corrigit
a πολλὸν ἀοιδότατον. Verum ἀοιδοτάτην requirit ordo, quod nos exhibemus ex vulgatis. Porro observandum, τὸ αἱ huic nomini iungi, quemadmodum saepissime fit in Epitaphio Adonidis.

Ὤρεα πάντα λέγοντι καὶ αἱ δρύες, Αἲ τὸν Ἄδωνιν.

— Ἔστι καὶ Ἔφεσος νῆσος ἐν τῷ Νείλῳ.] Ευidenter [illegible] geographi testantur in Nilo plurimas, et quasdam [illegible] tudinis, insulas reperiri. Strabo lib. XVII. Νήσους [illegible] κατεσπαρμένας ἔχει παμπόλλας, τὰς μὲν καλυπτομένας [illegible] ταῖς ἀναβάσεσι, τὰς δ' ἐκ μέρους. Plinius lib. V. [illegible] las ita innumeras spargit, quasdamque tam [illegible] ut quanquam rapida celeritate, tamen dierum [illegible]

breviore transvolet. Sed cum uterque nullam ex tanta insularum copia nominaverit, Stephano nostro, quarundam appellationes ex Hecataeo superstites volenti, gratias agimus. Praeter illas tamen ex Hecataeo allegatas, alii alias agnoscunt. Sic Eustathius in comment. ad Iliad. *B.* de Aegyptia Rhodo mentionem facit: *Ἦν δὲ καὶ Αἰγυπτία Ῥόδος κατὰ Ἡρόδοτον· ὥσπερ καὶ Χῖος· φησὶ γοῦν ἐκεῖνος οὕτως· εὐδαιμονῆσαι λέγεται Αἴγυπτος ἐπὶ Ἀμάσιος μάλιστα· καὶ πόλεις γενέσθαι τότε πάσας δισμυρίας τὰς οἰκουμένας· ἐν αἷς καὶ Ἰώνων μὲν Χῖος, Τέως, Φώκαια, Κλαζομεναί· Δωριέων δὲ Ῥόδος, Κνίδος, καὶ ἄλλαι τινές.* Puto tamen male hanc insulam ab eruditissimo Archiepiscopo *Rhodum* appellari, cuius nomen erat *Antirrhodos*, non ratione situs, ut Rhion et Antirrhium, Issa et Antissa, sed quia Asiaticae Rhodo erat aemula. Huius rei Strabonem testem habemus, ita enim ille l. XVII. *τούτοις δὲ ὑπόκειται ὅ τε κρυπτὸς λιμὴν καὶ κλειστὸς, ἴδιος τῶν βασιλέων, καὶ ἡ Ἀντίῤῥοδος νησίον προκείμενον τοῦ ὀρυκτοῦ λιμένος, βασίλειον ἅμα καὶ λιμένιον ἔχον· ἐκάλεσαν δ' οὕτως, ὡς ἂν τῇ Ῥόδῳ ἐνάμιλλον.* Sed Eustathii verba dum oculis apertis intueor, atque cum Herodoto compono, non possum non mirari, eum hic aliquid somniare, quod apud Herod. non invenitur, atque eius menti plane est contrarium. Locus extat in Euterpe circa finem, ubi perhibetur, Aegyptum sub rege Amasi ita floruisse, ut vicies mille oppida habuerit; sed inter illas non numerat Herodotus Chius, Teus, Phocaea, Clazomenae etc: quas in Aegypto fuisse, ex non bene intellectis Herodoti verbis colligit Eustathius. Narrat enim Herodotus, quaenam Ionum, Dorum et Aeolum civitates aliquid contulerint, ut communibus impensis templum aedificaretur, quod deinde *Ἑλλήνιον* nuncuparunt. Hoc Amasis, quia Graecorum erat studiosissimus et mercaturae insignis promotor, eis concedebat, ut patrio ritu deos suos colerent, cultui animalium non dediti. Verum ad Hecataeum revertamur, qui solus quod sciam harum in Aegypto insularum meminit. Hae sine dubio a Graecis nomina sua sunt sortitae, illo anni tempore, cum Nilus terram esset supergressus, navigantibus per Aegyptum, quae tunc, solis urbibus sine circumiacenti agro apparentibus, Aegaeo mari similis videbatur, ut ipse testatur Herodot. lib. citato his verbis: *Ἐπεὰν δ'*
ἐπέλθῃ ὁ Νεῖλος τὴν χώρην, αἱ πόλιες μοῦναι φαίνονται ὑπερέ- 367
χουσαι, μάλιστά κῃ ἐμφερέες τῇσι ἐν τῷ Αἰγαίῳ πόντῳ νήσοισι· b
τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς Αἰγύπτου πέλαγος γίνεται· αἱ δὲ πόλιες μοῦναι ὑπερέχουσι. Itaque vix crediderim, haec vera in Aegypto fuisse insularum nomina, sed huiuscemodi, quae nautae et mercatores, per inundatam Aegyptum navigantes, tanquam per ma-

re Aegeum, apparentibus istis insulis ex non illepida similitudine indidere.

— Ἐν Ἀλεξάνδρᾳ.] Ita hunc locum supplevit Rutgersius in variis lect. Ad quod supplementum cod. Vossianus nos quasi manu duxit, in quo scriptum erat ἐν Ἀλεξάνδρᾳ. Sed occurrit apud veteres Sophoclea fabula cui nomen Ἀλεξάνδρα et Ἀλέξανδρος. Vide nostrum in Ἄστυ.

— Ὡς Ἄβρων.] Et hanc lacunam replevit Rutgersius, erat enim in vulgatis ὡς Ἀβρι... Hanc emendationem contextui inserendam existimavi. Citatur saepissime hic grammaticus Stephano, in Ἀγάθη, Ἀθῆναι, Ἀλλία et aliis in locis.

Ἔφυρα, πόλις Ἠπείρου.] Cum variae olim gentes Epirum incolebant, non dubito quin Stephanus propriam ditionem in genuino opere expresserit, sub qua haec urbs sortiebatur: hinc non incommode suspicari licet, in eo exaratum fuisse, Ἔφυρα, πόλις Ἠπείρου ἐν τῇ Θεσπρωτίδι. Quae coniectura hinc satis fulcitur, quod in fine huius sectionis addat Epitomator, τὸ ἐθνικὸν τῆς Θεσπρωτίας Ἐφύριος. Hinc itaque liquet evidenter, a Stephano de Ephyra Thesprotica mentionem factam, etiamsi nunc in omnibus libris illa vox desideretur. Olim haec urbs, non longe ab Acherusio lacu sita, Ephyra, et deinde Cichyrus appellabatur, teste Strabone lib. VII. Ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἔφυρα, πόλις Θεσπρωτῶν. Hanc appellationem accepit a Cichyro Mermi F. auctore Pindari Scholiasta: Ἐφύραν δὲ τινὲς τὴν ἐν Ἠπείρῳ, ἣν Κίχυρον [illegible] ὀνομάσθαι ἀπὸ Κιχύρου τοῦ Μέρμου. Non longe etiam fuisse ab Acherusio lacu manifeste declarat Pausan. in Atticis: Περὶ τῇ Κιχύρῳ λίμνη τέ ἐστιν Ἀχερουσία καλουμένη, [illegible] Ex eodem Pausan. liquet, in illo oppido fuisse Thesprotiae regum regiam; nam Thesei et Perithoi exercitu a Thesproto rege superato, ipsi capiebantur, ibidemque [illegible] tinebantur. Sed praeterea de situ aliquid lubet addere [illegible] Thucydide lib. I. Ἔστι δὲ λιμήν, καὶ πόλις ὑπὲρ [illegible] θαλάσσης ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι τῆς Θεσπρωτίδος Ἐφύρα [illegible] παρ' αὐτὴν Ἀχερουσία λίμνη ἐς τὴν θάλασσαν. Sed [illegible] in Thucyd. rescribendum censeo Ἐλαιῶτις, ita [illegible] gio appellabatur ab Elaeunte oppido, quod in [illegible] tiae situm erat.

— Ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἀμβράκος.] Pessime libri [illegible] Ἀμβρακός: nam Ambrax fuit Thesproti F. teste Step[illegible] κία. Video quoque Palmerium in hanc emendation[illegible] et totam genealogiam, quadammodo turbatam, [illegible] Ἀπὸ Ἐφύρου τοῦ Ἄμβρακος, τοῦ Θεσπρωτοῦ [illegible]

τοῦ Πελασγοῦ, τοῦ γηγενοῦς, τοῦ Ἀρκάδος. Lycaon ponitur ante Pelasgum, nam Lycaon non fuit terrae filius, sed Pelasgi, ut 368
unanimiter testantur Mythologi. a

— Ἐκ ταύτης Ἀστυόχη.] Vulgatorum codd. lectio non est ferenda, constanter exhibentium, ἐκ τούτου Ἀστυόχη. Illud ταύτης referendum ad τὸ Ἔφυρα est, ex qua urbe Astyoche originem duxit. Apollod. lib. II. Στρατεύει δὲ Ἡρακλῆς μετὰ Καλυδωνίων ἐπὶ Θεσπρωτούς, καὶ πόλιν ἑλὼν Ἔφυραν, ἧς ἐβασίλευε Φύλας, Ἀστυόχῃ τῇ τούτου θυγατρὶ συνελθών, πατὴρ Τληπολέμου γίνεται. Homeri locus, quem noster respicit, reperitur Iliad. B.

Τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,
Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ.

— Ἦν δὲ αὕτη μεταξὺ Πύλου καὶ Ἤλιδος etc.] Hic locus usque ad vocem δυτικωτάτη sensum congruum non conficit: nam Thesprotica Epiri Ephyra non erat sita inter Pylum et Elidem, Peloponnesi civitates, atque adeo heic alia intelligenda est Ephyra. Praeterea quid sibi velint illa verba πρὸς ἀνατολὰς οἰκοῦντι, et οὖσα δυτικωτάτη, quae plane sunt ἀσύστατα, ego omnino non video. Ergo vel scribendum: ἦν δὲ ἄλλη μεταξὺ Πύλου καὶ Ἤλιδος etc. vel statuendum, ante haec verba aliquid excidisse, ad quod τὸ αὕτη referri necessum est. Sine dubio heic noster egit, absoluta Ephyrae Thesproticae descriptione, de Ephyris Peloponnesiacis, quarum primam collocavit inter Pylum et Elidem, secundam in Achaia, quae dicitur Corinthus, et tertiam in Arcadia. Primae meminit Pindarus eiusque Scholiasta ad Nem. Od. VII. Τέσσαρας δὲ ἀναγράφει τὰς Ἐφύρας· πρώτην μὲν, τὴν αὖτις Κόρινθον ὀνομασθεῖσαν· ἑτέραν δὲ τὴν περὶ Θεσσαλίαν. Τρίτην δὲ περὶ Μῆλιν, ἧς Ἱππίας μνημονεύει· τετάρτην τὴν ἐν Θεσπρωτοῖς. Sed pro Μῆλιν ibi legendum esse Ἦλιν, opportune monuit Palmerius. Huius situm non procul a Cyllena ad Peneum amnem satis accurate describit Strabo lib. VIII. Μεταξὺ δὲ τοῦ Χελωνάτα καὶ τῆς Κυλλήνης ὅ τε Πηνειὸς ἐκδίδωσι ποταμὸς καὶ ὁ Σελλήεις ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενος, ῥέων ἐκ τῆς Φολόης· ἐφ' ᾧ Ἔφυρα πόλις. Hinc Archiepiscopus Thessalonicensis ad Odyss. A. hanc in Cyllenae confiniis collocat: Ὅτι Ἔφυραι κατὰ ἱστορίαν διάφοροι, ὡς καὶ ἡ Ἰλιὰς δηλοῖ· μία ἐν Πελοποννήσῳ ἐπὶ τὰ τῆς Κυλλήνης ὅρια.

— Γλαύκῳ πρὸς ἀνατολὰς οἰκοῦντι.] Plutarchus libello de malignitate Herodoti Corinthum nominat *Glauci urbem*, quasi a Glauco illo, cuius heic fit mentio, fuisset habitata, vel condita.

— Περὶ τῆς Κορίνθου.] Promiscue hanc urbem appellavit Homerus, et Corinthum et Ephyram. Iliad. B.

Ἀφνειόν τε Κόρινθον ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς.

Et Iliad. Z. locus occurrit praestantissimus, ubi Ephyram Corinthum nominat:

Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο·
Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν
Σίσυφος Αἰολίδης, ὁ δ' ἄρα Γλαῦκον τέκεθ' υἱόν.

368 Dico ipsum oculis carere, qui ex omnibus circumstantiis non
b percipit, Poëtam heic de Corintho loqui.

— *Κρανὼν λεγομένη.*] Male libri editi exhibent *Κράννους*. Lectionem, quam nos divulgamus, esse genuinam, satis liquet ex nostro in illa voce. Sed maioris momenti argumentum erit, si ipsa Cineae Rhetoris verba in medium adduxerim. Exstant illa apud Pind. Schol. ad Pyth. Od. x. *Κρανὼν δὲ πόλις Θεσσαλίας· Θεσσαλὸς δὲ καὶ ὁ Νικηφόρος· οὕτω δὲ πρότερον οἱ Κρανώνιοι, Ἐφυραῖοι ἐκαλοῦντο. Μαρτυρεῖ δὲ τούτῳ Κινέας· φησὶ γὰρ λέγεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Κρανωνίων· καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν τῆς Ἱπποδαμείας γάμον ἐν Πίσῃ· εἶτα ἐκεῖ καταστρέψαντα τὸν βίον, Θεσσαλοὶ τὴν Ἔφυραν καλουμένην πόλιν, εἰς τιμὴν τοῦ* [illegible] *Κρανῶνα μετωνόμασαν.*

— *Δευτέρα περὶ Θεσσαλίαν. Τρίτη, Οἰνόη.*] Errores gravissimi latent in his verbis. In principio huius sectionis agit de Ephyra Thesprotica, deinde de Peloponnesiaca Pylum inter et Elidem, tertio loco de Corintho, et quarto de Ephyra, quae postea [illegible] dicebatur. Quocirca heic τὸ *δευτέρα*, et *τρίτη* locum habere nequeunt. Sed quis tandem Aesculapius omnibus in [illegible] male sanis locis praebia noverit?

— *Οἰνόη.*] Pessime hoc loco in geographia [illegible]tur: nam haec Oenöe, alio nomine Ephyra [illegible] guenda non erat ab illa, quam supra inter Pylum [illegible] collocavit. Manifestissime hoc docet Strabo lib. [illegible] ba, hunc locum mirum in modum illustrantia, [illegible] pigebit, ita enim ille: *Ἐφ' ᾧ Ἔφυρα πόλις* [illegible] *τικῆς καὶ Θετταλικῆς, καὶ τῆς Κορίνθου,* [illegible] *κειμένη τῇ ἐπὶ θάλασσαν ἰούσῃ· ἤτοι ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ* [illegible] *γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν) ἢ πλησίον* [illegible] *σα τῆς Ἠλείων πόλεως σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι·* [illegible] *πολέμου τοῦ Ἡρακλῆος δοκεῖ λέγεσθαι μήτηρ.* [illegible] ctoritas confirmat Ephyram Peloponnesiacam, [illegible] Elidem positam, eandem esse, quae hic ab [illegible] appellatur. Verum noster ex Epirotica Ephyra [illegible] originem traxisse perhibet, cum Strabo huius [illegible] Peloponnesiacae attribuat. Oenoës etiam [illegible]

Ἐφύρη, ἡ νῦν Κόρινθος, καὶ Κίχυρος καλουμένη ἐν τῇ Ἠπείρῳ, καὶ ἡ Οἰνόη.

— *Νῆσος.*] Puto Plinium huius insulae meminisse, atque in sinu Argolico, e regione Meli, collocasse, ita enim ille lib. IV. cap. XII. *In Argolico Pityusa, Irene, Ephyre: contra Hermionium agrum Tiparenus, Epiropia, Colonis, Aristera.*

— *Ἐφυραῖος.*] Graeci pariter et Latini usurpant. Pausan. in Corinth. *Ἐπωπέα τὸν Ἀλωέως καὶ τὴν Ἐφυραίων σχεῖν ἀρχήν.* Silius lib. XIV.

Et multum ante alias Ephyraeis fulget alumnis.

— *Κώμη Αἰτωλίας.*] Pagus hic in Agraea erat situs, teste Strab. lib. VIII. *Καὶ ἐν τῇ Ἀγραΐᾳ τῆς Αἰτωλίας, Ἔφυρα κώμη· οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς, Ἔφυροι.*

Ἐχελίδαι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς.] Pessime cum hoc loco 368
actum est ab omnibus editoribus, qui divulgarunt: *Ἐχέηδαι,* a
δῆμος τῆς Ἀττ. ἀπὸ Ἐχέμου ἥρωος. Et deinde *ὁ δημότης Ἐχεμίδης.* Primus omnium Meursius tractatu de pop. Atticis et in Critico Arnobiano, foedissimo huic loco pristinum nitorem restituit. Non mediocriter gavisi sumus, cum videremus, Meursii emendationem, proba codicum MSS. lectione stabiliri. Non parum quoque iuvat ad eius confirmationem Etymolog. Mag. Auctor: *Ἔχελος ἥρως παρὰ Ἀθηναίοις τιμώμενος· καὶ δῆμος τῆς Ἀττικῆς Ἐχελίδαι, ἀπὸ τοῦ κειμένου ἕλους τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἵδρυται τὸ τοῦ Ἐχέλου ἄγαλμα· παρὰ τὸ ἕλος ἔχειν Ἔχελος· καὶ Ἐχελιδῶν δῆμος, ἀπὸ Ἔχελος.*

— Οὗτος δ' ἀπό.] Cod. Vossianus: οὕτως δ' ἀπό.

Ἐχετία, πόλ. Ἰταλ.] Si quis pedibus iverit in sententiam Cluverii, Echetiam scilicet non esse diversam ab Echetra, quam deinde subiicit, ille toto coelo non errabit.

Ἐχέτλα, πόλ. Σικελ.] Huius urbis meminit Diod. lib. XX. *Τὴν δ' Ἐχέτλαν χωρίον ὀχυρὸν ἐκπολιορκήσας, τοῖς μὲν πολίταις τὴν δημοκρατίαν ἀποκατέστησε.* Et Polyb. lib. I. *Καὶ τὰς Συρακούσας ἐπολιόρκουν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ πόδας· ὡς δ' οὗτος (ὁ Φιλῖνος) φησὶ, καὶ τὴν Ἐχέτλαν, ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακουσίων καὶ Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ.* Ex hac Polybii designatione et Diodori praescripta historia, *Echetla* medio fuit inter Leontinos Camarinamque urbes sita, ab Syracusis in occidentem conversa, ut observat Cluverius, Quo situ hodie oppidum invenitur, vulgari vocabulo *Ochula*, vestigium quoddam antiquae illius Echetlae nominis referens.

— *Ἐχετλιάτης.*] Mendosam hanc esse vocem ex genuina *Ἐχετλάτης*, bene censet Cluverius; siquidem in *τάτης* gentilia nulla esse possunt, nisi quorum primitiva desinant in *τά*.

